Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nicht ausleihbar

ULB Düsseldorf

+9066 520 01

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

BIBLIOTHECA COLONIENSIS,

IN QUA

VITA ET LIBRI TYPO VULGATI ET MANUSCRIPTI RECENSENTUR

OMNIUM

ARCHI-DIOECESEOS COLONIENSIS,

Ducatuum Westphaliæ, Angariæ, Moersæ, Cliviæ, Juliaci, Montium; Comitatûs Arensbergæ, Marchiæ; Vestæ Recklinghusanæ, Territoriorum Ravensteinii, Ravensbergæ, Essendiæ, Werdenæ, Civitatum, Coloniæ, Aquarum-Grani, Tremoniæ,

INDIGENARUM ET INCOLARUM SCRIPTORUM.

Præmittitur chorographica descriptio omnium Parochiarum ad Archi-Diœceseos Coloniensis Hierarchiam pertinentium.

Subjungitur Index quadruplex: primus Cognominum; Secundus Nationum; Tertius Dignitatum & Statuum; Quartus Materiarum, & speciatim Historiographorum etiam Anecdotorum, Anonymorum, & MSS. de his regionibus, & harum jure publico tractantium.

Accedunt Vitæ Pictorum, Chalcographorum, & Typographorum celebrium nostratium.

Collegii Dusseldorpii 1748 Virginum Curâ & studio ex fundatione Devotarum Deo Catharinæ et Cunerae Fischers a.p.e.

JOSEPHI HARTZHEIM,

Soc. JESU Presbyteri, Ss. Theol. Doctoris, & Regentis Gymnasii Tricoronati.

COLONIÆ AUGUSTÆ AGRIPPINENSIUM,

Sumptibus THOMÆ ODENDALL, Civis & Bibliopolæ Colon.

Anno MDCCXLVII.

KŒNIGL. BIBLIOTHEK ZU DUSSELDORF

75/7830

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

06
libre
299
477

66362

s. ADV-Katalog

~~D. Sp. G. 131 fol.~~
vG

4° DSPG 131

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PRÆFATIO.

Uotquot magnæ molis & pretii libri omnium ab orbe condito Scriptorum, aut ſaltem Eccleſiaſticorum hiſtoriam ſpondent, ii ſuâ laude & utilitate non carent: Partus enim ſunt animæ magnæ, quam unius Provinciæ aut Diœceſeos anguſtiæ non capiunt; ſed accuratam aut plenam ſingulorum vitam ab hujuſmodi rarò expectes, quantâcunque etiam librorum ſupellectile, memoriæve felicitate polleat is, qui univerſalem Bibliothecam promittit: habent enim ſingulæ regiones, utì ſuas opes, ſic earundem notitiam exquiſitiorem, ac feliciorem, demum faciliorem & uberiorem. §. I. Quare facta editio Scriptorum Archi-Diœceſis Colonienſis?

Ea de cauſa unius Archi-Diœceſis Colonienſis Scriptores recenſere & repræſentare Reipublicæ literariæ volui, quòd nemo eam ſpartam ornâſſet; hæc prima cauſa eſt, altera, quòd plurimorum ſanè illuſtrem & memoriâ dignam vitam deſiderari adverterem, non ſolùm in iſtis Pandectis Poſſevini, Moreri, Iſerlini, ex Trithemio & Pantaleone in Proſopographiis Germanorum, ſed & in iis, qui vicinarum & affinium nationum Scriptores collegiſſent, utì in Suffrido Petri Friſonum, Hamelmanno Weſtphalorum, Val. Andrea, Deſſelo & Myræo & Foppens Belgarum. Tertia cauſa accedit, quòd perperàm & falsò quibuſdam nonnulla afficta aut detracta encomia notarem, ubi nullam prorſus ſuſpicor invidiam Biographorum; ſed documenta idonea defuerant, è quibus plena veritas erueretur.

Demum, quod Eccleſiaſticus monet Cap. 44. *Laudandos eſſe Viros glorioſos & Parentes noſtros in ſua generatione*; id non de iis tantùm accipio, qui ſanguinis Authores fuêre; ſed & qui Eccleſiaſticæ

Provinciæ ac literariæ Reipublicæ Principes fuêre, ſuæque eruditionis ſcriptis monumentis, veluti poſteris relictis, ditârunt & ampliârunt Provinciam, & nobis ſimilium aut præſtantiorum operum edendorum vel hortatores vel duces extitêre: æquum enim eſt, hoc laudis penſum velut tributum dependere poſteros iis, quorum opibus liberaliter in communem rem collatis, veluti plenis artium aut ſcientiarum horreis ac penu parato utimur quotidie ac fruimur.

§. II. Quas regiones Archi-Diœceſis Colonienſis complectatur?

Archi-Diœceſis nomine intelligamus eas Provincias, in quas politicum ſimul ac ſacrum, aut ſacrum ſolùm, jus dicit Metropolita Colonienſis; non verò complectimur hoc nomine ſuffraganeas Diœceſes, Leodienſem, Monaſterienſem, Verdenſem, Oſnabrugenſem, Mindenſem, & olim Ultrajectenſem.

Ditiones in utroque foro ſubditæ Electori ſunt: 1mò Archi-Diœceſis Colonienſis. 2. Ducatus Weſtphaliæ. 3. Comitatus Angariæ, & 4. Arensbergæ. 5. Veſta Recklinckhuſana. Princeps ſacrorum duntaxat eſt in Ducatu Juliacenſi, 2. Montenſi, 3. Clivenſi, 4. Principatu Moerſenſi, 5. Comitatu Marcano, 6. Diſtrictu Eſſendienſi.

Sunt tertii generis loca, quæ politico, non ſacro dominio Antiſtitis noſtri ſubjacent: puta Andernacum, Lintzium, &c. quarum urbium Curiæ, Colonienſi; Eccleſiæ, Trevirenſi Archi-Epiſcopis parent. Jam, quotquot in his regionibus nati ſunt Scriptores, horum vitas edere mens eſt; ſi verò hujus loci nati quidem non ſint, at beneficio vel officio, vel diuturno incolatu civitatem meruiſſe videntur, eoſdem utì noſtrates cenſebimus. Eſt illud adhuc monendum, Scriptores intrà Archi-Diœceſin natos poſt decurſum novem ultimorum ſæculorum (quales penè omnes ſunt) non rectè dici *Belgas*, quod Pantaleo & Valer. Andreas ſæpè faciunt. Scio ſæculis primo, ſecundo, tertio, quarto & quinto Galliæ Belgicæ annumeratos fuiſſe populares noſtros, eóſque paruiſſe Præfecto Prætorio Galliarum, ùt ex *Cod. Theodoſiano* liquet, à legibus Coloniæ Agrippinæ latis, ac Præfecto Galliarum inſinuatis. Scio, ante eam imperii diviſionem Metropolin fuiſſe noſtram Coloniam Germaniæ ſecundæ, utì Moguntia erat Germaniæ primæ. Scio, ſæculo VI, VII, VIII, XI ſub Francis nos vixiſſe vario nomine *Francorum*, *Ripuariorum*, *Auſtraſiorum* à diverſis Hiſtoricis diversâ occaſione nuncupatos.

Verùm, utì omnis forma Politiæ Romanæ, Gallicæ, Ripuariæ, Auſtraſiæ ſæculo nono exeunte converſa fuit, & jam ab octo ſæculis & ampliùs Romano-Germanici Imperii portio nobilis ſit

Elector

Electòr Colonienſis ; ità fas eſt, non aliter ac Germanos ſalutari eos, qui ſub eo orti ſunt aut vixerunt ; neque eos Belgas, aut Gallos, aut Francos nuncupare fas eſt.

Utrùm autem antiquæ ſuæ originis causâ & memoriâ Agrippinenſes dicendi ſint Ubii, Juliacenſes Menapii, Montenſes Sicambri, Clivenſes Teiſterbantii, Weſtphali Saxones (quæ exempli causâ dicta ſint) nova quæſtio eſt. Ego cenſeo in hiſtoria iis utendum vocibus, quos uſus ſæculorum ultimorum probat, quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi.

Scriptores igitur, qui intrà Diœceſeos noſtræ limites nati ſunt, à ſæculo X. imò à primo, & ante primum Æræ Chriſtianæ ſunt gente Germani, Provinciâ Agrippinenſes, vel Juliacenſes vel Montenſes &c. urbe aut vico ex Colonia Agrippina, Lintzio, Duſſeldorffio, & hoc ſtilo nos profitemur ſcripturos.

§. III. Quis ſcopus hujus libri?

Cogitaveram primò cum vita & ſerie librorum controverſias edere, & criſin ſcriptorum, eorum præſertim, quæ *in* vel *de* Archi-Diœceſis noſtræ ſtatu, cauſis, controverſiis illuſtriora erant; ſed ea cura eſt in ſpecialem librum rejecta.

Conatus ſum primò hiſtoriam vitæ Scriptoris concinnare, & quæ ad eam ex Topographia & Chronologia illuſtrandam ac confirmandam faciunt, undequaque colligere.

Secundò, accuratè ſeriem librorum editorum vel monumentorum ſuperſtitum MSs. contexere, &, ubi ea lateant, indicare.

Tertiò, Epitaphia, icones, ſicubi & apud quos extant, indicare vel referre.

Quartò, indicare Commentarios, ex quibus hæc Bibliotheca confecta fuit.

Quintò, Cùm libri anonymi permulti prodeant, quorum notitia literariæ rei promovendæ & juvandis Theologis, Juriſconſultis & Hiſtoricis infinito uſui eſt; hinc ſub ſuis titulis eos recenſere ſtudui: puta Anonymos, qui Chronica Colonienſia Latina confecêre, &c. Anonymos, qui de jure ſacro vel civili Colonienſium, Juliacenſium, Montenſium, &c. ſcripta vulgavêre. Hæc ſuis locis & titulis diſtincta exhibebimus.

§. IV. Quo ordine in Bibliotheca coordinanda uſi ſumus?

Cùm vario modo ſcripta hiſtoria Virorum illuſtrium fuerit; alii enim temporis & ſæculi, in quo vixerunt; alii materiæ, de qua; alii ſtatûs & ordinis, quem profeſſi ſunt, rationem potiorem habendam cenſuêre, nos à nominum alphabetica ſerie coordinandos eſſe ſtatuimus; ſi cui verò cognomina notiora fuerint, ejus gratiâ ſubjicitur index cognominum, quo faciliùs id, quod quæritur, reperiatur.

PRÆFATIO.

Postquam editos *Biographos Bibliographorum omnium* POSSEVINUM, MORERUM, GESNERUM & SIMLERUM, LAMBECIUM, ISELINUM. *Germanorum* CORNELIUM LOOSIUM, JOAN. TRITHEMIUM, HENR. PANTALEONEM, MELCHIOR. ADAMUM. *Historicorum, Græcorum & Latinorum* VOSSIUM: tum eos, qui religiosarum familiarum Bibliothecas aperuerunt, inspeximus: puta *Augustinianorum Canonicorum* GABRIELEM PENNOTUM; *Augustinianorum Eremitarum* CORNELIUM CURTIUM, NICOLAUM GRUSENIUM, TOMBEUR: *Benedictinorum* ARNOLDUM WION, GABRIELEM BUCCELINUM, JOANNEM TRITHEMIUM, BERNARDUM PETZIUM: *Carmelitarum* ARNOLDUM BOSTIUM, DANIELEM à V. MARIA, PETRUM LUCIUM: *Cartusianorum* ARNOLDUM BOSTIUM, PETRUM DORLANDUM' PETRUM SUTOREM, THEODORUM PETREIUM: *Cistercienſium* ANGELUM MANRIQUE, CAROLUM VISCHIUM, CHRISTOPHORUM HENRIQUEZ, CASPARUM JONGELINUM: *Minorum Franciscanorum* HENRICUM WILLOTUM, LUCAM WADINGUM, ZACHARIAM BOVERIUM: *Prædicatorum* JACOBUM ECHARD, JACOBUM QUETIF: *Præmonstratenſium* AUBERTUM MYRÆUM, JOANNEM LEPAGE. *Societatis JESU Clericorum Regularium* PETRUM RIBADENEYRA, PHILIPPUM ALLEGAMBE, & ex his SOTUELLUM lustravimus, videbamur haud exiguum numerum conflâsse. Non dissimulabimus ex his Heterodoxos partium studio abreptos sæpè de Catholicis perversè sensisse, suis ultra fidem adulatos fuisse, quos datâ occasione corrigimus eâ, quæ Catholicum decet Scriptorem, charitate.

Cæterùm hi inspecti jejunos & exiles Commentarios ad hanc historiam concinnandam sufficiebant; quare PROGRAMMATE EDITO anno 1742. Catalogum scriptorum ad eum saltem diem nomine tenus notorum edidimus, pérque Archi-Diœcesin latè & liberaliter sparsimus & vulgavimus: fructu infra spem exiguo, si reconditas opes in tot Archæis Familiarum, Templorum, Collegiorum, Parœciarum, Cœnobiorum fortè præter Deum solis blattis & tineis muribúsve notas, animo reputes. Qui autem domesticorum scriptorum notitiam liberali manu communicârunt, gratitudinis ergo recensendi sunt, veluti bene non tam de nobis, quàm de Patria & Ecclesia meriti

AUGUSTINIANORUM EREMITARUM Provinciæ Colonienſis Scriptorum clarorum indicem communicavit Eximius FULGENTIUS HEUSCHEN ejusdem instituti nunc Provincialis, Ss. Theologiæ Doctor Colon.

Antiquissimæ Abbatiæ S. MARTINI Ord. S. Benedicti Scriptorum Catalogum accuratum communicavit R. D. OLIVERIUS LEGIPONT, ejusdem Ordinis & Abbatiæ Professus, Ss. Theologiæ Licentiatus Universitatis Colonienſis.

BENE-

Benedictinorum ex Gladbacensi Abbatia memoriam nobis servavit R. D. KOELGES, Prior loci.

Birgittanorum Colonienſium Catalogum ſuppeditavit PETRUS WACHTENDUNCK, ejuſdem Ordinis Sacerdos.

Crucigerorum noſtratium Bibliothecam aperuit R. D. JOANNES PETRUS GRAAS, Sub-Prior Conventûs Colonienſis.

Cartusianorum aliquot vitas tum JOANNIS GELENII, M. DUNCKANI, & N. ESCHII plurimùm Reverendo & Ampliſſimo Domno Cartuſiæ Priori ADAMO ERVEN; potiſſimas verò Venerando Eruditiſſimóque Domno MICHAELI MôRCKENS debemus.

Carmelitarum Biographiam pleniſſimam acceptam refero Eximio BRUNONI TEWIS, Ss. Theologiæ Doctori, nunc Provinciali.

Carmelitarum Diſcalceatorum Colon. Alumno Colonienſi, Diſcalceatorum Provinciæ hujatis Scriptorum catalogum debeo.

Minorum Conventualium Provinciæ noſtræ Scriptorum catalogus operâ Eximii Viri ADAMI PüTZ, Ss. Theologiæ Doctoris, nunc Conventualium Provincialis confectus, perhumaniter mecum communicatus fuit.

Minorum Capucinorum ſcriptis celebrium breviculum laterculum dedit Venerabilis P. LECTOR Conventûs hujatis.

Præmonstratensium ex Abbatia Steinfeldenſi plenam Biographiam communicavit Eximius JOSEPHUS PRICKARTZ, ejuſdem Abbatiæ Canonicus, Ss. Theol. Doctor, & Seminarii Norbertini Præſes.

Præmonstratensium ex Abbatia Knechtſtedenſi catalogum ſuggeſſit R. D. KOCHS, Prior loci.

Ex privatis Bibliothecis ſuas opes mecum communicare voluêre multis nominibus clariſſimi; ſed nunc literariæ rei causâ ſpeciatim memorandi.

J. ARNOLDUS de REUX, Officialis memoriæ laudatiſſimæ.

JACOBUS L. B. de WALBOTT Baſſenheim, D. in Bornheim, &c. Cameræ Electoralis Bonnenſis Præſes excellentiſſimus.

JOSEPHUS CLEMENS de LAPP, Conſiliarius intimus Sereniſſimi Electoris Colonienſis.

JOANNES ENGELBERTUS von ESCHENBRENDER, Urbis Colonienſis Syndicus.

JOANNES ARNOLDUS JOSEPHUS DULMAN, J. U. Licentiatus, Senator Agrippinenſis.

ARNOLDUS SEIL, Canonicus Cunibertinus.

BERNARDUS JOANNES CASPAR STANGENFELD, Canonicus ad Ss. Apoſtolos.

FRANCISCUS GABRIEL HAMM, J. U. L. & Profeſſor publicus.

Reverendiſſimus & Perilluſtris D. NICOLAUS ab HONTHEIM, Trevir. S. Simeonis Collegiatæ Eccleſiæ Canonicus, ſacrarum legum Doctor, & Profeſſor publicus in alma Univerſitate Trevirenſi, nunc Eminentiſſimi Trevirenſis Electoris ab intimis ſacri Conſiſtorii conſiliis, & Officialis, pro ſingulari erga me benevolentia voluit quamplurimis acceſſionibus locupletare hos conatus noſtros; exemplo eò magis prædicando, quod Provincialium & domeſticorum nonnulli, etiam rogati, ſymbolam in commune patriæ decus conferre noluerint. *Hactenus de Scriptorum vitis edendis.*

§. V. Cognatorum encomia.

Cognata his ſunt eorum encomia, qui non libros, ſed alia adjumenta rei literariæ promovendæ ſuâ dexteritate & induſtriâ procurârunt. Hos inter numero PICTORES & CHALCOGRAPHOS noſtræ Archidiœceſeos, qui penicillo & ſcalpro perenni memoriæ illuſtrium virorum contulerunt plurimum; quare aliorum exemplo iis in hac Bibliotheca locum dari placuit. Demum Typographi, & qui primi artem in hanc Provinciam intulerunt, & ex poſterioribus celebriores, locum hîc invenient.

Facultas

Facultas R. P. Provincialis Soc. JESU Provinciæ Rheni inferioris cum Privilegio Cæsareo.

CUm ex mandato sacræ Cæsareæ Majestatis omnibus ac singulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis quibuscunque librariam negotiationem exercentibus seriò firmitérque inhibeatur, ne quisquam libros ullos à Societatis nostræ Patribus hactenus editos, aut imposterum edendos intrà sacri Romani Imperii & Dominiorum suæ Cæsareæ Majestatis hæreditariorum fines simili alióve charactere aut formâ, sive in toto, sive in parte excudere, recudere, vel aliò excudendos vel recudendos mittere, vendere, distrahere, clàm seu palàm, citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat vel præsumat.

Ego infrascriptus Societatis JESU per Provinciam Rheni inferioris Præpositus Provincialis, potestate mihi ab admodùm Reverendo Patre nostro FRANCISCO RETZ Præposito Generali ad id factâ, concedo Domino THOMÆ ODENDALL, Civi & Bibliopolæ Colonienſi, facultatem ad decennium excudendi librum, cui titulus: *Bibliotheca Scriptorum Archi-Diœcesis Colonienſis*, Authore R. P. JOSEPHO HARTZHEIM, S. J. Sacerdote, eidémque jus Cæsarei Privilegii usurpandi ità indulgeo, ut librum hunc nemo alius recudere, nemo extra sacri Romani Imperii fines, & hæreditarias sacræ Cæsareæ Majestatis Provincias importare, aut venum exponere intrà dictum tempus audeat. In cujus rei fidem has literas manu propriâ, & consueto officii sigillo munitas dedi Coloniæ 1745. die 17. Martii.

L.S.

JOANNES DIRCKES S. J.
ad Rhenum infer. Provincialis mpp.

BIBLIO-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ARCHIDIOECESIS COLONIENSIS hujus temporis juris & potentiæ fines, Amplitudo & Descriptio (1650.)

Ex Hermanni Crombachii Soc. JEsu Annalium Ecclesiasticorum & Civilium Metropoleos Coloniæ Agripp. Tomo primo: Prolegomenon Cap. 21 Confer. Ægid. gelen. de Colon. Agripp. magnit. L. 1. Syntagma VII.

UT initia rerum ac maxime Principatuum tenuia, majoribus deinde paulatim crescunt accessionibus, sic hæc Metropolis nacta fuit modica primordia, singulis tamen ferè seculis sua cœpit præsertim civilis potestatis incrementa, cujus ideo non absre erit progressus recensitis beneficiis & benemerentibus, quorum munificentia sumsit augmenta prius commemorare, quà fines ejus hujus temporibus inspiciamus.

Primi procul dubio, qui SS. Apostolorum discipulos, & horum locorum fidei præcones, ac proto-Episcopos huc destinatos hospitio receperunt, aluerunt, domibus, fundis, proventibus cumularunt, cives & optimates Ubio-Romani fuerunt: tam qui jussu CLAUDII & AGRIPPINÆ Româ deducti COLONIAM hic Romanorum condiderunt, quàm Ubiorum Principes, Senatores & Primores, qui Romanis connubio fœderati majores eorum locorum genuerunt. Quorum beneficentiâ S. MATERNUS primas Sacras Ædes Marianam & S. Petri condidit, Horum unus seculo Christi secundo in suburbano suo collis Greesbergensis Prædio S. Magdalenæ construxit *Ædiculam*, à cujus morte conjux vidua *parthenonem* erexit, postea seculo tertio Sanguine Britannicarum undecim millium virginum purpuratum, quas etiam *Clematius* vir prædives ibidem & in vicino novo à se & aliis civibus templo condito, terræ mandavit qui sumtus in funerandis honorificè tot millibus liberaliter præstiterunt.

At seculo quarto S. HELENA tribus in hac Archidiœcesi Collegiis & Basilicis augustis, præter alia minora templa exædificatis; & CONSTANTINUS M. auxerunt Archi-Episcopi Cleriq; vectigalia cum immunitatibus, agris, fundis decimis: & S. SEVERINO ET EVERGISILO ad novas erigendas Ecclesias & Collegia veteresque exornandas opes suffecerunt. Postea S. CUNIBERTUS à Dagoberto Rege *fusatum* urbem Westphaliæ cum vicinis terris donatam suo Clero Metropolitano reliquit: eidem ad Mosellam præfecturam in *Ziltingen* & *Rachtich*, atque in *Rense* ad Rhenum suprà Confluentes ex avitis bonis, supremam etiam loci præter vineas jurisdictionem legavit: exinde PIPINUS ET PLECTRUDIS *Cæsaris insulanum S. Suiberti collegium*, *Capitolinum illustrem* parthenonem & S. *Martini cœnobium* ædificaverunt.

CAROLUS VERO MAGNUS territorii totius Archidiœcesis auxit Jurisdictionem; sedes addidit suffraganeas MONASTERIENSEM, OSNABRUGENSEM, MINDENSEM, ET BREMENSEM, SED OTTO M. decessores omnes liberalitate superavit; nam Fratri suo BRUNONI Colonienſi Metropolitæ totum *Austrasiæ seu Lotharingiæ* regnum ab Argentina ad Oceanum & à Rheno ad Scaldim usque porrectum cessit; licet successori ejus FOLMARO mediterraneos avulserit agros, ripa Rheni relicta; Lotharingiæ Brabantiæ Juliæque Ducibus nunc præcipua loca sibi vindicantibus. OTTO verò II. & Henricus venandi jura variis in locis contulerunt vel data confirmarunt.

RICHEZA Poloniæ Regina ejusque parentes *Brawilerense* cœnobium, Loca multa Coloniæ Vicina, Civitates etiam *Saleveldam & Coburgum* Saxonicas S. Petro Colonienſi donarunt. Adjecit multa HERIBERTUS Archi-Episcopus condito *Tuitiensi Cœnobio* & Apostolico Collegio cum PILIGRIMO successore. S. ANNO à Clivensibus Regulis olim donatam, utramq; fluminis *Erpa ripam* cum *Novesiensi districtu* consecutus, *Marianum ad gradus*, *& S. Georgii Collegia*; *Siburgense verò*, *Graffschaffense & Saleveldense* construxit asceteria. ARNOLDUS II. Wedanus Comes *Castellum Odenkirchen cum Clientelis*, in Westphalia Curias *Homede*, *Anrust*, *Prumeam*, *Segeradt*. *Vermunte Vinbuysen* bona ministerialium in *Geversdorpe*, Advocatiam in *Woringen*, libertatem tutelæ silvarumq; *in Erpel*, aliaq; diversa bona è regione Bonnensis oppidi adjecit, ubi collegium *Rinderpiense* virginum in heredio suo fundavit, addita ei *Erpelensi* advocatione.

REINOLDUS Archi-Episcopus Comitatum *Merensem* infrà Novesium ab Hildegunde & liberis, ac *Andernacensem Curtem* à Friderico I. Cæsare dono accepit: Cujus Successor PHILIPPUS HEINSBERGIUS quasi fundator alter Archidiœcesis, *Ducatum Westphaliæ* armis & ejusdem Imperatoris Largitione S. Petro comparavit: plurima vero alia pretio repignoravit vel emit vicina suis duobus Principatibus castra, quibus parta facilius tueretur. CONRADUS DE HOCHSTEDEN ultimus ferè sui Stemmatis, comitatus & castra *Hochsteden Arc*, *Hart*, *Engenheim*, *Walprechtshoven*, *Wallen*, *Reinbach*, *& oppidum Monasterii* Eiffliæ. (Quod ultimum jam Duces Juliæ possident) adjecit: quin & idem à Mechtilde Henrici Comitis Seinensis vidua fundos clientelares *de Wide*, *de Windeck*, *de Rennenberg*, *castra de Linsa & Lulstorp*, *de Newestadt*, *de Aspach*, *de Winthan*, *de Gilstorp*, *& Sechtune* villas cum Ministerialibus, Clientibus, Servis, Pratis, venationibus, nemoribus ac novo castro in Parochia *Dretpach*, quà pretio, quà beneficentia recuperavit vel impetravit. Postea HENRICUS VIRNEBURGICUS *Dorstena*, *Lechnichii*, *& Kempena jus* civi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tatis & munitionis obtinuit, comitatum *Hilcherodenſem* redemit, *Andernacenſe*, *Bonnenſe*, & *Noveſianum ſeu Soncenſe portoria Cæſaris* munificentiâ impetravit. CUNO VALCHENSTEINIUS *Tolpiacum* à Juliæ Ducibus reluit, ac *Arnsbergenſem comitatum* pretio pariter ac donatione S. Petro tranſcripſit. Plura alia Caſtra, Toparchiæ, fundique variis temporibus acceſſerunt: de quibus videri poteſt Ægidius Gelenius.

2 Nunc propius topographiam Archidiœceſis inſpiciamus, Ea cum duos PRINCIPATUS, RHENANUM, ET WESTPHALICUM complectatur, Rhenanus commodè in ſuperiorem & inferiorem Diœceſin ſecatur.

Superior ferè Confinis eſt Moſellæ, ad quem præfecturam unam ZELTINGENSEM ET RATTIGENSEM non procul à Berncaſtel poſſidet, & inde Coloniam uſque deſcendit: Montana ſupra Bonnam, cum Eiffliam ingreditur; plana verò infra Bonnam eſt. Ac præter dictam Moſellanicam præfecturam cis Rhenum has ANDERNACENSEM, ALDENACENSEM, BONNENSEM, BRULENSEM, GODESBERGENSEM, MECKHEIMENSEM, HARTENSEM, LECHENICHENSEM, TULPETENSEM, REIMBACENSEM, ET NURBURGENSFM complectitur, trans Rhenum verò LINCENSEM, ALDEWIEDANAM, NEWERBORGENSEM ET WOLCKENBURGENSEM præfecturas.

Fertilis tota regio exceptis Eiffliæ locis, ubi montibus editioribus horreſcit, ut circa Nurburgum, in quorum aliquibus non deſunt plumbi ferrique fodinæ: in Collibus vini optimi imprimis circa Bonnam rubelli: in plano omnis generis frumenti, uti & vicina Julia feraciſſima. Præter RHENUM Germaniæ fluminum Regem fluvios NEITAM ſupra Andernacum, ARAM circà Aldenariam & Arovillam, ac ERPAM circa Lechenichium habet: oriuntur hi tres in arduis Eiffliæ jugis & præcipiti curſu ad plana delapſi; Ara circa Lintzium; Erpa circa Noveſium Rheno miſcentur. Piſces optimos omnis generis & propter frigiditatem ſaluberrimos & maximè ſapidos alunt. Profert quoque medicatas aquas, imprimis acidulas, quarum plures non procul Andernaco, inter quas maximè circa S. Antonii Ordinis Carmelitani Cœnobium prædicantur: ex limpidiſſimis bullis, ſapore acidulo temperandis æſtivis ardoribus gratiſſimo ſcaturientes, jecoris & hepatis obſtructionibus ac calculoſis medentur.

Civitates habet complures, quaſdam Antiquitate celebres, ut ANDERNACUM olim Antonacum dictum à ſtativis Romanorum & Valentiniani Cæſaris ut creditur tumulo nobile: jacet in divite Rheni ripæ inter montes amœno loco, quo Reges Auſtraſiæ non nunquam tempore, quo Salmones in Rheno capiebantur, Metis relaxandi etiam animi gratia navigabant.

LINZIUM arduo viniferóque colli impoſitum Tr[illegible]eſiani belli tempore Martios exſeruit Spiritus. AROVILLA jacet è regione in villa perquam amœna, quam fluvius Ara translabitur, pratis optimis, agro fertili vinóque ſalubri laudabilis;

Has ſecundo Rheno BONNA ſequitur caſtris Romanorum inſignis, quam Electores Colonienſes ſedem ſtabilem retinent, quæ ob ſitus commoditatem, fluvio, paſcuis, agris & vineis laudatiſſima, quaſi Bona dicitur.

Eminent in ea Palatium Electorum, domus telonii & collegiata SS. Caſſii & Florentii Baſilica, quam S. Helena regiis impendiis excitavit & dote cumulavit.

Nunc ambitus mœnium arte novisque munitionibus à Maximiliano Henrico firmatur. Præpoſitus loci Archidiaconus eſt ex primariis, cujus late per Eiffliam Malmundarium uſque jus in Curionibus veſtiendis protenditur. Loci dotes his verſibus celebrantur.

Bonna ſolum felix, celebris locus, inclyta tellus
Florida Martyrio, terra ſacrata Deo:
Exſulibus requies & aſylum mite fuiſti:
Semper & externi te reperere ſuam.

Nullo Rheni tractu, tam ſuave & ſalubre rubellum naſci dicitur, quam in promontorio, quod non procul Bonna Rhenum deſerens retro Brulam extenſum, ibi paulatim deſinit.

BRULA verò caſtrum præclarum habet & vivarium feris ſervandis percommodum, venationi quoque in ſylvis vicinis ſervit: auctum à Maximiliano Henrico.

A Rheno remotiora ſunt REIMBACUM prope montem S. Lufftildis, LECHENICHIUM caſtro forti munitum, quod Gallo Haſſo-Wimarienſis exercitus Diœceſis inferioris domitor, nullis perfringere vel perforare bellicarum machinarum ictibus valuit; ſed ibi ſiſtere coactus eſt curſum victoriæ.

TULPETUM celebre Clodovei Regis, ut quidam volunt, voto catholicæ religionis ineundæ: ibidem dejectus à mœnibus eſt Heimenfredus Rex Thoringorum, & Theodoricus prælio patrem Theodobertum profligavit.

INFERIOR DIOECESIS infra Coloniam ad Lippiam uſque porrigitur: duplex eſt RHENANA ET LIPPIENSIS: Rhenana præfecturis conſtat, HILCHERADENSI, LINNENSI, VRDINGENSI, KEMPENSI, OEDENSI, LIEDBERGENSI, RHEIMBACANA ET CÆSARIS INSULANA: eſt verò plurimum plana, frumenti ferax, paſcua ob altiorem Rheni ripam habet rariora, nec ſylvæ deſunt apris & Cervis venandis opportuna. Fluviis ERPA NERSAQUE rigatur: ille ex Eiffliæ montibus per agrum Juliacenſem, & Colonienſem dilapſus ſuprà Noveſiam in Rhenum ſe exonerat: hic è Juliæ confiniis ortus Oedenkirchium & Ouden oppida lambit, circa Gennepiam Mosâ miſcetur.

Civitatum prima SONCIUM Rheno imminens arcem fortem habet, quæ bis terve Haſſorum oppugnationem repreſſit; telonium etiam, quo Collegium Metropolitanum gaudet; nihil ferè bellicis tempeſtatibus paſſum, ut cultus divinus in æde principe perennaret. NOVESIUM ſequitur Romanorum caſtris celebre, Nuſſiam vocat Ptolomæus, Ammianus Niveſium: adſitum fuit olim Rheno, qui jam Civitatem deſeruit, ut horæ dimidio diſtet: ibi tempore defectionis Civilis & Batavorum tertia decima Legio hiberna habuit, Vocula & Cerealis ibidem commorati: oppugnatum à Carolo Audace novem Menſibus auxilio Colonienſium initio, & poſteà Cæſaris etiam ope ſtrenuè ſe defendit, jus hinc cudendæ monetæ, immunitatem teloniorum in Rheno & aquilam auream in campo nigro pro teſſera gentilitia meruit à Friderico 3 Cæſare.

At Patrum ævo primum à Schenkio captum, tum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum à Larmensi Duce recuperatum & incensum, iterùm ab Hassis ætate nostra occupatum gravia damna pertulit.

In opposita Rheni ripa CÆSARIS INSULA jacet clara collegio S. SUIBERTI, quem ritu sanctis fertur adscripsisse Leo III. pp.

Præterea jam ab Henrico Maximiliano Archi-Episcopo recens valide munita LINNA ET ORDINGA Rheno imminent, à quo HILCHERADICUM OUDA ET KEMPENA sunt remotiores, felicibus agris Juliæ propinquiores: Et hæc quidem Thomam à Kempis, illum aurei Dei imitatione Christi libelli scriptorem genuit: Gelenium etiam Episcopum, qui Colonienses Antiquitates & Sacrarium plurimum illustravit.

BERCHA postremum Diœcesis obtinet locum situ & arte munitissima, bellis istis belgicis tot expugnationibus notissima & 1674 reddita Maximiliano Henrico Electori, cui vicinum Sandense oppidum nunc Clivensis, olim ex parte juris Colonienses fuit; Præpositum habet Archidiaconum.

LIPPIENSIS tractus inter duos fluvios LIPPIAM (ubi Monasterienssem) & IMSCHERAM, (ubi Principatum Essendiensem & Comitatum Marianum attingit) situs: VULGO VESTA RECKLINGHUSANA nominatur, ac in superiorem & inferiorem dividitur. Solum habet arenosum, fertile, planum, nisi quod in medio tumulis quibusdam adsurgat, duo dicasteria, Præfecturam unam, castrum insigne HORNBURG & Civitates duas: DORSTENA Floridæ Lippiensis amnis ripæ imposita ponte jungitur Diœcesi Monasterienssi & Dynatiæ Lembecensi: Locus admodùm munitus, è quo nostro tempore Hatzfeldius ejecit Hassos.

Altera RECHLINGHUSA dicitur, à quo VESTA cognomen duxit. In utráque S. Francisci de observantia Cœnobium viget; nobilitatem antiquam & numerosam habet, ejus suprà 30. families recensetur, ii S. Petrum & Claves Gentilitiis in armis ferunt, Peterlingi à fide S. Petro jurata nominati.

Multa hujus Vestæ & Hornburgi in bello Truchsesiano mentio: diu fuit hæc toparchia comitibus Schawenburgicis obligata pignore, quam Salentinus Isenburgicus redemit.

Ad DUCATUM WESTPHALIÆ venimus qui ab oriente comitatum Waldecensem, à meridie Hassiam, ab occidente comitatum Marcanum, à Septentrione Paderbornensem & Monasterienssem Diœceses respicit. Olim Widikindo & posteris ejus, à quo Wadinghus nomen retinet: Postea Lothario Duci Saxoniæ & Imperatori subjecta fuit: Is avus Henrici Leonis Ducis extitit, cui Fridericus Barbarossa circa A. 1180 Imperium derectanti, Ducatum abstulit & Philippo Heinsbergico Colonienssi Archi-Episcopo cum parte Ducatus Angriæ cis visurgim sita donavit, nam trans eum fluvium posita Bernardo Anhaltino Ducis Alberti filio largitus est, unde præter susatum, quod S. Cunibertus S. Petro reliquerat: quatuor hujus Principatus Metropoles seu urbes primariæ BRILONIA, GEISEKENA, RUDENA, ET WERLA Colonienssi Diœcesi accessere; præter 14 oppida; ATTENDORIA, OLIPENA, DROLSHAGENA, MENDENA, STATTBERGA, VOLCHMARSIA, MEDEBACUM, HALLENBERGA, WINTERBERGA, SMALENBERGA, FRITTBURGA, CALLENHARTA, WARSTENA ET BELICA vel eodem tempore, vel variis postea contractibus adjuncta sunt: adde minora quædam oppida ERVETE, ANRUCHTE, NIENHUSIUM, MOLHEM, HULLINGHOVIUM ingens vero Ducatus hic A. 1368 cœpit incrementum, cum ARNSBERGENSIS COMITATUS in medio Ducatûs situs partim donatione partim emptione comparatus est; in quo hæc 7 oppida ARNSBERGA, HIRTZBERGA, EVERSBERGA, GREVENSTEINIUM, ATTENDORF, NEHEIM ET DALVENA, cum his undecim oppidulis MESCHEDE, AFFELEN, HACHEN, SENDEREN, HUSTEN, FRIENOHL, HAGEN, LANGSCHEIDT, BRIDEVELT, PADBERG, HUDORFF continentur.

Denique Susato Clivensibus Ducibus relicto, duæ præfecturæ BELSTEINIENSIS ET FREDEBURGENSIS auxerunt Ducatum; ut decem earum & hæ cum reliquis numerentur. ARNSBERGENSIS, FREDEBERCHENSIS, BILSTEINIA, FREDEHARDENKIRCHENSIS, HOVESTADENSIS, WERLENSIS, NEHEMENSIS, BALVENSIS. Tota regio montosa est: nisi ubi Lippiam respicit quo loci in amœnissimam & fertilissimam planitiem definit. Omnia vitæ necessaria, licet non in omnibus locis copiosè habet; frumentum in planitie, pascua & prata in convallibus, ligna & feras in altis montibus copiâ incredibili.

Fluvii & fontes hujus regionis vix numerabiles magno murmure strepitúque prætereuntes reficiunt, quorum fluminum Princeps RURA, qui reliquos omnes propemodum absorbet, & Rheno non procul Dusburgo infert. Reliqui sunt, LENA, MONA, RORA, ALMA, qui Lippiæ: & dymela, qui Visurgi miscetur: omnes & delicatis abundant piscibus. Insuper omnis generis metalla gignit, aurum argentum (quorum ob aquarum copiam fodinæ vix lucrosæ & diu neglectæ jam quæstus faciunt) cuprum, ferrum, plumbum, vitriolum, alumen, & sulphur; nec caret marmore, omnis etiam generis lapides, tegulas imprimis producit, WERLA pingui & felici solo sita, celebris salinis, insignis curiâ. Comitatus olim fuit à Ludolpho comite donatus S. Petro. Coctores ibi salis viri patricii magnis ornantur Privilegiis. Circa Brochhusen prope Waldecensem comitatum fons limpidissimus in apice petræ reperitur.

Circa VOLCHRINGHUSEN antrum vastissimum est incogniti recessus. Gens tota ingeniosa, robusta, cuivis cælo adsueta, selectos præbet milites.

Nobilitas antiqua & copiosa, quæ ex castris toto Ducatu ad ejus tutelam erectis traxit originem, quibus defendendis familiæ nobiles fidem & operam suam obligabant.

Castrorum primariorum hæc fuerunt nomina, RUDENSE, WERLENSE, MENDENSE, MEDEBACENSE, NEHEIMENSE, VOLCHMARSENSE, COCHLENGENSE, HALLENBERGENSE, ET HOVESTADENSE; Præter hæc alia fuere castra ligia & aperta, belli tempore Duci multum commodabant. Superant aliquot centuriæ sturpium istarum prosapiæ

veteris, quæ Castrenses, Vernacule Burchmänner dictæ non nobiles tantùm, sed illustres etiam domus condiderunt.

Ad Ducatum 12 alta judicia vulgo gograviatus spectarunt, totidemque judices ab Archi-Episcopo Electore vel ejus supremo præfecto seu Mariscallo porrecto gladio nominabantur, ii RUDENÆ GESEKENÆ ERVITÆ, IN HARE, BRILONIÆ, MEDEBECÆ, SUSATI, WERLÆ, MENDENÆ, SUELMÆ & RECHLINGHUSII jus dicebant.

Judex SUSATENSIS olim VICEDUX dicebatur. Subsunt eidem Duci liberi comitatus, vulgo Freigrafschaften, RUDENÆ, STEINÆ, KENSTEINII, & MEDEBECÆ, quos olim rex, nunc elector vel ejus præfectus constituit. Dux idem à Rheno ad visurgim usque fidem publicam seu salvum conductum præstat viatoribus.

Spectant præterea 4 Dominia WILDENBURG HOMBERGEN, HACHENBERG & HARDENBERG ad Electorem Colonienſem, habet verò Ducatus Westphaliæ consilium proprium, tabellarium & Cancellarium ut vocant Arnsbergæ sicut Archi-Episcopus præter Officialem Colonienſem, alterum Arnsbergenſem Werlis constituit.

5. Jam verò honorata PALATII ELECTORALIS MINISTERIA, pleraque illustres obeunt: nam SALMIÆ COMES Dominus Rifferscheidiæ, Bedburi, Dickæ, Alffter & Hakenbrochii Mariscallus hæreditarius est, Comes Manderscheido-Blancenhæmius hæreditarius aulæ magister.

Archipincerna PRINCEPS AREBERGIUS, quod officium olim comitum Virneburgicorum fuit. *Archi*-præfectura diu vacavit extincta Comitum de nova aquila familia, comitibus Benthemensibus reddita. *Archicamerarii* sunt dynastæ Raitzen de Frentz.

Denique statibus quatuor velut rotis quadriga Colonienſis Archidiœcesis nititur, primus CLERUS PRIMARIUS sereniſſimi & illustriſſimi Sanguinis. ALTERUM COMITES ARCHIDIOECESIS, tertium NOBILITAS RHENANA & WESTPHALICA. Quartum CIVITATES constituunt. Horum consiliis, viribus & consensu Archidiœcesis tota vertitur & rotatur.

CAPUT II.

Ejusdem sacræ Jurisdictionis per tres alios Ducatus Juliæ, Cliviæ, Montium & comitatus vicinos Major Amplitudo fundique Sanctitas.

1. SAcra pontificia potestas licet *Apostolis* nullis esset cancellis circumscripta, successoribus tamen eorum & discipulis (Petri Principis *Apostolorum* in Sede Romana posteris exceptis) certis fuit limitibus definita, ut fixis designatarum regionum spatiis & intervallis subjectos sibi populos tam fide doctrináque pascerent, quàm eis pastores idoneos & sacris ordinibus initiatos destinarent, qui sacris misteriis imbuerent, sacramenta pleraque administrarent, ordinis & confirmationis impertiendæ, ac in rebus gravioribus juris dicundi sibi reservatâ potestate.

Ita Colonienſis *Archidiœcesis* sacram Jurisdictionem ad Rhenum quidem, infra *Andernacum* circa *Sintzichium* & *Ara* fluminis ostium incipit: at circa fontes ejus per *Eiffliam* latè in ipsum *Trevirenſem principatum* & præfecturam hujus Daunenſem & alia se protendit loca: nam *Dauuum*, *Ulmena*, *Hillesheimium*, *Manderfelda*, *Weinfeld*, *Mehren*, *Kelberg*, & alii *Pagi* vel oppida subsunt eidem. Comitum etiam Eiffliacorum oppida, pagique *Kilvilla*, *Croneburgum*, *Geroelsteinium*, *Schleida*, *Blanckenheimium* juris sacri sunt Colonienſis.

Ideo Jurisdictio sacra ab *Aræ* fontibus ad *Austrum* per ditiones quasdam Trevirenſes; ARENBERGENSIS PRINCIPIS, COMITUM SALMENSIUM, MARCANORUM, SCHLEIDENSIUM, BLANCKENHEIMIORUM pervadit Dominatus: *Amblaviam* deinde *Malmundarium*, *Monioium*, *Porcetum*, *Indense Cœnobium*, & JULIACENSEM DUCATUM (Heinsberga, Sittardiâ, Susterena, & Wassenberga Diœcesi Leodienſi relictis) MOSAMQUE penè attingit ad Rhenum usque & *Neomagum* ad *Aquilonem* ferè suos producit fines, CLIVIÆ DUCATU cis Rhenano GELDRIÆQUE nonnullis inclusis locis: tum Rhenum transgressa Cliviam trans Rhenanam *Marchiam* universam, *Essendienſem principatum*, Vestam *Recklinghusanam & Lippiæ latus Australe*, *Susatenſem tractum* & totum *Angriæ Westphaliæque Ducatum* complectitur, Hassâ verò & Waldecenſi Comitatu raso Montenſem omnem Ducatum includit & Westerwaldiæ Comitatibus omissis circa Lintzium ad Rhenum reducitur, circuitu seu periegesi 90 ferè Germanicorum milliariorum. Horum Ducatuum origo, locáque primaria sunt consideranda.

2. Vicinior Coloniæ citeriori in ripa Juliæ principatus, à comitibus, qui Vrsulani Collegii & quarumdam aliarum *Ecclesiarum Advocati* fuerunt, jam à Sexcentis & 50 retro annis certior & verior origo petitur, monumentis clarissimis *in his annalibus suis locis & temporibus adducendis* testatissimas, qui Cæsareis donationibus, jure dotali, bellis & contractibus opes vehementer auxerunt, ut *Anno* 1329 GUIHELMUS à LUDOVICO IMPERATORE MARCHIONIS titulo, postea DUCIS etiam ornatus sit insignibus. Gens origine ubia: nam & Tacitus Marcodurum Ubiorum agnovit vicum, qui Menapios quidam agris exutos in Belgium usque submoverunt. Metropolis quæ nomen Ducatui dedit JULIACUM est, in Antonini itinerario nominatum; arce munitissimâ firmatum, quam Comes Mau-

Mauricius ævo noſtro fœderatis Batavis, SPINOLA Hiſpanis adſeruit; hoc quo hæc ſcribo Anno 1660 redditam PHILIPPO WILHELMO DUCI JULIÆ.

Proximum ei MARCODURUM S. Annæ cultu & Cranio, ac Caroli expugnatione celebre, quod CAROLUS M. aliquot comitiis honeſtavit. Præterea MONASTERIUM EIFFLIÆ jacet in vallibus propè ontes Erpæ fluminis, & Euskirchia, 4 conſtituunt Metropoles. *Sittardia* quoque *Heinsberga* : *Suſterena*, non ignobilia ſunt oppida, Leodienſi ſubdita ſacræ Jurisdictioni : Accedunt his minora, *Berchemium*, *Caſtrum*, *Glabbacum*, *Dalemium*, *Grevenbrochium* *Waſſenberga* ager totus tritici, frugumque reliquarum ad uſus humanos feraciſſimus : Gens nobilitate veteri, bellicaque gloria præſtans, ingenio pollens, literis & labori dedita : arces plurimas habet, à quibus equeſtres ſtirpes nomen trahunt. *Palant*, *Meroden*, *Reuſchenberg*, *Neſſelroden*, *Wachtendunck*, &c. Fluviis tribus irrigatur. RURA in duas ditionem partes ſecans in Moſam ſe propè Ruræmundam exonerat. ERPA ante Noveſium Rheno ſe miſcet, NERSA in his terris oritur. Thermis eadem terra beatur, Aquisgrani & Carbonibus foſſilibus.

Præfecturas has 24 numerat, *Caſter*, *Brugge*, *Bern*, *Boſſeler*, *Euskirchen*, *Munſtereiffel*, *Monheim*, *Eſchweiler*, *Grevenbroch*, *Waſſenberg*, *Geilenkirchen*, *Hensberg*, *Duren*, *Tonberg*, *Berchem*, *Heimbach*, *Willemſtein*, *Glabbach*, *Millen*, *Randenradt*, *Norvenich*, NUENAR comitatus, Juliacum & Nidecken.

3. Oppoſitam ripam trans Rhenanam, MONTENSIS Ducatus occupat, & ab Honſenſibus vinetis & Sigæ fluentis ſecundo rheno Angerortam uſque protenditur. Comites Montenſes ADOLPHUS Altenanus & EVERARDUS ALTENBERGENSIS Cœnobii conditores fuere ' qui ex advocatis Tuitienſibus & Montenſibus videntur deſcendiſſe. POSTERI ADOLPHI S. ENGELBERTUM ejusque patrem Adolphum genuerunt ; quo ſine prolibus mortuo, filio Sororis ejus Gerardo Juliæ Comiti ceſſit Bergenſis comitatus : quem circa Annum 1336 CAROLUS IV MARCHIONATUM : at filius ejus DUCATUM eſſe juſſit, Præfecturis 20 regitur, *Blanckenbergenſi*, *Lewenbergenſi*, *Huckelwagenſi*, *Portifeldenſi*, *Solingenſi*, *Landsbrgenſi*, *Duſſeldorpienſi*, *Steinbacenſi*, *Brenbacenſi*, *Neiſenloenſi*, *Medmannenſi*, *Windekenſi*, *Siburgenſi*, *Nuenburgenſi*, *Porcenſi*, *Lulſtorfenſi*, *Monheimenſi*, *Angermundenſi*, *Erveveldenſi*, & *Berchenſi*, Fluvios Sigam habet, in quem Suls & Bruil amnes influunt, *Viperam* etiam & Duſſelam, ab his Siburgum, *Wipperfurda*, & *Duſſeldorpium* duxerunt nomina. Hæc urbs primaria Ducatus firmata foſſa alta lætáque Rhenum attingit, arce præclara decoratur, Ducum & conſilii ſacratioris ſedes, abundat Civibus, Mercatu, Scholis : Duſſela perluit urbem, lambit arcem & Rheno ſe miſcet, ibi templum & Collegium habet Societas noſtra, SIBURGUM teſtaceis & figlinis conficiendis vaſis excellit. SOLINGA habet fabros plerosque gladiorum & cultrorum laudatiſſimos. ELVERVELDA fila telasque conficit, tapetis texendis aptiſſima, quæ in Belgium transvehuntur. Ad Duſſelam piſcinæ grandes ſunt quibus eſurialibus diebus Menſæ Colonienſes & Academica facultatis artium Convivia recreantur. nam indigenæ Montenſes ob ſolum ſterilius mirè ſolertes pecorum paſtu, aucupio, fructibus arborum, Junipero, herbis medicatis, lignis, aquis etiam ut vocant diſtillatis quæſtum maximum Coloniæ faciunt, & Civium delicias nutriunt. Sunt & alia quædam oppida *Blanckenbergum*, *Ratinga*, *Lennepium*, *Rhada ad Sylvam*, *Angermunda* ; nec deeſt aprorum venatio, ardearum aucupium, & in collibus vitiferis Honſenſibus vina, quæ cum Moſellanis certant.

4. Montenſem Ducatum *Clivia trans Rhenana* excipit, utramque Rheni ripam Civitatibus & oppidis celebribus ornans & muniens, Trans cum RURA, IMSCHARA & LUPIA piſcoſis irrigatur fluminibus, & ad ortum Marchiam, Veſtam, Comitatum Bergenſem & Weſtphaliam ; ab occaſu Geldriam, Leodienſem Diœceſin & Moſam reſpicit ; à Septentrione Zutphaniam & Bataviam ; à meridie Colonienſibus & Juliacenſibus agris terminatur, Aclium Gracilem nonnulli putant in Gallia Belgica potentem opibus à Pipino & Carolo Martello donatum eſſe comitatum Triſterbantiæ in Batavia, qui poſtea cœpit ab oppido ditionis arce Scholisque veterrimis celebri Clivia appellari, voeem eam à clivoſis collibus ſibi & ditioni vindicavit, Conditorem ejus (Julium Cæſarem faciunt : ideo majus atrium hanc præfert Epigraphen,

ANNO *V. C. DCXCVIII.*

C. IULIUS DICTATOR HIS PARTIBUS SUBACTIS ARCEM CLIVENSEM fundavit

proſpectum habet arx iſta amœniſſimum in agrum adſitum, præſertim è turri præcelſa, quæ nomen à Cygnis duxit. *Calcaria* Moſam inter & Rhenum à Comitibus Clivenſibus eſt ædificata, contra Geldrienſes & Colonienſes belli continui tempore pro Aſylo. *Vetera* quidam *Vorſtenberg* eſſe credunt & *Xanten* ipſam *Trajanam*, *Coloniam*, *ac Ulpia Caſtra Alpen*, *Grieta* ſiniſtram Rheni ripam tuetur quam Griethuſa ſequitur, Craneburgum fines attingit Geldria. Embrica litus oppoſitum Rheni ripam radit, quæ Ultrajectini Præſulis Jurisdictioni paret. *Reſa* quondam S. Petro Colonienſi donata, Clivenſibus ceſſit pactione.

Weſalia ad ad oſtium Lippiæ ſita mercaturæ ſervit, à Spinola quondam domita : quam aſtu Otto de Gent Batavis fœderatis adſeruit. *Burichium* ab altera Rheni parte Batavorum etiam arte munitum eſt. *Duisburgum* aliis Teutoburgum olim Rheno adſitum, nunc inter *Angram*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& Ruram jacet, olim Francorum Regum ſedes, inde Tungriam & Belgium Rheno ſuperato videntur petiſſe, cingitur ſaltu Teutoburgenſi, in quo magnus ferarum numerus & amnes limpidi.

ADOLPHUS à Sigismundo Cæſare primus DUX CLIVIÆ creatus eſt, cui cum MARCHIÆ COMITATUS acceſſerit, etiam ſacræ Colonienſi poteſtati ſubjectus, non eſt prætereundus, ſuit is cum Ducatu Montenſi veterum Ubiorum ſedes. Ac licet initio Comites Altenani & Montenſes tantum dicerentur, Adolphus tamen Friderici Comitis de Altena & Montis filius Marchiam adeptus ſe primum MARCANUM ſcripſit COMITEM, cujus ampliſſima ditio à Lippiæ ripa verſus occaſum excurrit, & inſignes Civitates, Hammonam, Unnam Suſatum Tremoniam Urbem Imperialem numerat, Werdena jacet ad Ruram, agris lætis & compaſcuis abundat. Ditio tota 14. his præfecturis conſtat, *Iſerloë*, *Hurde*, *Altena Bochum*, *Suartenberg*, *Ham*, *Wetter*, *Suerten*, *Lunen*, *Unna*, *Nuſtadt Blanckenſtein*, *Rade*, *Werden & Camen.* Fluviis præter Rhenum, *Lippia*, *Rura*, *Angero*, & *Wippero* gaudet, multos hic Comitatus, ut Cliviæ, Juliæ, Montiumque Ducatus Metropoli Colonienſi Archi-Epiſcopos, Leodienſi, Monaſterienſi & Oſnabrugenſi ſedibus, Antiſtes dedit, quorum propinquorum bella reſque geſtæ continuò fere quinis ultimis ſeculis his miſcentur annalibus. (*Crombachii manuſcriptis.*)

CAPUT III.

Jurisdictio Diœceſana in Archi-Diaconos & Archi-presbyteros ſeu Decanos rurales diſtributa.

UT in humano corpore licet ſit una anima, non tamen per ſe ſola, ſed adminiſtris quatuor primariorum membrorum organis, Cordis, Cerebri, Stomachi & Jecoris utitur ad vitam conſervandam, fovendam, & per vitales & animales Spiritus in ſenſibus & membris cæteris exercendam; eadem pedes ad ambulandum, manus ad agendum, oculos & alios ſenſus ad videndum vel explorandum, uti nunci os applicat, ad remotiora prius perſpicienda, quam imperet perficienda. Sic licet in Archi-Epiſcopo ſeu fonte & principe juris ſacri dicundi poteſtas omnis reſideat, ne tamen, ſive errore, ſive perditorum hominum fraude, ad res à juſtitia & æquitate abhorrentes impellatur, Eccleſiæ placuit, ſano juvari optimatum è Clero delecto conſilio & auxilio. Quatuor ex omnibus ab initio viſum fuit velut conſilium ſanctius Archidiaconos ſeligi, quibus velut cardinibus totidem, ſacra Jurisdictio firmaretur & facilius administraretur. Sed quia nonnunquam tales ſe ultra muneris ſui gradum efferebant & æquari quodammodo deſiderabant Epiſcopo, nec ejus juſſis obtemperabant, eos ſerius Archidiœceſis Colonienſis admiſit, cum Leodii ſenſim adſurgerent, & munia quædam Epiſcopis propria ſibi arrogarent. „ De qua inſolita conſuetudine „ Wazo præſul in Epiſcoporum Leodienſium „ actis, (qui ab Anno Chriſti 1043 uſque ad „ Annum 1048 ſub Balderico Epiſcopo Leodii „ Decanus communem Clericorum vitam moderatus eſt) cum Joanne Præpoſito & Archidiacono ſic expoſtulavit: Si Diaconus, dic unde „ tibi cognomen Archi? ſi non potes, ulterius „ deſine gloriari. Coëpiſcopos & Archidiaconos „ ob inſolentiam removet Eccleſia, unde & his „ in præſens caret Colonia Metropolis, *& tota „ Provincia* „ *Hæc Wazo. Coëpiſcopos vel Chor-Epiſcopos* (quales modo *Suffraganei* ſunt) tunc nondum Colonienſis admittebat, qui ſacros Ordines Epiſcopi loco miniſtrarent, neque Archidiaconos, qui minoribus ſaltem ordinibus initiarent. Ipſe quoque qui Wazonis tempore vivebat *S. Heribertus*, quoad licuit, ſuam obibat Archidiœceſin, ſed cum Imperii negotiis diſtineretur, & multò magis alii ſucceſſores, cùm opes Eccleſiæ creſcerent, & Metropolitæ hi, ut S. ANNO, ARNOLDUS II. REINOLDUS & PHILIPPUS aulam ſequi frequenter Imperatoriam cogerentur, ARCHIDIACONORUM officium moderatum induxerunt, quod quatuor Præpoſitis initio, METROPOLITANO, BONNENSI, SANTENSI, & SUSATENSI tribuerunt; qui etiam officiales judices Coloniæ, Bonnæ, Santis, & Suſati conſtituunt, ut cauſas minores Eccleſiaſticas cognoſcant, & Archidiœceſin quatuor ſectam partibus viſitent.

His quintus paulatim acceſſit Decanus Metropolitanus; ac NOVESIENSEM & DUSSELDORPIENSEM diſtrictum obſtinuit, Officiali quoque Noveſii deſignato: quin & poſtea nonnulli alii, ut Decanus Marianus graduum TREMONIENSEM, & Abbates quidam loca minora cum aliqua Jurisdictione participarunt.

2. His Archidiaconis inferiores cenſentur ARCHI PRESBYTERI, ſeu DECANI RURALES vel Chriſtianitatis, qui Parochorum conventibus præſunt cum Imperio, morumque cenſuram & Eccleſiaſticam Diſciplinam ita temperant, ut in majoris momenti negotiis ad Archidiaconum vel ipſum recurrant Archi-Epiſcopum: Sunt enim Archidiaconatus majores IV. aut V. Decanatus aut Chriſtianitates, ſicut ipſi Decanatus in CAMERAS duas aut tres ob nimiam frequentiam diſtributi, quibus Camerarii, quaſi Socii Decanorum præſunt. Sic in ipſa Metropoli Colonienſi novendecim ſacris Regionibus ſeu Parochiis ſectâ, Curionibus, qui præeſt, non Decanus ſed CAMERARIUS appellatur ob Archi-Epiſcopi, quaſi eo potiſſimum loci ſedentis reverentiam relicta ipſi Decani poteſtate, cujus vices Camerarius obit, Conventus agit, Archivum cuſtodit, Archi-Epiſcopalia Mandata proponit, Methodum concordi modo docendi præſcribit & omnia Decanorum inſtar moderatur.

2. Emi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

3. Eminent verò XIX hi Curiones Colonienſes Urbani ceteris omnibus Decanis ruralibus, nam in Synodis Diœceſanis omnes eos antecedunt, ac veluti Metropolitani Canonici vel Eccleſiarum Summates in libellis Archi-Epiſcopo offerendis ſe SACELLANI velut in partem Curæ Metropoleos vocati nominant, cum ceteri de Clero ſubditos ſe & Clientes profiteantur. Horum plerosque Gregorius XIII. Senatus Colonienſis rogatu Sacerdotio cumulavit alio, ne congrua deeſſet iis ſuſtentatio & doctiores ac aptiores ea prenſarent beneficia. Ex his quatuor primariarum Parochiarum Curiones S. Columbæ, S. Martini Minoris, S. Laurentii, & S. Albani duobus privilegiis anteſtant ceteris: primo, quod ſicut Metropolitanis Canonicis, iis permiſſa ſit ara princeps in æde ſummâ: deinde quod quatuor ſummi pœnitentiarii nominentur. Has proxime accedit S. Petri Parochia, cum prioribus urbi veteri incluſa: quam ſequitur 6 B. Virginis Liſolphiana ſeu in litore (nam jacet ad rivum urbanum qui ibi Rheno ſe miſcet) 7tima S. Lupi, 8tava S. Jacobi, nona S. Joannis Baptiſtæ, decima B. Virginis Indulgentiarum, undecima S. Pauli: utraque in agro Urſulano ſita, duodecima S. Magdalenæ ad S. Severinum, decima tertia S. Brigidæ, decima quarta S. Mauricii, decima quinta SS. Apoſtolorum: decima ſexta S. Cuniberti, decima ſeptima S. Chriſtophori, decima octava S. Joannis Evangeliſtæ & decima nona B. Virginis in paſculo. Præter has 19 Curiones, qui plebani (quod plebi in ſacras regiones diviſæ præſint) appellantur, totidem fere ſunt alii, qui ſingulis Collegiatis Eccleſiis & hoſpitalibus quibuſdam ſine alia plebe ſolis immunitatum iſtarum incolis præpoſiti, conſcientias eorum regunt, & FAMILIÆ PASTORES ſunt, qui ſæpe plebanorum etiam ſunt Sacellani.

Intra has 19 Parochias Colonienſes undecim ſunt erectæ Collegiatæ Baſilicæ: primas Metropolitana S. Petro ſacra, conditorumque Ss trium Regum tenet, in qua Cæſarum & Regum filii, Archiduces, Duces & Principes vel illuſtres ſaltem admittuntur: ſolis octo Presbyteris doctrinæ, graduque Juris vel Theologiæ virtuteque conſpicuis licet genere ſint inferiores, exceptis

Senatum ſive Capitulum primarium XXIV. conſtituunt XVI illuſtres ſacro ordine initiati, & octo presbyteri Doctores, vel Licentia decorati: extra hos ſupra XL alii ſunt illuſtres, nondum in Senatum hunc cooptati.

Hanc S. Gereonis Collegium excipit, XV illuſtribus & XII Presbyteris ornatum; tum S. Severini, S. Cuniberti, S. Andreæ, SS. Apoſtolorum, S. Mariæ ad Gradus, S. Georgii, octo virorum Collegia: quibus tria mixta utriusque Sexus S. Urſulæ, ſolarum illuſtrium, Capitolinum Prænobilium, S. Cæciliæ nobilium & patriciarum accedunt. Collegiatas Eccleſias ſequuntur, Abbatiæ duæ S. Benedicti diſciplinæ, S. Pantaleonis & S. Martini Majoris: duæ itidem Teutonicorum equitum & una Melitenſium Sacerdotum Domus & Eccleſiæ. Præterea quindecim virorum aſceteria, Parthenones XXXVII Hoſpitalia XIV Sacella alia publica circiter numerantur: nam privatorum in Curiis Conventibus & Ædibus non eſt numerus. Singulorum accuratam deſcriptionem in Sacrario perſecutus eſt ÆGIDIUS GELENIUS.

4. Numerus CHRISTIANITATUM ſeu DECANATUUM RURALIUM incertus eſt hoc tempore; fuitque varius intra ſæculum quo creſcente in Ducatibus & comitatibus vicinis hæreſi, quidam toti fere extincti ſunt, vel aliud ſortiti nomen, deinde cum in Belgio rogatu PHILIPPI SECUNDI Regis Catholici ſedes pontificiæ multiplicarentur, præter ULTRAJECTINAM CATHEDRAM TOTAM SUFFRAGANEAM, Decanatus NEOMAGENSIS ſeu Defflicenſis, & GELDRIENSIS avulſus eſt à Metropoli Colonienſi novoque Præſuli JURE MUNDANO ceſſit, Ultrajecti Sede Metropolitica conſtituta: ideo ex ſynodo Anni MDLI Coloniæ paulò ante id temporis habitâ, quâ præſentes & abſentes Decani nominantur eos recitabo, quæ ſic ait. Deinde recitata fuerunt nomina & adnotati præſentes Decani rurales ſeu Chriſtianitatum videlicet Arcuenſis ſive Bonnenſis, Tulpetenſis, Eifflicenſis, Sibergenſis, Juliacenſis, Berchemenſis, Geldrenſis, Noviomagenſis, ſeu Zefflicenſis, Suchtelenſis.

Wattenſchedenſis, Sandenſis, Tremonienſis, Tuitienſis, Ludenſchedenſis, Wormbachenſis, Aſſindienſisi

Poſtea duos adjungit Decanos inter abſentes hoc ordine deſignavit & recitavit Decanos *Juliacenſem*, *Wattenſchedenſem*, *Sandenſem*, *Tremonienſem*, *Attendorienſem*, *Duſburgenſem*, & *Wormbachenſem*; *ſubdit*: WILHELMI Juliæ Montium & Cliviæ Ducis & Marchiæ Comitis metu & literis quoſdam Decanos ditionum ejus deterritos abſentiam excuſâſſe.

Præterea lego in decretis Henrici Anno MCCCLVI ſtatuto VII alios duos Decanos hoc modo cum notis duobus reprehendi: monemus omnes & ſingulos Juriſdictionem habentes & non habentes, ſpecialiter *Tremonienſem*, *in Wittene*, *in Hagene*, & in *Eſſende* Chriſtianitatum Decanos: vetat his cauſarum de matrimonio cognitionem.

Præter dictos alibi lego nominari etiam: *Attenſchedenſem*, *Geſekenſem*, & *Halverenſem* Decanatus: item *Iſerlöenſem*: hic tamen jam Attendorienſis nominatur. *Wattenſcheiden* autem prope Altenam jacet in Marchia ubi & *Lundſcheit*, ob *Halver* propè Rhadam ad ſylvam & Montenſis ditionis fines: quin & *Witten trans Ruram*, *Hagen* cis prope *Volmeſtein* in Marchia ſunt adeoque mutata ſubinde nomina Decanatuum ſunt & hæreſi invaleſcente toti quidam vel maximam partem ab obedientia & Jurisdictione ſacra Colonienſi ſe ſubduxerunt.

Secti quoque duo Decanatus ſunt Arcuenſis & Noveſienſis: ab hoc Duſſeldorpienſis, ab illo Buranus ſeu Bonnenſis eſt ſeparatus; unde qui hodie ſunt, hoc videntur ordine recenſeri, Arcuenſis Buranus ſeu Bonnenſis, Tulpetenſis, Eifflicenſis, Siburgenſis, Juliacenſis, Berchemenſis, Suchtelenſis, Noveſienſis, Wattenſchedenſis, Sandenſis, Suſatenſis, Tremonienſis, Tuitienſis, Attendorienſis, Meſchedenſis, Recklinghuſanus, Medebacenſis, Wormbacenſis, Lundſchedenſis, Aſſindienſis, Duſſeldorpienſis, Geſekenſis, Duisburgenſis.

Præter has & Colonienſem Urbanam aliæ minores Chriſtianitates ſunt, prima *Malmundarii*

& Oistlichiensis undecim paroeciarum, quæ Tulpetensi conjungitur. II. Item *Steinfeldensis Abbas* Anno 1655 literis ad Maximilianum HENRICUM ARCHI-EPISCOPUM datis jus suum ità profitetur, „ Steinfeldensis Matrix Parochia habet „ tres curatas Parochias, Sistig, Hall, & Wil„ denberg: utramque Jurisdictionem exercet in „ suo districtu in Parochias & Parochianos: ha„ bet jus Archidiaconale Synodi & cum causa„ rum cognitione in Comitatu Schleidano, Do„ miniis *Reifferscheid & Wildenburg*, & dictorum locorum Curiones ab ipso investiuntur, item *Parochialis in Dunwaldt* ab immemoriali, ùt ostensum est Ferdinando Archi-Episcopo ab Anno 1647.

Cæsaris insulanus Decanus sibi ut Archipresbytero vindicat *Iuer* propè *Himmelgeist & Creutzberg* prope *Cæsaris* Insulam. *In Unna & Herbede* Tuitiensis Abbas videntur sibi jus arrogare.

5. Ego sicut nulli jus suum detractum volo, sic nulli meis Annalibus jus novum adstructum. Ordior à Superiore Archidiœcesis parte, in qua residet Archi-Episcopus, commodioris ordinis situ que gratia, & quia magis conjunctas sibi regiones omnes habet.

STA-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

STATUS PRÆPOSITURÆ ET ARCHIDIACONATUS BONNENSIS.

Subsunt in universum Archidiaconatui Bonnensi ter centum & viginti Ecclesiæ, tum Matrices, tum paucæ Filiales & Sacella; in quinque sequentes Decanatus rurales, ut vocant, distinctæ; quibus singuli Decani sive Archipresbyteri præsunt, ac quotannis Synodos seu Capitula celebrant.

Primus est *Arcuensis Decanatus*, sexaginta novem Ecclesias complectens. Capitulum seu Synodum in Collegiata Ecclesia sanctorum Cassii & Florentii in Choro S. Barbaræ, ut vocant, feriâ quartâ post Dominicam Oculi, Pastores annuatim celebrant.

Pastores Decanatûs Arcuensis.

Aldendorff.
Aldenar.
Arweiler.
Bachum superior.
Bachum inferior.
Bergenhoven.
Berg S. Lufftildis.
Birgel.
Blasweiler.
Bodendorff, filialis.
Bornheim, filialis.
Brisach.
Berchum.
Bremich.
Buschoven.
Daun, vulgo Kirchdaun.
Dernaw.
Dumpelfelt, filialis.
Flertzheim.
Francken.
Fritzdorff.
Gelsdorff.
Grawenrindorff.
Hersel.
Heimertzheim.
Hemmerich.
Hechenbach.
Heimertzheim *auff der Aar.*
Hilberadt.
Holtzweiler.
Hoeningen.
Huueraedt.
Ippelendorff.
Keldenich.
Kesseling.
Königsfeld.
Lind.
Loendorff.
Melem.
Meil.
S. Martini prope Roesberg.
Metternich.
Morrenhoven.
Murdtscheidt.
Neukirchen *in der Seürsen.*
Neukirchen.
Oberwinter, filialis.
Oedingen, filialis.
Ramershoven.
Reimbach.
Remagen.
Ringen.
Roesberg.
Rupperadt.
Saar.
Sechten.
Sintzig.
Schwadorff.
Schwitz *auffm Berg*, Capella.
Villip.
Vischel.
Unckelbach, filialis.
Urffel.
Walburgenberg.
Waldorff *auff der Aar*, filialis.
Waldorff.
Weilerswist.
Wesseling.
Widdig, Capella.

Secundus est *Decanatus Buranus* sive *Burgi*; tempore Ferdinandi, Ducis Bavariæ, Præpositi, & postmodum Archi-Episcopi Colonienſis, ex Arcuensi ob ejus amplitudinem erectus; constat viginti Parochiis. Capitulum, Bonnæ in Parochiali Ecclesia S. Martini, feriâ secundâ post Dominicam Reminiscere, celebratur.

Pastores Decanatûs Burani.

Alfter.
S. Remigii Bonnæ.
S. Gangolphi Bonnæ.
S. Martini Bonnæ.
Carweiler.
Dietkirchen.
Dottendorff.
Erstorff.
Eckendorff.
Endenich.
Fuesdorff.
Kessenich.
Lengsdorff.
Lessenich.
Leimersdorff.
Meckenheim.
Nierendorff, filialis.
Nungsdorff.
Wadenheimb.
Witterschlick.

Tertius est *Decanatus Tolbiacensis*; octoginta quinque Ecclesias sub se habens. Illi adjunctus est *Districtus Oistlingiæ*, ex undecim Parœciis compositus; cui Decanus Tolbiacensis jure Archidiaconali specialiter præest. Synodus sive Capitulum celebratur feriâ quintâ post Dominicam Reminiscere, in Parochiali Ecclesia Divi Petri Tulpeti.

Paſtores Decanatus Tolbiacenſis.

Antweiler.
Abenden, filialis.
Berg prope Nidecken.
Berg prope Vlasdorff.
Bernſtein.
Beſſenich, filialis.
Blentz, filialis.
Bleibur.
Boor.
Burvenich.
Groſſen Bulleſsheim.
Kleinen Bulleſsheim.
Commeren.
Diſternich.
Drimborn Capella.
Drees.
Drove.
Eichs.
Embecken, filialis.
Erp.
Elvenich.
Elſig.
Euskirchen.
Eſch.
Entzen, filialis.
Eukenheim.
Gartzem.
Gelcken.
Gladbach.
Hauſen, filialis.
Hergarden.
Heimbach.
Hoven S. Maximini.
Hoven S. Margaretæ.
Junckersdorff, filialis.
Jenich, filialis.
Kirspenich.
Krickheimb.
Kuchenheim S. Nicolai.
Kuchenheim S. Lamberti.
Kieverawe.
Langendorff, filialis.
Leſſenich.
Lovenich, filialis.
Loſsheim, filialis.
Lommersheim.
Loendorff.
Mechernich.
Mertzenich.
Nemmenich, filialis.
Nidecken.
Niderawe.
Oeleff.
Oelheimb.
Odendorff, aliàs Undorff.
Piſſenheim, filialis.
Roevenich, filialis.
Ringsheimb.
Roexheim.
Rudesheim.
Scheven.
Severnich, filialis.
Sintzenich.
Söller.
Stockheim.
Strasfeld.
Stotzheimb.
Scherwel.
Divi Petri Tulpeti.
B. Mariæ Virginis Tulpeti.
Vetweis.
Vrotsheim.
Vlatten.
Ulpenich, filialis.
Vriesheim.
Vlamersheim.
Vey.
Wullersheim, filialis.
Wollersheim.
Weiler *auff der Inen.*
Wichtrich.
Wedesheim.
Weingardten.
Weiskirchen.

Diſtrictus Oiſtlingiæ.

Amblavia.
Bella vallis.
Bullingen.
Butgenbach.
Contzen.
Kaldenherberg.
Malmundarium.
Mongiovia.
Rechta.
Semrad.
Weimbs.

Vide addenda in fine.

Quartus eſt *Decanatus Eiffliæ.* Is ſeptuaginta Eccleſiis comprehenditur. Capitulum bis in anno, primum feriâ quintâ poſt Feſtum S. Lucæ, ſecundum feriâ ſecundâ poſt Dominicam Cantate, Monaſterii Eiffliæ in Collegiata Eccleſiæ Sanctorum Chryſanthi & Dariæ, à Parochis aditur.

Paſtores Decanatus Eiffliæ.

Adenaw.
Allendorff.
Antweiler.
Awe.
Arburg.
Arenberg.
Barweiler.
Berndorff.
Bettingen.
Billig, filialis.
Blanckenheimerthall.
Blanckenheimerdorff.
Blagſcheid.
Budenrad, filialis.
Calcar, filialis.
Cronenburg.
Daun.
Dalheim, filialis.
Dollendorff.
Dockweiler.
Dumpelfeld, filialis.
Dorſſel.
Dottelen.
Eſch.
Eſchweiler.
Ewersheim, filialis.
Effelsberg.
Hammelen.
Hillesheim.
Hilgerad.
Honningen: filialis.
Holtzheim.
Kaldenbornhoach.
Kaldenreifferſcheid.
Kelberg.
Keldenich.
Kimmerſcheid, filialis.
Liſendorff.
Lommersdorff.
Monaſterium Eiffliæ.
Meshnen.
Meringen.
Manderfeld.
Mulheim.
Niderehe.
Noeten, filialis.
Nurberg, filialis.
Ormunden.
Oberehe.
Ripsdorff.
Rockeskeil.
Rhor.
Saresdorff.
Schold.
Sehonaw.
Schmidheim.
Stattkiel.
Steinborn.
Tagſcheid.
Tondorff.
Udenbret, filialis.
Ulmen.
Udelhoven.
Uſs.
Uxheimb.
Wiesbaum.
Weyer.
Weinfelt.
Werſshoven.
Zeintzheim.

Hic

Hic Decanatus latè per Eiffliæ comitatus, & ipſam Trevirenſem ditionem præſertim Daunenſem præfecturam extenditur, id ex patronis parochiarum, qui jus repræſentandi habent, cognoſcetur. Duas habet Cameras, ſuperiorem & inferiorem. Superioris hæ Parochiæ Juris Trevirenſis ſunt. Hillgeradt, Hillesheim oppidum, Kilvilla, Steinborn, Weinfelt, Daun, Mehren, Ulmen, Kelberg, Berendorff, & ex inferiori Camera ad Trevirenſem Awe & Manderfeld ſpectant. *Ad ſuperiorem Cameram* pertinent etiam Nidereehe, Parochia cum prioratu Præmonſtratenſi, Udelhoven, Dockweiler, & Uxheim in Kerpenſi Dominio.

In Comitatu Gerolſteinio jacent Bettingen, & Saresdorff, in Satrapia Nurberg, jus confert Elector; at Nurberg Burgmanni præſentant, Caldenborn nobiles Hillesheim. Commendator S. Joannis repræſentat in Adenaw, Aldendorff, Cronenburg, Kirmerſcheidt; Abbas S. Maximini Barweiler & Uxim; Elector Colonienſis Alten-Reifferſcheidt, Comes Manderſcheidt, Gerolsſtein, ut Dominus in Cronenburg, repræſentat Ormunden, Udenbret, Liſſendorff; Kille oppidum & Dalheim Comes repræſentat, Dottel Comes de Marca, Zintzheim alternis vicibus Manderſcheidt-Blanckenheim & Gerolſtein. Blanckenheim in valle & pago ac Eſch Comes in Blanckenheim, Dollendorff Comes de Keil, Marmagen ſub Steinfeldenſi Abbatia nobiles de Putzfeld, Prin-Arenbergicus Patronus eſt in Arenberg, Wershoven, Lommersdorff, Antweiler, Roer, Dorſel. Decano Monaſterienſi ſubjiciuntur Eversheim, Eſchweiler, Budenradt, Noeten. Eſt autem Monaſterii Collegiata Eccleſia, Societatis JEſu Collegium, Cœnobium Capucinorum, partheno Diſcalceatarum.

Quintus eſt *Decanatus Sigburgenſis*, ex ſexaginta quinque Parochiis compoſitus, quotannis in oppido Sigburgenſi, feriâ quartâ poſt Dominicam Cantate, in Parochiali Eccleſia S. Servatii, Synodum ſeu Capitulum celebrat. Plurimæ Eccleſiæ in hoc Decanatu, qui per Ducatum Montenſem latè extenditur, ab hæreticis ſubtractæ ſunt. Liberam cæteroqui conſtitutionem & electionem Decani, dicti Capituli, contra prætenſionem Abbatis Sigbergenſis, modernus Dominus Præpoſitus authoritate & præſentia ſua Paſtoribus ſive Curatis aſſeruit

Paſtores Decanatus Sigburgenſis.

Aldenkirchen.
Aldenrath.
Altzdorff.
Alpenrad.
Alſpach.
Bernbach.
Bercheim.
Blanckenberg.
Breitbach.
Caſſel ſuperior.
Caſſel inferior.
Crotbach.
Dattenfeld.
Droiſtdorff.
Dollendorff.
Eckenhagen.
Eitorp.
Erpell.
Flamersheim.
Gebertshagen.
Geiſtingen.
Grimborn.
Gommersbach.
Haenrad.
Hamff.
Hupperſchos.
Hackenberg.
Hamme.
Herſchingen.
Honneff.
Kyrberg.
Konigswinter.
Kudenkoven.
Laer.
Libberhauſen.
Lomer.
Luſcheit.
Mosbach.
Mehren.
Mons S. Ægidii, filialis.
Mondorff.
Morsbach.
Much.
Nidder pleis.
Newenkirchen.
Numbrich.
Oberpleis.
Odenſpiel.
Overrad.
Rammershagen.
Rheid.
Roſsbach.
Runderath.
Rupichderad.
Sigberg.
Stieldorff.
Uckterad.
Vilich.
Unckel.
Waldbrock.
Waldſcheid.
Wiedenniſt.
Wundthaen.
Winterſcheid.
Wißheimb.

Siburgi nobilium virorum O. S. Benedicti Abbatia eſt à S. *Annone* fundata: Heiſterbaci Ciſtercienſis Abbatia. Vilicenſe nobilium Canonicarum Collegium à Mengozo Gelriæ Comite fundatum: Reindorpenſe ſimile ab Arnoldo II. Col. Archiep. Circa Blanckenbergum Cœnobium eſt Regularium Canonicorum S. Auguſtini, Partheno Auguſtinianus, & Minorum Conventualium Aſceterium temqore S. Franciſci conditum.

ME-

METROPOLITANO PRÆPOSITO ET ARCHIDIACONO.

Subsunt Decanatus *Berchemensis*, *Juliacensis*, *Attendoriensis* ex parte olim eidem etiam *Novesiensis*, *Tuitiensis*, *Wormbacensis* paruerunt.

Berchemensis 120 circiter parochias vel curatas numerat Ecclesias.

Aldenradt.
Angelstorff.
Anweeheim.
Ausen superius.
Ausen inferius.
Badorff.
Berchem.
Berchemerdorff sub hac Parochia conventus est Recollectorum Bethlehem dictus.
Beerdorff.
Bachum superius.
Bachum inferius.
Blatzem cum parthenone Cisterciensi.
Bell.
Binsfeld.
Bollem, cum parthenone Koenigstorpiensi Benedictino.
Bottenbruch cum Cisterciensi Conventu.
Boiscenich Sacellum sub Keienberg.
Braweiler insignis S. Benedicti Abbatia cum Parochia.
Balchausen.
Baweiler.
Barenstein.
Betberg prope Dieck.
Bedburg oppidum habens Conventum Eremitarum S. Augustini.
Berga prope Wickeradt.
Brula, alit etiam recollectos & parthenonem Cisterciensem Marienbenden vicinum.
Bliessem prope Lechenich.
Buckelmund.
Buiz.
Bustorff.
Cärpen oppidum collegio Canonicorum & Capellâ prope Wevelinghoven ornatur.
Crile prope Coloniam.
Dirmischem sub Lechenich.
Efferen.
Elsen.
Elffken.
Elstorff.
Emmenradt.
Embs superius.
Embs inferius.
Eps.
Eisweiler.
Eschermuhl.
Eschweiler.
Frawmullesheim Sacellum sub Binsfeld.
Fremerstorff.
Fischenich Sacellum curatum sub Efferzen iam parochia.
Frechen.
Gartzweiler.
Geyen.
Geilradt.
Geisenkirchen.
Gerode.
Glessen.
Glesch Sacellum sub Paffendorff.
Glewel sub qua Burbacus partheno Cisterciensis situs est.
Gimmenich.
Gostorff.
Gotzen.
Goltzenkirchen.
Grevenbruch conventus in ea Cisterciensis est.
Gunterstorff.
Heddinghoven.
Hemmerden.
Hemmersbach.
Herten Sacellum sub Hurten.
Heppendorff.
Honnigen.
Hönkirchen.
Holtzweiler.
Huickhoven.
Hurt.
Immendorff.
Juchem.
Junckerstorff.
Kels.
Keyenberg.
Kendenich.
Kirchenter.
Kurdorff tria.
1 prope Braweiler.
2 prope Bedburg.
3 prope Lechenich.
Konigshoven.
Lechenich Recollectorum contu gaudet.
Liblar.
Lick.
Lipp.
Lovenich duo
prope Holtzweiler.
& Braweiler.
Manheim.
Martorff
Cum Heuchlen,
Et Clarenhoff, Sacella tria sub Frechen.
Mechenich.
Mereken.
Mulheim.
Mundt.
Nettesheim.
Neukirchen duo, prope Wandlo.
Et Hulckeradt.
Neuradt.
Newerhusen.
Norvenich.
Odenkirchen.
Oeckhoven.
Ohenradt Sacellum sub Keyenberg.
Ollimissen.
Paffendorff.
Pingsheim
Pollein.
Quadrat.
Rodenkirchen.
Rommerskirchen.
Stommeln.
Surdt.
Syndorff.
Torr.
Trostorff Sacellum sub Herten.
Wandlo.
Welckenberg habet Conventum Religiosorum tertiæ Regulæ S. Francisci.
Wenradt Sacellum sub Wandlo.
Wevelinghoven sub hac Langwaden partheno præmonstratensis est.
Wistersheim.

JULIA-

JULIACENSIS.

Christianitas sub eodem Archidiacono Metropolitano:

Parochias LXXV numerat.

Affden.
Aldenhoven oppidum, Sacellum in medio habet cum Sacro quotidiano, hospitale, & duos curatos pagos.
Schleiden
Et Durboslar filiales.
Alsdorff.
Baeckwiler.
Bardenberg.
Barmen.
Basweiler.
Beckendorff.
Berga S. Laurentii.
Bettenhoven.
Birckesdorff.
Boesdorff.
Brackelen.
Broich.
Coslar.
Cyr superius.
Cyr inferius.
Ederen.
Eicks.
Elendorff.
Ellen.
Eschweiler.
Freyaldenhoven.
Gevenich.
Glimbach.
Gressenich.
Gurtzenich.
Gusten.
Hambach.
Haren filialis Wurselensis.
Hasselsweiler.
Hoëngen.
Huinschoven.
Immendorff.
Inden.
Indensis nobilium virorum Ordinis S. Benedicti Abbatia.
Juliacum Collegium incolit Canonicorum, Patres Societatis JEsu, Capucini, partheno S. Sepulchri.
S. Catharinæ prope Schonforst.
Kintzweiler.
Kirbergh.
Korrentzich.
Lamersdorff.
Lendenstorff.
Linnich Cœnobium habet Minorum & Sanctimonialium tertiæ Regulæ S. Francisci.
Lohn.
Lovenich.
Marcoduri degunt Patres Societatis, Recollecti, Capucini, Sanctimoniales Annunciatæ & Ægris servientes.
Merckstein.
Merschen.
Mertzenich.
Mirweiler.
Morschenich.
Mundts.
Oidweiler.
Pescheten.
Porcetum parthenone nobilium Virginum Cisterciensium decoratur.
Promeren.
Pyr.
Rodigen.
Speil.
Selcherstorff.
Stetterich.
Tetz.
Titz.
Uback.
Urelenberg
Arnolsweiler.
Gereonsweiler.
Theodoriciweiler.
Weda.
Weisweiler.
Weltz.
Wurmb.
Wurselen.
Xierstorff habet commendam Ordinis Teutonici.
Zetterich.
Sunt præter dictas in hoc Decanatu hæ quoque Capellæ.
In Alstorff.
Amulen.
Borchem.
Diftelrodt.
Doen.
Frentz.
Geich.
Hella.
Helradt.
Hoffert.
Kofferen.
Palemberg.
Pateren.
Stalberg.
Sugrondt.

TUITIENSIS
DECANATUS

In Montensi Ducatu olim sub PRÆPOSITO METROPOLITANO fuisse dicitur, nunc sub Cunibertino est.

Parochias numerat LII.

Bechen.
Bensburg.
Burich.
Burgh.
Burscheidt.
Daverkausen.
Deutz Tuitium habet insignem S. Heriberti Ordinis S. Benedicti Abbatiam.
Dunwald partheno fuit Præmonstratensis, nunc Seminarium est ordinis ejusdem.
Durscheidt.
Engelskirchen.
Ensen.
Flittardt
Gladtbach.
Huckeswagen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Herckenradt.
Hohecapell.
Immerkeppel.
Kurten.
Lennepium Cœnobium habet Minorum.
Lottringhuſen.
Luſtorff.
Lintlahr.
Langell.
Leichling.
Lutzenkirchen.
Mulheim.
Merheim.
Neukirchen.
Odendahl.
Oelpe.
Opladen.
Paffradt.
Rindorff.
Reuſradt.
Radt.
Vormwaldt.
Remſcheidt.
Solingen.
Sand.
Schlebuſchradt.
Steinbachel.
Steinhauſen.
Volperg.
Urbach.
Witzheller.
Wipperfeld.
Wipperfurt.
Wermerskirchen.
Waahe.
Weſtorff.
Zundorff ſuperius.
Zundorff inferius:

DUSSELDORPIENSIS DECANATUS

Confinis Tuitienſi, recens à Noveſienſi præciſus, olim Præpoſito, nunc Decano Metropolitano ſubeſt:

Parochias circiter XXXII cenſet, hæreticis mixtus eſt. Quibus H litera præfixa cernitur.

Benrade.
Bilch.
Calchum.
Duſſeldorpium alit Canonicorum & Societatis Collegia. Crucigerorum, Recollectorum & Capucinorum Cœnobia; Diſcalceatarum & Annunciatarum parthenones:
Duſſel.
H. Elverfeld.
Eretradt.
Gerresheim Collegium habet Canonicarum nobilium Virginum.
Gruiten.
Ham prope Duſſeldorp.
H. Haen.
Hilden.
Himmelgeiſt.
Langenberg.
Lintorff.
Medman.
Monheim.
Mundelcheim & juxta Mintart.
H. Neves.
Neukirchen.
Paſtor de fonte.
Ratingæ cœperunt Minores Conventum.
H. Scholler.
H. Somborn.
Velbert prope Homberg.
Volmerwerte.
H Walde.
Wittlahr.
H Walfferath.
Wer prope Himmelgeiſt.
Et Creutzberg prope Cæſaris Inſulam.

DECANUS CÆSARIS INSULANUS

Vel Archidiaconus ſibi vindicat. Mintart. ad *Dusburgenſem* ſpectavit Decanatum

NOVESIENSIS DECANATUS: eidem paret.

Anrade, in Angermondt capella.
Biderich.
Borne prope Werdenam.
Butgen cum Vicaria.
Caſtforſt.
Crevelt.
Durmagen.
Ercherode prope Rerdt.
Elch.
Gelverode.
Glene.
Greverode.
Grimmelinckhuſen.
Gruten.
Hachenbruch.
Herde.
Hoeſtede.
Holtem.
Homburg.
Kerberg.
Kirſchmich cum Capella.
Lanck.
Langenberg.
Lynne.
S. Margarethæ Capella prope Hoeſt.
Noveſii Collegiata S Quirini Eccleſia.
Collegium Societatis JEſu.
Recollecti.
Regulares S. Auguſtini.
Clariſſæ
Et S. Sepulchri Virgines
Nembgen.
Norpe.
Nivenheim.
Oeſterade.
Olver.
Orep.
Roſellem.
Tolchem.
Viſchel.
Udesheim.
Ungelamme.
Wittlar.
Woringem.
Zoncium cum Capella Patres Recollectos alit.
Sunt in hoc diſtrictu, *Merenſis*, Ordinis Præmonſtratenſis, & *Gnadendalenſis, inſtituti Ciſtercienſis parthenones.*

7. AR-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ARCHIDIACONATUS SANTENSIS

Cis & trans Rhenum DECANATUS quinque numerat, ei multas Parochias Catholicas Episcopatus novi RUREMUNDANUS & SILVÆDUCENSIS subduxerunt è Geldria, literâ O; Multas hæresis literâ H, præfixâ notatas. Quas Commissarius Archi-Diaconi R. D. GERARDUS, GAIENUS benevolè mecum communicavit.

Ac primus *Suchtelensis* paucas habet Parœcias, sed amplissimas, quibus communicantium adjiciam numerum.

Glabbacum Abbatiam S. Benedicti habet, communicantes 4560.
Totidem Kempena.
Ducikena 3000.
Suchtelena 2800.
Huls 1400.
Pauciores S. Antonii.

Oeda.
Bosen.
Hart.
Vorst.
Reida.
Ude.
Amissæ.

O wacktendonck.
O Greverode.
O Heensbeck.
O Heringen.
O Leith.
O Virsen.
O Wanckum.

DUSBURGENSIS TRANS RHENANUS

Confinis Dusseldorpiensi, paucis exceptis hæreticus

Boetberp superior cum Capellâ.
H. Beeck.
H. Baerl.
Bochem.
H. Berck:
H Drevenich.
H. Duisburg.
Dinslacken.
Eppinckhaven.
H. Emmerich.
In COMITATU MOERSENSI
H. Galen.

H. Gotterswick.
H. Hunxe.
H. Hisveld.
H. Hundsveldt.
H. Halen.
H. Holt.
H. Habynen.
H. Kettvvich.
H. Mulheim ad Ruram.
Mintert.
H. Meiderick.
H, Moersa.

H. Nova Ecclesia in Vlumen.
H. Orsoy.
Ordinga.
Oesterveldt.
H. Repelen.
Spellen.
Sterckenradt.
H. Scherenbeck.
H Vrimersheim.
Walsum.
H. Rivort.
H. Walack.

SANTENSIS

Ipse Decanatus his gaudet parœciis

Alpen.
Appeltorn.
Briten.
Bort.
Menselar.
H. Wesalia.
Dorstena.
H. Buderich.

Ginterich.
Bimmel.
Bussclich.
Bienen.
H. Hamminckelen.
Loedichen.
Rhenen olim modo Haffen.
Suilen olim modo Traest.

Dormick.
Mehr superior.
Millingen superior.
Monumentum inferius vulgo Nidermoringter prope Resam.
Visen.
Calcar:
Aldencalçar hujus templum

Haſſi diruerunt.
Tyl'.
Cuilburg.
Nyell.
Millingen inferius.
Mehr inferius.
Huſvverden.
H. Duffelvvardt.
Cleve.
Rineren.
Donsbruggen.
Keken.
Kekerdam.
H. Iſſumb.
Craneburgum cum collegiata Eccleſia & parthenone.
Halderen prope Reſam.

GELDRIENSIS vel STRALENSIS Catholicus

O Riſen.
O Aefferden prope Moſam.
Aſperden.
O antiqua Eccleſia in Die Vogdey.
O Bergen.
Boegen alias Hullum.
O Berenbrock.
Capella S. Georgii.
Gennip.
Goch.
O Gelder.
Heiden.
Hommerſem.
Haſſum.
Keſſel.
O nova Eccleſia in die Vogdey.
O Terſum.
O Stralen.
O Wolbock cum ſuis Capellis & filiali dicta Tuiſtaden.
Uden.
Winnekendonck.
O Wetten.
O Vart Were.
O Well.
O Keverdonck.
O Capellen.
O Kevelaer. 28.

DECANATUS NEOMAGENSIS

Appelderen.
Afferderen.
Alden.
Altforſt.
Belgoi.
Boningen.
Druiten.
Dromall.
Effick.
Groisbeck.
Haſſel ſuperius.
Et inferius.
Herman.
Hirnen.
Haren.
Levvin.
Loee.
Moldick alias Moeck: Hæc ſola Eccleſia in hac Decanatu manet Catholica.
Sita in Clivia.
Malden.
Noviomagum.
Nifferick.
Oy.
Dyeſt.
Perſingen.
Puffelick.
Winſem.
Waemal.
Wichen.
Batenburg eſt Collegiata Eccleſia cui incorporata eſt Bomel & Horſen ſeu Hoeſten, Borgharen. 32.

In hoc Archidiaconatu olim fuere 152 Parochiæ numeratæ.

Veſtæ Chriſtianitas olim erat propoſita, cujus Curiones olim proprium Decanum eligebant, nunc ab Annis 60 commiſſarium ipſis Archi-Epiſcopus Colonienſis præficit: dividitur in ſuperiorem & inferiorem: Civitates duas habet *Recklinghuſium* & *Dorſtenam*: tria municipia: *Horneburg*, *Weſterholt*, & zur *Horſt*:

Superioris Parochiæ ſunt.

Recklinghuſium.
Waltrap.
Dattelen.
Henrichenburg.
Boſtorp.
Oor.
Sudevvich.
Horneburg.
Harten.
Weſterholt.
Merl Pelſum.

PASTORI RECKLINGHUSANO

Harum quædam ut filiæ & Capellæ ſubſunt.

Quibus ut ſuis Vicariis confert inveſtituram. Laicalem Synodum cogit exceſſus corrigendos.

Inferioris hæ ſunt Parochiæ

Durſtena.
Kirchellen.
Gladbeck.
Bottorp.
Oſterveld.
Durſtenſis etiam Curio mediocres defectus Laicorum plectit in Synodo.

ESSEN-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ESSENDIENSIS

Decanatus perexiguus est.

V. tantum numerat parœcias.

In Essendiensi oppido, ubi principale Collegium illustrium Canonicarum & Patres Capucini & PP. Societatis JESU degunt.

Parochia S. Joannis est Catholica.
S. Gertrudis parœciam occuparunt Lutherani, Catholicis Parochianis priorem S. Joannis Ecclesiam frequentantibus

Stiel oppidum.
Borbeck &
Stoppenberg pagi Catholicas habent parochias. Oleum sacrum curat S. Joannis Pastor

ARCHIDIACONUS TREMONIENSIS

Est DECANUS MARIANUS GRADUUM; sub eo duæ Parochiæ *Bederich* & *Scheding* Catholicæ restant.

Ceterarum pleraſque hæresis abstulit.

Tremoniæ sunt Minores Conventuales;
Dominicani.

Partheno S. Catharinæ.
Tremoniæ Parœciæ S. Reinoldi.
S. Mariæ.

S. Petri.
S. Nicolai.
S. Martini:

Extra Urbem.

Mechelen.
Camen.
Bönen.
Heimgen.
Zur Marck prope Ham.
Reineren.
Flereke.
Girdericke.
Hemmerden.
Vnna.
Herdecke.
Apelderbecke.
Lutgen.

Dortmundt.
Mengede.
Castrop.
Bellingheusen.
Baue.
Gladebecke.
Osterfelde.
Kirchella.
Colsheim.
Marlere.
Waldor.
Cratelinck.
Brackel.

Wickede.
Luneren.
Hildecke.
Bergen.
Schedingen.
Frondeberg.
Wifflinghoffen.
Kirchorde.
Vorde.
Hernen.
Quædam earum ad Vestam spectant.

ARCHIDIACONATUS SUSATENSIS

Parochias censet XXXV.

Alten Geseke.
Allagen.
Affenruden.
Anrachte.
Belcke.
Benninghausen: in Abbatiali Ecclesia divina fiunt, Scholam habet.
Bergi.
Bremen Sacellis decoratur in Bielme & in Nemore auff dem Fürstenberg. Utrobique Commenda fundata est; jacet in hac Parochia partheno Cisterciensis,

Porta Cœli.

Buckenfurt.
Corbeke tres Ludimagistros & totidem Capellas censet.

Imam Pater parthenonis Paradisi Duas Curio procurat.
Geseke nobili Collegio XX Canonicorum residentium gaudet; & duabus parochiis.
S. Petri &
S. Cyriaci: hospitali cum Sacello intra & extra mœnia, Nosocomio leprosorum.
Observantes ibi degunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Harn 8 Pagos & Sacella ſub ſe habet:
Hellinghauſen.
Duo Sacella in Uberhagen.
Et Heringhauſen.
Hirtzberg.
Hoinghauſen.
Holtrop.
Kallenhart.
Langenſtrate.
Merick.
Miſen.
Morringhauſen.
Mulheimb.
Orſoinghauſen.
Oſtinghauſen.
Oberkirch, &
Niderkirch.
Ruden ibi domus Sororum.
Stormede Sororum etiam S. Auguſtini *Nazareth* dictum alit.
Suſatum Collegio Archidiaconali Canonicorum.
Minoribus etiam &
Dominicanis celebratur.

ATTENDORIENSIS
DECANATUS

Parochiis præeſt XIX.

Attendoria cum Obſervantibus, hoſpitali ante portam, & Cœnobio Ewig Regularium S. Auguſtini, Sacella in pagis,
Hergen.
Enneſt &
Huſchot; Sacella pariter ex commendam in
Waldenberg habet.
Affelen tria Sacella numerat
In Freiſendorff.
Blientrop &
Alten Affelen.
Allendorff.
Balve Sacellis 8 ornatur.
In oppido S. Michaelis.
In Garbeke trium Regum
In Cluſe S, Achatii.
In Eisberen.
In Rechum.
Mellem.
Langenholthuſen.
Grubecke.
Drolshagen parthenonem Ciſtercienſem & Sacellum in Iſerkuſen poſſidet.
Dunſcheidt
Enghauſen Sacella 4 in pagis.
Haggen.
Kirchlinden.
Hovel.
Langeſchede cenſet,
Hagen.
Helden præter
Dunſcheid Baptiſmalem filiam 5 Sacellis.
In Niderhellen.
Oberenbeiſchede.
Mercklinghauſen.
Bremeke &
Ritflinghuſen gaudet.
Huſten habet Sacella in municipio
In Herdinghauſen,
Muſchede,
Et Rotentelgen.
Menden.
Neheimb Vicariâ S. Urſulæ & aliâ S. Crucis decoratur.
Olpena Sacellis in Cluſe,
Beringhauſen,
Newen Clauſen honeſtatur.
Radeſtockum Sacella 4 in Entrop
Ambke.
Recklingen,
Et Darenholthuſen ſubſunt.
Sonderen.
Summeren.
Voſwinckel.
Wendel Sacellis in
Sterlingen
Et Otſingen præeſt.

Ad hunc Decanatum ſpectat Olinghuſen Præmonſtratenſium Partheno, Porta Cœli, & Frondenberg olim S. Bernard inunc partim Catholicarum partim Acatholicarum in Marchia Collegium.

Ex eadem Marchia hæ parochiæ Seceſſionem ad hæreticos fuêre Iſerloe Plettenberg, Herſchede, Oell, Wordorll, Dellinghoven, Hederen. Hennen, Boſinghagen, Delwig. At Valbert, & Meinertzhagen, licet Colonienſes & Marcanos ſubditos habeant, omnes tamen Lutheranis adhærent tabulis.

MESCHEDENSIS
CHRISTIANITAS

Parochias XXVI complectitur.

Alten Buren.
Attinghauſen.
Brauſuppel.
Bawenkirchen.
Et Hoppeken eodem utuntur parocho:
Erilonia Minores & hoſpitale S. Spiritus habet.
Bigge Sacella in & extra Anfeld poſſidet. Retinet in Wimeringhuſen & Helmeringhuſen.
Cille Eccleſiam S. Severini habet, Sacella quoque in Walle,
Obenberge, Stockhauſen & Olpe.
Everſtberg Civitas arce munitur
Bedelick oppidum ex Præpoſitura Grafſchaffenſi natum eſt.
Elffe filiali in Verde: quæ gaudet baptiſterio Sepultura & Sa-

Sacellano.
Subsunt eidem Sacella in Bontzel, Melbecke, Sporck, Altenwalbert, in Superiore Walbert, in Marpe, in Superiore Elffe, in Beribecke, in Halberbracht, in Meggen, in Mombecke in Tete.
Esleve.
Frienohl.
Ferncarbach.
Grevenstein.
Hellefeld ornatur 6 Sacellis in Visbecke, Alten Hellefeld, Meickenbracht, Lennepe, Wornighausen, & Westenfeld.
Hundene 7 Sacella possidet in Oberen & Nideren Albaun, in Weringhausen, Kirchenbeck, Alten Hundeme, Hosolp, & Flape.
Heinsberg filialis & Hundeme: hujus aliam filialem Kolhegen Sacellanus procurat, eritque separata parochia constans ex pagis Silberg, Vorst, Brackhausen, Wedermollen, & Emblinghausen: jacet in monte, locus dicatus est B. Virgini frequentatur certis ejusdem B. V. Festis etiam ab Acatholicis Donis. Singuli pagi Sacellis gaudent.
Kobbenradt fuit filialis ab Elspe: pastorem habet.
Meschede collegio Canonicorum & duplici parochia cumulatur 1ma Municipii 2dâ Forensi.
Oeding Sacellis auctum est in Lethmate & Bremschede, jacet in monte, cœnobium fuit Virginum.
Rarback præest Sacellis in Velschenent & Crupperech.
Reiste in Bredenbeck, Bosinghausen, Lohoff, Bombeck, Eifflinghausen, Rigkrughausen, Herhagen & Langenbeck Sacellis gaudet.
Schonholthausen Sacella decem.
Schlipruden Sacella 4 possidet.
Scharffruden.
Velmede 6 subjectas capellas habet, Veschede unam in Bilsteinensi arce.
Alteram in Benolphe.
Wenholthausen prope Meschede Monasterium est Gallilæa dictum.

MEDEBACENSIS DECANATUS

Jacet in *Medebacensi præfectura*:

Sunt in ea tres Civitates

Medebachium.
Hallenberga, &
Winterberga: totidem FREIGRAVIATUS *Zuschen*, *Gronebach*, *& Dudinghausen* ac Monasterium Glindfeldense complectitur, situm in Questelberg Anno 1290 eo translatum, partheno fuerat S. Augustini, nunc crucigeris cessit cum pastoratu.
Zuschenavia habet in Hesperen Ecclesiam S. Goaris.
In Liescen Sacellum S. Thomæ.
Gronebacum in Silbach & Niderspelt Sacellis ornatur.
Dudinghausen freigraviatus duas habet parochias Diesfeld &
Eppe.
In Oberenschleideren Sacellum est S. Antonii.
Parochia Diesfeld præter suum duos habet subjectos pagos.
Titmeringhusen.
Et Referinghusen.
Parochia Eppe tres etiam numerat pagos in Eppe templum est SS. Petri & Pauli, in Niderenschleideren S. Ursulæ & Hillershausen.
Comites Waldecenses tres has Parochias cum proventibus à Colonienſi Diœcesi abstraxerant.
Catholici in Sacello Referinghausen Catholico gaudent exercitio.
Ità Medebacensis Decanatus 9 parochias & Glindfeldense retinet Cœnobium.

WORMBACENSIS DECANATUS

Parochias XII sibi vindicat:

Bodefeld.
Bughausen.
Dotlar.
Graffschafft.
Helpe.
Lenne.
Oberenkirchen.
Oberensünderen.
Rurbach.
Wormtach.
Schmalenberg.
Fredeburg.
In eo jacet Abbatia celebris Graffschaffensis: Abbas ipse Archidiaconum se hujus Decanatus nominat.

DENIQUE NULLIUS CERTI DECANATUS

Hæ Parochiæ XI putantur esse.

Alme.	Mattfelt.	Item
Setinghausen.	Padberg.	Domus Sororum.
Hettinghausen.	Ehvele.	Breidar Monasterium
Marsberg.	Volckmarsen,	Et Weidinghausen.

Pagina 10 *post Chorographiam Decanatûs Tolpiacensis hæc addenda*

TOLBIACENSIS hic Decanatus duas habet Cameras cis & trans Ripam; Euskirchen gaudet hospitali, in quo Capucini celebrant, & Ecclesiam in Kescenich.

Prope Kircheim & in Burvenich Parthenones sunt Virginum nobilium Cistercienſium sub Heisterbacensi Abbate.

In Hoven similis sub Abbate veteris montis.

Prope Heimbach Monasterium Cistercienſe virorum nemoris B. V.

In Odendorff partheno S. Augustini Stella maris auff der Essig dictus est.

Similis ei in Stotzheim sub Curâ Pastoris, & in Wisweiler alius titulo S. Antoni in Hertzen.

Sub S. Petri Tolpiacensi Parochia jacent Sacella curata, Lövenich, Ulpenich, Mertzenich, Nemenich, Rovenich, Lossen, Langendorff, quondam à Benedictinis Siburgensibus sub præpositio Tolpiacensi administrata.

Subsunt S. Mariæ Tulpetensis curæ, Ecclesia in Immendorff & pagi Geich & Fuscenich, ubi est nobilium Virginum Præmonstratensium cœnobium & Abbatissa Rectrix.

Pastor S. Martini Tulpeti est Steinfeldensis, cujus duo Socii Capellas Bessenich, & Severnich administrant

Sunt etiam Tolpiaci Capucini.

Porro exempti à Visitatione Capituli & ad comparendum eorum Locorum Rectores dicuntur: Rinscheim, & Schureinheim, Rutäheim, Lindendorff, Cochenheim S. Lamberti, Niderberg in Camera prima, deinde Nidecken, Bergstein, Fuscenich & Burvenich duo Conventus.

In Reichstein Prioratus est sub Patre Steinfeldensi.

Amblaviæ Parochia per Sacellanum has filiales Meiradt, Heppenbach, /Marckenbach Walrodt, Bomburi administrat:

Büllingen duas Wirtzfeld & Muringen filiales numerat Ecclesias.

Malmundarii præter amplissimum S. Benedicti Cœnobium Capucini & Partheno S. Sepulchri vigent.

Hactenus Hermannus Crombach in Metropoli MS.

BIBLIOTHECA
COLONIENSIS ARCHI-DIOECESIS.

A.

ARON, S. Martini, & subinde S. Pantaleonis Monasteriorum Ordinis Benedictini intrà Coloniam Abbas, spectabili apud Scotos loco nascitur; unde virenti ætate, pro patria cœlesti peregrinus, sacræ terminum peregrinationis in S. Martini frequentissimo per id tempus Scotorum apud Ubios domicilio, invitante Eligio loci antistite posuit. Hìc inter sacra religiosissimi Præsulis obsequia eò virtutum adolevit, ut in locum ejusdem anno MXLII. sufficeretur, ac demum & Pantaleonitis præficeretur ob eximiam sanctitatis & doctrinæ famam. Nemo id mirabitur, qui eo sæculo decreta Majorum, quibus Abbas unus duobus Monasteriis præsidere vetabatur, antiquata paulatim fuisse animadverterit: contra ob disciplinam & rem familiarem cultam servatam auctam majori laudi id dabatur; præsertim quum religioni ampliandæ & sanciendæ disciplinæ intentus non paucos gentis suæ Monachos erudierit & excitaverit, quorum Fuldam alii, alii Moguntiam accìti, accurato religiosæ vitæ & doctrinæ studio, avitam pietatem ac eruditionem utrobique excitârunt. Vivere desiit non sinè magna sanctitatis opinione anno MLII. XIV. Kal. Decembris. *Autor Chronicæ regiæ apud Eccard Corp. histor. medii ævi. Gelen. de Col. A. magn. p. 365. Trithemius Chronico Hirsaug. ad annum MLV. Legipont. in Comm. MS. Martinians.* Scripsit

De utilitate *cantûs vocalis, & de modo cantandi & psallendi.* Extat MS. in Abbat S. Martini: & idem videtur illi Trithemiano: *De regulis Tonorum & Symphoniarum.* Cantum enim nocturnalem Gregorianum (adnotante Trithemio) à LEONE IX. acceptum, PRIMUS ex Italia in Germaniam invexisse, & in Monasterii sui usum induxisse perhibetur.

ABRAHAMUS CAMP nascitur Coloniæ Agrippinensium; Societati Jesu transcribitur anno MDCLXXXVIII. VIII. Junii. Humaniores litteras apud Aquas-grani, severiorem Sophiam Treveri docuit. Verbi DEI prædicandi munus ex placito Superiorum in Ecclesia Dusseldorpiensi aggressus, multa Apostolici zeli specimina edidit, unde Missioni Julio-Montensi recens institutæ, primus cum socio præfectus fuit, magnâ Vicanorum utilitate spirituali. Cursum sacri laboris stitit vehementior tussis in phthisim degenerans; quare patrio cœlo restitutus depastis pertinaci morbo præcordiis placidè in Domino obiit. Anno MDCXCVI. XXVI. Febr. *ex annuis Collegii Colon. S. J.* Ab eo vulgata.

AQUILA GRANDIS *magnarum alarum. Ezechiel. XVII. 3. Hoc est: Lessus Oratorius & Poeticus funebris Serenissimæ Mariæ Annæ Josephæ Austriacæ, conjugis Serenissimi Joannis Wilhelmi Electoris Palatini. Fol. 1689. Dusseldorpii.*

ABRAHAM COLONIENSIS, Rabbinus æstimatur sæculo decimo quarto floruisse ex ætate codicis regii Hebraici Ms, anno MCCCLX, exarati, quem Santes Pagninus teste *Jacobo Quetif in Biblioth. Ord. Prædicator.* Latinum fecit. Hanc versionem *in Vaticana Biblioth.* Ms. extare testatur *Bartoloccius* Tom. I. n. 114. & Tomo IV. n. 1535. *Groddeckius in Theatro Placciano* p. 700. testatur se ejusdem libri titulum vidisse Ms in Bibliotheca regia in folio n. 125. & in quarto n. 194. Sed hi duo postremi Autorem Libri Hebraici tacent: *Joannes Christoph. Wolfius Biblioth. Hebræa* Vol. I. n. 144. pag 99. opinatur autorem esse, Rabbi Jacob-Ben-Aschet, eò quòd vixerit eo sæculo quod Ms. codices Hebræi redolent: Sed idem Wolfius *Biblioth. Hebr. Vol. III. num. 144. pag 61.* diserte affirmat, Abrahamum Colonienſem parentem esse hujus Libri.

Cheter Schemtob - Corona bonæ famæ. Ex Authoribus laudatis.

ABRAHAM HOHENBERG Civis Colonienſis, sæculo decimo sexto exeunte & ineunte decimo septimo florebat variâ arte & scientiâ dives. Historiæ enim & Geometriæ peritus, exercebat insuper Chalcographiam elegantissimo scalpello, & sculpta excudebat. Ejusdem operâ Braunus, Goltzius, Aytzingerus varias variarum regionum, urbium, prœliorum chartas in æs incisas operibus suis inseruerunt. In Theatro urbium perficiendo ante utilem & strenuam manum, at Brauno è vivis sublato extremam cum Hieratho sexto Tomo edendo commodavit. *Ex monumentis relictis.*

ADAMUS ADAMI in oppido Ducatûs Montensis Mulheim ad Rhenum sito unâ infra Coloniam Leucâ nascitur anno MDCX. parentibus, non quidem natalium splendore illustribus; vitæ tamen integritate morúmque probitate honestis ex ingenuorum numero civium, qui opes sibi ex regionis more parare solent, tum agriculturâ, tum negotiis inter se, aut cum vicinis contrahendis. Humaniores omnes & severioris Sophiæ Musas puer salutavit in Gymnasio Tricoronato, à cujus Doctore Joanne Panhaus AA. LL. ac Philosophiæ Baccalaureus creabatur Kalendis Martiis 1627. Anno ætatis duodevicesimo in Brauweileranam concessit Abbatiam, ibidémque Ordini Monachorum S. Benedicti se adjunxit. Regulas ab hoc sancto Patriarcha sectatoribus datas tantâ veneratione excepit, ut suâ manu integras eàsdem describendas proponeret, constituerátque apud se accuratam *Bursfeldensis Congregationis historiam* adornare, & omnia Ordinis, cui se addixerat, privilegia ex ipsis Autographis exhibere. At plurima, gravissimique momenti negotia, quibus subinde cùm ob ingenii alacritatem, tum consiliorum promptitudinem, civilis etiam prudentiæ, in qua excellebat, habitum à Superioribus admovebatur, eum ab instituto maximè laudabili perficiendo avocabant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Erat in juvene Adamo acerrima ingenii vis, mirus discendi ardor, laboris perpetui tolerantia ferrea, ut nullius rei cognitionem non attingendam judicaret, & involaret in omnium scientiarum messem. Quantam sermonis Romani præcipuè facultatem sibi comparârit, scripta viri abundè testantur. Legum præterea & jurium eorum maximè, quæ Imperii Germanici statum propiùs attingunt, cognitionem minimè vulgarem sibi acquisivit, quibus tam vastam historiarum junxit notitiam, dubios ut relinquat, præstantior publici statûs administer fuerit, an Historicus excellentior? Quamvis autem in his emineret, ad Theologiæ tamen & sacrarum literarum studium adolescentiam potissimùm applicavit. Anno MDCXXXIII. Sacerdos evocatus præficitur regundo Seminario Benedictino in ipsa Metropoli Colonia. Nondum annos XXIV. natus eâ eruditionis famâ jam inclaruerat: ut ex locis etiam dissitis auditores alliceret, ubi etiam Magistri in Theologia lauream Universitate gratulante consecutus est.

Anno MDCXXXVII. Moguntini Jacobæi Cœnobii Prior constituitur pari commendatione doctrinæ multiplicis, conjunctæ cum religiosa modestia, & mirâ erga omnes voluntate bene merendi. Inde accitus in Sueviam Abbatiæ Mohatensis (vulgò Murhart) Priorem egit. Hâc occasione Prælati Suevici nuper Augusti Victoris Ferdinandi III. authoritate in avita Monasteria & sacra restituti; sed è Suecorum recrudescente Marte haud satis securi, Adamum unum ex omnibus aptissimum deligunt & designant, qui Monasteriorum Ecclesiarúmque jura, libertates, & patriam Benedictinam victricibus Ferdinandi armis postliminio recuperatam hæreditatem ore & calamo tueretur. Interea Germania diuturno bello exhausta & laniata de pace cogitabat, & Hamburgi MDCXLI. in præliminaria pacis capita penè coierant adversæ partes, quæ Osnabrugi & Monasterii Westphalorum Comitiis solennibus Cæsareanorum, Gallorum & Suecorum, imò omnium penè Europæ Principum perficienda erant. Ad hanc urbem anno 1645. 15. Septembris quà Mandatarius, Ablegatus & Procurator omnium Abbatum, Abbatissarum, Præpositorum in Suevia restitutorum mittitur. Intercessit autem Dux Wurtenbergicus: ne ad votum & suffragium admitteretur, causatus præjudicium suæ territoriali superioritati prægrande illarum iri; si Antistitibus Monasteriorum in Ducatu suo sitorum, & suffragii jus & locus in Principum Collegio concederetur, ipsorúmque Deputati ad publicas de Imperii salute consultationes admitterentur. Adamus hâc portâ exclusus aliam sibi industriâ suâ aperuit. Atque ab Arnoldo Corbejensi Abbate S. R. I. Principe ejusdémque Benedictini instituti viro facilè & summâ voluntate impetravit; ut ejusdem Plenipotentiarius ad hunc universalem pacis tractatum nuncuparetur. Mandatum 1645. ab Corbejensi ad Comitem de Schaffenstein Electoris Moguntini legatum expeditur, & Adamus, invito Wurtenbergensi ad negotia omnia non tam quà Legatus, quàm quà Arbiter ac Orator disertissimus, & ab Germanici juris historia instructissimus in hoc consessu celebertimo oculos plurimorum in se convertit.

Pace Westphalicâ 1648. ratâ, Archi-Episcopus Colonienses Maximilianus Henricus Adamum ad Innocentium X. ablegat pallii poscendi ergo. Romam appulsus à Fabio Chisio jam ex monasterienſi hospitio & convictu noto singulari humanitate exceptus est. Hujus commendatione facilè impetravit Archi-Episcopo Colonienſi pallium, & sibi nil minus cogitanti mitram Hieropolitanam oblatam vidit, præmium strenuæ erga Ecclesiam Catholicam navatæ operæ in Comitiis Monasterienſibus. Bonnam reversus creatur Vicarius in Pontificalibus per Diœcesin Hildesiensem, quam unà tum Colonienſis Antistes gubernabat Maxm. Henricus. Hos inter sacros labores subsecivas horas dedit Adamus relegendis immensis voluminibus, quæ pacis Monasterii tractatæ historiam attingebant, ex iisque compendium omnium, quæ habemus, sapientissimum & accuratissimum sibi concinnavit. Nemo certè aptior erat hoc viro, tot naturæ ac gratiæ donis instructo, & undecim annorum experimentis inter ipsos tractatus & tractatores pacis versato. Eâ tempestate conventio imperii solennis Ratisbonæ indicebatur, quo, cùm Elector Colonienſis proficiscereturr, judicavit Adamus, otii sui literarii majorem fructum capere se non posse, quàm si Principi suo adeò de se bene merito communicaret eam, quam in historiæ formam nuper collegerat notitiam Westphalicæ pacis; quod breviter præfatus fecit descripto nitidissimâ manûs suæ picturâ volumine. Hos inter præclarissimos pro Ecclesia DEI, pro publicæ rei commodo labores inopinum fatum præstantissimum Antistitem nobis eripuit die decimo nono Februarii MDCLXIII. in ipsa curia cholicâ passione paucas intrà horas extinctus fuit. Ætatis LIII. Episcopatûs X. sepultus in sacello sancti Laurentii Martyris titulo celebri in ambitu Cathedralis templi, ubi effigies viri artifici fusa metallo cernitur. Hæredem ex Pontificis summi oraculo concessâ facultate jam anno superiore scripserat Cœnobium Eschendense Monialium Benedictinarum, quod vel injuriâ temporum, vel administrantium incuriâ ad 43000. imperialium millia debebat, oppignoratis prædiis, venditis decimis, sylvis, agris incultis. Debita Adamus singulari prudentiâ vel transigendo vel restaurando expunxit, recuperavit prædia, agros coli, piscinas renovari, alter penè Fundator potiùs, quàm Administrator procuravit: cujus spartæ tædiosissimæ mercedem nullam præter pauperum preces sibi depoposcit.

Historica relatio de pacificatione Osnabrugo-Monasterienſi ex autographo Authoris restituta, atque actorum pacis Westphalicæ testimoniis aucta & corroborata accurante Joanne Godefrido de Mejern Regiæ Majest. Britann. & Elect. Brunsvicenſ. Luneb. à Consiliis Aulicis & Archivii Præposito. Lipsiæ sumpt. Michaelis Turpii 1737. Hæc editio 2da. Autographum Serenissimus Maximil. Henricus dederat Petro Buschmanno Cancellario suo, & ad tractatus pacis universalis Legato, quibus eodem, quo Adamus tempore interfuerat: In hujus familiam affinitate devenerat Zimmermannus Hildesienſis Cancellarius. Ex hujus Bibliotheca is, qui eam nunc curat, Illustrissimus Dominus Episcopus Helenopolitanus Leopoldus de Schorrot utendum Domino de

Mejera

Mejern Editori autographum conceſſit. Domino de Mejern ob truncatum editione ſuâ autographum Adami Adami diem & cauſam dixit Domnus Ziegelbauer Benedictinus 1739. impreſſo Ratisbonæ libellulo 88. paginarum in 4to typo Memmeliano. Eodem anno prælo Schraderiano Hannoveræ conatus eſt Ziegelbauero reſpondere de Mejern: at ità, ut lacunam factam non diffiteatur, ſed nullius momenti eam eſſe contendit: nempe eo ipſo vicit Domnus Ziegelbauer.

Editus erat idem liber Francofurti 1698; ſed magnis lacunis, & ſæpè verbis ac ſententiis ab originario volumine diverſis, uti patebit conferenti. Titulum præferebat editio Friderici Knochii Francof. Bibliopol. *Arcana pacis Weſtphalicæ* ſeu plenior, & ex ſecretioribus actis & congreſſibus deprompta relatio hiſtorica de S. R. I. pacificatione Oſnabrugo-Monaſterienſi Authore A. A. anno 1707. idem Knochius novum folium fronti appoſuit: ut videretur editio nova relictis iiſdem defectibus, etiam typographicis erratis.

ADAMUS ANIOL ortu Moguntinus Ordinem Minorum S. Franciſci Provinciæ Colonienſis, cujus & Definitor fuit, uti expetiit, impetravit. Scripſit.

Vitam S. Franciſci à S. Bonaventura Latino calamo ſcriptam Germanicam fecit, & typo vulgavit Joannis Crithii Typothetæ Colonienſis anno 1646. Wadingus de Scriptoribus O. Min.

ADAMUS BURVINCK Marcoduranus, Ordinem Minorum regularis Obſervantiæ in Provincia Colonienſi ingreſſus Guardianus patrii Conventûs, & ſacræ Theologiæ Lector fuit. Scripſit.

Directorium ſeu inſtructionem pro Confratribus chordæ ſeu cinguli ſancti Franciſci. Moguntiæ. Typo Nicolai Heil. Anno 1640.

Wadingus. Scriptores O. Min.

ADAM COLONIENSIS à patria & conventu Colonienſi Ordinis Prædicatorum pro more ſæculi decimi quarti, quo clarebat circa 1355. Teſte Luſitano ſcripſit

In quatuor Libros Sententiarum.

Excipiunt Luſitanum domeſtici ex Prædicatoria familia Scriptores, Guazzius, Pius, Altamura ad eundem annum. Razzius ad annum 1370. prorogat omnes ſinè teſte ſuppari vel æquali, qui Adami hujus meminerit: unde non parum ſuſpectus venit *Quetifio & Echardo Tomo I. Scriptor. Ord. Præd. p. 724.* nisi Colonienſes ex veteribus monumentis certi quid proferant. Verùm iidem Tomo II. p. 281. reperetunt, unde certo eundem ſuo Ordini & Bibliographis vendicent, nam in Bibliotheca Baluziana num. 2489. ſequens codex detectus eſt:

Summula Pauperum per Mag. Adam de Ordine FF. Prædicat. impreſſa Pariſiis 1494. 4to.

Echard. & Quetif. Script. O. Præd.

ADAMUS CONTZEN Monjavius ex Ducatu Juliacenſi Archidiœceſ. Colon. abſolutis humanioribus Magiſter artium renuntiatur 1591. in Gymnaſio Tricoronato Colonienſi. Octodecim annos natus venit ad Societatem JESU 1595. in eâ cùm cæteras propè facultates, tum verò complures annos in veruſtiſſima Academia Moguntina ſacras literas profeſſus eſt, cum magna omnigenæ eruditionis, atque imprimis linguarum Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ & Chaldaicæ laude; ubi cùm haberet vicinos, hinc Calvinianos Heidelbergæ, inde Zwinglianos Marpurgi Doctores, qui verbum DEI ad ſuas inſanias depravabant, multisque modis Rempublicam Chriſtianam vexabant, ſtatuit illis ſe opponere, atque inter duas acies pro orthodoxa veritate & publica incolumitate depugnare, acri vir ingenio & calamo promptus, quem Robertus Card. Bellarminus DEO & Eccleſiæ gratulari ſolebat, idoneum, qui contra hæreticos poſſet *præliari prælia Domini.* Varia rexit Collegia per annos 15. Egit annis aliquot Confeſſarium Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Principis Godefridi Bambergenſis & Herbipolenſis Epiſcopi; inde ad eandem operam Sereniſſimo Bavariæ Duci Maximiliano Electori præſtandam evocatus; id muneris ab anno 1624. cum eximia prudentiæ & integritatis laude geſſit uſque ad annum 1635, quo ſexagenario major die 19. Junii Monachii vivis ereptus eſt. Vir fuit animo pacatiſſimo, intérque graviſſimas Imperii Principúmque perturbationes inconcuſſo eminuit. Tam tenerè virginalem amabat verecundiam, ut à nullo ſe contingi aſpicíque pateretur, patientiæ verò tantæ extitit, ut, quamvis compluribus annis prægrandibus duobus calculis poſt mortem exſectis acutiſſimè torqueretur, ne gemitu quidem immanes illos dolores unquam dignaretur; ſed eos Chriſto pro ſe nobísque acerbiores paſſo cum ejuſdem ſacratiſſima paſſione ac morte, quanto poterat amore, offerret. Denique vir maximus ſingulari animi demiſſione ſe ſemper minimi fecit: ſcripſit autem, quæ non minimi facienda ſunt, ſequentia:

Defenſionem Cardinalis Bellarmini de gratia primi hominis. Moguntiæ apud Joannem Albinum. 1613. in 8vo.

Defenſionem librorum ejuſdem Cardinalis de peccato contra Danielem Pareum, hoc titulo: Crudelitas & idolum Calviniſtarum. Moguntiæ. 1614. in 8vo.

De hæreſeon incremento, & utrùm annus 1711. ſit mundi ultimus.

Conſultationem de unione & Synodo generali Evangelicorum. Moguntiæ typis Joannis Volmari. 1615. in 8vo.

De pace Germaniæ libros duos. Moguntiæ 1616. in 8vo.

Diſceptationem de ſecretis Societatis JESU. ibidem 1616. in 8vo.

Jubilum jubilorum, jubileum Evangelicorum, & pias lachrymas Catholicorum: quo libro oſtendit, quàm immeritò Evangelici ſuæ ſectæ jubilæum celebrârint. Moguntiæ typis Joannis Albini 1618. in 8vo.

Eundem librum reddidit Germanicè. ibidem eodem anno in 8vo.

Chronologiam Jubilæi Evangelici. Moguntiæ 1618.

Coronidem omnium jubilorum anno ſæculari Evangelico ſcriptorum. Moguntiæ 1618.

Semen Hæreticorum Germanice 1619. Moguntiæ.

Politicorum libros decem, in quibus de perfecta Reipublicæ forma, virtutibus & vitiis, inſtitutione civium legibus, Magiſtratu Eccleſiaſtico & civili, &c. tractatur. Moguntiæ. Typis Balthaſaris Lippii 1620. in folio.

Methodum doctrinæ civilis ſeu Abiſſini Regis hiſtoriam. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1628. in 8.

Danielem sive de statu, vita & virtutibus Aulicorum & Magnatum. Coloniæ apud eundem 1630.

Responsionem Theologicam ad problemata Saxonica pro sida pace Germaniæ. 1631.

Palmam secularem Lutherano-Evangelicam.

Asinum palmatum seu Pædagogum Halensem Sigismundum Eventum, furentem in tyrannide Pontificia seculari. Moguntiæ.

Commentaria in quatuor Christi Evangelia, in quibus sensus verus, literalis adversùs omnes infideles pro Catholica fide vindicatur. Tomis duobus. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1626. in folio.

Commentaria in Epistolam Pauli ad Romanos. ibidem apud eundem. 1629. in fol.

Commentaria in Epistolam Pauli ad Corinthios & Galatas. ibidem 1631. in folio.

Cùm in promulgatione solemni Molshemiensis Academiæ primos ibidem sacræ Theologiæ Doctores crearet, susè peroravit de nova Academia tuenda & augenda, quæ oratio edita est in Panegyrico ejusdem Academiæ. Scripsit præterea quosdam alios tractatus; sed typis non edidit. Inter quos sunt:

De causis bellorum præsentis temporis.

Proba censura super Epistolam seditiosam.

De conventu Cæsaris Ferdinandi II. & Electorum Imperii Ratisbonæ celebrato. 1630.

Instructio de jubilo jubilorum ad Neuhevsianos. Alegambe Sotovvellus. Bibliothec. Script. S. J.

ADAMUS LUTZIUS, condictus BREWER, Coloniæ licentiam SS. Theologiæ Doctoratum capessendi impetravit à sacra Facultate Theologica; auctus vicariâ præbendâ titulo S. Joannis Baptistæ in perillustri Collegiatâ S. Gereonis & Sociorum Martyrum, & alterâ ad S. Ursulæ. Cohabitabat Jacobo Merlo intrà Gereoniticam immunitatem. Fuit; cùm ambobus ad matutinum officium exeuntibus, in vestibulo domûs duo Evangeliorum codices reperirentur à nive, quæ aream omnem circùm impleverat, intacti. Et eodem anno utrique obvenit beneficium parochiale. Adamo quidem in Kreil, vico Coloniæ vicino. Erat vigilantissimi Sacerdotis & boni Pastoris speculum, qui, dum pridie Nativitatis D. N. J. C. iret ad Parochiam suam, ut gregem sibi creditum pro sacro tribunali absolveret divinis postridie operaturus, in itinere obiit post frequentatam propridie Sodalitatem B. V. Ecclesiasticam & pridie institutam Exomologesin, Pastor bonus & Vigil, in vigilia Nativitatis Christi Pastorum optimi; quando Pastores erant vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Ejus est Lessus sacer luctuosus an lætus? Eidem pridie Christi in terris nati morte inopinatâ, non imparatâ terris denato, cœlis nato lætissimis festis natalitiis decantatus est à Jodoco Vaconio 1650.

1637. Typo Joannis Kinckii in 16. pp. 155. vulgavit iter vitæ seu orationem Dominicam triplici Ss. pp. stellâ & commentario præeunte, dicatum Reverendissimis, Serenissimis, Illustrissimis, nec non admodùm Reverendis, eximiis, atque pientissimis DD. Ecclesiasticæ Sodalitatis B. M. V. assumptæ. A R. D. Adamo Brevver.

ADAMUS MICHAEL MAPPIUS natus Joanne Francisco Mappius Ordinis Equestris Teutonici Elsenæ sub Ballivia Confluentina Præfecto & Quæstore. Fuit juris utriusque Licentiatus, Comes Palatinus Cæsareus, Serenissimi Electoris Palatini Caroli Philippi Consiliarius & Referendarius. Conjugem duxit N. Brosiam filiam J. Th. Brosii Vice-Cancellarii.

Annales Juliæ & Montium Ducum à Joanne Thoma Brosii *scriptos digessit in ordinem, illorum defectus supplevit, & suo sumptu luci dedit 1731. in folio Coloniæ typo Francisci Metternich.*

ADAMUS POELMAN nascitur in oppido Hallenberg Satropiæ Medebach, Pastor Ecclesiæ suæ patriæ. Edidit 1602.

Ein schön geistliches und Christliches Spiel oder Comœdia aus dem zvvölfften Capitul der Apostel-Geschichten von des H. Apostels Petri Gefängnus und Erledigung, und des Königs Herodis Tyranney, Hoffart und Untergang; vvie es zu Hallenberg im löblichen Ertz-Stifft Cöllen durch eine Burgerschafft daselbsten den ersten Sonntag nach Trinitatis des 1600. Jahrs gehalten vvorden durch Adam. Poelman. Gedruckt zu Cöllen typo Hermanni Hoberg in 8vo. Historiam Josephi & Tobiæ simili stilo theatro à se datam per adolescentes ejusdem oppidi exhibitam in præfatione narrat.

ADAMUS SASBOUT Canonicus Regularis, Conventûs S. Crucis Coloniæ.

Extant Coloniæ MS. collecta ab eodem in duabus compacturis in Colonienſi Bibliotheca ejusdem Ordinis Crucigerorum.

Tractatus de Sacramentis in 4. scriptus ab eodem p. 105. Catalogi.

1618. Conciones Germanicæ in Dominicas & Festa. Ex historia domestica Conventûs S. Crucis.

ADAMUS VILLICUS vulgò MAYER Abbas S. Martini Majoris Coloniæ nascentis Congregationis Bursfeldensis Præsidens Generalis, Visitator & Reformator omnium Monasteriorum Ord. S. Benedicti per Provincias Colonienſem, Trevirensem, Leodiensem, Trajectensem & Monasterienſem à summa Sede constitutus, vir utroque & eruditionis & virtutum cultu meritissimus. Natus in agro Trevirensi, vico S. Wendelini, in S. Mathiæ Treviris fœcundo iis diebus magnorum virorum Seminario Sacerdos Monasticen induit circa annum 1430. ubi ad optima quæque formatus unà cum Joanne de Dome sancti Matthiæ Antistite, aliisque Sodalibus ad instaurandam in agro Colonienſi veterem disciplinam sub annum 1448. destinatus fuit. Quæ nonnullis nequicquam obsistentibus (authoritate Nicolai Cusani S. Sedis Legati, qui anno 1445. habitâ Coloniæ Synodo, in qua confirmatis Conradi & Sifridi Colonienſium Archi-Episcoporum sanctionibus ampliori edicto omnibus & singulis Religiosis, personis exemptis & non exemptis per Diœcesin Colonienſem constitutis injunxit: quatenus ad reformationis leges vitam constituerent, eásque fideliter custodirent) introducta est in Monasterium S. Martini Majoris, adjutore Joanne de Dome ex Trevirensi Monasterio S. Matthiæ accito: quo & successore ejus defunctis anno circiter 1454. communi omnium bonorum voto electus est in Abbatem ejusdem Monasterii Adamus Mayer, vir tot támque eximiis dotibus ornatus, ut, quibus in singulis excellere alii magnum putant, ipse universis pariter emineret: Nam pietas, justitia, demissio animi, observantia regularium, zelus sibi Adami pectus quasi gratissimum quoddam hospitium delegerunt. Hinc visus est in eadem S. Martini Abbatia pristinus regu-

regularis disciplinæ vigor rèflorescere. Singularem in eo navavit operam ipse studiorum amantissimus, ut amorem eorum in subditis suis excitaret, quos adeò sibi obsequentes habuit, ut in piis occupationibus & bonarum artium exercitiis præcellere concertarent. Alii in colligendis ex SS. Patrum libris, Biblíisque sacris, selectis sententiis, nonnulli in Chalcographia, quidam in Typographia, alii in compingendis & exornandis codicibus vel formandis characteribus & elegantiùs pingendis, &c. ità tamen, ut suum regularis disciplina principatum sibi vendicaret. Hinc mirum non est ex S. Martini cœnobio velut ex equo Trojano in subsidium reformationis recens introductæ, Adamo tanquam Archistratego præeunte Monachos virtute & doctrinâ eximios & perillustres prodiisse, qui avitæ disciplinæ leges in avitis Monasteriis verbo & exemplo commendârunt. Anno 1460. omnium ferè Ordinum favore, & imprimis Theodorici Agrippinensium Antistitis authoritate suffultus id inter alia apud summum Pontificem effecit, ut Monialium D. Augustini celebre apud Ubios sub patrocinio S. Agathæ gynecæum ad Ordinem D. Benedicti transferretur, ac perpetuum directioni Abbatum S. Martini (sub qua etiamnum in omni virtutum vigore floresçit) subesset. 1462. ob sua merita summo Pontifici gratissimus ab eodem plenariam Ecclesiæ S. Brigidæ incorporationem Monasterio S. Martini impetravit, illúdque retulit privilegium, quo sibi suísque successoribus liceret benedicere vestes sacerdotales, consecrare calices & altaria, minores ordines suis conferre, ac etiam cum iis in ætate dispensare, Missas ante lucem celebrare, & alia, quæ hodiedum vigent.

Plura Adami elogia reperiuntur apud insignes ejus Encomiastas. 1. *Hubertum Holthuisen:* hic refert, Adamum tantâ præditum fuisse authoritate, ut omnium penè Ordinum favore fretus & gratiâ clementissimi Principis Hermanni ab Hassia, Archi-Episcopi Colonienſis, cui à confiliis fuit, innumera prope cœnobia utriusque sexûs multo tempore ob temporum injurias deformata ad genuinam observantiam & purioris vitæ statum infatigabili operâ revocârit, quàm bonus & facilis in bonos, tam asper & metuendus in contumaces. Pauperes hospitésque tantâ comitate ac hilaritate excepit, receptos tractavit, ut nusquam non ejus celeberrimi fama increbresceret. Ipsemet, tametsi multo senio confectus, omnibus peregrinis hospitibus pedes lavare solebat. Unico autem fratre & famulo stipatus, quocunque proficiscereturr, etiam Regibus, Principibus, Archi-Episcopis, Episcopis, Ducibus, Satrapis & Proceribus nedum gratus; sed & admirationi fuit, &c. *Apud Trithemium in Chronico Hirsaugiensi.* Non, inquit, fuit nostrâ ætate similis illi cujuscunque etiam religionis alius, nec surrexit post eum quisquam usque in præsentem diem tam zelosus amator, custos & reformator disciplinæ regularis in se sibíque subjectis, &c. &c. *Apud Joannem Boutzbachium Piemontanum* Priorem Lacensis Trithemio supparem, qui testatur virum fuisse in divinis Scripturis studiosum admodum & eruditum, in Canonibus Patrum egregiè versatum, nec non conversatione devotissimum, & regularis Observantiæ noviter assumptæ amatorem practicum, custodem & dilatatorem integerrimum, &c. &c.

Secutis inde diebus etsi gravi senio & hujus comite adversâ valetudine pressus, tot inter labores, legationes & negotia, semper erga Deum inconnixâ pietate, jugi vigilantiâ, suíque instituti exactissimâ observatione sibi constans non ante finem bene merendi, quàm vitæ fecit. Dum tandem penè consumptus anno 1499. summo omnium bonorum luctu æternitati sanctæ sanctam reddidit animam die XVII. Februarii, sepultus in Odæo Ecclesiæ Martinianæ Majoris Coloniæ. Sarcophagus his versiculis decoratur:

Hîc jacet exanime funus venerabilis Adæ
Abbatis primi, qui fluxua cuncta reduxit
Laude immortali post ultima fata superstes
In cælum scandit sertandus ritè beatus.

Ex paulò meliore vena Boutzbachii suprà memorati effluxit sequens funebre elogium:

Haud obiit, vivit Præsul Venerabilis Abbas
Servator, vindex Dux relligionis avitæ
Vivit in Elysiis campis, fruiturque salute.
Hoc probitas, hoc sancta fides peperêre, labórque
Et ductæ insomnes intérque volumina noctes,
Et plantata piis sacra unio Bursfeldina
Principiis eadem claustro introducta Lacensi,
Et toto Adami studio diffusa per orbem.
Hinc meritò vivit decus insuperabile nostri
Ordinis, atque poli famam jam terminat axis.

Securi & irrefragabiles vades manuscripti codices, qui Adami peritiam in utroque jure, sacrísque literis publicísque negotiis testantur, & hodiedum in Bibliotheca S. Martini supersunt inediti, sunt sequentes:

1. *Commentarius amplissimus in Regulam sancti Benedicti in membranis descriptus sub an. 1414. cujus prothema incipit: JESU Christo humiliter invocato* accipite disciplinam *per sermones meos, & proderit vobis, Sap. V. II. Quanquam omnis sapientia. . . . finitur in C. XXXVI. De infirmis fratribus* ad calcem subduntur miscellanea quædam *de dispensatione Abbatum, de periculis Prælatorum. De his, quæ ex parte peccatorum refugiunt Prædicatores, de otiositate, &c.* Opus finitur in quæstione: *Utrùm inter infideles & non existentes in charitate sit vera dilectio.*

2. *Tractatus de statu Archi- & Episcoporum & Patriarcharum ad Hermannum Colonienſem Antistitem*, in quo sanè reconditioris ejus Ss. Canonum & juris publici notitiæ specimen elucet. Incipit: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Extat hujus operis autographum Hermanno oblatum in membranis descriptum, & variis iconibus initialibúsque picturis exornatum in Bibliotheca Patrum societ. JESU Coloniæ.

3. *Egregium opusculum de statu religiosorum in titulum XVI. Decretalium, cujus initium: Religiositas custodiet & justificabit cor. Eccl. 1.*

4. *Tractatus de tribus votis monasticis sub hoc exordio: Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.*

5. *Tractatus Asceticus de septem gradibus spiritualis ascensionis in DEUM.* Unus profectò instar omnium non tam mole, quàm saluberrimis documentis magnus; eloquio quidem simplex, sed patheticus, & igneis pietatis scintillis splendidus. Quem proinde Clar. Bern. Petzio pu-

blici juris faciendum communicavimus. Incipit: *Quis dabit capiti meo aquas?*

6. *Variæ orationes capitulares*, è quibus quatuor extant in eodem membranaceo sig. H. 10. egregiæ omninò & notabiles, quæ itidem commissæ sunt benefato Petzio edendæ.

7. *Sermones breves de tempore, & alia quædam analecta* diversi commatis in schedas desultoriè conjecta.

8. *Liber de Rectoribus Christianis & regulis, quibus Respublica est gubernanda ad Hermannum Colon. Archi-Episc. Extat MS. in Biblioth. Patrum Societ. JESU Coloniæ.*

9. *Tractatus varii de modo confitendi, de instituendis visitationibus, de electione Abbatis, item processus pro reformatione Monasterii Lucensis. Dubia quædam de illis, qui cum pacto de solvenda pecunia ingrediuntur Religionem. . . Speculum juvenum, & alia in Cod. sig. E. 1.*

10. Superant itidem Codices non pauci cùm in membranis, cùm in charta Adami nutu à Religiosis exarati; sed plerique suppresso authoris nomine adeò ut certi nihil possit definiri. *Ex monumentis Abbatiæ S. Martini.*

11. *Ceremoniale metricum MS. in Bibl. Lacensi hoc exordio: In summis festis ad Missam dicitur una tantùm Collecta. . .* In fine sequentes leguntur versus:

Adam jure minùs doctis versus dedit istos,
Ut discant, quæ sint fugienda, per hæcve cavenda.

Ex Schedis D. Oliverii Legipont. Benedictini Martiniani.

ADAMUS DE VODROMO Germanus Carmelita Colonienſis, vir doctissimus atque humanissimus non minùs vitâ, quàm conversatione præclarus. Scripsit *Lecturam sententiarum libris 4. Determinationum Theologicarum librum 1.* Vixit anno redemptionis humanæ 1350. ex *Frisio & Philippo Metio.* Antonius Possevinus & quidam alii eum confundunt cum Arnoldo Bostio; sed contrarium ostendunt Paulus Segerus Carmelita. *Ex Schedis Eximii Brunonis Tevvis Carmel.*

ADELBERTUS ANDERNACENSIS, Abbas Mediolaci ad Satam in Archi-Diœcesi Trevirensi Ordinis S. Benedicti. Scripsit *vitam S. Lulvini Ducis Lotharingiæ, Archi-Episcopi Trevirensis.* Quo præcisè tempore floruerit, incertum est.

D. Galmet in catalogo Abbatum Mediolacensium præmisso Tomo III. Historiæ Lotharingicæ eum refert ex antiquo Necrologio Abbatiæ sinè anno mortis sepultum in Ecclesia Abbatiali sub Turri. Masenius in Metropoli Ecclesiæ Trevirensis inter Abbates Mediolacenses nullum refert Adelbertum; bene tamen ex Trithemio Adelhelmum seu Adeselmum, quem ad annum 1157. refert, nec non Albertum ad 1242. & hunc posteriorem esse Adelbertum Andernacensem, probabilius est. *Ex Schedis Rmi Nicolai ab Hontheim. Officiat.*

ADOLPHUS DE ASSINDIA (von Essen) ingressus est Carthusiam Treviri proximam, in eâque Vicarii ac subinde Prioris Magistratum cum laude administravit. Decessit ex hac lachrymarum valle 4tâ Junii anno 1439. vir desideriorum, utì Daniel olim, divinis meditandis, scribendis, docendis totus intentus. Scripsit. *Exercitium de triplici meditatione, de commendatione Rosarii, de exercitio remissionis peccatorum. Vitam Margaritæ, Ducissæ Lotharingiæ, quæ obiit 1535. Preces pro omnibus statibus & orationibus Ecclesiæ, quæ opera MS. continentur Tomo uno in folio pulpito OO. codice 122. Bibliotheca Carthusiæ Colon. ibidem pulpito OOO. codice 111. 8vo extant MS. devota exercitia ejusdem Adolphi.*

ADOLPHUS BINGEN in Colonia Agrippinensium natus, renatus fuit fonte sacro Parochiali ad S. Columbæ anno 1650. parentibus Andrea Bingen & Anna Auffem. Humaniores & Philosophicas litteras doctus fuit in Gymnade Laurentiana: Theologiæ Baccalaureus in patriæ Universitate renunciatus, Sacerdotium nanciscitur in Collegiata Ecclesia Cunibertina Canonicorum anno 1671. 19. Octobris. Fratre Paulo Decanalem ejusdem Ecclesiæ dignitatem abdicante, eandem adeptus est anno 1679, quam egregiè ornavit ardenti zelo pro disciplina clericali tuenda usque ad diem 15. Februarii 1721, quo tactus apoplexiâ ad Superos abiit. Moribus fuit à primordiis ad tumulum integerrimis ac prorsus virgineis, ut ne suspicio quidem labis in eum unquam ceciderit. Fovebat eam virtutem concatenato & ferreo labore in versanda pernoscenda Ecclesiæ suæ, imò universæ Diœceseos historia, quam si quis alius probè callebat. Unde in congressu Prælatorum extemporaneâ & facili eloquentiâ de quovis proposito argumento disceptabat, & rerum gerundarum pro Ecclesiæ Colonienſis juribus propugnandis causas solidas dilucidè proponebat, dignus eo loco Prælatus. Reliquit MS. in Bibliotheca Amplissimi & Reverendissimi Nepotis ac Successoris Decani de Bilstein (apud quem etiam extat Icon Authoris.)

Chronicon Cunibertinum: *sive rerum memorabilium à nato D. Cuniberto ad hæc usque tempora; hoc est ab anno Christi DLXXX. usque ad annum MDCLXXX apud eiusdem Ecclesiam Coloniæ gestarum ex variis archivis, manuscriptis, monumentis, necrologiis, probatisque authoribus eruta series ab Adolpho Bingen, Canonico ibidem.*

Descriptum est hoc Chronicon mundo & nitido charactere ab initio ad 1199. inclusivè, in foliis nondum compactis anno 1739. cùm Reverendissimus Dominus Decanus à Bilstein illud mihi inspiciendum pro sua singulari humanitate offerret. *Ex Rmi Bilsteinii documentis.*

ADOLPHUS BRACHELL, natu Colonienſis, Gymnasii Tricoronati Alumnus, Sacerdos Vicarius fuit Ecclesiæ Collegiatæ S. Cuniberti. Obiit mense Septembri 1651. in alio libro lego 1653. obiisse. Scripsit.

Historiam aut verius succinctam Epitomen historiæ annorum 34. nempe ab anno 1618. usque ad annum 1649. primo typo; quo divendito, addito quadriennio vulgavit, secundo typo *ab 1618. ad 1652. (inter bella cruenta transacta synopsin* stylo eleganti ac dilucido. Tertiò, post typis impressam, eámque historiam dein Christianus Adolphus Tuldenus septem annis (D. Moreri octo ponit) adauxit ab 1652. ad 1659. & Henricus Brewerus Juliacensis ab anno 1661. ad 1673. impari passu, & aliquantò duriore stylo prosecutus est. Typographus Kinckius Tursellini epitomen recusurus rogavit Brachelium, ut & suæ historiæ epitomen adjiceret Tursellinianæ; quod ægrè primùm, tamen subinde victus prece Typographi fecit. *Ex editis libris & Ikuldens præfatione.*

ADOL-

ADOLPHUS NEISSEN Lintzii urbe Rheno incumbente gignitur 1639. Humanioribus & Philosophicis disciplinis excultus fuit Coloniæ in Gymnasio trium Coronarum & Magister artium promotus. Musas mansuetiores & Aristotelem primum in Universitate Agrippinensi explanavit, subin Monasterii Westphalorum, plurium, si quis alius, doctrinâ & virtute illustrium virorum in varios ordines transcriptorum fœcundus parens. Pòst Theologiam moralem & Polemicam tractandam suscepit, & in variarum scholarum præfectura gerenda commendatione singulari versatus est. Vix tamen munus est, quo Societatis æstimationem latiùs protulerit, quàm spiritualibus obsequiis Cæsareo militi in Hungarica expeditione præstitis. Facilis ad omnium vota charitas, egenis æquè ac Magnatibus prompta & apta conversatio, blandi & puri mores, invicta casus inter inæquales constantia & patientia characterem Missionarii nostri exprimebant. Pari pace ad octogesimum tertium ætatis annum pervenit, quo tentatus febriculâ, ubi adventantem mortem præsensit, gratiis ex ordine actis prolixè pro impenso sibi à sociis charitatis subsidio placidissimo fine vitam pacatam consummavit 6. Februar. 1723. in Collegio Colonienſi. Scripsit

1. *Schutz und Schirm des H. Ertz-Engels Michaelis in 12mo. Pro Sodalibus hujus Archangeli titulo congregatis.*

2. *Wunder über Wunder, das ist, Chrysanthus und Daria Stadt- und Land-Patronen in 12mo.*

3. *Libellus exercitiorum spiritualium S. Ignatii Loyolæ Germanice editus: hujus tituli: Wahrheit und Vernunfft.*

4. *Leben des H. Joannis Francisci Regis aus Frantzösischer Sprach in die Teutsche übersetzet, in 4to Coloniæ 1719.*

5. *Pati est hominis inevitabile fatum. Coloniæ typo Wilhelmi Metternich. in 4to. 1721.*

ADOLPHUS OVERHAM Ordinem S. Benedicti in Abbatia Werthinensi ad Ruram professus est. Edidit

Vitam S. Meinwverci, Episcopi Paderbornensis, jam a Brovvero Soc. JESU editam, pleniore manu & eruditis notis auctam, demum vindicatam contra nescio cujus mastygis dicam. Recudit eandem Clarissimus Leibnitius Tomo I. Scriptorum Brunsvvic. anno 1707. Hannoveræ.

ADOLPHUS COMES DE SCHAWENBURG III. A. Col. ex illustri familia Comitum à Schawenburg fuit Præpositus Leodiensis Ecclesiæ, & Colonienſis Metropolitanæ Canonicus. Hunc Adolphum Hermannus de Weda ejus antecessor plurimùm dilexit, & suum Coadjutorem constituit. Remoto & depositio Hermanno 1546. 16. Aprilis in Archi-Episcopum electus est. 24. Januarii 1547. splendidissimè die sancti Pantaleonis Coloniæ inauguratus. Cùm Augustæ Vindelicorum primam DEO litâsset hostiam coram Carolo Cæsare, ejusdem rogatu Synodum Provincialem instituit 1549, mòxque Religionem veterem in tota Diœcesi restituit, Clerum reformavit, Commenta Buceriana profligavit, ritúsque acatholicos proscriptis tabulis heterodoxis abolevit, & verum se Pastorem reipsâ declaravit. Anno 1551. venit 10. Octobris Tridentum, quem omnes Prælati Concilii excepturi obviam egredientes processêre. *Vide Pallavic. L. XII. Histor. Trident. C. IX.* Theologos secum habuit ex Universitate Colonienſi duos, Joannem Gropperum J. U. D. qui in eo Concilio festo Epiphaniæ peroravit, & Everardum Billicum S. Theol. D. Carmelitam. Crabbe, Surius, Harduinus p. 88. testantur die 11. Octobris fuisse celebratam Sessionem tertiam sub Julio Papa, quæ fuit totius Concilii decima tertia, & huic cum duobus Electoribus interfuisse tertium Colonienſem. Petrus Paulus Sarpi sive Fra Paolo à Pallavicino confutatus multa ex Doctorum Colonienſium relatione & voto contra Tridentinos Patres depromit, quæ & Pallavicinus meminit & confutat. Cæterùm Adolphus anno 1552. 11. Februarii ob tumultus belli rediit Tridento Coloniam, ubi anno 1555. in Theophoria Ss. Eucharistiam circumtulit. Præterea tres in fide nutantes Sedes suffraganeas, Monasterienſem, Mindenſem & Osnabrugenſem servavit. Præfuit Archi-Episcopatui annis novem. Brulæ anno 1556. 20. Septembris defunctus, vir animi & corporis dotibus nulli Principum ætatis suæ cedens, sepultus Coloniæ in majori Ecclesia, ubi est concameratum sepulchrum ejus erectum marmoreo simulacro. Ipsius nomine typo editum est scriptum cum hoc titulo:

Censura Reverendissimi Domini Colonienſis Adolphi de Schavvenburg in doctrinam conceptam de sacrificio Missæ pro sessione celebranda in die Conversionis S. Pauli. *In Psalmæi sacra Antiquitatis monumentis.*

Ejusdem Adolphi extant impressæ Synodi sequentes:

1548. Diœcesana die 11. Octobris celebrata Coloniæ. A Typogr. Gaspare Jennepæo seperatim, & apud Quentelium cum aliis 1554. à pag. 1109.

1549. Synodus Provincialis celebrata. Quentel. à pag. 410. ad 463.

1549. Diœcesana 2. Octobris celebrata apud Gasp. Jennepæum folio seperato, & apud Quentel. pag. 456-463.

1550. Die Mercurii 26. Januarii Synodus Diœcesana Coloniæ celebrata. Impressa à Quentel. pag. 469.

1550. Synodus Diœcesana feriâ V. post Remigii celebrata. Impressa 1554. à Quentelio n. 506-519.

1551. Feriâ II. post Dominicam Invocavit, quæ erat XVI. Februarii, Synodus Diœcesana celebrata & impressa. Folio apud Quentel. 1554. à pag. 520.

1549. XX. Decembris ex Arce Brulensi edita fuit forma visitandi Cleri & populi civitatis & Diœcesis Colonienſis typo edita à Quentel. à pag. 470-505.

Feriâ III. post S. Matthiæ Apostoli acta Synodi Diœcesanæ Præsidente Reverendissimo & Illustrissimo Adolpho... Typo Quentel. l. cit pag. 463.

ADOLPHUS SCHULCKENIUS GELDER anno 1606. Decanus Facultati artium præfuit Coloniæ Agrippinæ ex Gymnade Montana, jam Licentiatus Ss. Theologiæ, Proto-Notarius Apostolicus, Ss. Theologiæ Doctor renuntiatus, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus, Pastor ad sancti Martini minoris, Præpositus B. M. V. ad Gradus 1623. 6. Februarii, Vicarius Generalis Serenissimi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nissimi Ferdinandi A. Col. Rector Universitatis Colonienſis à die 2. Decemb. 1623. electus eandem gubernavit ad diem 8. Octob. 1625.

Inſtituit teſtamento ſuo fundationem, ſex portionum 2. majorum, quatuor minorum in Gymnaſiis Montano & Tricoronato pro conſanguineis 6. vel eorum defectu pro Geldrenſibus, aut demum Parochianis S. Martini, obiit anno 1626. 11. Martii, ſepultus in Eccleſia Metropolitana. Icon magnifici viri extat apud Reverendiſſimum Decanum B. M. V. ad Gradus Ignatium Gräffinger. Ab eo ſunt ſequentia in lucem edita:

Apologia Ad. Schulckenii &c. pro Illuſtriſſimo D. D. Roberto Bellarmino S. R. E. Cardinali de poteſtate Romani Pontificis temporali adversùs librum falsò inſcriptum. *Apologia Cardinalis Bellarmini pro jure Principum, authore Rogero Widdringtono Catholico Anglo, in 12mo Coloniæ 1613. ſumptu Bernardi Gualtheri pp. 638.* Dicatur Ferdinando A. Col. anno 1613. Prætor urbicus Pariſinus 10. Junii manu Carnificis *dans la place de greve* in foro comburi juſſit prædictam Apologiam Schulckenii contra Widringtonum Anglum; cùm enim Parlamentum Pariſinum ſupprimendum voluerit opus Bellarmini contra Angliæ Regem, nec revereretur notam eruditione magis & vitæ ſanctimoniâ, quàm purpurâ Bellarmini famam, minor indulgentia fuit in Apologiſtam Schulckenium, cujus libro, Prætor ait, contineri plures propoſitiones tendentes ad turbandam tranquillitatem totius Chriſtiani orbis, oppoſitas ſecuritati regiæ vitæ ac ſtatui Regum ac Principum. Sed faciliùs ſortem ſuam ferret Reverendiſſimus Schulckenius, quando & Pariſinis flammis illuſtratum vidit anno 1614. 2. Junii magni Suarezii opus Catholicum inſcriptum: *Defenſio Fidei Catholicæ* adversùs errores ſectæ Anglicanæ cum reſponſione ad Apologiam pro juramento fidelitatis, & ad præfationem monitoriam Sereniſſimi Jacobi, magni Britanniæ Regis.

Oratio Euchariſtica de victoria Ferdinandi II. 1620. contra Bohemos in Oratorio Confraternitatis S. Crucis IV. Kal. Decemb. in 4to pp. 23.

Oratio funebris Alberti PII Belgarum Principis.

Oratio in laudem SS. PP. Societ. JESU ignatii Lojolæ ejuſdem Societatis Fundatoris & Patriarchæ, & *Franc. Xaverii* Indiarum Apoſtoli in ſolemni declaratione Canonizationis eorum factæ per S. D. N. Gregorium Papam XV. 1622. 12. Martii habita ab Adolpho Schulckenio &c. in templo S. Andreæ Coloniæ 1622. 26. Julii, ſumptibus Bernardi Gualteri in 4to, dicata eſt Franciſco Wilhelmo Comiti de Wartenberg. Major illuſtriorque Orator PP. Colonienſibus pro hac ſolennitate vix optari poſſe videbatur, & egregiè ſpartam implevit.

Orationes duæ in laudem S. Thereſiæ à JESU in 4to. Coloniæ. 1622.

ADRIANUS à S. FRANCISCO, Carmelita Colonienſis, Philoſophus, Theologus & Hiſtoriographus ſolertiſſimus obiit 1702. 2. Aprilis, ætatis anno 62, dum incumbit ſcribendæ hiſtoriæ virorum illuſtrium, quibus abundat ſanè inclyta hæc Provincia. Scripſit

Excurſus Paraneticos, typo Colon. *Verum Eccleſiaſticum* R. P. Joſephi Manſi ex Italico Latinum factum. *Ex Schedis Eximii Brunonis Tevuis Provincialis Carmelitarum.*

ADRIANUS HECQUETIUS, Attrebatenſis Carmelita in Univerſitate Colonienſi Ss. Theologiæ Doctor & Profeſſor publicus, quod ipſemet in Epiſtola admodum copioſa directa ad PIUM Papam IV. anno 1564. die 2. Januarii fatetur his verbis: *Poſtquam Gradum Doctoralem in florentiſſima Colonienſi Academia ſuſcepiſſem.* Fuit (teſte Lucio) Philoſophus eximius, Concionator egregius Græcè & Latinè doctiſſimus, Poëta non ſpernendus. De eodem ſcribit Swertius, Andreas Valerius Deſſelius, Antonius Poſſevinus, &c. Clarere cœpit libris editis ab anno Chriſti 1550. uſque ad annum 1576. Plurima variæ doctrinæ conſcripſit opera, quæ omnia ferè diverſis in locis extant typis excuſa præſertim opus varium, quod inſcripſit

Peripataſmaton.

Eruditiſſimas 12m Conciones in Evangelia Dominicalia.

Quadrageſimale inſigne.

Orationes Rhetoricas.

Epiſtolas.

Diverſa Epigrammata.

Valer. Andre. Biblioth. Belg. Schedæ Eximii Tevvis.

ADRIANUS LAMETZAN naſcitur Waſſebergæ in Ducatu Juliacenſi anno 1706. die 28. Octobris Patre Adriano Lamerzan, matre Catharinâ de Mahr, humaniores Muſas Duſſeldorpii, ſeverioris Sophiæ & Theologiæ apud Grani Aquas excoluit, luſtratis Universitatibus Colonienſi, Viennenſi, Paduanâ, Hallenſi & Lugdunenſi Batavorum: Uxores duxit 1mò Eleonoram Eliſabetham Auguſtam de Flotis 1737. 20 Januarii. 2dò Mariam Agnetem Lohman 1739. 22. Auguſti, Sereniſſimi Electoris Palatini Archivarius 1735. Conſiliarius Aulicus 1736. Regiminis 1739. Statûs Intimus 1744. Hactenus ſcripſit

Elementa Philoſophiæ veteris & novæ &c. anno 1729. Impreſſa Norimbergæ in 8vo. Et Viennæ apud Joannem Carolum Newea 1730. in 8vo.

ADRIANUS MUELEMAN Flander Ordinis Ciſtercienſis Theologiam docuit in Abbatia veteris Montis in Ducatu Montenſi. Ibidem conſcripſit & prælegit *Tractatum moralem de jure & juſtitia, & de cenſuris Eccleſiaſticis.* Extant hi tractatus in veteri Monte & Dunis. Scripſit etiam *Annales Monaſterii Dunenſis* valde curioſos. Ex iis non pauca deprompſit R. P. Jacobus Malebranche pro tertio ſuo tomo de Morinis, eorúmque rebus. Obiit 1640. 7. Martii in Hollandia Hagæ Comitis. Ante obitum publicaverat in Hollandia ſuppreſſo ſuo nomine *Deductionem difficultatis*, quæ eſt inter Religioſos B. Mariæ de Dunis & Dominum Principem Orangiæ. Liber in 4to impreſſus ſinè Typographi nomine.

Carolus de Viſchs in Bibliotheca Scriptorum ſacri Ordinis Ciſtercienſis.

ADRIANUS DE WALENBURG Roterodami patritiâ familiâ naſcitur. Cùm aſpiranti ad ſtatum Eccleſiaſticum denegaretur ordinatio à præfecto Vicario miſſionibus Hollandicis, venit Coloniam ad Nuntium Apoſtolicum, ejúsque ope primum Beneficium Eccleſiaſticum obtinuit. 1647. Eximio Arnoldo à Landsberg defuncto obtinet Metropolitanæ

litanæ Colonienſis Eccleſiæ Canonicatum presbyteralem, gradu Licentiæ donatus. Anno 1661. die S. Andreæ ſacrâ in Eccleſia Bonnenſi FF. Conventualium à Sereniſſimo Archi-Epiſcopo Maximiliano Henrico conſecratur Epiſcopus Adrianopolitanus, aſſiſtentibus Petro de Walenburg Fratre Germanno Epiſcopo Myſienſi Suffraganeo Moguntino, & Joanne Antonio Blavier Ss. Theologiæ Doctore ex Minorum Conventualium cœtu aſſumpto Epiſcopo Dionyſienſi Suffraganeo Leodienſi; à quo die in pontificalibus muniis vicariam operam navavit Archi-Diœceſi Colonienſi: Georgio Paulo Stravio Joppenſi Epiſcopo è vivis aquâ intercute ſublato. Applausêre Collegii Colonienſis Societ. JESU Muſæ neo-ſacrato hoc veriſſimo elogio: " Senſit tela & fulmina veſtra " (Walenburgiorum Fratrum) quibus ab Eccleſiâ " orthodoxa & invicta illius veritatis arce contra " hoſtes Catholici nominis detonuiſtis, ex Hol" landia Coccejus, ex Clivia Hundius, ex Haſſia " Crocius, ex Palatinatu Danhawerus, ex Saxo" nia Hulſemannus; magnis voluminibus de " ſchiſmate cum pluribus decertâſtis, in ſola me" thodo Auguſtiniana, præter anonymos quinque " Profeſſores cum Walenburgiis congreſſi nomine " manifeſtam conceſsêre victoriam; Hulshovius " Prædicans Eſſendienſis, Chriſtophorus Schei" blerus Superintendens Tremonienſis, Joannes " Hulſemannus Profeſſor Lipſienſis, Joannes " Conradus Danhawerus Profeſſor Argentoraten" ſis, ac denique Tilmannus Platzovius, de qui" bus victis profligatisque totidem nempe vexilla " in gentilitia turri, velut extorta hoſtibus bono " omine jam dudum erecta ſunt." En hoſtes Walenburgici nominis & fidei. Succinuit eodem anno & die Chorus Alumnorum Seminarii Archi-Epiſcopalis, quod jam ab anno 1614. curæ & inſtitutioni PP. Societ. JESU Coloniæ crediderat Sereniſſimus. Anno 1665. die Virgini ab Angelo ſalutatæ dicato Philippum Brewer electum Abbatem Brauvveilerenſem donat infulâ & pedo. Fundavit Burſam unam pro conſanguineo Catholico, eorumque defectu pro Roterodamenſi; ac demum Hollando, ingenuas & ſacras literas docendo in Collegio Hollandorum, quod Coloniæ ſub titulo S. Willibrordi Friſonum Apoſtoli extabat; & Anniverſarium ſacrum in Eccleſia Metropolitana. Cùm Balneas (Svvalbacenſes credo) ſanitatis causâ adiret; Moguntiæ mortem reperit 14. Septembris 1669. in æde S. Petri ſepultus. Editi ab eodem & Fratre ſuo duo Tomi.

Titulus primi Tomi eſt: Tractatus generales de controverſiis fidei. Coloniæ 1669. per Joan. Wilhelmum Frieſſem juniorem. Titulus ſecundi Tomi: Tractatus ſpeciales de controverſiis fidei. Coloniæ 1671. per eundem Typographum, qui ſigillatim antea diverſis formis & typis lucem viderant.

ADRIANUS WILHELMUS FABRITIUS Ss. Theologiæ Doctor, Archi-Diaconalis Collegiatæ B. V. Mariæ ad Gradus Canonicus Capitularis Coloniæ Agrippinæ, tranſtulit

Libellum ſub titulo: *Devotus Mariæ Virginis à R. P. Paulo Segneri S. J. Italico idiomate conſcriptum in linguam Latinam*, & Reverendiſſimis D. D. Prælato & Canonicis Confratribus in ſtrenam obtulit, Coloniæ Agrippinæ typo editum per Engel. Theod. Kinchium 1697. in 12mo p. 239. Dicavit operam ſuam S. Joſepho virgineo Conjugi.

ÆGIDIUS AFHACKERUS natus in Vreeswyck prope Ultrajectum, Ss. Theologiæ Profeſſor Coloniæ. Edidit ſub nomine *Salomonis Theodori* libellum elegantem, immò nervis & maſculò ſanguine plenum, in quo Conradi Vorſtii Apoſtatæ hiſtoria ſatis illuſtratur.

HENOTICON ſive Pacificatorium diſſecti Belgii, in quo poſt hiſtoricam relationem originis & progreſſus diſſidiorum Belgicorum Remonſtrantes & Contra-Remonſtrantes per annos aliquot ſe exagitarunt.

Vera inquiritur ratio concordiæ per Salomonem Theodotum.

Editio prima---- & ſex menſes, poſt 2da aucta & emendata ab Authore Urſellis Wendelini Jungen Typo 1618. in 8vo pp. 462. Ratio ſtatim procurandæ 2dæ editionis fuêre libri hiſtoriæ perficiendæ neceſſarii, quos hactenus deſideraverat.

ÆGIDIUS GELENIUS Kempenſis natus X Januarii M. D. XCV. Patre Henrico Gelenio ab Herpeſch matre Benignâ ſeu Gudulâ à Borckel integerrimis lectiſſimisque parentibus è primaria inter ſuos familia. Fratrem habuit Joannem Gelenium, de quo ſuo loco, alium fratrem ſtemmatis propagatorem. Sorores duas, quarum altera nupſit Heiſter, è qua Henricus Heiſter Ss. Theologiæ Doctor, ad S. Andreæ Canonicus. Altera Crapolio: apud hujus filios Engelbertum & Joannem Carolum extitêre Joannis Gelenii Fratris XXX. volumina M. SS. circa finem ſæculi XVII. ab iisque ad Magiſtratum Agrippinenſem tranſiêre omnia præter quatuor. Fuit Ægidius Ss. Theologiæ Licentiatus, Proto-Notarius Apoſtolicus, Canonicus & Scholaſticus Collegiatæ S. Andreæ Coloniæ, Conſiliarius Eccleſiaſticus & Hiſtoriographus Archi-Epiſcopi; Nuntiaturæ Apoſtolicæ per Tractum Rheni infer. & Germ. infer. Auditor & Judex; Præpoſitus Collegiatæ Cranenburgi Clivorum. Demum 1656. Martio exeunte creatur Epiſcopus Aureopolitanus eò fine, ut in Pontificalibus ſuffraganeam operam navaret Epiſcopo Oſnabrugenſi. Varios habuit Præcones de tam ſublimi dignitate ſibi gratulantes: ſed nobiliorem habere non potuit, quàm Ferdinandum à Fürſtenberg poſtmodum Paderbornenſem Epiſcopum, qui, cùm Ægidius Geleniuſ idem ſit mutatis literis, quod *eligè à Divis genitis*, in hoc anagramma elegans more ſuo programma ejus honori ſcripſit. Narrat Merlo Horſtius in hiſtoris ſui ævi M. Ss. num. 125. correptum fuiſſe ab illuſtri perſona Ægidium; quod Taurinum Caput agnoſcati ſuo & antiquæ familiæ proprium auſus fuiſſet Geleniano ſcuto inſerere; & Ægidius: Quorſum, inquit, iraſceris? Ego de tuo nihil ſumpſi; nihil ais; reponit nobilis vir, Taurina facies meâ eſt, eſto; reponit Gelenius: Ego autem vaccæ, non tauri caput ſcuto meo porto. Sic riſu ſoluta fuit querimonia. Obiit Oſnabrugæ anni 1656. Auguſti die.

Opera ejus ſunt ſequentia:

Vindex Libertatis Eccleſiaſticæ; & Martyr S. Engelbertus A. C. P. Elector; una cum brevi ſuæ ætatis, annalium, nobilium familiarum & monumentorum Agrippinenſium ex archivis depromptorum hiſtoria, Coloniæ apud Gisbertum Clementem in 4to pp. 375. & cum auctario 1633.

Pretioſa Hierotheca duodecim unionibus hiſto-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riæ Colonienſis exornata. Coloniæ typo Gisberti Clementis in 4to p. 128. anno 1634.

Canon Canonicorum Enfridus Eleemon inſignis Collegii S. Andreæ Coloniæ Decanus & Canonicus. in 12mo. Excudit Gisbertus Clemens anno 1636.

Supplex Colonia ſive proceſſio anno 1534. unà cum hiſtoria SS. Colonienſium. in 12. Sumptibus hæredum Bernardi Gualteri pp. 202. anno 1639.

Staurologia Colonienſis, in qua de ſpatiis per Diœceſin Colonienſem crucibus repetitis ex omni antiquitate conſiderationibus differitur. Auth. Æg. Gel. in 12. pp. 87. anno 1636.

Hiſtoria & vindicia B. Richezæ Comitiſſæ Palatinæ, &c. operâ Æg. Gel. in 4to. pp. 49. Coloniæ apud Petrum Gymnicum anno 1649.

Par SS. Swoibertus & Plectrudis poſt millenarium ferè annum illuſtratum meditatione hiſtoricâ. Æg. Gel. Coloniæ excudebat Valentinus Clemens. in 4to. pp. 24. anno 1640.

Clypeus Swuibertinus, Jacula, quæ in Scriptorem vitæ S. Swiberti contorquentur, averteus. in 4to. pg. 16.

Suffraganei Colonienſes per Nepotem Heiſter. anno 1641.

De admiranda ſacra & civili magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis Auguſtæ Ubiorum Urbis Lib. IV. Æg. Gel. Authore. Coloniæ apud Jodocum Kalckovium in 4to pp. 759. anno 1645.

Judicium de hoc libro ferre non cujuſvis Judicis eſt.

Ludewig in Præfat. ad reliquias MSstorum §. 39. not. 13. ait: Omnia Gelenii fœcunda ſunt in utiliſſimorum diplomatum numeris; quibus etiam Schilter eſt uſus præterito eorundem Collectore.

ÆGIDIUS à S. URSULA vocatur in ſæculo Joannes Hieronymus Roprecht, natus fuit Coloniæ 1642. Ingreſſus Ordinem Carmelitarum Diſcalceatorum in eadem urbe, profeſſionem edidit 1662. 14. Martii. Fuit Provinciæ Colonienſis Definitor Provincialis, Conventûs patrii Magiſter Novitiorum & Prior, obiit Prior Conventûs Confluentini anno 1706.

Reliquit MSs. duos Tomos in 4to, in quibus continentur *multi diſcurſus ſpirituales*, *diverſæ doctiſſimæ Conciones Latinæ* deſervientes Provincialibus & Prioribus formandis in ſuis viſitationibus & Capitulis domeſticis.

Hiſtoria Conventûs Colon. Diſcalceatorum.

ÆGIDIUS DE VRESE Canonicus Regularis ſanctæ Crucis Coloniæ. Ab eo fabricata

Ægis Ægidio-Vreſana ſive Poëmata R.P. Ægidii de Vreſe Can. Regul. S. Crucis. Coloniæ Agrippinæ apud Jodocum Kalckovium 1668.

ÆTHO JOANNES à Freudenberg Coloniæ medicam artem aut docuiſſe aut exercuiſſe videtur, cujus in ea urbe excuſus libellus fuit anno 1538. *De abuſu & impoſtura Medicantium ex officina Cervicorni in 8vo. Ex Commentariis Canonici Seil.*

AGRIPPINA in oppido Ubiorum naſcitur Kalendis Auguſti circa annum Æræ Chriſtianæ XVIII. Patre Nerone Druſo ob bella cum Germanis geſta *Germanico*, matre Agrippinâ, filiâ Magni Vipſanii Agrippæ & Juliæ, AUGUSTI ex Scribonia filiæ. Fratres habuit 1. Neronem Druſum, 2. Cajum Caligulam. Subinde AUGUSTUM, Sorores Druſillam & Liviam. Nupſit primùm Cneo Domitio Ahenobardo, & infelici partu Neronem effudit, in ſuî & urbis & orbis exitium. Secundum maritum habuit Criſpum Paſſienum ac demum tertium, Claudium Auguſtum Patruum ſuum anno VC. 802. Chriſti 48. Claudii Aug. IX. qui jam ex Meſſalina necata tres liberos ſuſceperat, Britannicum, Octaviam, Antoniam. Fuit igitur Octaviani Auguſti Proneptis, Agrippæ Authoris oppidi præſentis Ubiorum Neptis, Caligulæ Auguſti Soror, Uxor Claudii, Mater Neronis Auguſtorum: ipſa etiam ab Claudio dicta AUGUSTA. Tali ſanguine prognata tot orbis Dominorum cognatione illuſtris in florentiſſimo Romani Imperii ſinu enutrita major erat indole heroicâ, ingenio ſupra ſexum vaſto & perſpicaciſſimo, rarâ facundiâ linguæ & ſtili, formæ inter elegantiſſimas eximiæ. His dotibus utrùm aliquando abuſa ſit, qui volet, conſulat Dionem, Tacitum, Suetonium; nos poſteri in parentum vitia, ne inquiramus, pietate veramur.

Partûs ingenii, quàm uteri longè feliciores fuerunt & digniores poſterorum memoriâ: invidit eos nobis vetuſtas; veſtigia tamen luculenta ſuperſunt apud Tacitum L. IV. Annalium, & apud Plinium Lib. VII. Hiſtoriæ natural. C. VIII.

Commentarii Agrippinæ F. Matris Neronis Principis, quibus vitam ſuam & caſus ſuorum poſteris enarravit. Vide G. J. Voſſium de Hiſtoricis Latinis.

ALARDUS WYELIUS Ss. Theologiæ Licentiatus. Hujus labore & induſtriâ præcipuè, tum etiam reverendorum & doctiſſimorum quorundam virorum almæ Univerſitatis Colonienſis Agripp. Theologorum ac Profeſſorum MAGNA *Bibliotheca veterum Patrum & antiquorum Scriptorum Eccleſiaſticorum* primò quidem à Margarino de la Bigne Sorbonico in Academia Pariſienſi Theologo collecta, & tertiò in lucem edita; nunc verò plus quàm centum Authoribus & opuſculis plurimis locupletata, hiſtoricâ methodo per ſingula ſæcula, quibus Scriptores quique vixerunt, diſpoſita, & in quatuordecim tomos diſtributa fuit. Coloniæ Agrippinæ, ſumptibus Antonii Hierath ſub ſigno Gryphi anno 1618.

ALBANUS à S. HERIBERTO, vocatus in ſæculo Joannes Wyck, naſcitur Coloniæ 1679. Regulam Carmelitarum Diſcalceatorum profitetur in Conventu patrio 1696. Fuit Ss. Theologiæ Lector, Definitor & Viſitator Generalis, Colonienſis & aliorum Conventuum Prior, Definitor Provincialis, ac demum Provinciæ Provincialis. Vertit ex idiomate Latino in Germanicum. Typis Auguſtæ Vindelicorum.

Vitam S. Albani... Ex hiſtoria Conventûs Colonienſis Carmel. Diſcalc.

ALBANUS à S. JOANNE BAPTISTA, in ſæculo vocatus Jacobus Brauweiler, naſcitur Coloniæ 1651. in ejuſdem urbis Conventu Diſcalceatorum Carmelitarum profitetur ſolemnia vota 1670. 2. Julii. Fuit annis bene multis Colonienſis Conventûs Magiſter Novitiorum, in quo obiit 1694. *Ex Hiſtoria Conventûs Colon. Carmelit. Diſcalceat.* Reliquit MSs. duos Tomos in 4to, in primo continentur *pia ac doctiſſima Commentaria in ſequentiam: Dies iræ, dies illa*, in altero *Tractatus de præſentia DEI.*

ALBERTUS ALDEGRAF Weſtphalus Suſatenſis Pictor non vulgaris & præſtantior Chalcographus, imò Pictoriæ & Chalcographiæ in Germania

mania inferiori Reſtaurator cum Alberto Durero Coævo. Vixit circa annum 1500. plurima eáque artificioſa opera reliquit. Imagines Magnatum, Monarcharum aliorúmque æri incidit magno in pretio habitas; quas inter Joannes Leydenſis Anabaptiſtarum Regis & Knipperdollingii præ cæteris artificium ejus commendant. Prodierunt ejuſdem manu artificiosâ elaboratæ imagines de Suſanna & Hercule. 1538. & 1551. ex quibus multæ extant in Eccleſiis urbis Suſati.

Noverat præterea characteres & ſcripturas rarâ arte & admirabili elegantiâ formare. Exemplaria aliquot cariori pretio empta habuit Excellentiſſimus Legatus Regis Sueciæ D. de Schiting. Sontini mortuus eſt, & ſepultus jacet ſub Cippo, qui nomen viri famoſum cum ſignis communibus oſtentat.

Meminerunt Alberti Aldegraff Sandrartus *in Academia Germanica Pictorum & Chalcographorum* 2dæ partis libro 3. n. 48. pag. 244. Maittaire Tom. 1. *Annalium Typograph. 2da edit.* pag. 740. Refert h. l. *Een Bock mit ſeer curieuſe Prenten van Albert Deurer en Aldegreve geppreden in folio. Anno 1500, ſinè loci & Typographi nomine.*

ALBERTUS HERO Snecanus Friſius, fuit ex primis Collegii Vigiliani alumnis Lovanii, abſolutóque Theologiæ ſtudio lauream ejuſdem Coloniæ accepit, & Philoſophiam in Gymnaſio Laurentiano docuit: Paſtor deinde in Gerresheimio, Ducatûs Montenſis oppido. Ex hac vita ſublatus eſt annos plus minus natus XL. anno D. CIↃIↃLXXXIX. VI. idus Martii. Scripſit

Epigrammata diverſa Latinè, Græcè & Hebraicè.

De providentia DEI Lib. V. Colonia 1532. 8vo apud Cholinum.

Cenſura ejuſdem de tribus Lutheranorum agendis. Legitur apud Corn. Schultingium Tom. 4. Biblioth. Eccleſiaſticæ p. 77.

Suffridus Petri decade XIV. de Scriptoribus Friſiæ.

B. ALBERTUS MAGNUS, ſic vulgò dictus clariſſimum ſæculo XIII. Eccleſiæ totius & Ordinis Dominicanorum lumen, natus in urbe Thuringiæ, quæ à Latinis Lavinga, ab incolis Langingen vernaculè vocatur ad Danubii ripam ſita ſub finem circiter anni MCXCIII. ex illuſtri & antiqua Regulorum Boloſtratenſium ſtirpe, aptiſſimum diſciplinis omnibus à natura ſortitus ingenium, quod mirificè excoluit, tum ſub cura parentum in patria, tum in Gallia Pariſiis, tum in Italia Patavii, avunculo ubique comite. In hac poſtrema urbe degebat omnigenis ſcientiis Philoſophicis, mathematicis, etiam medicinæ apprimè inſtitutus; cum eo advenit beatiſſimus vir Jordanus Magiſter Ordinis Prædicatorum ab Inſtitutore DOMINICO ſecundus, ejus verbis excitatus, & adversùs formidinem non perſeverandi roboratus, receptus ab ipſomet eſt, & Ordini cooptatus, ac veſte donatus anno (ùt veriùs creditur) M. CCXXIII. ætatis anno XXIX. nondum expleto. Ex more tum apud Dominicanos ſervato ibidem ſcilicet Patavii vel Bononiæ quibuſdam annis Theologiæ operam dediſſe conjicitur. Exinde jubentibus Superioribus in patriam redux ad ſcholarum regimen applicitus eſt, ac Hildeshemii, Friburgi, Briſgoiæ, Ratisbonæ, Argentinæ, Coloniæ Philoſophiam ac Theologiam tandem è ſuperiore loco docuit; quo tempore F. Thomam Cantipratanum inter diſcipulos habuit. Inter hos etiam annos Pariſios ad Gymnaſium Sanjacobeum in Theologia perficiendum miſſum fuiſſe autumatur. Jam inde rediérat, & à pluribus annis ſtudium Colonienſe regebat; cùm anno M. CCXLIV. juvenis F. Thomas de Aquino eò advenit à Magiſtro Ordinis I V. F. Joanne Teutonico ductus, ac ſub tanti viri diſciplina erudiendus. Anno MCCXLV. Albertus Pariſios miſſus eſt ad gradus promovendus, & ſcholam noſtram Sanjacobeam pro rata extraneorum recturus, ac triennium ſolitum Magiſterii egit ibidem, eundem Aquinatem inter Auditores habens. Anno M. CCXLVIII. ſolenni illi ſententiæ, quam de comburendis libris Thalmudicis Odo Cardinalis Tuſculanus de Caſtro Rudolphi in Francia tum Legatus pronunciavit Maji XV. adfuit inter Magiſtros Theologiæ vocatos, & ipſe Conſultor adlectus; ſub finem ejuſdem anni cum ſuo Aquinate Coloniam rediit, primarium Lectorem ac ſtudii generalis eo anno in Comitiis Ordinis Lutetiæ coactis electi Regentem acturus. Anno M. CCLIX. Comitiis Ordinis, quæ Valencenis habita ſunt, adfuit, & cum quatuor Dominicanis ſacræ Facultatis Pariſienſis Magiſtris ad id à Capitulo Delegatis leges in ſtudiis generalibus ſervandas tulit ac edixit. In eodem Capitulo miſſionem ab onere Provincialatûs obtinuit, ſuámque Coloniam repetens antiquum Regentis ac primi Lectoris munus reſumpſit, eo tranquillus nec majora affectans fungebatur. Cùm anno MCCLX. oblata eſt ei ab Alexandro IV. inſula Ratisponenſis; hanc non ſolùm ſuaſu Magiſtri Ordinis F. Humberti, ſed etiam ex demiſſione animi, quantum in ipſo fuit, detrectabat. At quantumvis renitens jubente Pontifice eam ſuſcipere coactus eſt; quam tamen Eccleſiam, ubi duobus circiter annis integerrimè ſanctiſſiméque rexiſſet, tumultuum bellicorum, quibus Epiſcopi Germani involvebantur, pertæſus, ſuaviſſimíque ſui quondam muſæi memor pedum paſtorale inter manus Urbani IV. reſignavit, ſuámque Colonienſem in cellam receſſit ſcholæ ſuorum regendæ ſcribendíſque libris totus deinceps deditus. Cùm hoc voluit Archi-Epiſcopus Colonienſis, apud quem ſummo in honore habebatur, ut in ſua Diœceſi, ubicunque rogatus eſſet, in Pontificalibus celebraret, & ſpiritualia Pontificis munia exerceret; quod & idem quandoque ab eo petierunt Argentinenſis & Baſileenſis Epiſcopi; hinc tot templa & altaria in his Diœceſibus memorantur ab eo conſecrata, tot Ordines celebrati, tot reliquiæ Sanctorum recognitæ, & venerationi fidelium ſolenni ritu expoſitæ. Concilio Lugdunenſi 2do affuiſſe quidam narrant anno MCCLXXIV, quod nec incredibile, ſicèt octogeſimum ætatis jam ſuperâſſet: cùm & ferant anno circiter MCCLXXVII. iter Gallicum & Pariſios uſque ſuſcepiſſe, quo S. ſui diſcipuli Thomæ de Aquino doctrinam à quibuſdam impugnatam in confeſſu ſacræ Facultatis ſartam tectam tueretur. Tribus circiter ante mortem annis memoriæ lapſum incurriſſe dicitur quoad ſcientias; ità tamen, ut quoad divina ac regularia ſui ſemper compos & Sodalium exemplum ad ultimum uſque ſpiritum exti-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

titerit. Obiit XV. Novembr. MCCLXXX. ætatis LXXXVII. fuítque Coloniæ apud ſuos in Odeo ſepultus ad majus altare.

Scriptores Ordinis Prædicatorum ab Echard & Quetif. Tom. I. fol. 162. Tomi ab eo ſcripti ſunt ſequentes:

Tomus 1. *Logica ac 1. de Prædicabilibus Tractatus IX. 2. De Prædicamentis.*

Tom. 2. *Super octo Libros Prædicatorum.*

Tom. 3. *1. In tres Libros de Anima. 2. Libri XIII. Metaphyſicorum.*

Tom. 4. 1. *In decem Libros Ethicorum.* 2. *In octo Libros Politicorum.*

Tom. 5. *Parva naturalia.*

Tom. 6. *Libri XXVI. Animalium.*

Tom. 7. *Commentarii in Pſalmos.*

Tom. 8. *In Threnos Jeremiæ.*

Tom. 9. *Commentarius in Matthæum.*

Tom. 10. *In Lucam.*

Tom. 11. *in Joannem.*

Tom. 12. *Sermones de Tempore.*

Tom. 13. *Commentarii in Dionyſium Areopagitam.*

Tom. 14. *In Librum primum Magiſt. Sententiarum.*

Tom. 15. *In ſecundum & tertium.*

Tom. 16. *In quartum.*

Tom. 17. *Prima pars ſummæ Theologiæ.*

Tom. 18. *Secunda pars.*

Tom. 19. *Summa de creaturis diviſa in duas partes, quarum prima eſt de quatuor coævis ſcilicet materia prima, tempore, cœlo & Angelo. Secunda de homine.*

Tom. 20. 1. *Super Evangelium Miſſus.* 2. *De Laudibus B. Virg.* 3. *Biblia Mariana.*

Tom. 21. *Miſcellanea. Echard & Quetif. Script. Ord. Præd.*

ALBERTUS CLUMPARTS patriâ Gelder, admiſſus ad Carmelum FF. B. M. V. Coloniæ anno 1572. Licentiam Laureæ Theologicæ aſſequendæ in ejus urbis Univerſitate obtinet. Vir doctiſſimus, devotiſſimus, laborioſiſſimus quatuor annis continuis bis manè horâ ſeptimâ, veſpertinâ horâ quartâ Theologiam prælegebat. Scripſit vaſtum opus *in quatuor libros Sententiarum.* Vitam clauſit Coloniæ CIↃ IↃ. LXXXV. *Ex Comment. Eximii Brun. Tevvis Carm.*

ALBERTUS FEINHALS Ordinem S. Benedicti ingreſſus in Abbatia S. Pantaleonis. Scripſit *Vade mecum Juris utriuſque Candidatorum,* ſive expedita methodus juris utriuſque libros, conſtitutiones, leges, textus inveniendi. Coloniæ apud Henricum Rommerskirchen 1707. in 12mo pp. 135.

ALBERTUS GRUNEWALDT naſcitur Coloniæ Agrippinæ anno 1649. à primæva ætate tale virtutum dedit prognoſticon, ut ſpem de ſe magnam rerum olim præclarè gerendarum excitaret, nec fefellit eventus: nam ad celeberrimam Religionem ſancti Dominici Coloniæ admiſſus eâ ſedulitate Philoſophiæ ac Theologiæ operam dedit, talésque prædictarum ſcientiarum fructus tanquam diſertiſſimus Profeſſor copiosè diſtribuit, ut Ordinis Prædicatorum Ss. Theologiæ Magiſter, ejuſdémque in Univerſitate Colonienſi Doctor de Concilio, totiúsque Univerſitatis Subſenior magna cum laude exiterit. 1688. ab Eximio ſui Ordinis Collega Joanne Lorbecher renuntiatur Ss. Theologiæ Doctor in Univerſitate Colonienſi die 12. Octobris, quum eſſet ſtudentium Magiſter in generali ſtudio Conventûs Colonienſis Ordinis Prædicatorum. Cùmque in alios non ſolùm ſcientiarum, ſed etiam virtutum fructus diffunderet, vigilantiſſimum Magiſtrum Novitiorum per plures annos gloriosè egit, erátque maxima ejuſdem laborioſo hoc in officio ſolicitudo, ut concreditis ſibi Novitiis veram religiosè vivendi formam ac normam imprimeret. Talem idem oſtendit regendi dexteritatem, ut unanimi vocalium calculo in Priorem Conventûs Colonienſis fuerit electus; quod munus per annos ſex continuos laudabiliter explevit. Cum Alberto Magno tenerrimâ pietate B. V. Mariam toto vitæ decurſu eſt proſecutus; hinc non ſolùm Archi-Fraternitati Rotarianæ, venerabili ſenio aliíſque infirmitatibus non obſtantibus, maximo cum labore & fructu hîc Goloniæ præfuit; ſed etiam diverſis in locis Ss. Roſarii Archi-Fraternitates partim erexit, partim erectas, & hominum incuriâ ſopitas renovavit, reſuſcitavit innovavítque. Tandem ſenio variſque infirmitatibus attritus inter adſtantium RR. Confratrum preces Ss. Eccleſiæ Sacramentis tempeſtivè præmunitus pleniſſimè in divinam voluntatem reſignatus ætatis ſuæ 80. religioſæ Profeſſionis 55, Sacerdotii 51, celebrati Jubilæi 2. Coloniæ in Conventu ſanctæ Crucis FF. Prædicatorum anno 1729. die 5tâ Martii horâ ſeptimâ veſpertinâ obiit. Edidit

Geiſtliches Roſen-Büſchlein, das iſt, Einkleidungs- und Profeſſions-Predigen mit vierfachem Regiſter.

Erſter Tomus der Einkleidungs-Predigen gedruckt zu Cöllen bey Cornelio Conen 1698. in 4to pp 801. præter prolixum indicem.

Zweyter Tomus der Profeſſions-Predigen Coloniæ apud Viduam Muchers 1700. in 4to pp. 675. præter prægrandem indicem.

Item Libellos Archi-Fraternitati Roſariana deſervientes aut compoſuit, aut compoſitos ampliavit.

ALBERTUS MALBERG Ss. Theologiæ Baccalaureus, Alumnus Seminarii Archi-Epiſcopalis (quod ſub Sereniſſimo Ferdinando A. C. anno 1615. cœptum, & directioni PP. Societatis in ſpiritualibus & literariis, in temporalibus autem Eccleſiaſtico ſæculari ſubjectum duravit ad 1646, in ea domo, quæ nunc Convictus Xaverianus nuncupatur.) Ejuſdem Rdi Domini operâ in lucem prodiit " *Schola affectuum*, hoc eſt, brevis & methodica moderandorum affectuum ac paſſionum per media cùm generalia tum particularia inſtitutio ex doctrina quorundam è Societate JESU Patrum: in gratiam Partheniæ Sodalitatis concinnata, eidémque Xenioli loco oblata. " Coloniæ apud Joannem Kinckium 1625. Dicatur Sodalibus Partheniis. in 16to. pp. 254.

ALBERTUS OSWALDT natus Moguntiæ, ibidem Ordinem Prædicatorum ingreſſus, ſolitis ſcholarum agonibus obitis meruit Doctoris lauream in ſacra Facultate Theologica Colonienſi, unde Romam à Magiſtro Ordinis accitus Socius Caſanatenſibus additus fuit. Scripſit

Spicilegium Philoſophicum collectum ex Agro Thomiſtico, Coloniæ Vol. II. in 8vo.

Echard & Quetif. Scriptores Ord. Prad.

In

In Bibliotheca Colonienſi S. J. extat ejuſdem MS codex in folio: *Schola Thomiſtica* auſpice ſuo Præceptore Angelico D. Thoma *attritionem*, ſingulari DEI benevolentiâ & gratiâ Chriſti privilegiatam, hodiernâ temporum novaturientium infelicitate injuſtè ſpoliatam *vindicat*, Alb. Oſwaldt O. Præd. Ss. Theol. Doctor Colon.

ALBERTUS BARO DE PALLANT Bredenbend ex equeſtri antiqua Juliacenſi gente progenitus, fuit Præpoſitus Embricenſis, Decanus Clivenſis. Scripſit Panegyrin Ferdinando III. cujus titulus:

Sereniſſimo, Potentiſſimo Principi ac D. Ferdinando III. Germ. Hung. Bohemiæ Regi, cùm Rex Romanorum eligeretur, inauguraretur & coronaretur *Panegyricus*: quem in humillimæ venerationis, gratulationis & obſervantiæ argumentum ſcribebat Albertus Baro Pallantius, &c. Coloniæ in 4to anno 1637.

ALBERTUS PICTORIUS Porceti, quod ſuburbium eſt Aquisgrani adjectum, naſcitur, Scholæ Deiparæ Virginis intra Aquasgrani Rector. Scripſit

Sacrarium Aquisgranenſe, oder: der Heiligen Bund-Laden, darinn ein gemein Geſpräch zweyer Chriſten von dem Heiligthum Chriſti, ſeiner Mutter und der Heiligen, welche alle ſieben Jahr dem Chriſtlichen Volck gezeiget wird in der Käyſerlichen Reichs-Stadt des Königlichen Stuhls Aachen. Durch Alb. Pictorium Porcetanum Rectorem ſcholæ D. V. Coloniæ typo Petr. à Brachel 1622. in 8vo. pp. 72.

ALBERTUS DE PORCETO Aquenſis, Carmelo B. M. adſcriptus, verbi divini Præco facundiſſimus maximè in Conventu Colonienſi claruit legendo & prædicando anno 1449. Scripſit

Commentarios in Canticum Magnificat. Cujus initium: *Surrexit quidam.* Extat in Bibliotheca Carmeli Boppardienſis MS.

Sermones de beata Virgine hoc titulo:

Viridarium Virginis gloriosæ. Extat MS. in Bibliotheca Carmeli apud Aquasgrani.

Ex Comment. Eximii Brunonis Tevvis Carm.

ALBERTUS SIGEBERGENSIS natus utique in Oppido Sigebergenſi ſito in Montenſi patria. *Judice Caſim. Oudin Comm.* de Script. Eccleſ. Tom. III. ſæcul. XV. p. 2585. vel ùt creditur Monachus ex Ordine D. Benedicti è Monaſterio ejuſdem loci, de quo ità Antonius Poſſevinus Tom. 1. Apparatûs ſacri pag. 27. Albertus Sigebergenſis Benedictinus Commentaria in utrumque teſtamentum ſcripſit. Vixit anno 1450. Eyſengrenius in catalogo teſtium veritatis ad An. Chriſti 1450. Alberti hujus extat

1. *Gloſſarium veteris & novi Teſtamenti* MS. in Bibliotheca Paulina Lipſienſi, ùt conſtat ex hujus catalogo Bibliothecæ manuſcriptorum codicum pag. 72. num. 8. impreſſo Lipſiæ an. 1686. curâ & ſtudio Joachimi Felleri Bibliothecarii.

2. Hiſtoria Romanorum Pontificum & Imperatorum fideli, ùt ipſe teſtatur, narratione ſcripta potiſſimùm à Gregorio XI. uſque ad annum Chriſti 1454, ùt ipſe in vita Innocentii Papæ VII. teſtatur; quo tempore clarus habebatur Joannes Cuſpinianus, qui in opere de Imperatoribus Romanis aliquoties allegat hunc Albertum Monachum, quem MS. in partibus Germaniæ olim habuerat. Atque hujus hiſtoriæ codex jam habetur inter MSS. codices hiſtoricos Latinos Arcis Ambroſianæ num. 61. Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, uti teſtatur celeberrimus illius Bibliothecarius Petrus Lambecius Tom. 2. Commentariorum hujus Bibliothecæ C. 8. pag. 871. Inſcribitur Hiſtoria Pontificum & Imperatorum Romanorum, ex S. Hieronymi, Iſidori Hiſpalenſis, Venerabilis Bedæ, Sigeberti Gemblacenſis, Richardi Monachi Cluniacenſis, Sicardi Epiſcopi Cremonenſis, Martini Poloni, & recentiorum aliquot Authorum Chronicis collecta, quam Albertus iſte, de quo nobis ſermo eſt, continuavit à Gregorio XI. uſque ad annum C. 1454. ùt ipſe in vita Innocentii Papæ teſtatur his verbis: " Vacante Sede poſt Bonifacium IX. " anno Domini M. CCCCIV. Cardinales numero duodecim conclave intraverunt, & coram " pluribus Notariis & teſtibus ſolemnibus com- " promiſerunt, & compromiſſum ſervare jurâ- " runt, nec unquam ſe abſolvi ab illo juramento petituros, neque abſolutionem aliquam ſe " recepturos ab eodem, videlicet: quòd ipſi ſinguli & communiter, & ſi quis eorum fortè " in Papam eligeretur, vellet & deberet omnem diligentiam, quam poſſet, adhibere ad " hoc, quòd unitas Eccleſiæ reformaretur, etiamſi opus eſſet ad hoc renuntiare Papatui; & " quòd Cardinales abſentes ad ſimile juramentum arctarent præſtandum, ſimiliter de " novis eligendis. Et poſt hæc proceſſum eſt " ad electionem, & electus eſt Dominus Coſmatus tituli S. Crucis in Hieruſalem, vulgariter Bononienſis vocatus, vocatúsque eſt Innocentius VII. Hic ſtatim poſt electionem ſuam " regimen urbis libertatémque Romanis reſtituit. " Unde elati in ſuperbiam inſolentias ei conſuetas ultra modum exercere præſumpſerunt. Hic " Innocentius Prælatis & Epiſcopis in diverſis " regnis conſtitutis intimavit Concilium generale in Roma celebrandum in menſe Septembri " pro ablatione ſchiſmatis. Adveniente igitur " menſe Septembri Romæ inter amicos Papæ & " quoſdam Romanorum, orto diſturbio quidam " Romani Æmuli Papæ à fidelibus ejus trucidati " ſunt, quorum unus ſubtus cappa Papæ latuit, " dum alii occiduntur, ſicque ſalvatus fuit, quem " ego Frater Albertus pro tunc Monachus tempore Martini Papæ V. ſuperſtitem adhuc vidi " Romæ in inſula habitantem, qui hanc Chronicam à tempore Gregorii IX. uſque ad hæc " tempora continuavi, ſcilicet anno Domini " M. CCCCLIV. primâ die Octobris tam de viſis & auditis, quàm etiam de compertis. " Quare ab urbe Roma receſſit, &c. &c. " Codex Auguſtiſſimæ Cæſareæ Bibliothecæ, cujus hîc obiter fit mentio, ille ipſe eſt, quo etiam Joannes Cuſpinianus in componendo opere de Imperatoribus Romanis uſus eſt. Meminit hujus Alberti Monachi etiam Gerardus Joannes Voſſius Lib. 3. de Hiſtoricis Latinis pag. 693. ubi ſcribit videndum eſſe, an hic alius ſit ab Alberto Abbate Stadenſi; utpote, qui Chronicon ſcripſit à creatione mundi uſque ad ſuam ætatem, hoc eſt, uſque ad annum Chriſti 1256. incluſivè. At Albertus ille Monachus, de quo hîc

agitur, continuavit Chronicon non à creatione mundi, sed tantùm à Nativitate Christi inchoatum usque ad annum 1454.

3. *Historia Imperatorum Romanorum*, ùt refert jam citatus doctissimus Gerardus Vossius, ab Imperatore Augusto usque ad Imperatorem Fridericum vulgò tertium, reverà autem quintum, Imperatoris Maximiliani I. Patrem, quæ extat in eodem codice MS. Bibliothecæ Imperatoriæ; in hac autem historia Pontificum & Imperatorum hactenus, quod sciam, nondum edita traditur Martinum Polonum de Joanne Papissa meminisse, insuper & Mantissæ loco addidisse; quod in nullis ipsius Chronici exemplaribus reperitur, vel hactenus cuiquam repertum est, nempe Joannem Papissam jam gravidam quendam à diabolo obsessum interrogasse, quando diabolus à corpore ejus recessurus esset, & diabolum respondisse his verbis:

Papa Pater Patrum, Papissæ pandito partum,
Et tibi nunc edam de corpore quando recedam.

Quibus finitis apud Albertum istum subjungitur: Hæc Martinus Polonus. *Agunt de Alberto Sigebergensi isto Monacho Josias Simlerus in Epitome Bibliothecæ Gesneri p. 22. Antonius Possevinus loco citato. Petrus Lambecius Tom. 2. Commentariorum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis c. 8. pag. 871. & 2.*

ALBERTUS Ecclesiæ Steinfeldensis Ordinis Præmonstratensis primus Abbas Religione insignis, & Deiparæ cultui impensè deditus. Librum scripsit

De gaudiis B. M. Virginis, judicio ipsiusmet Divæ probatum, & ab ea B. Hermanno Josepho commendatum. In vita ejusdem C. IV.

Obiit Albertus 26. Januarii anno Christi 1189. *Ex Chron. Abbatum Steinfeldens. & Papebrochio ad diem VII. Aprilis. Chrysostomo van der Sterre in notis ad C. 24. vitæ B. Hermanni Josephi.*

ALBERTUS VITTING Dusseldorpiensis, Ss. Theologiæ in Ordine FF. Minorum Conventualium Lector, homo admodum laboriosus anno 1698. edidit

Geographiam Seraphicam, seu descriptionem omnium Conventuum almæ Provinciæ Coloniensis Fratrum Minorum Conventualium. Anno 1695. typis Petri Alstorff Colonienſis.

Vitam servi Dei p.m. P. Josephi à Cupertino Neapolitani Ordinis Minorum Conventualium Sacerdotis ac viri planè extatici, adjectâ in fine notitiâ brevi animarum illustrium, quas mirâ vitæ innocentiâ singulares sæculum illud ex eorum Ordine produxit, breviori methodo ex Italico in Latinum translatam. Obiit Signiaci 1713. 7. Decembr. *Ex schedis Eximii M. Adami Putz.*

ALBUINUS Agri Coloniensis Eremita circa annum 1020. clarus Scriptor Ecclesiasticus Bibliographus hactenus incognitus, à quo supererat in Lacensi Bibliotheca Liber MS. in membranis sub forma quarti oblongi, hoc exordio: *Domino Heriberto Coloniensi Episcopo, Albuinus Eremita indignus gloriam & pacem sempiternam. Ex quo, mi Pater, misericordiæ vestræ gratiam promerui, &c.* Tractat de virtutibus, 1. de charitate, 2. de humilitate, & cæteris per 43. capita, quorum postremò agit de ordinibus hominum. . . . Opus luce dignum, quod meritò Bibliothecæ Patrum inseri posset. *Ex Commentariis MSS. D. Legipont Profess. Martiniani.*

ALDENBERGENSIS I. Monachus Cistercienſis Abbatiæ veteris Montis, Anonymus, scripsit carmine:

Vitam beati Eduardi, qui ex Comite de Alsena factus est Conversus, & subinde Monachus in Morimundo, ac demum Fundator & primus Abbas Montis S. Georgii in Thuringia.

MS. hanc vitam habuit *Carol. de Visch in Bibliotheca S. Ordin. Cistere.*

ALDENBERGENSIS II. Cistercienſis Ordinis Abbatiæ in Ducatu Montensi sitæ Monachus Anonymus, scripsit:

Tractatum de duodecim gradibus humilitatis Regulæ S. Benedicti, quem MS. habuit. *Carolus de Visch in Bibliotheca S. Ordinis Cistercienſis.*

ALEXANDER CANDIDUS, vulgò dictus Nicolaus Blanckardt, Patriâ Gandavenſis, Professione Carmelita Ss. Theologiæ Licentiatus Coloniæ. De quo in Lib. II. Decanali S. Facultatis Theologicæ Colonienſis p. 26. aversâ leguntur sequentia: 1546. sub Decanatu Eximii Everardi Billick Provincialis Carmelitarum 27. Augusti respondit V. Baccalaureus formatus Alexander Blanckardt Carmelita ad quæstionem: Sitne divinæ misericordiæ potiùs, quàm Sacerdotum insimulatæ avaritiæ adscribendum purgatorium? 1551. 30. Januarii jam Doctor, Decanus fit S. Facultatis Theologicæ Professor Ordinis, & publicus, vir (ùt ait Stephanus Broelmannus J. U. Doctor & Professor Coloniæ) nomine & religione verè candidus, hæresum Oppugnator validissimus. Anno 1551. à Serenissima Regina Maria Belgii Moderatrice, Caroli V. Cæsaris sorore, mittitur ad Concilium Tridentinum, à Julio Papa III. reassumptum, in quo habuit orationes duas, unam de divino Sacerdotio, ac ejus cum regia potestate collatione; alteram super themate: *Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepistis, anathema sit*, ad Galat. 1. ità quidem diserte, doctè & argutè, ut Pater Everardus Billicus ejusdem Ordinis Provincialis cum Illustrissimo Domino Adolpho Archi-Episcopo Colonienſi tunc præsens in Epistola ad P. Joannem Billicum Priorem Colonienſem Fratrem suum inter cætera testetur: P. Alexander pro divinis & Ecclesiasticis traditionibus ad stuporem omnium adeò dixit, ut Pseudo-Theologi Würtenbergenses perorantem audientes in lingua sua Germanica dixerint: Ille Monachus ex dæmonio declamat. Actu Facultatis Theologicæ Decanus moritur Coloniæ ultimâ Decembris 1555. in Choro sepultus ante summum Altare.

Meminerunt hujus Alexandri Petrus Mersæus, Cratepolius in Annalibus Archi-Episc. Colon. sub Adolpho tertio. Andreas Valerius, Stephanus Broelmannus, &c. Edidit

Sacra Biblia ex Latino vulgatæ editionis in Germanicum plurimis locis emendatiora & correctiora à Theologis Colonienſibus commendata 1547. Scripsit quoque

Commentaria in Epistolam Pauli ad Titum.

Duas orationes, quas declamavit Tridenti coram Patribus Concilii.

Plures item alias, quas habuit ad Synodum & Clerum Ecclesiæ Cathedralis Trajectenſis.

Judicium Joannis Calvini de Sanctorum veneratione, eorúmque reliquiis collatum cum Orthodoxorum Ecclesiæ Catholicæ Patrum sententiis.

Orationem de retributione Justorum statim à morte.

motte. Coloniæ typis Gennepæi 1551. in 8. minore. 7. Bogen.

Plura ejuſdem opuſcula & familiares ipſius Epiſtolæ Tridento Coloniam ſcriptæ extant MSS. in Archivio Carmeli Colonienſis. *Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmel.*

ALEYDIS natione Teutonicâ Patriâ Sicambra ex oppido Guch ſanctimonialis fœmina Monaſterii B. M. V. Ordinis S. Benedicti in Inſula Rolandi, quod uno ſupra Bonnam milliari in medio Rheno eſt ſitum, Virgo devotiſſimæ converſationis, & ab infantia Domino conſecrata, in divinis Scripturis multùm ſtudioſa, & ex ſedula lectione ſtudiíque exercitatione nobiliter erudita, ſæculariúmque literarum ſtudiis probè imbuta Fratris Benedicti, aliàs Chryſanthi, nunc Oeconomi noſtri Lacenſis inibi quondam diſcipula (cujus etiam ad eandem de modo dictandi tractatulus, & de omni ſcibili ſummula extat perpulchra) ingenio quidem præſtans, & eloquio adeò diſerta, ut Raymundus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ indulgentiarum per Alemanniam Nuntius, ac S. R. E. Cardinalis Presbyter ac Legatus de latere digniſſimus, ac S. Theologiæ Doctor excellentiſſimus viſis & perlectis ejuſdem ad ſe datis literis mirum in modum ipſius ingenium admiraretur & commendaret, devotáque ejus ſcripta approbans, ut cœpto perſeveraret in propoſito exhortans illius ſeſe ſingularibus orationibus commendabat. Obiit anno Domini 1507. cui etiam D. Apoſtolus Paulus (quem ſingulari devotione in vita honorabat) in extremis viſibiliter apparuiſſe dicitur. Scripſit verò quædam non ſpernendæ lectionis ſyntagmata, quibus ſexum ſuperans, memoriam ſui ad poſteros cum laude transmiſit. De quibus feruntur ſubjecta:

1. *De S. Paulo ſeptem Homilia. L. 1.*
2. *Ad Raymundum Cardinalem. Epiſt. 1.*
3. *Ad Hermannum Epiſc. Colonienſem. Epiſt. 1.*
4. *Ad Fratrem Benedictum Inſtructorem ſuum. Epiſt. 1.*
5. *Ad Fratrem Joannem de Rhoda Priorem. Epiſt. 1.*
6. *Ad Joannem Piemontanum & Jacobum Siberti Lacenſes. Epiſt. 2.*
7. *Ad diverſos quoque alios Epiſtolæ* quamplures & elegantes Latinè conſcriptæ, ex quibus omnibus ejus ingenii vivacitas & vena colligitur.

Tranſtulit præterea ad mandatum R. D. Adæ Abbatis quondam S. Martini Colonienſis de Teutonico in Latinum idioma tractatum quendam *de modo audiendi Miſſam* per quendam nobilem virum Droſſatum in Arensberg pro ſimplicibus in vulgari compoſitum; qui incipit: *Quilibet homo Eccleſiam DEI &c.*

Invenitur etiam Epiſtola ab eadem ſcripta, cujus hæc eſt inſcriptio: *Honorabilibus ac Religioſis Dominis Joanni de largo Monte, & Jacobo Siberti de Monaſterio Eſſliæ Confratribus ſuis in Chriſto Soror Aleydis Chriſti famula ſanctimonialis in Inſula Rolandi S. P. D.* quæ ſic incipit: *Cùm vobis ſcribere cogito, honorabiles ac prædilecti Domini, &c. &c. Ex Schedis D Oliverii Legipont. Benedict.*

S. ALFREDUS generosâ familiâ in Agrippinenſ. urbe Coloniâ natus ex Monacho Corbejenſi factus Hildesheimenſis Epiſcopus quartus DCCCLXXVII, & ſui Pontificatûs anno XXVIII. in Cathedrali B. M. V. Hildesheimenſi, quod conſtruxerat templo ſepultus. Vir DEO verè dilectus, & in omni vita ſanctiſſimus, in lege DEI exercitatiſſimus, atque in Scripturis ſacris doctiſſimus congeſſit

Synodales Conſtitutiones ex jure & Patrum decretis ſumptas in Diœceſis ſuæ uſum, ut Eccleſia ſua incrementa caperet. *Eyſengrenius Catal. Teſt. verit. ad annum Chriſti 846.*

AMANDUS ZIERIXENSIS, dictus ab oppido nativo in Zelandiæ Inſula Scowia ad mare Germanicum, Latinæ, atque etiam linguarum externarum, præſertim Hebraicæ & Græcæ peritus, cum magna laude Lovanii in ſuo Cœnobio S. Theologiam profeſſus eſt. Miniſter fuit Provinciæ Coloniæ, antequam ab illa, quæ nunc Germaniæ inferioris appellatur, disjungeretur. Antiquitatum ſtudioſiſſimus indagator, multa ſcripſit, præſertim

Chronicon à mundi exordio ad annum Domini 1534, quod Scrutinium vel Venationem veritatis hiſtoricæ vocavit. Prodiit Antwerpiæ anno 1534. apud Simonem Cocum.

Commentarios in Geneſim.
In Jobum.
In Pſalmum centeſimum decimum octavum.
In Eccleſiaſten.
De LXX. hebdomadibus Danielis, Lib. 1.
De XL. Manſionibus.
Spiritualis militiæ XII. horas, Lib. 1.
Hiſtoriam Dominicæ Paſſionis.
De Chriſti Reſurrectione & Aſcenſione.
De S. Annæ Conjugio.
Conciones varias.
De Sophi Rege Perſarum.

Omnia hæc extabant Lovanii apud ſuos Manuſcript. ibíque in libro Fratrum defunctorum ità de illo legitur.

Obitus venerabilis, zeloſi & devoti Patris Amandi Zierixenſis Sacerdotis, Prædicatoris & Confeſſoris, qui fuit ante unionem Miniſter & Cuſtos Fratrum Reformatorum hujus Provinciæ Coloniæ, nec non & Guardianus & Lector in diverſis Conventibus, etiam poſt unionem. Vir utique in ſacra pagina literatiſſimus, Latinæ, Græcæ & Hebraicæ linguæ peritiſſimus, ſepultus in Choro Lovanii ante ſummum Altare anno Domini 1524. 8. Junii.

Videtur error in numeris libri, & pro anno 24. ſubſtituendum 34. Si enim in Chronicis protraxit narrationem uſque ad illum annum, ex illo libro hujus poſterioris error deprehenditur.

Wadingus. Scriptores Ord. Minor.

AMBROSIUS BOCHIUS Ord. Erem. S. P. Auguſtini Ss. Theologiæ Doctor, obiit Coloniæ 1635. ætatis 44. cujus hoc eſt epitaphium: Cineres hîc ſubſunt R. P. Ambroſii Bochii Provinciæ Colonienſis aliquando Definitoris ac Viſitatoris, Conv. Iprenſis, Antverpienſis, & tandem Colonienſis Prioris, viri undequaque magni, Hiſtorici & Theologi præter vernaculum Gallicum, Hiſpanicum, Italicum, Latinum etiam Græci ac Hebraici idiomatis callentiſſimi.

Tot ſubitâ linguas video obmuteſcere morte:
Si linguæ ceſſant, perpetuabit amor.

Ex Hiſpanico in Flandricum vertit *Compendium vitæ & miraculorum B. Thomæ à Villa nova* impreſſum Bruxellis 1621. Reliquit etiam *Manuſcripta Theologica & Hiſtorica, uti & Commenta-*

ria *in Pentateuchum* hactenus inedita. *Ex Schedis Eximii Fulgentii Heuschen Augustinianorum Provincialis.*

ANDREAS DE CONFLUENTIA Germanus Carmelita, Doctor Colonienſis, & Decanus Ss. Facultatis Theologicæ, Prior Conventûs Colon. pro quo defuncto anno 1477. 23. Januarii celebratum eſt Sacrum à S. Facultate. Scripſit

Lecturam Sententiarum. Lib. 4.
Sermones per annum. Lib. 3.
Trithemius de Luminibus Germ. Bibliotheca Geſneri.

P. ANDREAS ESCHENBRENDER natus in Breidtbach Diœceſis Colonienſis 1676. adſcriptus Societati 1696. Philoſophiam tùm Coloniæ, tum Trevitis, dein Theologiam Moralem Padibornæ docuit. Poſtmodum miſſus Lubecam fuit, ut viri Apoſtolici munere inter Hæreticos fungeretur: cumque annis aliquot ibidem zelum ſuum exercuiſſet, laborare cœpit malo hæmophthiſis, quo vitæ totius decurſu conflictatus, & ad extrema ſubinde ex copioſo ſanguinis effluvio redactus fuit. In cubili ſuo inſtar apiculæ latentis in ſuo alveari nunquam non occupatus erat, ut proximo, quantum infirmitas pateretur, prodeſſe poſſet. Scribebat, quæ notatu digna erant, ne elaberentur memoriâ, annotabat, & eleganti charactere inſerebat adverſariis ſuis, quorum bene multa collegit, eorúmque erat hic titulus: *Theſaurus communis rerum variarum* tum ex hiſtoriis, tum ex aliis auditis aut lectis. Habebat parvam Bibliothecam in cubiculo ſuo, refertam libellis aſceticis, quibus in ſuam & aliorum utilitatem utebatur. Obiit 16. Maji 1639. Coloniæ. Illius ſtudio in lucem prodierunt:

1. *Meditationes pro octo diebus* exercitiorum ſpiritualium, quæ primò Italicè conſcriptæ à P. Joſepho Guizzardi à P. A. Eſchenbrender in Latinum verſæ, ediræque 1717. Coloniæ ſumptu hæredum Frieſſem & Fromart. in 12. pp. 145.

2. *Libellus de electione ſtatûs*, qui poſtmodum ab ipſomet auctus, & ſecundo typo donatus eſt. Sumptu Wilh. Metternich. in 12. pp. 320.

3. *De Corde JESU*, quem ex variis libris de ea materia tractantibus ſtudioſè collegit, & Germanicè edi curavit.

4. *De bona morte*, qui ſubinde pro ſtrena inter Sodales Marianos diſtributus fuit. *Ex annuis litteris Collegii Colon. S. J.*

ANDREAS ESSER naſcitur Coloniæ 1680. 30. Aprilis humanioribus & ſeverioribus diſciplinis excultus Magiſter, renuntiatur in Gymnaſio Tricoronato, & 1698. 31. Maji Societati JESU adſcribitur. Litteras humaniores Confluentiæ & Coloniæ, ibidem & Treveris Sophiam docuit. Anno 1715. 5. Novembris Magiſterii Theologici lauream in Univerſitate Colonienſi conſecutus à variis Eccleſiaſticis & ſæcularibus Principibus poſtulatus ad obſequia rei ſpiritualis & litterariæ præſtanda, interim Theologiam ſpeculativam Coloniæ annos bene multos docuit, & Convictum Xaverianum rexit, unde evocatus Sereniſſimo Haſſodarmſtadienſi, Epiſcopo Auguſtano nunc ſpiritualem operam navat. Scripſit hactenus

Spongiam philalethis, quâ errores abſtergit, libelli novitatem ſcientiæ mediæ variis Authoribus aſpergentis. Coloniæ apud Joannem Engelert 1726. in 8vo.

ANDREAS FALCKENBERG Patritâ Familiâ Agrippinenſium prognatus eſt anno 1663. 1mâ Auguſti in Gymnaſio Tricoronato literis optimis excultus, politioribus & gravioribus Philoſophicis, Magiſter artium creatur anno 1679, quò & Societatem JESU ambivit & impetravit. Literarum humaniorum & Philoſophiæ, ac demum multis annis Matheſeos in variis Academiis prælectiones publicas habuit pari ubique famâ virtutum & perſpicacis ingenii, cujus aciem pleriique diſcipulorum tardè aut rarò aſſequebantur. Multam præterea hiſtoriarum notitiam comparaverat, muſices & linguarum noſtrâ Europâ celebrium Hiſpanicæ, Italicæ & Gallicæ probè ac cumulatè peritus. Qui ſcientiarum apparatus adeò à faſtu & oſtentatione aberat, ut neſcire ipſus videretur, quid ſciret, neque nisi poſtulante neceſſitate, & tum quidem ſingulari modeſtiæ Chriſtianæ condimento talenta ſibi à Patrefamilias data proderet. Ex hac ſincera animi demiſſione ortum habuêre ſolidæ Patris Andreæ virtutes, atque imprimis expedita ad omnes Superiorum nutus obedientia, quâ locum & munia, quantumvis ardua, veluti Chriſti Domini manu deſignata deoſculabatur; miſſionem Fridericianam in Jutlandia annis aliquot magno cum fervore & fructu excoluit. In animæ alterius ſalutem potiùs, quàm propriam corporis intentus, dum ægrotantem ad extremam luctam diſponit, venenum malignæ febris hauſit, & præclarum præmium Apoſtolicæ charitatis, mortem retulit 5. Junii 1710. ſtans inter labores miſſionis ſacræ. Certè eâ fronte mortem vidit, quâ caſus omnes vitæ anteactæ, hoc eſt, intrepidâ & ſerenâ citra ullum ſignum animi dolorum impatientis: munitus ex more Eccleſiæ Catholicæ ad Superos, urì confidimus, abiit. Scripſit edidítque libellum ſub tecto nomine cum hoc titulo:

Arithmetica practica tùm regulis tùm quæſtionibus explanata à quodam è Societate JESU. Coloniæ Agrippinæ typis Petri Theodori Hilden. 1699. *Ex annuis Miſſionis Fridericianæ.*

ANDREAS GAILIUS Coloniæ Agrippinæ natus ſub annum à partu Virginis milleſimum quingenteſimum viceſimum quintum, primis litterarum elementis imbutus, cùm profectum ſtudiorum faceret non vulgarem, ad juris diſciplinam animum applicuit; quam ut perfectiùs excoleret, ad Lycæa Germaniæ, nominatim Lovanienſe, profectus eſt. Poſtea ad exteros perrexit, & in Italia ac Gallia præſtantiſſimis quibuſque JC. operam dedit, ubi & inſignia Doctoratûs meritiſſimo cum applauſu omnium conſecutus eſt. Reverſus ad ſuos, quæ tanto ſibi comparavit ſtudio, in praxin redegit, uſúmque ſibi rerum forenſium acquiſivit. Mox à Trevirenſi Archi-Epiſcopo evocatus in auguſtiſſimo & ampliſſimo judicio Spiræ Aſſeſſoris munere functus eſt, eíque annis tredecim egregiè præfuit. Ibidem quædam tùm decernendis tùm decidendis cauſis utilia in uſum privatum ſubſecivis horis ſtudioſè collegit, quæ ſucceſſu temporis paulatim in quatuor obſervationum centurias excreverunt; quas dein rogatu amicorum, & ne poſt obitum ſuum Leguleiorum aliquis ſibi vindicaret, communes & publicas fecit, inque duos libros digeſſit; ſed de his inferiùs. Cùm Maximiliano ſecundo Cæſari eſſet à conſiliis, eidem ſtatûs Belgici in-

ſtau-

stauratio cum aliis fuit commissa. Cæterùm tam insigni famâ fuit celebratus, ut inter reliquos Germaniæ Juris-Consultos alii eum communis fori experientiâ præstantissimum, illustrem Pragmaticum, & consuetudinum Germaniæ peritissimum, alii praxeos Cameræ imperialis diligentissimum atque exactissimum Observatorem, alii Germaniæ Papinianum nuncuparent, alii aliis titulis atque elogiis exornarent: quorum plura in epitaphio ejus referentur. Anno 1581. fuit à Cæsare missus Bonnam Legatus, ut Gebhardum revocaret ab infami concubinatu aut incestis nuptiis tentandis. Obiit 1587. non Romæ (ùt quidam putârunt apud Melchiorem Adamum) sed Coloniæ, cùm ibi in templo S. Brigidæ extet & sepulchrum ejus & epitaphium, in quo leguntur sequentia..... D. O. M.

Viator quisquis es, siste gradum, quod scriptum est, lege.

Hoc is, cujus causâ scriptum, fieri rogat.

" Andreæ Gailio Agrippinati Philippi F. JCto " toto orbe celeberrimo, antiquæ virtutis & sa- " pientiæ viro, qui exquisitorum in jure civili " operum Author, supremi sacri Romani Impe- " rii Tribunalis in Camera Spirensi Adsessor an- " nos XI. Maximiliani secundi VIII. Rudolphi " secundi Imperatoris VII. Consiliarius Aulicus, " & Referendarius multis laboribus & difficilli- " mis legationibus Romæ politiæ conservandæ " causâ, morbisque defatigatus anno salutis " MDLXXXVII. die XI. Decembris ætatis LXI. " vitam exercitam & laboriosam placitâ tandem " & quietâ in Christum morte mutavit. Anna " Klovvens I. & Christiana Kannengiessers II. " uxor, & hæredes charissimo ac bene merenti " conjugi gementes & mœrentes posuer. MDXC.

Icon Gailii & utriusque uxoris depictæ extant apud Syndicum Urbis Colon. D. Ley J. U. D. Scripsit

Practicarum Observationum Libros II. quorum primus judiciorum ordinem, alter contractuum, & ultimarum voluntatum materias complectitur.

De pace publica, & proscriptis sive bannitis Imperii. Lib. II.

De pignorationibus Librum singularem.

Supplicationes pro processibus Francofurti 2. Volum. folio 160.

De manuum injectionibus sive arrestis Imperii. Omnia simul sæpiùs excusa, & postremò ex recognitione Gualteri Gymnici. Coloniæ 1621. 4. typis Ant. Hierati.

Carolus Otto Thyllius *Annotationes ad Gailii* observationes edidit. in 4to. Francofurti 1703.

Bernhardus Greven *Conclusiones practicas* ad Gailii observationes publicavit Norimbergæ 1675. in folio.

Eberhardus Fabricius *Repetitiones Gailii* in 4to Coloniæ 1712.

ANDREAS KETWIG de Confluentia Carmel. Colonienſis filius, & Ss. Theologiæ in ejus urbis Universitate Doctor, Professor & Decanus. Moritur anno 1477. Coloniæ sepultus, cui Universitas Colonienſis in Ecclesia Carmelitarum solenniter parentavit. Scripsit

Lecturam sententiarum Libros quatuor.

Sermones per annum Libros tres. *Frisius in Bibliotheca Tigur. Ex Schedis Eximii Brunonis Tevvis. Carm.*

ANDREAS MEGERLE professus Ordinem Salvatoris sub regula S. Birgittæ. Jussus fuit à Ferdinando III. Augusto circa annum 1656. S. Birgittæ revelationes ex Latino Germanicas facere, cui imperio exequendo illicò animum applicuit; sed ob negotia Ordinis procuranda in Bavariam missus quadriennio interrupit cœptam telam, quam demum perfectam ultimis curis dedicavit Leopoldo Augusto 1664. ultimâ Martii ex Conventu Birgittano Colonienſi, *Sion* nuncupato. Erant eædem jam sæculo priore 1517. jussu Divi Maximiliani Norimbergenſi typo Germanico editæ; sed hæ secundæ curæ feliciores & pleniores sunt, uti fieri solet.

Der H. Wittfrauen Birgittæ von Schweden himmlische Offenbahrungen, Gesichter, Erscheinungen, Entzuckungen, Hinnehmungen und Prophezeyungen: Erster Theil, aus dem Lateinischen Exemplar gedruckt zu Rom bey Ludvvig Grignano 1625. jetzt zum andermahl vertentscht nach dem Farnesisch- und Vaticanischen geschriebenem Text: durch P. Andream Megerle S. Birgitten Ordens Priester. Cöllen in-Wilhelms Friessem Buch-Händlerey 1664. in 4to. pp. 44.

Accedit Præfatio Apologetica Card. Turrecrematæ pro his revelationibus. Vita S. Catharinæ Suecæ & aliorum Sanctorum Ordinis Birgittani, demum index copiosus rerum.

ANDREAS MUNSTERUS Colonienſis Abbas Cœnobii Brauvveilerenſis annos XII. menses XI. anno 1579. 27. Novembris piè defunctus est Coloniæ. Ab eo edita sunt

Carmina in Psalmos pœnitentiales. Cratepolius in Annalibus Archi-Episcoporum Colonienſium. pp. 193.

ANDREAS à STREITHAGEN ex Metzenhausen prope Juliacum familiâ non ignobili oriundus prima literarum tyrocinia Juliaci fecit, reliquum cursum Coloniæ confecit. Inde Heinsbergam à Collegio Canonicorum accersitus scholam regendam, & organum susceptit, quam Provinciam annos XXX. & quod excurrit firmis semper lateribus sustinuit vir in omni scientia, poëticâ potissimùm arte versatus egregiè. Musicæ harmonicæ & organicæ, Arithmeticæ item & Algebræ admodum peritus. Filios susceptit Petrum Canonicum Heinsbergenſem, Joannem Secretarium Satrapiæ Benthemienſis. Scripsit 1622.

De diva Virgine Aspricollenſi. Coloniæ apud Joannem Kinchium in 18 p. 130 Sive de ea Virgine *Historiam Lipsii* reddidit elegiis sat Latinis terso nitidóque stylo. Inscripsit Magdalenæ Bavaræ Principi ac Dominæ suæ, quæ Wolffgango Wilhelmo nupserat.

1622. *Chronodistichorum libellus* Andreæ Streithagen Julio-Mertzenhausſenſis. ibidem in 18vo. pp. 36. Inscripsit Philippo Wilhelmo Juliæ Duci, &c.

1622. *Echo miscellanea* ejusdem ibidem eâdem formâ centum distichis comprehensa.

Enumerat præterea Dessels epigrammata, vitam S. Gangulphi, paraphrasin psalmorum Davidicorum.

1640. adhuc vivebat, & filio suo Petro *Christianum Florum* scribenti carmine elegiaco accinebat.

ANDREAS SADALERUS Anglus Weſaliæ ad Rhenum inferiorem Gymnaſiarcha, cùm alia multa ſolutâ oratione & verſu conſcripſit, tum ad Baleum epigrammata complura, vixit 1556. *Ex Biblioth Geſneri.*

ANGELUS DE FOENIS ſcripſit ficto, ùt videtur, nomine diſcurſus de vera Juliacenſium & Clivenſium ſucceſſione. in quarto Francofurti 1615.

ANGELUS à S. JOSEPHO natione Germanus, Carmelitarum Diſcalceatorum Definitor Provincialis, Conventûs Colonienſis ejuſdem Ordinis Magiſter Novitiorum. Typo datæ ab eo *Sententiæ ſpirituales* ex operibus ſanctæ Matris Thereſiæ & S. P. Joannis à Cruce ſelectæ, & pro ſingulis totius anni diebus ac feſtis diſtributæ. Monachii 1648. in 12mo. *Ex hiſtoria Convent. Colon. Carmel. Diſcalc.*

ANNA MARIA à SCHURMAN natalem habuit urbem Coloniam anno MDCVII. V. Novembris prænobilibus parentibus Friderico von Schurman & Eva von Harff. Infans à parentibus religioni reformatæ addictis Trajectum primùm, dein Franequeram abducta fuit, in gratiam fratrum duorum ab Ameſio Calvinianæ ſcholæ Doctore ſeveriori litteraturâ inſtruendorum. Patre anno MDCXXIII. defuncto, mater cum prole Trajectum ad Rhenum reverſa obiit ſub finem anni MDCXXXVII. Poſt matris mortem amitæ rem familiarem curabant, quæ morbis & cæcitate afflictæ demum onus rei domeſticæ in Annam hactenus ſolis muſis oblectatam derivârunt: cum his patriam Coloniam reviſit anno 1653. Poſt biennium redux elegit ruralem præ Urbano Ultrajectenſium ſeceſſum: defunctis amitis rediit Ultrajectum. Interea Anna tum inſtitutione paternâ, tum indolis raræ ac feliciſſimæ, quam à cælo acceperat, ductu & auſpicio humanioribus litteris omnibus, tum gravioribus Sophiæ profanæ ac divinæ pernoſcendis totam ſe applicabat, tam grandi & inſolito profectu, ut ſexûs ſui modulum ſupergreſſa, ſcientiarum atque artium omnium encyclopædiam complecti velle videretur. Sexennis icones cultello varias ſponte è charta aptabat, octennis delineare flores brevi tempore didicit; tum muſicen voce & inſtrumentis, mox pictoriam, cælatoriam, ſculptoriam præcurrente penè artem indole aſſecuta fuit. Poëticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, Ethicæ, Politicæ, Theologiæ ſpeculatricis, polemicæ, moratæ, ſacrorum dogmatum & bibliorum exquiſitam poſſidebat notitiam, adeò ut ingenii miraculum, naturæ monſtrum ob fœcunditatem altæ & vaſtæ mentis ab omnibus prædicaretur. De linguis quid dicam? Nulla eſt inter eruditos, nulla Europæ, Orienti Occidentive familiaris, quam non calleret; Hebraicam, Chaldaicam, Syriacam, Arabicam, Turcicam, Græcam, Latinam, Gallicam, Anglicam, Italicam, Hiſpanicam, Germanicam, Belgicam, Batavicam in numerato habebat. Quæcunque manu & mente confici poſſunt, tenet unâ. Sic pingit, ut nemo meliùs: ſculpit, fingit ex ære, ex cera, ex ligno ſimiliter; cælat aurum, æs, gemmas, quâ lubet formâ. In Phrygionica arte & in omnibus, quæ muliebrium ſunt curarum & opetum, omnes antiquas & hodiernas provocat ac vincit mulieres. Hæc ingenii ornamenta mirè illuſtrantur ejuſdem modeſtiâ & morum integritate ſingulari: vitam cœlibem ad finem uſque duxit, virginitatem Chriſto, teſte Bailleto, vovit prorſus contra ſectæ ſuæ genium. Ad ſolitudinem tum naturæ impetu, tum ſcientiæ augendæ ergo admodum afficiebatur, & ex ea cum eruditiſſimis Europæ viris litteris innumeris acceptis & miſſis colloquebatur. Hic vitæ modus ad annum MDCLXIX. quo Trajecto migravit, bonis litteris valedixit, poſſeſſiunculas divendidit, & famoſo conventiculo, quod in Friſia Fanatici Labbadie ſtolidiores ſectatores coegerant, ſe injecit miſerando fato; ſed eheu frequenti inter eos, qui Eccleſiam Catholicam contemnere docti, ſolo ſuæ conſcientiæ criterio fidem metiuntur: nec revocari ſe Anna paſſa eſt ullis conſiliis Proteſtantium, quæ autonoma ſuæ fidei non minùs ac Lutherus Calvinùsque eſſe volebat. Non fuit tamen implicita nuptiis Labbadii, quod incauti ſcripſerunt, ſed cœlebs obiit in Friſia menſe Majo anno MDCLXXVIII. ætatis LXXI. Viverti. Encomia tot & tam eximia cujuſmodi Schurmanna ab univerſa Europa plaudente tulit, nulla veterum Pallas, Sappho, Sybilla, Cornelia Grachorum mater, nulla ſequentium fœminarum eruditarum habuit paria, nedum majora. Jam anno 1652. editioni tertiæ operum Annæ noſtræ ſubjectus eſt liber elogiorum proſâ, carmine Græco, Latino, Gallico, Batavo à Barlæo, Salmaſio, Huygenio, Heinſio, Stauckmannio, Catſio, Beverovicio, Balzaco, Gabriele Naudæo, Dominico Gilberto, in *famæ triumphantis Panegyrico de Anna Maria à Schurman* Naudæo dicato, Guilielmo Colleteto eidem inſcriptis.

Ludovicus Jacobus à S. Carolo Carmelita, Cabilonenſis in Bibliotheca illuſtrium Fœminarum juſtam Annæ, ſed uſque ad annum 1646. duntaxat panegyrin contexuit, uti & librorum catalogum. *Caſpar Burmannus* Trajectinus ejuſdem vitam magnâ accuratione integram dedit libro à ſe edito: *Trajectum eruditum virorum doctrinâ illuſtrium* anno MDCCXXXVIII. fol. 348.

Nobiliſſimæ Virginis Annæ Mariæ à Schurman opuſcula Hebræa, Græca, Latina, Gallica, proſaica & metrica prodiêre Leidæ MDCXLVIII. & MDCL. tertio auctiore prælo Trajecti ad Rhenum ex officina Joannis à Waesberge MDCLII. in 8vo. pp. 364. ex quibus 45. paginæ elogiis ejuſdem undequaque certatim ſubmiſſis replentur.

1. *De vitæ humanæ termino* Epiſtola inſcripta Joanni Beverovicio Senatori & Archiatro Dordrechtano ab A. M. à Schurman: Scripta Ultrajecti VI. idus Febr. 1639. eodémque anno Lugduni Batavorum in 4to, typo Joannis Maive: ſtudio Joannis Beverovicii prodiit, mox Batavicâ interpretatione anno eodem lucem vidit.

2. Annæ Mariæ à Schurman *Problema practicum. Num Fœminæ Chriſtianæ conveniat ſtudium litterarum*, eleganti non minùs, quàm aucto Dialectices omnis apparatu conferta diſſertatio, quam ſic coronat: ſtat igitur theſis noſtra: Fœminæ Chriſtianæ convenit ſtudium litteratum, prodiit Leidæ in 8vo 1641. Gallico florido ſtylo reddita ab Guilielmo Colletero Pariſino, de quo problemate exaravit varias, & accepit ab Riveto Doctore proteſtante epiſtolam.

3. *Epiſtolæ Latinæ* Phædri, Terentii, Tullii ſæculo

culo dignissimæ, Græcæ, Hebraicæ; epigrammata Latina, Græca, Gallica, Batavica: quæ omnia complectitur editio 3tia.

4. Eukleriæ sive melioris partis electio, quæ vitæ & religionis Annæ synopsin exhibet. Altonæ 1673. part. 1. in 12mo. Pars II. Amstelodami 1680. in 8vo. Totus liber Belgicè versus in 12mo 1684. vulgatus fuit.

5. Ejusdem lectissimæ fœminæ epistolas, & ii vulgârunt, ad quos scripsit, viri celebres: tum ii, qui eidem libros, dissertationes, epistolas, controversias dedicârunt, quos minutius enarrat C. V. D. Burmannus in suo Ultrajecto erudito. *Allgemeines historisches Lexicon Leipzig Tomo 4. p. 278. 279. Croesius Hist. Quaker. L. III. Jacob. Biblioth. illustrium fœminarum, qua scripsis claruerunt.*

ANNALISTA TREMONIENSIS. Quis Annalium author sit, non memoratur. Incipiunt à tempore Caroli magni usque ad annum 1611. & idiomate Germanico prolixiùs scriptæ sunt. *Origines historiæ Westphal. S. D. von Steinen fol. 46.*

ANNO SCHNORRENBERG nascitur mundo in Colonia Agrippinensium anno 1667. 18. Decembris, Ordini Præmonstratensi per professionem solemnem Steinfeldiæ emissam anno 1686. 31. Martii. Probatus per omnia Lectoris, Sub-Prioris, ac demum Prioris Steinfeldensis Canoniæ munia gessit summâ quâ eruditione quâ pietate. Denominatus Seminario Chisio-Norbertini Præses supremam Doctoratûs lauream obtinuit 1698. in octava S. Martini, quam gessit egregiè per annos XVII. maximo suorum fructu, extraneorum applausu, omnium admiratione, Theologus verè eximius, Canonista excellentior. Anno 1707. à Serenissimo Archi-Episcopo nominatus fuit Examinator synodalis. Denique studiis fractus, Coloniæ, ubi vitam hauserat, tumulum, sed vito tanto immaturum reperit anno 1715. 11. Decembris, cui facilè applices illud: Consummatus in brevi explevit tempora multa. Prodiit nomine illius opus posthumum.

" Institutiones Juris Canonici cum brevi Com-
" mentario in Reg. Juris " Coloniæ 1729. typo Ottonis Josephi Steinhaus in 4to.

Sed mendosum opus ex discipuli schedis perperam transcriptum: quare inclyta Abbatia Steinfeldensis suscitavit semen fratris sui feliciore quia genuino partu.

Institutiones Canonicæ cum Commentariis in ejusdem juris regulas, quas prælegit admodum R. D. Exim. Anno Schnorrenberg. Editio altera, sed genuina, à prima spuria vindicata, uti præfatio demonstrat. Coloniæ ex Officina Noetheniana 1740. in 4to.

Institutiones continentur paginis 632. Regulæ pp. 209. *Ex Comment. Eximii Josephi Prickarts Doct. Canon-Steinfeld.*

ANSELMUS HOFFMAN Ordinem FF. Minorum strictioris observantiæ ingressus in Provincia Colonia scripsit 1661.

" *Des seeligen Henrici Susonis des H. Predi-*
" *ger Ordens S. Dominici, und vvegen grosser*
" *Heiligkeit des Lebens Bücher und Schrifften,*
" so viel deren ans Licht kommen, sampt sei-
" nem heiligen wunderbarlichen Leben vor et-
" liche hundert Jahren in Schvvabisch, und
" hierauff in Latein übersetzt durch den ehr-
" vvürdigen und Geist-erfahrensten P. Laurentius Surius, anjetzo aber durch P. Anselmum Hoffman der M. B. Recollecten Ordens Priestern ins Hochteutsche übersetzt, &c. Cöllen
" bey Wilhelm Friessem 1661. in 4to pp. 249.
" Approbârunt Eximius Hausman Dominicanus,
" & Adrianus de Walenburg Canon. Ædis Metropolit. Censor. "

" Translatus quoque ab eodem Anselmo ex
" Latino idiomate in Germanicum R. P. Henrici Harphii Ord. Minor. Theologiæ mysticæ
" liber succinctus, das ist: *Der geheimreichen*
" *Red von GOtt das II. Buch beschrieben durch*
" *den Ehrvv. und Geist-reichen P. Henricus*
" *Harphius des Ordens der Minder-Brüder*
" *vvahrer regularischer Observantz;* anjetzo zu
" Nutz aller GOtt-liebenden Seelen aus dem
" Latein ins Teutsche übersetzet durch F. Anselmum Hoffman vorgemeldten Ordens-Priester. Cöllen bey Wilhelm Friessem. Approbârunt de Walenburg Censor, Bern. Vetvveis
" Provincialis, & duo Lectores Recollecti ad
" Olivas, qui Harphii famam probant ex duplici ejus operum Latina editione, altera Colonienſi 1555. à Carthusianis facta, & S. Ignatio tum viventi inscripta, altera 1585. Romana, inscripta Sixto V.

ANTONIUS DE BRUBACO nascitur Boppardiæ, Ordinem Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo amplexus, annos bene multos in celebri Conventu Colonienſi ejusdem Ordinis Theologiam prælegit. Subin merito doctrinæ ac virtutum à summo Pontifice renuntiatur Episcopus Tagastensis, Suffraganeus Leodius; in hujus Ecclesiæ sinum pestis Lutheriorum & Calviniorum dogmatum, dum irrepere tentat, ab Antonio strenuè propellitur, & eliminatur ab domo Dei. Obiit illustrissimus Antistes 1615. 17. Maji.

Reliquit MSS. *Sermones de Tempore & Sanctis. De septem peccatis capitalibus. De decem præceptis Decalogi. Extant in Bibliotheca Carmeli Boppard. Ex Commentariis Eximii Brunonis Carmel. Provinc.*

ANTONIUS CORNELIUS ex Linnich oppido Ducatûs Juliacensis ad Ruram sito oriundus, Gymnasii Laurentiani Professor habuit

Orationem ad Clerum, quæ impressa reperitur operâ Ortvvini Gratii in fasciculo rerum expetendarum anno 1521. *Bibliotheca Belgica Val. Andreæ.*

ANTONIUS DEUSING natus Moersæ 1612. Batavorum Lugduni primò matheſin discit, & linguam Persicam & Turcicam eo profectu, ut Pentateuchum Persicum ex interpretatione Jacobi Tarrui, quod Hebræi characteribus Hebraicis Constantinopoli impressérant, Persicis ediderit. Subin medicinæ animum adjecit, scripsitque *Lexicon medicum* Arabico-Persico-Turcico-Latinum. Pòst creatus Professor Matheseos in patrio Gymnasio & Hardevvicii eandem 1638. docebat, subinde medicam anno 1642. quam Facultatem erigere tum Hardewicenses meditabantur. 1646 fit primarius Professor Groningæ, & Archiater Proto-Prætoris Frisiæ, obiit 1666. 29. Jan.

De variis Systematibus Lib. Exercitatio Anatomica, Cosmographica, Catholica & Astronomica Synopsis medicinæ universæ.

Compendium Metaphysicæ, Physicæ, Ethicæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Orationes & Disputationes variæ.

Canticum Avicennæ de medicina & selecta medica. Joannis Atemai Damasceni ex Arabico Latina fecit.

Witte Diar. Biograp. Lexicon Basileense.

ANTONIUS DULCKENIUS Agrippinens. in primo juventutis flore post Philosophici studii decursum, mundo renuntians Carthusiam patrio in solo constitutam anno virginei partûs 1599. est ingressus: ubi rerum divinarum commentatione, ac devotorum librorum pervolutatione strenuè se exercitans sequentia opuscula materno ab ipsis authoribus idiomate conscripta ingenti piorum hominum profectu Latinis auribus dedit. Nempe:

Rever. P. F. Christophori Verruchini Capuccini centum meditationes de præcipuis spiritualis vitæ mysteriis. Coloniæ apud Conradum Burgenium. anno 1605. in 12mo. Quæ editio, quoniam multis mendis deformata est, monet interpres aliam, quæ jam paratur expectandam, & pro legitima habendam.

Bartholomæi Salutii Ordinis S. Francisci de Observantia lucem animæ ad perfectionem anhelantis. Opusculum sanè egregiè pium, & in quatuor partes distinctum, quarum tres priores sub præfato titulo 1600. & 1606. Coloniæ apud Joannem Crithium in 12mo. Quartam verò sub hoc titulo: *Paradisus contemplativorum* anno 1608. apud eundem prodiit. Iterum 1613. Pars I. II. III. pag. 446. Pars IV. pp. 446. anno 1614.

R. P. Petri Alcantaræ Hispani Ordinis Discalceatorum de oratione ac meditatione libellum verè aureum. Coloniæ apud Joannem Crithium in 12mo 1607.

Meditationes Reverendissimi P. D. Andreæ Capellæ Carthusiani Episcopi Urgelensis in Evangelia totius anni, tam de Dominicis ac festivis, quàm singulis Quadragesimæ diebus in tres partes distinctas. Coloniæ apud Conradum Burgenium anno 1608.

Ejusdem Authoris *Manuale exercitiorum spiritualium*, ibid. apud eundem.

Responsionem Cardinalis Bellarmini ad tractatum septem Theologorum Venetorum super interdicto S. D. N. Papæ Pauli V, cui aliæ duæ ejusdem Cardinalis responsiones adjectæ sunt, quarum priori F. Pauli Sarpi Ord. Serviratum, posteriori Joannis Marsilii oppositionibus respondet. Coloniæ apud Bernard. Gualth. 1607. in 8vo.

R. P. Francisci Bonaldi Societ. JESU Theologi stellam mysticam omnibus ad optatum æternæ beatitudinis portum appellere desiderantibus viam commonstrantem. Coloniæ apud Conradum Butgenium 1706. in 12mo.

R. P. Lucæ Pinelli è Societate JEsu Exercitia spiritualia. Quadragium de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Coloniæ apud Joannem Crithium 1608. in 12mo.

Ejusdem Authoris meditationes de passione Domini, de quinque Christi vulneribus, de Rosario B. Virginis, de septem vitiis capitalibus, & virtutibus illis oppositis. apud eundem.

Francisci Ariæ Societ. JESU de oratione mentali libros tres. Colon. apud Joannem Kinckium 1608. in 12mo.

Ejusdem Authoris Tractatus *de Rosario* B. M. V. ibid. apud eundem.

R. P. Gabrielis Anchino Canonici Regularis Lateranensis Conciones uberes de quatuor novissimis. Coloniæ apud Joannem Crithium 1608. in 8vo. *Ex Bibliotheca Carthusiana Petrei. Valer. Andreæ.*

P. ANTONIUS FISCHER in Kirchberg Comitatûs Hackenburgensis pago natus anno 1657. Societati adscriptus 1679. variis per Provinciam officiis magna cum laude functus, zelum imprimis animarum diversis in locis ferventer exercuit. Cùm per viciniam urbis Confluentinæ lues contagiosa grassaretur, ipse ultrò Superiori se obtulit, periitque communi exposi periculo paratus animam dare pro Fratribus. In studiis humanioribus, Philosophicis, Theologicis non mediocriter versatus Matheſi se imprimis dedit, quam Hildesii & Treveris annis compluribus docuit, & quædam ejus scientiæ specimina edi curavit ab eruditis multùm commendata. Annis postremis Coloniæ vixit Depontanus, potiùs senio, quàm alio morbi genere extinctus, uti annis, ità virtutibus & meritis gravis 21. Februarii, cùm annum ageret octogesimum quartum 1741. Scripsit & typo vulgavit tacito suo nomine.

1703. *Notabilia Arithmetica*, quæ omnem Arithmeticam, ejusque varium usum in aliis multis, tum maximè in Geometricis operationibus jucundè proponunt. 1703. typo Joannis Leonardi Schlegelii in 12. pp. 144.

1704. *Elementa Euclidis sine demonstrationibus*, omnes & solas assertiones & propositiones principales, quæ in 16. libris elementorum exponuntur. Hildesii typis Joannis Leonardi Schlegelii in 12. pp. 96. *Ex annuis Collegii Colon. S. J.*

F. ANTONIUS HAMBLOCH Tolpiacensis in Universitate Colonienſi S. Theologiæ Doctor, Provinciæ Colonienſis Minorum Conventualium Minister Provincialis, vir omni laude dignissimus, Poëta egregius. Insignem ejus scientiam affatim produnt lucubrationes Theologicæ in musæo domestico traditæ. Vulgavit anno 1703. opusculum precatorium, typo Francisc. Metternich sub hoc titulo:

Hortulus sacrarum precationum variis & selectis orationibus. Post varia, quibus functus est, officia, relicto sui desiderio obiit Coloniæ 1708. 30. Aprilis.

Ex R. P. Vincentio von der Berg in ratiocinio juventutis Franciscanæ pag. 358. & Commentariis Eximii Adami Pulz Conventual.

ANTONIUS BROCKWEY à KONIGSTEIN, cognomine Broickwy, Minor Observans Guardianus Brulensis, anno 1529. 12. Kalend. Septembris à P. Herborn Ministro Provinciali confirmatus, & Noviomagi 1542. pleuritide extinctus. Scripsit

Concordantias breviores omnium ferè materiarum ex sacris Bibliorum libris, non solùm divini verbi Concionatoribus; verùm etiam studiosis omnibus summopere utiles ac necessarias. Editio prima ante 1539. Secunda in 8vo pp. 480. Coloniæ apud Petrum Quentel 1530. 28. Julii. Tertia in 8vo pp. 340. Coloniæ 1550. typo Melchioris Novesiani. Quarta Parisiis apud Audoenum 1544. & 1551. ab authore postremùm locupletata.

Enar-

Enarrationem in Monoteſſaron Evangelicum, Colon. 1539. in 8vo. Cervicorni typo impenſis Petri Quentell pp. 1183. Pariſiis 1544.

In Epiſtolam Pauli ad Romanos. Lovanii apud Saſſenum 1556.

Sermones in Evangelia & Epiſtolas anni totius 1554. Pariſiis & Coloniæ 1537.

ANTONIUS STEINHAUER Helmersheimii naſcitur, vicus eſt Archi Diœceſis Colonienſis haud procul Bonnâ. Poſtquam Philoſophiæ ac Juriſprudentiæ ſtudiis tum in Argentinenſi, tum aliis in Academiis impoſuit finem, ſagatæ Palladi ſe addixit, & Officialis Cæſarei Generalis militaris Commiſſariatûs creatus, demum anno 1739. Petravvaradini ex ardenti febricula deceſſit. Scripſit

Vado mori, ſive: *Via omnis carnis morte duce, mortalibus in proceſſione mortuorum canonicè monſtrata, authore Antonio Steinhauero. Bambergæ typo Andreæ Gærtner 1739. in 8vo.*

Vado mori, das iſt: *Bereitſchafft zum Tode, oder der Weg alles Fleiſches: durch eine ordentliche Todten-Proceſſion ehemahls in Lateiniſchen Verſen zierlich beſchrieben von Herrn Antonio Steinhauer, anjetzo aber durch eine gelehrte Poëtiſche Feder in Teutſche Reimen überſetzt mit dem Lateiniſchen Text ſampt Anhang, nebſt doppeltem Regiſter heraus gegeben von Joanne Nicolao Weislinger Definitore Strasburg 18. Bogen. Interpres eſt I. F. R. Med. Doct. 1744.*

ANTONIUS WISSING Siegburgi, Bernardo Wiſſing oppidi illius Senatore, & Maria Rengeradt natus, humaniores litteras in Siegburgenſi, & partim Bonnenſi Ordinis Minorum Conventualium Gymnaſiis addidicit, Philoſophicis deinde diſciplinis in Gymnaſio Minorum Bonnenſi domeſtico ex parte auditis, Ordinem demum Minorum Conventualium ingreſſus, in eo ſingularibus religioſæ vitæ notis extitit conſpicuus. Poſtquam Philoſophicis ac Theologicis lectionibus, quibus ſacram aſceſin inſpergere conſueverat, in Monaſterienſi, Trevirenſi, aliisque Conventibus annis aliquot præfuiſſet, laborum ſuorum præmium, Lauream doctoralem in Ordine, quam etiam in Univerſitate Trevirenſi acceperat, aſſecutus eſt. Fuit ſanctæ Communitatis Zelator & Introductor, diſciplinæ regularis ardentiſſimus Procurator, optimarum virtutum poſſeſſor, honeſtatis ſpeculum, religioſitatis exemplum, pietate morûmque modeſtiâ conſpicuus, ingenio præſtans, doctrinâ eminens, vitæ ſanctimoniâ minimè carens, omnibus præterea ſummè charus tum Principibus, tum Electoribus, quos amicos habuit; præcipuè tamen perquam gratus extitit Eminentiſſimis Franciſco Lothario Moguntinenſi ac Joanni Hugoni Trevirenſi Archi-Epiſcopis, quorum gratiam, amorem & amicitiam pro aliis ſibi conciliaverat. Provinciæ Colonienſis miniſterium geſſit integro continuoque novennio, primò quidem triennio vocalium ſuffragiis, reliquis duobus authoritate pontificiâ confirmatus; regularem interea vitam, ſanctæ pauperratis ac communitatis obſervantiam mirè promovit, quo Provinciæ ſuæ plurimum attulit ſplendorem ac profectum. Paucis, quanta hic vir non minùs zeloſus, quàm laborioſus Provinciæ bona præſtiterit, non ſolùm multorum adhuc viventium memoriæ inſcriptum eſt, verùm etiam in perpetuum poſteritati idipſum tranſcribunt ejus conſcripti libri, quales ſunt

Theologia Rythmica 1695. Treviris typis Jacobi Reulandt ſub hoc titulo: *Medulla totius Theologiæ ſcholaſticæ, &c. cui inſertum ſpeculum Sacerdotis celebraturi cum expoſitione myſteriorum & cæremoniarum Miſſæ, &c. dedicata Joanni Archi-Epiſc. Trevirenſi.*

Sancta Communitas in Paupertate religioſa inviolata. 1699. per Joannem Alſtorff Coloniæ. Opus dedicatum Eminentiſſimo D. Leandro Colloredo S. R. E. Cardinali Ordinis Protectori.

Exacta Obſervantia Ss. Conſtitutionum Urbanianarum, &c. Typis Petri Alſtorff Coloniæ 1700.

Libellus ſub hoc titulo: *Sancta Paupertas Religioſorum propria ſine proprio propugnata.*

Flores Panegyrici collecti ex vita & doctrina Ven. DEI Servi Joannis Duns Scoti ſtylo Rythmico Coloniæ 1706.

Officium S. Antonii de Padua cum informatione de novendiali devotione ad eundem Sanctum. Treviris per Jacobum Reuland 1697.

Panegyris de S. Antonio Paduano ſatis prolixa, cujus omnia verba à littera A incipiunt. Coloniæ typis Petri Alſtorff 1699.

S. Antonius de Padua Conſolator afflictorum &c. Coloniæ typis Joan. Alſtorff 1704.

Exercitia pietatis Marianæ præparantia ad bonam mortem. Treviris per Jacob. Reuland 1697.

Auxilium Mariæ ſacratiſſimæ Virginis Deiparæ invocatum pro vitæ & mortis neceſſitatibus. Opuſculum Rythmicum. Moguntiæ ex typographia Joan. Mayer 1683.

Alauda clauſtralis, &c. Opuſculum Rythmicum de ſolitudine. Treviris apud Joannem Reulandt 1687.

Plura quoque alia vel ligatâ vel ſolutâ oratione compoſuit ac vulgavit opuſcula. Supereſt inter plura pientiſſima ipſius manu ſcripta. *Vita Ven. P. Joſephi à Cupertino Rythmis compoſita*, jam cenſurata, approbata, & ad prælum matura. Poſt plurimos ſanctos labores tam domi, quàm in aliis provinciis exantlatos, imis & ſummis gratiſſimus, virtutibus ac meritis clarus non ſinè magna ſanctitatis opinione obiit in Conventu ſuo Trevirenſi 8. Maji 1716. anno ætatis 67. à morte totus flexibilis, & mollis & rubicundior apparuit, quàm unquam vivus. Reverendiſſimus Epiſcopus ac Suffraganeus D. ab Eyſs exequias in Pontificalibus celebravit, præſentibus ſimul Capitulo Metropolitano, Clero, Magiſtratu, civiumque accurſu copioſiſſimo.

ANTONIUS DE WORMATIA Deſignator & Chalcographus celebris floruit Coloniæ initio ſæculi XVI. nam anno 1529. deſignavit, in æs incidit & excudit icones duodecim Apoſtolorum integro corpore, quæ extant in Valetudinario Coll. Colonienſi. *Orlandini Abcedarium Pictorum pag. 439.*

ARCHANGELUS à S. GEORGIO naſcitur Monachii 1661, ubi & Religionem Carmelitarum Diſcalceatorum profeſſus eſt 1679: celebris Eccleſiaſtes complura Germaniæ pulpita Viennæ, Herbipoli concionibus facundiſſimis illuſtravit. Fuit diverſorum Conventuum Prior, Definitor Provincialis, Generalis, ac demum Provinciæ univerſæ Præpoſitus in Conventu Colonienſi Ordinis

sui fat longo tempore moratus, obiit Monachii. Scripsit

Duo Volumina Concionum Dominicis festisque diebus habitarum, Augustæ Vindelicorum typo Halbach & Schlutter. Ex historia Conventus Colon. Carm. Discalc.

ARNOLDUS ARNOLDI de Unckelbach scripsit

Quæstiones Casuum.

Extractum de Decretalibus.

Extant MS in Carthusia Coloniensi classe XIV. pulpito O. O. n. 118. iterum O. num. 126. ibidem.

ARNOLDUS DE BEECK Ss. Theologiæ Licentiatus, Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Severini cum auctario recudi sequentem libellum jam olim è Gallico Germanicè versum duplici formâ imprimendum curavit ex charitate erga animas fidelium defunctorum.

Kräfftige Mittel den Seelen im Fegfeur zu helffen durch den Ehrwürdigen P. Martam von Bonngers S. J. aus dem Frantzösischen vorgestellt, und zu mehrerem der abgestorbenen Seelen Trost und Verdiensten deren Lebendigen, die sich dieser wol gebrauchen werden, in die Teutsche Sprach übersetzt, anietzo mercklich verbessert und vermehret. Cöllen bey Wilhelm Friessem 1666. in 18. & majori forma pp. 216.

ARNOLDUS DE BERCKA. Ejus opus est: *Liber vitæ, sive veteris & novi Testamenti Glossarium & compendium unà cum indice historiarum in omnibus libris novi & veteris Testamenti in felice Colonia finitus 1661. Extat in Bibliotheca Dusseldorpiensis Collegii Societ. JESU.*

ARNOLDUS DE BESSALIS Germanus, Carmelita in Conventu Colonienſi Theologiæ Professor, Theologus & Ecclesiastes celebertimus, obiit circa annum 1436. Scripsit

Opus Sermonum super Evangelia Dominicalia.

De festis Sanctorum.

Et extravagantes.

Extant in Bibliothecis Carmeli Moguntini & Boppardiensis.

Ex Comment. Eximii Brunonis Carmel. Provinc.

ARNOLDUS BIRCKMANNUS felici ingenio in studiis adeò profecit, ut merito doctis viris annumerari queat. Ipsus (& frater Theodorus medicæ rei Doctor) Theophrasti dogmata quædam, at majori judicio quàm multi amplexus, Hippocratis quoque & Galeni lectionem magni fecit, Anatomiæ cultum addidit, empirica recentia veterum principiis accommodare solitus. Inde factum, ut fratres hi ætate juvenes, prudentiâ & pietate senes patriæ suæ in amore & pretio fuerint, & typographiam admodum promoverint. Arnoldus optimos quosque Authores typo vulgavit, & Pantaleonem Authorem Prosopographiæ Germanorum in indagandis & proferendis illustribus Germaniæ viris adjuvit: quocum ubi Pantaleo præsens quædam Religionem concernentia contulisset, facilè ingenii vim & dexteritatem animi se intellexisse in sua Prosopographia testatur. *Pantaleo in Prosopogr. part. III. p. 514.*

ARNOLDUS à BOECOP natione Belga, domo Gelder Zutphanienſis, ex equestri familia locuples, & unicus viduæ matronæ à Wyhe filius accessit ad Societatem anno salutis 1610, annos natus 24, integrâ servatâ religione ac virginitate in Batavica Academia, ubi Jurisprudentiæ operam navarat. E patria Moguntiam 1621. revertens per fraudem ab Hæreticis Arnheimensibus captus fuit 21. Julii prope castrum Schenckianum & Arnheimium ductus, ubi publicum ei diversorium, sed vigili milite cinctum assignatur, ex quo solitis pitùs quæstionibus fatigatus, saccuisque excussis sub medium noctis ad carcerem famosum sive turrim S. Joannis traditur Gerardo à Gelder Præfecto. In carcere illo hæsit octiduo: sententiâ pronuntiatâ fuit multatus 250. florenis, eò quòd sacra fecerit in domo materna (hæc summa delicti) & exilium è Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ imperatum. Cum gaudio excepit sententiam Arnoldus, & Embricam rediit anno 1621. 15. Augusti. Inde Coloniam petiit, ubi post quinque-mestrem infirmitatem (quam ex veneno in carcere hausto natam esse existimavit medicus) summâ patientiâ toleratam extremum diem clausit 19. Februarii 1622. vir verè humilis & mansuetus, & contemptor sui in flore ætatis ac tum recens Sacerdotio initiatus. Scripta ab eo prodiit

Epistolaris quæstio de nomine S. Huberti, Moguntiæ sexto nonas Martias pag. 16. edita à P. Roberti in historia S. Huberti 1621. Est ea eleganti stylo & bene Latino scripta, & etymologiam nominis Hubertus & affinium magno eruditionis apparatu enodat. *Valer. Andreæ vidit Apologiam Justi Lipsii ab eodem scriptam. In Bibliotheca nostra Colonienſi extat historia autographa carceris Arnhemi toleratæ.*

ARNOLDUS CÆSARIUS Colonienſis Provinciæ FF. Minorum Recollectorum & Conventûs Theologiæ Lector emeritus, Guardianus aliquot Conventuum, Definitor Provinciæ & Custos, scripsit Germanico idiomate sequentia:

Corona Virginum, id est: Honor, Laus & gloria virginitatis, Coloniæ apud hæredes Crithii 1641. in 12mo.

Cor virginum, tractans initium gratiæ tangentis animam usque ad summam vitæ spiritualis perfectionem. Coloniæ eodem prælo 1642.

Rosa ex spinis, id est: Libellus docens adversa secundis utiliora esse. Coloniæ ex eadem typographia 1642.

Fasciculus myrrhæ, seu 40. meditationes de Domino patiente, 1643. ibid. in 16to pag. 188.

Explicatio orationis Dominicæ ibid. 1644.

Hortus honoris B. M. Virginis, tribus areolis continentibus flores distinctus. 1. Declaratio Salutationis Angelicæ ex SS. PP. 2. Corona stellarum duodecim. Decas virtutum, quæ in Evangelio de Deipara commemorantur. Coloniæ apud eosdem Crithios 1647.

Meditationum Tomus I. De dignitate hominis, de peccato & peccantis vilitate. Adjecta institutio mentalis ac vocalis orationis ritè persolvendæ. Coloniæ apud Wilhelmum Friessem 1661. in octavo pp. 369.

Meditationum Tomus II. De quatuor novissimis. ibid. 1661. in 8vo pp. 397.

Meditationum Tomus III.

Pulcherrima religiosa Virgo & Sponsa DEI ex Scriptura & PP. demonstrata pro Monialibus in Cœnobio degentibus supra virgines in sæculo residentes. Coloniæ apud Joannem Busæum 1662. in 8vo pp. 368.

Wadingus Scriptor. Ord. Minor.

AR-

ARNOLDUS HALDRENIUS à patria notior *Vesaliensis* vulgò Coloniæ dictus, Alumnus fuit Gymnasii Laurentiani, 1516. 8. Octobris, receptus fuit ad Concilium Facultatis artium. Trium linguarum notitiâ imprimis excelluit, adeò, ut Græcè carmen pangeret non infeliciter, subin sui Gymnasii Professor fuit. Laureâ Doctorali Theologicâ insignitus, Canonicus Ædis Metropolitanæ, qui apud D. Henricum Reus de Plavven Decanum ejusdem templi magnæ authoritatis fuit. Vir sanè polygraphus ac certè philoponus, qui tandem insperatâ morte sublatus est. *Hæc Cratepolius in Annalibus Archidiœc. Coloniensis p. 178-179.*

Joannes Noviomagus in præfatione ante modum confitendi, dum Arnoldum Aristotelica prælegentem adolescens audiit, meminit eundem Homeri utrumque opus versibus hexametris sumpsisse vertendum. Idem plena scrinia librorum Arnoldi visa aliis commemorat, quorum editionem modestia singularis viri prohibuit. Quæ verò sunt edita, subjiciuntur.

1. *Exegesis Decalogi pia maximèque disertissima authore Arnoldo Vesaliensi cum nonnullis aliis 1550. Colon. typo Martini Gymnici in 8vo. Inserta sunt eidem libellulo: De cultu & veneratione Sanctorum assertio. De Divorum invocatione. De Divorum reliquiis. Elegia de passione Christi. De vitando juramento. Modus confitendi. Confessio cujusdam Sancti. Psalmi VII. LI. CXIX. Oratio Dominica. Symbolum Apostolorum. Decalogus, elegiaco carmine descripta.*

Præfatio duplex, altera ad Reinhardum Comitem de Leiningen Dominum in Westerburch Canon. Metropol. Decanum communem Mecœnatem studiosorum à Joanne Noviomago discipulo, posthumorum & in vita editorum Præceptoris Arnoldi scriptorum vulgatore.

Altera ipsiusmet Arnoldi ad Henricum Reus de Plawen Decanum Metropolitanum, cujus rogatu suscepit exegesin Decalogi: in more enim huic Decano erat mensam non tam ferculis delicatis, quàm explicationibus abstrusiorum in veteri lege ac Evangelio locorum condire; quo convivii modo non tantùm obloquutiones, detractiones, inutilesque fabellæ evitabantur; sed augebatur eruditio, & convivæ contra novi dogmatis verminationem exercitatiores abibant.

2. *Consultatio quadruplex super confessione Augustana quorundam Protestantium una cum Joanne Cochlæo 1554.*

3. *Epitome Magistri sententiarum cum distichis ad singulas sectiones. in 16to 1555. item in folio, iterum Antverpiæ 1551. in 24to.*

4. *Partitio locorum communium Christianæ Religionis 1568. in 12mo. Coloniæ & Lovanii 1557. typis Hieronymi Wallei.*

5. *Idem recognovit, castigavit, & multis locis explevit Aulii Gellii noctes Atticas & Macrobium in somnium Scipionis, & septem ejusdem Saturnalia perelegantí typo Eucharii Cervicorni 1536. in folio.*

6. *Procopii orationes de Justiniani Augusti ædificiis*, Latinè interpretatus est. Moguntiæ 1538. in quarto.

Obiit 1534 III. Kal. Nov. sepultus in Æde Metropolitana Goloniæ.

Epitaphium.

Quisquis es, in requiem si vis intrare beatam,
Atque ità cum Christo perpete pace frui;
Verba Dei auscultes, eademque sequaris oportet,
Ergo, cùm datur hîc vivere, disce mori.
Transitus ad vitam mors est: si credis in illum,
Qui mortem nostrî captus amore tulit.

ARNOLDUS HAVENS vel Havensius Buscoducensis nascitur anno 1540. Societatis institutum Coloniæ amplexus 1559; in quam urbem 1557. venerat jam Dialecticæ in nova Bursa Coronarum candidatus. Anno 1560. Syntaxin docebat, & anno proximo artium Magister renuntiatur. Anno autem 1565. Coloniæ quidem Baccalaureus formatur ex Theologici Senatûs decreto; at Trevitis Magisterii Theologici insignia induit anno 1572; unde reversus ad Ubios simul prælectiones Theologicas habuit, & Præfectus juventuti moderandæ sub Rhetio Regente, quo 1574. è vivis sublato Regentis officium una cum doctione usque ad annum 1581. produxit: hoc enim Romam ad eligendum Præpositum Claudium Aquavivam abiit. Redux datus fuit Rector Collegio Coloniensi 1581. Anno 1584. circiter è Societate transiit ad Carthusiam Lovaniensem, in qua 1586. professus est S. Brunonis institutum; solitudinem ubique & latibulum sibi hîc quærebat in Magdalenæ sinu præ activa & Apostolica vita Sociorum Ignatii. Verùm Superiores Ordinis judicârunt hanc lucernam non esse sub modio condendam. Prior imponitur Carthusiæ primùm sylvæ Ducensi, subin Leodiensi, Lovaniensi, Bruxellensi, ac demum Provinciæ universæ visitandæ admovetur: quibus laboriosis officiis quietem præferens postulavit & impetravit alium sibi subrogari. Vix Sabbatismum Ruræmundanum adeptus est, ad scribendum se accinxit; cùm ecce jubetur denuò Gandavensem Carthusiam gubernare, ubi Septuagenarius obiit 1610. 14. Augusti. Inter Socios JESU, quos vixit annos pene 26, ex iis 20. inter pulveres scholasticos indefessus & acerrimus Magister, Præfectus, Concionator, Doctor mirâ facultate, dexteritate & facilitate ad artes & scientias omnes explicandas & tractandas magno & optatissimo emolumento Christianæ publicæ rei, & Coloniensis Universitatis & Gymnasii Tricoronati in vico S. Maximinianæo tunc aperti, in quo indies binas aut ternas lectiones sacras profanarum scientiarum obibat. Scripta ab eodem

1. *Oratio quodlibetica de fide dogmatibus edita à Theodoro Petreio Carthusiano, eademque Havensio dicata. Utrùm tanta sit Ecclesiæ authoritas, ut in fidei dogmatibus ea in Scripturarum sensu atque sententia certam fidem habeat? 1620. in 8.*

2. *Commentarius de erectione novorum in Belgio Episcopatuum, deque iis rebus, quæ ad nostram hanc ætatem in eo præclarè gestæ sunt. in 4to Coloniæ sumptibus Joannis Kinckii 1608. pp 312.*

3. *Historica relatio 12. Martyrum Carthusianorum, qui Ruræmundæ in Ducatu Gelriæ 1572. agonem compleverunt.*

4. *Accessit ejusdem exhortatio ad Carthusianos de observantia regularis disciplinæ, vitæ solitariæ commendatione. Gandavi 1608. in 8vo. pp. 77.*

5. *Speculum hæreticæ crudelitatis. Coloniæ typis Servatii Erffens 1608. in 8vo pp. 245.*

Alii

Alia adhuc inedita servantur in Carthusia Coloniensi:

Evangeliorum Dominicorum enarrationes uberiores.

Diversæ in Magist. sententiarum prælectiones.

In catalogo librorum Kalcovii 1643. Coloniæ reperitur: Havensii Carthusiani: Innocentia & constantia victrix in 8vo. Val. Andreæ meminit libri inediti: De vitæ solitariæ præstantia & utilitate.

ARNOLDUS HEYMRICIUS Clivensis florebat medio sæculo decimo quinto, Ecclesiæ Daventriensis S. Lebvini Canonicus & Custos, Ecclesiæ Archi-Diaconalis Xantensis Decanus. Ejusdem prolixa *Epistola continens conflictum inter patientiam & fortunam Roperti Bavari Archi-Episcopi Coloniensis cum historia Davidis à Burgundia Episcopi Trajectensis*, scripta *ex urbe Xantensi, Troja minore, anno ab ortu Salvatoris sexto & septuagesimo supra millesimum quadringentesimumque quinto idus Julias*, fuit ex MSs. edita primum 1719. Typo Daventriensi Joannis van Wyn, operâ Gerhardi Dumbor Reipublicæ Daventriensis ab actis, sub titulo: *Analecta seu vetera scripta inedita. Tomus primus.* Extat hæc Epistola MS. in Carthusia Xantensi.

Eadem in Epistola asserit Arnoldus se scripsisse Libellum: *De Religione ante puberes annos non ineunda*, quem Dumbor affirmat superesse in Bibliotheca Daventriensi.

Idem Xantensi Ecclesiæ reliquit *MS. varia duobus tomis contenta, sive Sophiologicorum libros sex;* quos scribit Teschenmacher pag 289. & Bibliotheca Hamburgensium historica centuria III pag. 221. asservari in Biblioth. Colleg. Ecclesiæ Xantensis.

ARNOLDUS HERTSWORMS natus in Weisweiler ditionis Juliacensis vico: aggregatur Ordini Fratrum Canonicorum S. Crucis in domo à nigra palude dicta *Schwartzenbroich.* Altero ab Marcoduro Lapide: ejusdem domûs Prior eligitur ob singularem de viri virtute & scientia existimationem, tum Mosacensi, dein Venlonensi Conventibus ejusdem instituti Prior datur, demum Capituli generalis anno 1634. Definitor creatur, vivere desiit in Conventu Venlonensi anno 1693. Edita est ab eodem jussu Capituli Provincialis Rutæmundæ coacti.

1. *Vacantia sacra, sive hebdomas sacrarum feriarum ad usum bene viventium & orantium recens exarata per R. P. Arn. Hertsvvorm, S. Crucis Priorem Mosaci. Typo Petri Danthez. Leodii 1648. in 8vo pp. 126.*

2. *Alter sive novus Joseph accrescens per imagines & Theoreses patheticas S. Josephi primò patientis, dein gaudentis accretionem membratim considerans, authore A. R P. A. H. C. O. S. ✠ P. Coloniæ typo Petri Hilden 1680. in 12mo pp. 182.*

ARNOLDUS HISFELD Canonicus B. M. V. ad Gradus Coloniæ, Bibliothecas omnes Collegiorum, Cœnobiorum in Diœcesi Coloniensi & in Collegio Xantensi ac Bonnensi diligenter excussit, & manu suâ scriptos codices Cornelio Schultingio libens ultro commodavit: unde Schultingii æmuli occasionem nacti sunt calumniæ (quasi alienâ vitulâ araret) & collecta ab Hisfeldio suo sub nomine venditaret; quam modestè diluit Schultingius in *præfatione ad Bibliothecam Ecclesiasticam primo* ejusdem & *secundo tomo* præmissa. Nempe exili adeò ac abjecto animo se non esse, qui Hisfeldici ingenii monumentis, veluti alienis plumis exornata pica Æsopica comparere velit; & se ridendum propinare omnibus: plurima enim edita à se ne vidisse quidem Hisfeldium, utì post hujus mortem comparata, tum quæ ex chartis ejusdem sinè ordine superabant, magno labore, crisi ac studio digerenda, supplenda & ornanda fuisse, ut erudito sæculo ac luce digna essent.

Ex Cornelii Schultingii Bibliotheca Ecclesiastica variis in locis præsertim primâ præfatione. Ad libellum, cui titulus: *Comes S. Hieronymi.* " Hic " Comes sive Lectionarius B. Hieronymi à M. " Arnoldo Hisfeldio Canonico ad Gradus erat " descriptus manu suâ etiam ex M. S. C. in Præ- " dicatorum Bibliotheca apud Colonienses, qui " hanc utilitatem adfert, quod non modò ea " Evangelia & Epistolas complectatur, quæ per " totum annum frequentantur, & in Comite " Hieronymi à Pammelio edito continentur; sed " etiam collationem aliorum Lectionariorum, utì " B. M. ad Gradus Coloniæ; ad S. Petrum, imò " duplicis Breviarii ad Gradus, comprehendat, " & sic variorum Evangeliorum & Epistolarum " materiam suppeditet. Collectus quoque est se- " quens *Index* ex codice Evergeri Archi-Episco- " pi Coloniensis, ex Lectionariis Eichstadiensis " & Sangallensis Ecclesiarum, & antiquo Le- " ctionario ad Gradus Mariæ, ex duobus Brevia- " riis antiquis Evangeliorum ibidem, ex Missali- " bus antiquis & diversis MSS. ex impressis Mis- " salibus Colonienſi, Trevirensi, Moguntinensi, " Monasteriensi, Ultrajectensi, S. Donatiani, " Brugensi, Strigoniensi. " De Breviario Evangeliorum fit mentio apud Micrologum C. 54.

ARNOLDUS KRUFFT dictus Crudener Colonienſis promotus artium & Philosophiæ Licentiatus è Gymnasio Tricoronato 1585. 26tâ Februarii, J. U. Doctor, Patritius & Senator Agrippinensis. Ab eo Latinè redditus ex Italico libellus, cujus titulus:

" *Compassio beatissimæ Virginis Mariæ, in qua* " *Mater dolorosa invitat clientes suos ad pias con-* " *sideraciones septem præcipuorum dolorum, quos* " *ipsa pertulit, divisos per septem hebdomadæ dies. Coloniæ editus typo Petri Metternich in 18vo pp. 138.* Approbator Arnoldus Mesthovius Ss. Theol. Doctor, Pastor ad S. Petri. Dicatus libellus Ferdinando Archi-Episcopo Colon. 1644. 24. Septemb. ea de causa, quòd Serenissimus publicis monumentis, decretis, supplicationibus, confirmatis sodalitiis, erectis etiam templis devotionem erga Matrem dolorosam testatus fuerit.

ARNOLDUS à S. LEONARDO Carmelita Colonienſis Theologiæ in Colon. Conventu Lector, Provinciæ Alemanniæ inferioris quartùm Provincialis, Romæ Assistens Generalis, Commissarius Generalis in Saxonia, Congregationis Regularium Apostolicus Consultor, Eminentissimi Archi-Episcopi S. R. I. Principis Electoris Moguntini Com. de Schonborn Consiliarius intimus Ecclesiasticus, in Theologicis & Canonicis versatissimus; obiit Moguntiæ. Scripsit

Consultationem de Coadjutoria perpetua typo Moguntino.

Vitam & miracula S. Josephi, eodem typo. Ex Schedis Eximii Brunonis Provinc. Carmel.

F. ARNOLDUS DE LUTTECKE, id est, parvus ex Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Con-

Conventualium Professus Susati anno 1468. ad instantiam Fratrum, quibus se nihil denegare ausum fuisse scribit, compilavit *Vitas Sanctorum in Germania celebriorum, quas moralibus documentis egregiè exornavit.* Extat MS. in Bibliotheca Susatensi.

ARNOLDUS LUYDIUS sive à Lude Tungris familiâ patritiâ natus, unde Coloniæ notior Arnoldus de Tongris vel Tungeris aut Tongaris. Licentiatus creatur 1489. Decanus Facultatis AA. 1494. Ss. Theologiæ Doctor, Sereniſſimi Cardinalis & Episcopi Leodiensis Erardi à Marca, dum in studiis ageret, Pædagogus, à quo præbendam in Cathedrali Leodiensi consecutus, renuntiavit ei, quam ab Universitate Col. acceperat, in B. V. M. ad Gradus Ecclesia, præbendæ: quia & gratiam Principis spernere non audebat, & duo beneficia simul habere tutum non credebat. Gymnadis Laurentianæ Regens primarius post 1494. fundavit tres Bursas consanguineis suis. Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Colonienſis creatus repetiit caram Coloniam, & convivio primùm à Facultate Theologica, dein artium uti optatissimus hospes exceptus fuit; nempe de utraque præclarè meritus. Legatâ suâ Bibliothecâ Canonicis Regularibus obiit Leodii CIↃ. CI. XL. die XXVIII. Augusti, toleratis sat diu calculi doloribus. Scripta typo vulgata sunt:

1. *Tractatus articulorum seu propositionum malè sonantium, de libello, cui SPECULI OCULARIS titulus, extractorum ad Collegium Venerabilium Magistrorum sacræ Theologiæ Universitatis studii Colonienſis Arnoldi Tungri Theologi, in 4to.*

2. *Tractatus propositionum alphabeticarum contra Judæos & blasphemum eorum TALMUD ex commissione venerandorum Dominorum de Facultate sacræ Theologiæ in studio Colonienſi, per honorabilem virum Dominum & Magistrum Arnoldum de Tungeris sacrarum litterarum Professorem. in 4to.*

3. *Responsio ad argumenta numero quinquaginta sumpta de libello consultationis D. Joannis Reuchlin nuper edito in materia librorum Judaicorum in 4to. Hæc tria fuerunt edita Coloniæ in officina liberorum Quentel anno Christianæ salutis MDXII. quinto Kalendas Septembris. Extant in Coll. Col. S. J.*

4. *Prælectiones sive explanationes in Joannem opus magnum MS.*

5. *In Evangelium Matthæi.*

6. *In Juvenalem.*

Epitaphium in clausto Cathedralis Ecclesiæ Leodiensis ex opposito Aræ B. V. ad Gradus:

Arnoldi pia Tungrensis lapis hic tegit ossa,
Eximiâ quondam relligione spis.
Qui sacræ Doctor Sophiæ venerandus, & ingens
Urbis Agrippinæ lúxque decúsque fuit.
Lamberti hinc sacrâ complevit in urbe senectam,
Virtutis speculum factus & urbis amor.
Maturus Superis, placidus, pius, integer, insons
Exemplo multos consilióque juvans.
Nunc premit ossa lapis, nunc terram terra recepit,
Spiritus optatam transiit ad requiem;
O quàm grata Deo generatio casta niténsque!
Quàm felix veris mens opulenta bonis!

ARNOLDUS MANDT Lynnensis fuit Decanus & Canonicus Collegiatæ Novesienſis Ecclesiæ: anno 1619. præfectus erat Sodalitio S. Quirini,

Lobgesang von S. Quirin, der Stadt Neus sonderbaren Patron und gemeinen Nothhelffer, sampt historischer Beschreibung seiner herrlichen Marter, Translation, Verehrung. Gedruckt zu Cöllen, in Verlag Jacob Kirchhoff anno 1619. in 16to p. 87.

ARNOLDUS MESHOVIUS Lippiensis, natus fuit anno 1591. Gymnasii Laurentiani discipulus primùm, tum Professor gratum animum testatus almæ Gymnadi, dum summam 4000. imperialium eidem donavit, egentioribus discipulis educandis. Anno 1626. 9. Augusti denominatur Pastor Ecclesiæ S. Petri, & 19. Augusti proximi introducitur in Parochiæ & Canonicatûs perillustris S. Cæciliæ possessionem. Theologiæ Doctor renuntiatur 1640. 14. Februarii, Promotore Henrico Francken-Sierstorffio, Ss. Theologiæ Doctore, Canonico Metropolitano & Cæciliano, Regente Laurentiano. Obiit zelosus & eruditus Pastor 1667. 20. Aprilis, munificus erga Ecclesiam sibi creditam, cujus splendori augendo Aram titulo S. Barbaræ exstruendam curavit, & ter mille imperiales nummos testamento legavit. Scripsit

1. *Vortrab treuhertziger Warnung und Gegen-Bericht auff das neulich ausgesprengte Calvinisch Raaben-Geschrey, Laster- und Lügen-Buch des abtrinnigen Münchs und Ehren-Diebs Melchiors von Hambach Calvinistischen Wort-Dieners, 1645. in 8vo pp. 208. Cöllen bey Peter Metternich.*

Zweyter Theil Anmahnung an die Cöllnische Bürger pp. 348.

2. *De vita & moribus & obitu A. R. & eximii viri Caspari Ulenbergii, Ss. Theol. Licentiati, Gymnasii Laurentiani Regentis, ac ad divæ Columbæ Pastoris vigilantissimi, authore Arnoldo Meshovio Lippiensi, Ss. Theol. Licentiato, S. Petri apud Ubios Pastore, Coloniæ apud Joannem Kreps 1638. in 8vo pp. 163.*

3. *Historiæ anabaptisticæ Libri VII. Authore Arnoldo Meshovio Lippiensi, Gymnasii Laurentiani Professore. Coloniæ typo Gerardi Grevenbroich 1617. in 4to pp. 214.*

4. *Historia schismatis & defectionis Hermanni de Weda Colon. quondam Archi-Ep. Authore Arnoldo Meshovio. Coloniæ typo Gerardi Grevenbröich 1620. in 8vo pp. 160.*

ARNOLDUS MUNCHENDAM Ss. Theologiæ Doctor ex Abbate de Lenyn in Marchia Brandenburgensi Abbas celeberrimi Monasterii de veteri Monte creatus 1667. Vir fuit in divinis & sæcularibus litteris egregiè doctus, ingenio præstans, sermone facundus, vitâ & conversatione religiosus & pius. Scripsit quædam nobilis ingenii sui & zelosæ religionis monumenta, quibus nominis sui memoriam apud posteros constituit. De quibus extant quædam *ad Fratres suos exhortationes, & oratio elegans* dudum expressa, quam Romæ habuit *coram Sixto IV. Pontifice contra commendas Cœnobiorum:* illuc à Capitulo generali Cistercienſi specialiter missus pro defensione liberta-

tis Ordinis. Contra dictas Commendas Philippus Seguinus in libello suo MS. *de Scriptoribus Ord. Cisterc.* agens de hoc Arnoldo, ingens profert fragmentum hujus orationis omninò elegans. Hujus quoque Arnoldi mentionem faciens liber MS. Monasterii S. Viti in Gladbach *de Scriptoribus Benedictinis* præter jam recensita dicit illum, & alia quædam scripsisse (teste Jongelino *in notitiis*) quæ tamen non specificantur. Scribitur præterea ex universis Germaniæ Academiis relegâsse Nominales. Vide *Manriquez* in Gerardo 35 Abbate Cistercii ad calcem Tomi I. *Annalium Cisterciensium.*

Obiit Arnoldus in veteri Monte anno 23 regiminis sui, Christi verò 1690 solus ex omnibus Abbatibus in templo sepultus ante altare Apostolorum Petri & Pauli. *Ex R. P. Carolo de Visch in Biblioth. Script. Ord. Cisterc.*

ARNOLDUS NEELSBACH professus fuit institutum Eremitarum S. Augustini in Cœnobio Colonienſi, ubi & Ss. Theologiæ Licentiâ fuit donatus, obiit 1689. Coloniæ. Ab eo scriptus

Libellus de indulgentiis & privilegiis Confraternitatis Cinctuatorum 1682.

Chronicon Conventûs Colon. Eremitar. S. Augustini in sex libros distinctum. Opus prælo dignissimum, hactenus MS.

De Tombeau p. 217. Comment. Eximii Heuschen Provincial. August.

AUGUSTINUS BRUN initio sæculi XVII. celebris erat in civitate Colonienſi arte pictoriâ, nam & multas ad vivum exactas hominum effigies & historiarum imagines aliorúmve generum picturas posteris dereliquit magnâ nominis sui commendatione. *Joachim Sandrart Teutscher Academie der Bau- Bild- und Mahlerey-Kunst II. Theils III. Buch XIX. Capitel num. CLXVIII.* in Ecclesia Collegiata B. M. V. ad Gradus picturæ ejusdem extare dicuntur. Erat enim Frater Georgii Bruni Decani ejusdem Ecclesiæ. Crispinus de Paes Chalcographus nostras incidit in æs imagines Rudolphi Imperatoris & Septemvirorum Electorum equis insidentium. quam ideam Augustinus Brun invenerat & delineaverat.

Vita B. M. Virginis elegantissimis figuris æneis expressa ab Augustino Brun Chalcographo. Coloniæ 1592. in 8vo. *Extat in Bibliotheca Carthusiæ Colon.* Georgius Brunus frater singulis iconibus orationes accommodatas subjecit.

P. AUGUSTINUS KNEUTGEN Ord. Erem. S. P. August. Ss. Theol. in Universitate Colonienſi Licentiatus, ejusdémque plures per annos præcipuè in Augustiniana Abbatia S. Thomæ, Brun in Moravia Professor, & post Eminentissimi Episcopi Olmucensis Theologus & Bibliothecarius. Obiit Trevitis Conventûs sui Prior actualis 1716. Edidit

Quæstiones Theologicas in primam secundæ S. Thomæ. Brunæ typis Jacobi Swobalæ 1702.

Ex Schedis Eximii Heuschen Provincial. Augustin.

AUGUSTINUS NEESER Fürstenbergius, Theologiæ & Poëseos Candidatus circa annum 1567. Scripsit *Elegiam* Decano & Capitularibus majoris Ecclesiæ Colonienſis dicatam, quâ complectitur brevissimam summam Chronologicam Episcoporum Colonienſium ab S. Materno ad Salentinum Isenburgicum.

Extat hoc MS. in Bibliotheca Seminarii Archi-Episcopi Colon. ex Legato Broichiano Littera G. n. 107. in folio, præter præfatiunculam ad Capitulum Metropoliticum Colonienſe.

AURELIUS WESTHOVEN in Conventu Colonienſi instituti Eremitarum S. Augustini se addixit professione solenni. Erat Ss. Theologiæ Baccalaureus, ejusdémque per annos plures Professor, obiit Colonienſi in eremo anno 1717. Prodiit ejus studio in lucem

Eremus mystica, & *Homo interior* è Germanico idiomate Latino data. 1707.

Reliquit MSS. ingens volumen Asceticum hoc titulo: *Mundus præposterus. Ex Commentariis Eximii Fulgentii Heuschen Augustin. Provincialis.*

B.

BALTHASAR REINER à BREE S. Martini Coloniæ Abbas inter illustria Ordinis sui decora meritò collocandus, ut, qui nobili prosapiâ natus religionis & doctrinæ merito longè illustrior effulsit. Vix ille prætextam exuerat, cùm melioris vitæ captus desiderio in Benedictinæ Regulæ obsequium cervicem anno 1563. flexit, doctus deinceps arctissimo vinculo cum pietate doctrinam adstringere. Inter Neo-Mystas anno 1568. relatus, primùm ad Sub-Prioris, tum ad Prioris munus est admotus, ac demum in defuncti Pauli Prosmanni Abbatis locum anno 1585 die XVIII Novembris electus in perturbatissimo rerum statu Abbatiam omni obsonio exhaustam, & ære alieno prægravatam, uti & ædificia, quæ flebile schema notabant, sic porrò erexit, ut alteras ei cunas novámque Genesin debeat. Sub ejus regimine, quemadmodum Lyricus canit, & fides, & pax, & honor pudórque priscus & virtus, apparuit & beata pleno copia cornu. Coluit ille imprimis viros doctos, quos inter Stephanum Broelmannum rerum ubiarum scrutatorem maximè studiosum, & Syndicum habuit & Collaudatorem in dedicatione Tabellæ pontem à Constantino M. ùt ferunt, in Rheno constructum repræsentantis. Aluit quoque inter suos Leonardum Rubenum pluribus litterariis monumentis notum; item Hieronymum Meinaro aliósque egregios viros: eum verò historiæ utriusque sacræ & profanæ usu excultum probitatis & justitiæ ac zeli pro ordine eximii laude ornatum celebrat ejus actorum Scriptor, addítque ipsum ingenio & memoriâ usque ad miraculum excelluisse; tanto quoque in promovenda studia ferebatur ardore, ut passim diceret: Monachum sinè libris & lectione esse militem sinè armis & exercitatione. Multis præclarè gestis obiit vir sempiternâ memoriâ dignus 1621 die XV. Junii, ætatis 77, regiminis Abbatialis 36. In choro tumulum consecutus ad Odæi sinistram, ubi porrectus ipse jacet humanâ staturâ lapidi incisus, hócque cohonestatus epitaphio:

Hic recubat clarâ natus de stirpe Breana
Balthasar eximiâ virtute illustrior Abbas,
Qui clavum tenuit per septem lustra fidelis.
Post exantlatos invictâ morte labores
MetCeDe æternâ frVItVr sVper astra beatVs.

In

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In ejus effigie insignia cor pedo transfossum exhibent cum hoc lemmate:

Quòd sit dissimilis nostra hæc Ecclesia priscæ,
Ferrea transfosso pectore tela gero.

Scriptorum porrò publici licèt juris fecerit nihil, extant tamen ejus *Epistolæ* non paucæ, in negotiis unionis Bursfeldensis & recuperationis Monasteriorum grassante per Germaniam turpi religionis dissidio avulsorum, ad varios Principes, Episcopos & Abbates ab eo conscriptæ. *Orationes* item perelegantes & eruditæ in congressu Abbatum Congregat. Bursfeld. habitæ. *Tractatus ascetícus de disciplina monastica & exercitiis spiritualibus*, & alia nobis incomperta.

Ex Commentariis Oliverii Legipont Benedictini.

BALTHASAR VORSTIUS ad S. Martini minoris parœciæ, urbis Colonienſis Ludimagister in gratiam suorum imprimis discipulorum scripsit

Tyrocinium linguæ Latinæ olim à Petro Apherdiano conscriptum; nunc puerorum hujus patriæ ingeniis paulò accommodatius redditum, adjectis quibusdam ex Jacobi Pontani progymnasmatis. Excudebat Coloniæ Petrus Reschedt anno 1605. in 8vo pp. 157. Gratulatur hunc partum Authori elegiaco carmine Guilielmus Salsmannus Canonicus ad Ss. Apostolos.

BARTHOLOMÆUS COLONIENSIS Alexandri Hegii in schola Daventriensi Rectoris discipulus fuit (ùt testatur Trithemius) cum Erasmo Roterodamo aliisque clarissimis subin viris, quocum & post eum utramque linguam Græcam & Latinam ibidem professus est. Subinde Svvollis barbariem omnem profligavit. Dein Coloniæ primigenium Romani sermonis decus restituere conatus est, adjutore & hortatore HERMANNO Comite Newenario majoris Ecclesiæ Canonico tum Scholastico. Verùm cùm liberiùs taxaret nonnullorum barbaras phrases, & odio gravari se sentiret, secessit Coloniâ Mindam, ubi cathedram nactus est, teste Hamelmanno. Gubernabat urbis illius scholam, & litterariam rem ad apicem perducere allaborabat, ubi & pauper obiit.

Eidem quondam Hermannus Buschius publico carmine applausit:

Barbaries ægrum virosis faucibus orbem
Polluerat, linguis Sibila dira vomens,
Pejor Lernæis nunquam fuit hydra cavernis;
Fecerat hæc doctis publica damna scholis.
Accinctus clavâ, sed tu Tyrinthius alter
Sternis Cerbeream Bartholomæe feram.
Hinc te Romanâ jactat facundia linguâ,
Murmurat & laudes castalis unda tuas.

Montfaucon *in Bibliotheca manuscriptorum fol. 567.* narrat in Bibliotheca Cæsarea Vindobunensi num. 463. extare Bartholomæi Colonienſis Poëmata. Simlerus hæc ejus opera recitat ex Trithemii catalogo Virorum illustr.

Opusculum de laudibus Philosophiæ metro scriptum, seu sylva carminum. Lib. 1.

De secta Diogenis. Lib. 1.

Epistola Mythologica impressa in 8vo pag. 44. Francofurti 1602.

Dialogus Mythologicus ad Pancratium cum præfatione Philippi Schvvartzerd & expositione difficilium vocabulorum excusa. Svvollis 1499. dein Tubingæ 1514. apud Thomam Anselmum.

BARTHOLOMÆUS DES BOSSES natus Herviæ 1668. in Gymnasio Tricoronato Magister artium creatus, absoluto Sophiæ cursu Societatem ingressus 1686. Ornatus erat variis iisque præclaris naturæ & gratiæ donis, quæ assiduis virtutum & scientiarum exercitiis toto tempore vitæ suæ augere & perficere conatus est. Erat indolis supra modum candidæ, facilis & perhumanæ: puritatem conscientiæ & solidam pietatem in se & in aliis satagebat conservare & promovere. Magno in pretio & amore apud externos erat tum religiosos, tum Ecclesiasticos Prælatos aliósque viros primarios. Postquam in scholis publicis Aristotelem & Euclidem explicâsset, in Universitate Colonienſi Ss. Theologiæ Doctor promotus 1711, Theologiam moralem, polemicam & speculativam annis multis docuit. Præter ingenium vastum ad abditissima systemata Theologiæ ac naturæ penetranda fictum & factum memoriâ pollebat felicissimâ, eorum non solùm, quæ rudibus, sed quæ jam plenis & maturis annis audierat, aut unquam legerat instar Bibliothecæ vivæ repræsentans, quidquid exquisitum in quovis artium aut scientiarum tractandarum certamine gestum fuerat hactenus ab eruditis, aut porrò gerendum aut eruderandum ventilandúmque supereſſet. Ea res grandem illi æstimationem peperit apud eruditos Europæ nostræ proceres Catholicos juxta ac Acatholicos. Inter Catholicos Eminentissimi Ptolomæi & PP. Tournemine & Lacroix. Inter Heterodoxos Godefridi Guillelmi Leibnitii & Christiani Wolffii litteris, elogiis commendari non semel meruit & spectator simul & honorarius arbiter, nunc commilito, nunc adversarius in arena litteraria postulatus, aut ultro stylum commodans. Litteræ, quæ Clarckium Newtonianæ Physices propugnatorem inter & Leibnitium scriptæ fuêre ad Serenissimum Britannam Principem veluti arbitram, per manus Bartholomæi des Bosses huc illuc missæ & destinatæ fuerunt. Tria problemata maximè cordi habebat, quibus solvendis vigilias & curas suas dicavit. Primum de origine mali in mundo à DEO optimo condito, cui nodo solvendo cùm Leibnitii Theodicæam aptam judicaret, eam Latinam fecit præmissis Catholicis documentis, quibus licentiam in opinionibus Leibnitii omnes Christianorum sectas ad unam reducere præsumentis ac somniantis damnabat ac coercebat. Alterum argumentum erat doctrina S. Augustini de gratia primi & lapsi hominis, magnòque illo perseverantiæ dono. Tertium saxum, quod ferè ad mortem usque versabat, erat restitutio antiqui & puri systematis Physici Aristotelici ac Thomistici; cùm enim videret, nullum etiam hoc & proximo ævo excogitatum systema physicum fuisse à Keplero, Cartesio, Gassendo, Newtono, quorum fundamenta & causas non ante hi Duumviri Philosophiæ & expendissent & liquidissimè dissolvissent; optabat illud antiquum, rigidum & unicè sibi verum Physices generalis systema reviviscere: cùm enim nemo eodem patre peritiùs nôsset & lustrâsset omnes Peripati hostes; sanè spartæ huic par erat unus è paucis. Meditabatur etiam collectâ in eum finem farragine quantisati propriam accidentis physici & absoluti, adeóque à materia realiter distincti & separabilis rationem optimis argumentis asserere, ut hoc principio semel stabilito realem Christi in Eucharistia præsentiam sub solis speciebus cum humana ratione in concordiam evidenter redigeret. Verùm cùm annis 36 inter

non indecoros ſcholarum pulveres tranſactis otium nactus eſſet nunquam, & cathedrâ relictâ illico morbo non uno conflictari cœpiſſet, ſpes noſtras ſenectus & mors prævenerunt, quam 24 Aprilis oppetiit 1738. Quæ poſteris reliquit, ſequentia ſunt:

1. *Epiſtolæ Abbatis N. ad Epiſcopum N. quibus demonſtratur æquitas conſtitutionis. UNIGENITUS* è Gallico Latinè redditæ à B. des Boſſes in Academia Colonienſi, ſumptu Wilhelmi Metternich 1715. in 8vo pp. 265. Biennio poſt cum auctario recuſæ Lovanii apud Franciſcum de Velde, & in ſuperiori Germania.

2. *Godefridi Guilielmi Leibnitii tentamina Theodicææ de bonitate DEI, libertate hominis, & origine mali* Latinè verſa, & notationibus illuſtrata à M. D. L. ab ipſo Authore emendata & auctiora. Francofurti ſumptu Caroli Joſephi Bencard 1719. in 8vo Part. I. II. III. pp. 408. Citra indicem, monitum interpretis & præfationem Leibnitii contra Bælium; de concordia fidei & rationis.

3. *Cauſa DEI aſſerta per juſtitiam ejus cum cæteris ejus perfectionibus cunctisque actionibus conciliata*, ſive ſynopſis methodica tentaminum Theodicææ ab ipſo illuſtri Leibnitio adornata.

4. *Annotationes aliquot unius è Societate JEſu Theologi* (B. des Boſſes) *ad excerpta quædam ex aſſertionibus P. Pii Schölling Ordinis Prædicator.* 18. Julii 1726. propugnatis, de prædeſtinatorum electione efficaci. in 8vo Coloniæ apud Joannem Engelert anno 1726.

5. Sereniſſimis Sponſis Ludovico Ottoni S. R. I. Principi de Salm Anholt & Albertinæ S. R. I. Principi Naſſoviæ hymenæum cecinit *heroico carmine* nomine Embricenſis Collegii vulgato 1700. in folio.

6. Reverendiſſimo & Sereniſſimo D. Clementi Auguſto Archi-Epiſcopo Colonienſi, S. R. I. Electori magnum Teutonici Ordinis Magiſterium nomine Collegii Colonienſis *gratulatur carmine heroico* Barth. de Boſſes; ſed tacito nomine. Coloniæ 1732. in folio typis Joannis Conradi Guſſen.

7. *Litteræ Leibnitii ad Desboſſium* complures extant in Collegio Colonienſi MSs. prolixæ de Theologicis Philoſophicisque controverſiis. *Ex annuis Collegii Colon. S. J.*

BARTHOLOMÆUS FIBUS apud Aquasgrani liberam Imperii Germanici urbem patritiâ familiâ ortus eſt 1643. 24. Aug. In ea urbe humaniores litteras, ſeveriores in Gymnaſio Tricoronato, cujus Magiſtes creatur, anno 1662. Societatem JESU complexus eſt, dein Treviris ac rurſus Coloniæ Euclidem explicavit. Laureâ Theologicâ ibidem 1682. 12. Maji ex Majorum imperio donatus, annos omninò quinque & viginti Theologiam, quam ſcholaſticam ſeu theoreticam dicunt, docuit eâ nominis ſui & Societatis commendatione, quæ à ſummo ingenio, eóque eloquentiæ nervis inſtructiſſimo expectari poteſt maxima. Vicarius Epiſcopi in luſtranda Diœceſi illum ſocium ſacri laboris aſciſcere ſolebat ob raram prudentiam & peritiam Canonum & diſciplinæ. Non acquieſcebat ſterilibus humanæ rationis ſpeculationibus; ſed argumenta è Patribus & Auguſtino, quem legendo ſuum fecerat, deprompta in contentioſum Theologiæ campum patata proferebat. Habuit in eodem viro Societas ſtrenuum vindicem tum doctrinæ tum famæ ſuæ contra geminum nobilem Antagoniſtam; quem laborem cæum ei reddebat pietas erga matrem ſuam Societatem. Inter hæc literaria prælia & religioſiſſimæ vitæ exercitia domeſtica, quibus ſeſe DEO ſuo conjungebat arctiſſimè, vitium contrahit ſtomachus ferreo & perpetuo ſtudio debilitatus, quem cùm medicinæ fomentis nullis ſanari videret, dedit ſeſe victimam evocanti è ſtatione Numini & ſupremam horam ritè paratus excepit decimâ tertiâ die Februarii 1706. Scripta ab eo editáque habentur

1. *Auguſtinus Pauli ad Romanos Interpres Apoſtolico-Romano-Catholicus, ſive: Via veritatis & vitæ contra Atheos, Paganos, Judæos &c. demonſtrata. Tomus unus in folio. Coloniæ ſumptibus Wilhelmi Frieſſem 1696. pp. 802.*

2. *Demonſtratio tripartita DEI adversùs Atheos, Gentiles, &c. Coloniæ typis Sebaſtiani Ketteler 1700. pp. 732. in 4to.*

3. *Apologia pro conſcientiis infirmis, ſeu benigna reſponſio pro ſecuritate dictaminis practici ſuper certa probabilitate fundati, &c. Coloniæ typis Petri Alſtorff 1682. pp. 176.*

4. *Appendix apologetica de radice damnatarum propoſitionum ab Alexandro VII. & Innocentio II. Coloniæ typis Petri Alſtorff pp. 23. 1682.*

5. *Retorſio calumniæ impactæ per vindicias injuſtas Doctoris Theologi. Coloniæ typis Henrici Kopp 1688. pp. 14.*

Reſponſio brevis ad Alexipharmacum Eximii Viri. Typo Joannis Henrici Kopp.

Ex annuis litteris Collegii Colon. S. J.

BARTHOLOMÆUS LAURENS Noviomagenſis, Coloniæ Typographiam in Officina Quenteliana multis annis tum rexit, tum illuſtravit, Præſes & Corrector eruditiſſimus ac fideliſſimus. Hic eruditionis ſuæ ſolidæ in vertendis & bonorum Authorum commendandis ſcriptis multa poſteris dedit argumenta. Admodum ſenex anno Domini 1577. obiit, ac in ſummo templo ſepultus fuit. *Ex Cratepolio in Annalibus Archi-Epiſc. Colon. pag. 187.*

BENEDICTUS, aliàs CHRYSANTUS ex Monaſterio Eiffliæ, quod in extremis finibus Juliacenſis Ducatûs oppidum eſt, oriundus adoleſcens humaniorum litterarum ſtudia Coloniæ Ubiorum abſolvit, ubi poſtea in S. Martini Abbatia ſub Vener. Adamo Meyer Monaſticen circa annum 1470. induit, primævi æquè nominis ac ſpiritûs & virtutis Benedictinæ hæres, Benedictus nuncupatus. Magnorum inde progreſſuum in palæſtra ſpirituali æmulator iis præprimis ſtudiis, quibus aſceſeos nomen tribuitur, ſe gnaviter addixit, atque egregias animi dotes, quibus à natura ditatus erat, indefeſsâ rerum divinarum meditatione & ſcribendi aſſiduitate mirificè auxit & exornavit. Aſceta exinde non ignobilis, nihil antiquius curæ & cordi habuit, quàm mores tum ſuos, tum aliorum ad Benedictinæ Regulæ amuſſim exigere vel hoc titulo dignus, quem Venerabilis Adam meritorum æquus Cenſor præ cæteris deſtinaret ad negotium reformationis promovendum in percelebri olim Archiſterio ſancti Adalberti in Egmunda: ubi religioſæ juventutis Inſtructor conſtitutus nullum non adhibuit laborem, quo illos, qui laxiori vitæ fræna dabant,

in

in melius reformaret. Inde ad Lacense in Euphalia Cœnobium cum aliis directus pari sollicitudine rem reformati Canonis promovit & excoluit Novitiorum Magister & Oeconomus ibidem nominatus. Erat verò (ùt perhibent ejus loci monumenta) vir planè studio divinarum scripturarum deditus, & continuâ earundem lectione exercitatus, in omni ferè scibili Græcè & Latinè doctus, animo gravi & maturo, vitâ & conversatione venerandus, fidelissimus imitator Adami Abbatis sui, cujus nutu, ùt erat Scriba perelegans, scripsit in Monasterio S. Martini *Volumen quoddam* in membranis complectens 1. *Speculum disciplinæ seu libellum de minimis ad Novitios.* 2. *Epistolam præstantissimam ad quendam Novitium instabilem.* 3. *Soliloquium Hugonis à S. Victore de arrha animæ.* 4. *Tractatum de imitatione Christi absque nomine Authoris.* Quibus supremam manum imposuit 1487. ùti ad calcem legitur.

Suo autem è penu protulit apud Lacenses *Collectaneum ex S. Isidoro & diversis aliis Scriptoribus conflatum*, pro eruditione juniorum fratrum, quorum tunc erat institutor. Opus *(inquit Schafferus)* perpulchrum, & de omni scibili in modum tabulæ sive figuræ duplici alphabeto subtilissimè exaratum, & Aleydi sanctimoniali in insula Rolandi (cujus in litteris humanioribus fuerat instructor) dedicatum. Cui operi ad jussionem Joannis Piemontani Prioris Lacensis, postea F. Jacobus Syberti multa adjecit, & in libros sex deduxit. Inditus est fronti titulus PANEPISTEMON hoc exordio: *Omnis ars sive scientia.* Scripsit insuper ad eandem Aleydem *de modo scribendi Epistolas libellum unum*, qui instar nuncupatoriæ præfigitur laudato opusculo MS. in Lacensi Chartulario. Item ad diversos ornatissimas *Epistolas*, *sermones quoque de Tempore & de Passione Domini*, aliáque nobis incomperta. Vivere desiit die XXII. Sept. 1532.

Ex Huberto Holthuisen Scriptore domestico & monumentis Lacensibus communicavit Oliverius Legipont Benedictin.

BENEDICTUS I. ANIANENSIS in Gallia Narbonensi Diœceseos Montis Pessulani & Monasterii S. Cornelii ad Indam Archi-Diœceseos Colonienfis Abbas, natus est circa DCCLI. ex Getarum genere sive Gothorum, qui Tholosam ab anno CCCCXII. insederant, nobilibus natalibus: nam Pater ejus Comitatum Magdalonensem, quoadusque vixit, tenuit, Francorum genti fidelissimus. Hic filium in Aula Pipini Regis Reginæ tradidit inter Scholares nutriendum, qui mentis indolem gerens supra ætatem diligebatur à commilitonibus: posthac Pincernæ sortitur officium, & sub Pippino ejúsque filio Carolo stipendia bellica meruit ad annum DCCLXXIV, quo Carolus Italiam sibi denuò subjecit: eo enim anno, cùm fratrem naufragantem liberaturus ipse tantùm non submergeretur, vovit DEO deinceps sæculo non militaturum. Igitur adit Cœnobium S. Sequani, ubi quinquennium & octo menses inediâ, jejuniis, vigiliis, laboribus, lachrymis, precibus sese macerans, cùm ab Abbate modum ponere juberetur, & regularum usum minimè ibi repetiret, ac demum defuncto Abbate omnium in se vota conspirare videret, secessit ultrò in patrium fundum Aniano flumini adsitum, ubi cum Widmaro aliisque paucis notæ sanctimoniæ viris cellam exiguam prope S. Saturnini Ecclesiam struxit: verùm turbâ discipulorum indies auctâ domum & Ecclesiam struxit, evasitque trecentorum Monachorum, qui sanctitatis & perfectionis monasticæ laude invicem certabant & eminebant, Pater sanctissimus; nec hujus tantùm Cœnobii, sed plurium per Franciam, Belgium, Germaniam institutor vel restaurator. Cùm enim hactenus Benedictinorum Cœnobia singula suis moribus viverent, & interpretarentur Regulam S. Benedicti, nec communi vinculo conspicuo sociarentur, neque uni cuipiam Archi-Mandritæ, Inspectori, Visitatori Generali subderentur, primus hic vir regulâ beati Benedicti penitùs perspectâ, & ex seniorum ac sanctorum doctorum Virorum, quos circumiens Monasteria consulebat, responsis illustratus, normam unam condidit, quam suis discipulis omnibus servandam præcepit: instituit Cantores, docuit Lectores, habuit Grammaticos, & scientiâ scripturarum peritos, de quibus etiam quidam post fuêre Episcopi, congregavit. Librorum multitudinem collegit, pretiosa vestimenta Ecclesiastica, calices argenteos prægrandes, offertoria argentea, & quidquid operi DEI necessarium esse conspexit, summo cum studio acquisivit. Francofurtensi Synodo anni DCCXCIV. cum Abbate Monasterii Caunensis & Fratribus interfuit, ut Regiâ & Episcopali authoritate Monastica disciplina promoveretur & fulciretur. Notus itaque factus est omnibus, & famâ sanctitatis ejus regias imperialésque penetravit aures. Exortæ hæresi Felicis Orgellitani Episcopi sese palàm hostem objecit, Synodo Urgellensi anno DCCXCIX. habitæ interfuit, adversùs nefandum dogma veris disputationum jaculis armatus congressus est, multósque non infimos solùm, variis in Hispaniam susceptis excursionibus, sed & Præsules Ecclesiæ à pestifero errore præservavit.

Interea monasticæ disciplinæ secundùm S. Benedicti regulam instaurandæ exemplo, verbo & scriptis libris incumbebat. Episcopi certatim aut ipsum aut ex ejus disciplina Monachos vel Rectores reformandis vel ædificandis Monasteriis flagitabant.

XII. enumerant Indenses *in sua Epistola:* Anianum, Gellonam, Casam-novam, Insulam barbaram, Menatem, sanctum Savinum, sanctum Maximinum, Massiacum, Cormariacum, Cellam novam in Tholosano, Monasterium Maurum in Alsatia, Indam. Quibus primævum S. Benedicti spiritum reddidit, Ludovicus primò Aquitanorum Rex & à morte Caroli M. Patris, totius Ecclesiæ in Europa degentis Imperator Augustus ob sanctitatem compertam impensè diligebat virum, utebatur libenter ejus consiliis, eum denique omnibus in suo regno Monasteriis præfecit, ut normam salutiferam cunctis ostenderet. Eum in finem anno DCCCXVII. apud Aquasgrani Abbates quamplurimos sub regula S. Benedicti, sed vel penitùs abolitâ, vel negligentiùs hactenus custoditâ militantes in Synodum coegit. Præerat Benedictus. Sancita tum fuêre Capitula LXXIII. (LXXX. numerat V. C. Step. Baluze, & edidit inter Capitularia Ludovici. Tom. I. ex quinque codicibus MSS. Tom. I. Capitularium REGUM FRANCORUM)

CORUM) cùm enim horum authoritate firmati fuerint hi Canones, non immeritò eorum nomine inscribuntur.

Peracto Concilio constituit Ludovicus Benedictum, Abbatem, & cum eo Monachos strenuæ vitæ, qui per omnia Monasteria Monachorum (Visitatores Generales nunc dicerentur) euntes redeuntesque uniformem traderent in cunctis Monasteriis tam virîs, quàm sanctimonialibus fœminis vivendi regulam secundùm regulæ sancti Benedicti incommutabilem morem. Diploma ab Imperatore his Visitatoribus concessùm exequendis his egregiis statutis recitat *Sermondus Tom. II. Conciliorum Galliæ*, egregium teste *Dacherio sæculo IV. Acta Ord. S. Bened. Part. I. pag. 218.* pietatis Imperatoriæ pro monastica disciplina tuenda monumentum. Has ob curas sanctus Vir usque ad obitum in palatio Regis Ludovici pro augmento fidelium, non pro terrenis rebus perseveravit: quia juxta erat Monasterium, in quo degebat, putà, S. Cornelii ad Indam. Locus hujus Cœnobii solitudini sacræ idoneus sex non ampliùs millibus passuum distabat Palatio Aquensi, quem cùm Vir DEI circa DCCCXV. optâsset dari novæ familiæ sacræ plantandæ, annuit Imperator, jussitque prope amnem Indam miro opere novum exstrui Monasterium, idem dedicatæ Ecclesiæ interfuit, quam de suis copiosissimè ditavit fiscis, immunitatémque jussit, atque per scripturam, ut XXX. ibidem Deo Fratres Christo famulantes persisterent Monachi, statuit. Quatriduo ante mortem, cùm Imperatori negotiorum Ecclesiæ & Monasticorum tationem pro more reddidisset, febri corripitur, defertur ad Indense Monasterium suum postridie, ubi Helisacare Abbate San-Maxminianæo & Cancellario Imperiali præsente, fratribus & filiis Indensibus coram, Anianensibus & reliquis per litteras Monasteriis, ipsi etiam Imperatori monita salutis impertit, professus se jam annos XLVIII. Monachum nullo die ante panem edisse, quàm coram DEO lachrymas effuderit. Obiit Vir sanctus septuagenarius III. Idus Februarii anno DCCCXXI. indictione decimâ quartâ, concurrente epactâ decimâ quartâ, anno nono Imperii Ludovici pissimi Imperatoris: cùm Indensi Cœnobio annos ferè VII, Anianensi circiter XL. annos præfuisset. Sepultus in Ecclesia Indensi in sarculo lapideo ab Imperatore submisso. Scripsit

1. *Concordia Regularum*, in qua primo loco statuebatur *Regula S. Benedicti*, dein huic concordes aliorum P.P. & Doctorum *Regulæ*. Edidit hunc librum Menardus Benedictinus eruditis notis illustratum.

2. *Codex Regularum*, qualem exhibet MS. codex Corbejensis veterrimus, in quo regulæ integræ aliæ post alias referuntur: at in *Concordia* singula S. Benedicti Capitula singulis diversarum regularum Capitulis veluti Commentariis illustrantur.

3. *Forma Fidei Benedictini Abbatis Anianensis*, Tomorum XV. Extat in MS. Codice Colbertino num. 1310. teste Baluzio.

4. *Confessio Fidei Benedictini Levitæ, nempe quam ante gradum Presbyterii susceptum edidit.*

5. *Benedicti Levitæ testimoniorum nubecula de Incarnatione Dominica, & sancta & individua Trinitate, & iterationis baptismalis devitanda pernicie.*

6. *Disputatio adversùs Felicianam impietatem, Christum Filium DEI adoptivum blasphemantem.*

7. *Epistola ad Guarnarium Filium.* Hanc Epistolam & 6. & 5. opusculum edidit Baluzius Miscellaneorum L. V. 1700. Parisino typo descripta ex codice 4310. Bibliothecæ Colbertinæ.

8. *Libellus ex diversis Patrum sententiis inscriptus* Ludovico, ùt putatur, Augusto. PP. ex quibus sententiæ excerpuntur, sunt: Gregorius M. S. P. Benedictus, Basilius, Macarius Abbas, Paulus Ægyptius, Antonius Abbas, Vitæ Patrum, Cassianus, Augustinus de perjurio & Isidorus.

Hæc Dacherius & Mabillonius collegerunt & annotârunt in sæculo IV. parte II. Actorum SS. Ord. S. Benedicti p. 572. 573.

Baluzius in appendice ad Tom. II. Capitularium Regum Francorum p. 1385. 1386. 1387. Edidit hunc libellum ex codice S. Galli.

9. *Excerptus diversarum modus pœnitentiarum à Benedicto Abbate (Anianensi addit Baluze) distinctus de Regula S. Benedicti Abbatis.*

Ardo Presbyter & Monachus Benedictinus Anianus scripsit vitam S. Benedicti Abbatis Aniani, & Indæ extat in Biblioth. Garthus. E. 84. in qua & extant sequentia ejus opera; quæ utrùm eadem vel diversa ab enumeratis sint, nescio.

10. *Epistola Benedicti Anianensis & Indensis Abbatis ad Georgium Abbatem Anianæ & Monachos.*

11. *Epistola ejusdem ad Nibridium Archi-Narbonensem. 84 Euticium Abbatem*, cujus Joannes in vita S. Odonis Cluniacensis meminit, eundem esse cum Benedicto Abbate Anianensi ostendit Mabillon. Sæc. Benedict. IV. P. II. p. 570. Nempe Anglo-Saxonibus *Eadius*, Germanis *Oda Audags*, *Eutic*, *Odic* idem significat, quod *Benedictus*, *Beatus*, *Fortunatus*, *Dives*. *Eccard note in vitam Hathumodæ Abbatissæ.*

BENEDICTUS JUNCKERSTORFF, S. Martini Coloniæ Ord. S. Benedicti Monachus pangendi carminis facultate comprimis celeber enituit ad annum 1669. Expressit versu heroico

Vitam S. Benedicti.

Lauretum Martinianum in 4to editum.

Supererant quoque ejus MSs. opuscula poëtica variis descriptionibus & historiis locupletata, ac heroico, jambico, elegiaco, aliisque hujusmodi metris sublimia. Cod. tig. B. 35.

Ex Commentariis MS. D. Oliverii Legipont. S. Theol. Licent. Ordinis S. Benedicti professi ad S. Martini Colonia.

BENEDICTUS SCHOEFER, Germanus Osterichensis, Provinciæ Colonensis, Ordinis FF. Minorum de Observantia Filius, florebat medio sæculo XVII. Scripsit

Compendium Controversiarum Bernardini Vetuveis ex Romano idiomate Germanis commune fecit suâ interpretatione. Typum curârunt Joannis Crithii hæredes. Coloniæ 1642. *Stellam Fidei* nuncupare librum placuit.

Wadingus Scriptores Ord. Minor.

BERNARDUS BALDUINUS FLEY, conditus STANGENFELDT, nascitur anno 1658. 24. Apri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

24. Aprilis, Schwertæ ad Ruram in Comitatu Marcano, Patre Hermanno J. U. L. Consule Schwertensis oppidi, & Syndico Domicellarum in Clarenberg apud Horde, matre Christina Agnete de Schwartzbruggen. Studiorum causâ Coloniam missus (ex gentilitio fundo enutritus fuit in Gymnasio Montis, quem Stangenfeldii Majores apud Regentem Gymnasii constituerant) optimis artibus imbutus Magister creatur, & in eodem Gymnasio Professorem humanioris & Philosophicæ litteraturæ annos ipsus XXVIII. egit: cujus præmium tulit præbendam Canonicam Collegiatæ ad Ss. Apostolos Ecclesiæ, jam S. Theologiæ Licentiatus & Protonotarius Apostolicus. Nec in scholis tantùm, sed etiam in variis suggestibus, curiis, Cœnobiisque doctrinæ & virtutis ejus splendor emicuit. Canonicatum adeptus ad Ss. Apostolos vivum spiravit Ecclesiasticum, talem vidit Capitulum, Chorus, Ecclesia, populus semper industrium, prudentem, exactum, undique religiosum. Postquam annis 50. munus Sacerdotii insigni cum laude obiisset, infirmitate correptus post susceptra ardenti pietate omnia Ecclesiæ Sacramenta placidâ morte decessit anno Canonicatûs 32, ætatis 82, reparatæ salutis 1739. Scripsit

1. *Kurtze Anmerckungen über die vom Herrn Johan Georg Joch Superintendenten und Gymnasiarchen zu Dortmundt bey der Begräbnus des Müllemans abgehaltene Leich-Predig. Cöllen* 1710. *in 8vo pp. 31.*

2. *Gründlicher Unterricht über die Gerechtfertigung, Verehrung der Bilder, Anruffung der Heiligen, sampt Neben-Fragen. Cöllen bey Wilh. Conen in 8vo pp. 158. anno* 1715.

3. *Joannes Georgius Jochius D. Superintendens & Gymnasiarcha Tremoniensis in sua dissertatione Theologica* 1716. *typis data se ipsum jugulans propositus à Bern. Bald. Stangenfeld &c. Coloniæ typis Theodori Hilden in 8vo pp. 59.*

4. *Fest-gestellte Lehr von der Gerechtfertigung des Sünders, Verdienst der guten Wercken &c. in welcher die richtige Antwort Johannis Hermanni Schraders, Königlichen Dänischen Hof-Informatoris von einem Feind aller Ketzereyen. Cöllen bey Frantz Aldenkirchen in 8vo pp. 459. tecto nomine. anno* 1723.

5. *Die im Jahr* 1572. *zu Zeiten des dahmals annoch Lutherischen Churfürstenthumbs Brandenburg in der Lutherischen Kirchen übliche Mess. Heraus gegeben von B. B. Stangenfeld. Cöllen bey Frantz Aldenkirchen in quarto pp. 47. anno* 1732.

6. *Harmonia Evangelico-Lutheranorum nova asymphona, das ist: Eine unrichtige Uebereinstimmung der zeitlicher mit den alten Brandenburgischen Lutheranern in dem Punct der Gegenwart Christi im Abendmahl contra Harmoniam Evangelico-Lutheranorum nov-antiquam Emminghausii Ministri Lutherani Swertensis. Cöllen apud Balthasarem Willems in 4to pp.* 188. *anno* 1735.

MS. supereſt apud nepotem Bern. Bald. Stangenfeld, Canonicum ad Ss. Apostolos, hoc titulo: *Schematismus novissimorum hominis & mundi*, seu paraphrasis ℣. 40. C. 7. Syracidæ: *In omnibus operibus tuis memorare novissima, &c.* Eundem etiam Germanicè versum ipsus Author reliquit apud dictum Canonicum, *qui hæc aliáque non pauca communicavit ad hanc Bibliothecam illustrandam.*

BERNARDUS DESSENIUS, dictus de CRONENBURG, natus Amstelodami anno 1510. Cùm egregiâ esset indole & ingenio ad studia apto, disciplinis scholarum inferiorum feliciter perceptis ad Gymnasia publica se contulit, & omnis generis scientias Minervâ non invitâ addidicit. Postea ad medendi artem applicuit animum:, ac Lovanii primùm ei operam dedit. Inde in Italiam profectus 1538. eò usque in studio medico processit, ut titulis ac honoribus artis præstantissimæ summis fuerit ornatus. Inde redux in Hollandiam ad praxin medicam accessit, ac Groningæ novennium publico ære artem eam professus est. Inde Coloniam Agrippinam Joanne Echtio institutum adjuvante digressus, ibidem medicinam factitavit, idque cum salute multorum; quod ubi Magistratus urbis nobilissimæ rescivit, stipendio liberali ac honesto operam ejus conduxit, ac Poliatrorum Collegio adscribi voluit. Ibi dum & medicinam ex officio exercuit, & scriptis eandem augere & illustrare conatus est, non uno merito nomen suum immortalitati consecravit. Vir erat bonus, doctus, candidus, fortunæ improbitatem innoxiè expertus, discendi adeò cupidus, ut cum Socrate diceret: *Præstat serò discere, quàm nunquam.* Rei herbariæ indagator diligens, Galeni & aliorum Græcorum præcepta observare se studiosissimè confirmabat: deligendo semper omnium præstantissima medicamenta, simplicia, cáque maximè recentia & vigentia: cùm vetustate omnia vires amittant. Cúmque in nulla disciplina graviori discrimine peccetur, quàm in medicinæ, cupiebat rei herbariæ notitiâ excellere. Ab aulis Regum Ducúmque abhorrebat: ità enim de se scribit ad Matthiolum: Nulli Principum se esse obstrictum, tametsi talium conditionum occasiones non defuissent, quod ingenium suum liberum & simplex aulis minimè conveniret. Diem suum obiit Botanicus & medicus eximius anno Christi 1574. ætatis 63. in Divi Laurentii Parochia sepultus Coloniæ. Scripsit

De compositione medicamentorum hodierno ævo apud Pharmacopolas extantium librum inscriptum Adolpho Archi-Episcopo Colonienſi, in folio Francofurti 1555.

Commentarium de peste, Coloniæ 1564. in 4. typo Gymnici.

Defensionem medicinæ veteris & rationalis contra Georgium Phædronem & sectatores Paracelsi. anno 1573. in 4to.

Divisionem purgantium medicamentorum in minore pondere. 1573. in 4to.

Epistolam ad Petrum Andream Matthiolum Lib. V. Epist. medicin. Collaboravit in edenda Pharmacopœia Colonienſi Petr. Holtzem. jussu Senatûs Agrippinensis revisa aucta.

Ex Lexico allgemein Basel 1726. Andreæ Dess. Biblioth. Belg. Melchiore Adamo. Cratepoel. in Annal. Archiepp. Colon.

BER-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

BERNARDUS FREIDEL Ordinis Ciſtercienſis Prior Monaſterii Monialium ejuſdem Ordinis in Grevenbroich: ſcripſit Germanicè

Lilietum Comipaludanum, das iſt: *Grevenbroicher Lilien-Thal von der dem glorvvürdigen Patriarchen Joſepho zu Ehren im Cloſter Grevenbroich Ciſt. Ordens auffgerichteten Bruderſchafft.* Coloniæ typo Petri Alſtorff 1699. in 12mo pp. 298.

BERNARDUS FUCKERAD Thuringus, deſerto Luthero non ſolùm fidem Catholicam, ſed etiam Treviris Societatem Jeſu amplexus eſt 1636, in qua velut alter Nathanael, in quo dolus non erat, abſque fuco vixit. Pii laboris amans in arte pictoria, & quolibet à Superioribus demandato ſibi opere diligens, regularum ac votorum obſervans, in ſtudio pietatis per imagines pias in ſe & in aliis excitandæ aſſiduè ſe exercens, & zelo animarum, ubi dabatur occaſio: pueros enim in Catechiſmis per tabellas ad ſpeciem eleganter pictas ad recitanda fidei dogmata animabat. Coronidem expreſſit in ultima prægrandi tabula ſummi altaris in templo PP. Societatis Colon. pro Communione generali quot menſibus promovenda: ubi purgandæ animæ proponuntur auxilio Panis Angelici ad refrigerium aſpirantes; cujus pars ſuperior infeliciore penicillo picta eſt, & commodum accidit, ut ejuſdem Dominicâ in Albis, ſexto die ante mortem exhibitæ fructum cœperit aſthmatico morbo extinctus XXI April. ætatis LXI. reparatæ ſalutis M. DC. LXII.

Picturæ ejus ſuperſtites ſunt: 1. Omnes Refectorii Coll. Colon. S. J. 2. Quatuor atrii ejuſdem. 3. Penè omnes in cubiculis hoſpitum. 4. Eæ, quæ in templo ſedes Confeſſariorum diſcriminant. Suî iconem inſperſit tabulæ in refectorio januæ proximæ.

BERNARDUS HEYMBACH lucem primam vidit Tolbiaci in agro Ubiorum; anno 1647. & proximis ludum aperuit Trajecti ad Moſam Rhetoribus formandis ad eloquentiam, anno 1655. Profeſſor hiſtoriarum publicus & ordinarius erat in Auditorio trilingui Univerſitatis Lovanienſis. Scripta hæc in manus inciderunt:

Servatius Octavianus ſive Tungrenſis. Drama. Trajecti ex typographia Ezechielis Bucherii 1649. in 4to.

B. Heymbach Sylvæ Servatianæ ſeu diverſi luſus Poetici de vita ſancti Servatii, primi Trajectenſium ad Moſam Epiſcopi, præmiſsâ ſynopſi vitæ ejuſdem Divi Lovanii. Apud Hieronymum Nempæum anno 1650. in 4to pp. 46.

B. Heymbach... Hiſtoria & verus ex illa fructus oſtenſus ex hiſtoria Romana, hiſtoriæ & politicæ ſtudioſis in Collegio Buſlidiano trilingui. Lovanii typis Petri van der Heyden 1650. in 4to pp. 31.

Pio & docto ex prima in fonte ſalutifero *Palingeneſia* Huberto Heymbachio, ex altera ſub FF. Minorum Capucinorum inſtituto Marco Antonio fratri ſuo dulciſſimo S. D. B. H. Treviros. Lovanii typo Petri Saſſenii in 4to 1654.

Q. S. Tertulliani Apologeticon intricatum, pro Pallio ex recenſione Bern. Heymbach Profeſſ. publ. & ordin. prodroma ad plenos Commentarios ſecuturos explanationem in publicis prælectionibus habendam. Lovanii apud Petrum Saſſenum 1655. in 8vo.

BERNARDUS LINGIUS ex dominio & oppido Lingen oriundus vixit diu in ſchola Lovanienſi: ubi audivit magnum illum Conradum Goclenium, fuitque ibidem collega olim in ſtudiis Regneri illius Rectoris Grôningenſis, hominis eloquentiſſimi. Poſtmodum Coloniæ Bernardus publicum linguæ Græcæ Profeſſorem egit: inde ſuam profectus in patriam 1548. Scholarchæ officio ad tempus aliquod functus eſt, tandem Monaſterii Weſtphaliæ conſtitutus fuit Conrector Hermanni Kerſenbrochii in ſchola Paulina. Vir erat in linguis, præſertim Græca, verſatus, doctus ſimul & judicio & ingenio facili præditus, & felix admodum in docendo. Scripſit

Quædam de colis & commatibus cum ſua præfatione, ex Philippi Melanchtonis & Joachimi Ringelbergii ſcriptis collecta.

Præfationem in duos libros Murmellii de compoſitis verborum recuſos Monaſterii.

Epigramma in heroicum carmen Kerſenbrochii de bello Monaſterienſi, quo ſcriptum iſtud commendat.

Ex Hermanni Hamelmanni Lib. IV. illuſtrium Weſtphalorum Lemgoviæ 1564.

BERNARDUS DE LUTZEMBURGO agnomen à patria ducens, Ducatûs ejus nominis urbe Principe; Coloniæ Agrippinæ, ubi adoleſcens litteris humanioribus operam dabat, Ordini FF. Prædicatorum nomen dedit, & vir factus in utraque Academia Colonienſi & Lovanienſi non parum claruit; in poſteriori anno MD. jam Baccalaureus agens, & anno MDVII. Licentiatus Regens pro primo anno conſtitutus in actis Cap. Gen. Papiæ anno eodem habiti, in priore ſcilicet Colonienſi anno MD. XVI. Collegio Doctorum aggregatus, ùt habet *Pantaleo Proſopographiæ P. III. p. 65.* Guilielmo Juliacenſium Duci ejúsque conſorti à concionibus & à confeſſionibus ordinarium fuiſſe refert *Gilbertus de la Haye Bibl. Belgo-Dominic. MS.* ùt & generalem hæreticæ pravitatis Inquiſitorem in Diœceſi Colonienſi. Lutheranis tum furentibus fortiter obſtitit, ac fidem Catholicam ſtrenuè propugnavit, propterea que à nuper natis illis Eccleſiæ Chriſti hoſtibus peſſimè exceptus. In his vir laborioſus, ac pro domo Dei æſtuans vitam exegit omnem, domûsque Colonienſis iterato Prior electus, & datus ibidem obiit anno MDXXXV. die VI. Octobris. Ejus præter citatos meminerunt *Luſitanus*, *Fernandez*, *Altamura*; verùm hic deluſus cùm in duos dividit alterum ad 1440. alterum ad 1530. collocans. Legendi etiam *Poſſevinus*, *Schvvertius in Athen. Belg.* & *Valerius Andreas in Biblioth. Belg.* Hæc ejus opera.

1. *Quodlibetum de Jubilæo* anno ſæculari in Univerſitate Lovanienſi determinatum occaſione Jubilæi ab Alexandro VI. conceſſi, & Antverpiæ ſummâ pietate celebrati, Antverpiæ 1501. in 4to, ſiletur nomen Typographi. Tum Author erat Baccalaureus. *Vidit Ghilbertus de la Haye.*

2. *Opuſculum de Jubilæo*, ſive peregrinatorium ad urbem Romam in XXX. dietas redactum, in quo miræ antiquitates & ſacrorum Interpretum ſententiæ referuntur, Coloniæ apud Quentel 1525. in 4to. *Charact. Rom. ſignat. unius fol. A. B. C. pr. Poſtquam fuero ibi, oportet me & Romam videre, Act. 19.* tum cujuſque dietæ leucas ſeu milliaria & ſtationes, & quidquid in quaque agendum, deſignat

designat Colonia Romam usque. *Extat Paris. in Regia D. 1424. & apud Colonienses nostros.*

3. *Compilatio in recommendationem B. Josephi*, Sponsi Christiferæ Virginis & Nutritii D. N. Jesu *pr. Complacuit multis hujus sæculi prudentibus, &c.* Subjicitur Missa in honorem dicti Sancti & corona XII. in honorem ejusdem ex Petro de Alliaco desumpta. Ad calcem sic legitur : *Impressum Coloniæ per Martinum de Werdena, &c. 1510. Feriâ quartâ post festum Conversionis sancti Pauli Apostoli in 4to. Char. Goth. minut. pp. 32. Extat Paris. in Mazarin.*

4. *Sermones de diabolica colluctatione septem vitiorum capitalium* & virtutum spiritualium editi per Ferdinandum de Lutzemburgo Ordinis Prædicat. Conventûs Colonienſis artium & sacræ Theologiæ professorem, ac proclamati per eundem in Quadragesima anni Domini MDXXVI. in Caster coram illustrissima Domina Sibylla Marchionissa Brandenburgensi, ac Ducissa Juliacensi ac Montensi.

Prima editio. Ad calcem legitur : Impressi sunt sermones isti in officina liberorum Quentel anno 1516. in 4to. Signat. duorum fol. A. B. C. D. Char. Goth. extat in Regia D. 1424.

5. *Catalogus Hæreticorum omnium* penè, qui ad hæc usque tempora passim litterarum monumentis proditi sunt, illorum nomina, errores & tempora, quibus vixerunt, ostendens : *cui postea adjectus* est Tractatus de purgatorio. *Prodiit pluries.*

Prima editio Coloniæ in 4to absque anno & nomine Typothetæ, sed Hermanno de Weda Archi-Episcopo ab authore nuncupata *è Colonia 1522. Extat Romæ in Barber.*

Secunda Parisiis Joannis Parvi 1524. in 4to pp. 176. charactere eleganti Romano. Extabat olim Paris. apud nostros ad S. Honorati. In ista ad finem extat *Poema elegiacum versuum quinquaginta F. Matthiæ* Wismariani Sodalis adversùs Lutherum.

Tertia Coloniæ Johann Kempen 1525. in 8vo ibidem 1526. & 1529. in 8vo pp. 304, hæ ambæ Paris. in Regia H. 3086. & 3087.

4. *Coloniæ Godefridi Hittorpii 1529. in 8vo pp. 322.*

5. *Ibidem Kempensis 1537. in 8vo quæque ferè semper auctior ante ultimam.*

6. *De ordinibus militaribus & armorum militarium mysteriis. Coloniæ Gernicorum 1527. in 8. Vidit Ghilbertus de la Haye.*

7. *Compendium de laudibus aquæ benedictæ*, ejusque primaria institutione in duodecim §§. distinctum pro institutione simplicium contra Lutheranos & Waldenses Hæreticos *in 4to absque editionis loco, anno & nomine Typographi, extat apud nostros Lovanii.*

8. *Tractatus de sua legatione*, peregrinatione & laboribus pro quorundam cœnobiorum reformatione. *Sic Ghilbertus citatus, sed non addit, ubi viderit.*

9. *Sermones de Rosario* laudat *Coppensteinius in clavi prædicandi Rosarium in proœmio in p. 3. ubi sic loquitur*, quos omnes Cornelius de Schnekis ac Bernardus Lurzenburgicus compilârunt & excuderunt, sed & horum *27. sermones* jam penè temporum vetustate interciderunt.

10. *Chronica* intrà 20. priores annos sæculi XVI. exarata MS. hanc laudant *Acta SS. T. 5. Martii p. 181. in prolegomenis ad vitam S. Ambrosii de Senis n. 9.* ubi Julius Sansedonius arguitur, quod antiquissimam dixerit. Quæ fortè ea est, ex qua Gisbertus Spechtius Prior Colonienſium Dominicanorum excerpsit, quæ de dicto B. Ambrosio ad eundem Julium Sansedonium Episcopum Grosetanum misit, & in iisdem actis SS. refertur pag. 244. n. 25.

11. Quidam ei adscribunt *catalogum Scriptorum Ordinis*, sed opus planè mihi est incognitum.

12. B. Alberti Magni Ratisbonnensis Episcopi Ordinis Prædicatorum *Postillatio* in Apocalypsin ejus curis è prælo prodiit Basileæ, typo Jacobi de Forchem in 4to. Præfationem adjecit ad Lectorem, quæ editio apud nostros Cabalione à me visa anno 1681. *Jacobus Quetif. & Jacobus Echard in Bibliotheca Scriptorum Ord. Prædicatorum.*

BERNARDUS SCHORN conspicua è familia inter Dusseldorpienses nascitur 1667. Societatem ingressus 1687. Post edita vota Coloniam missus humaniores scholas non vulgari laude quinquennio Professor ornavit. Dein Sacerdotio initiatus post universam Theologiam publicè propugnatam variis primariarum Ecclesiarum cathedris datus, eam ubique sacræ eloquentiæ famam dictione floridâ, vultûs, & vocis, & gestûs felicitate & majestate collegit, ut ingens ubique suî desiderium relinqueret. Prosperum hunc cursum ex Superiorum nutu tantisper interrupit imposita apud Confluentes Rheni & Mosellæ doctio speculatricis Theologiæ tum præfectura Gymnasii ejusdem, è qua in lucem Basilicæ regalis Aquensis denuò productus Ciceronis Germanici titulo salutari meruit. Vergentibus in senium annis dominorum civium, & Christi morientis titulo insignibus sodalitiis moderandis datus fuit. Eluceſcebat in Bernardo prudentia Evangelica omnibus facundiæ nervis instructa: ob quam viri principes conscientiæ suæ arbitrium eidem deferebant. Demum cùm ab Aquisgrani Treverim mitteretur, mortem suam præsentiens, in nidulo, dicebat valedicentibus, meo moriar; reponentibus Dusseldorpium natalem nidum esse, non Trevirim : Ego verò, inquit, alios natales non colo, quàm quibus Societas, mater mea, me Deo genuit. Vix appulsus Trevirim post dierum paucorum intervallum paratam Creatori animam reddidit 18vâ Novembris 1729. Scripsit, dixit coram Electore Trevirensi Joanne Hugone, edidítque

Concionem funebrem in obitu Leopoldi. Thema : *Cujus est imago hæc ? Dicunt ei : Cæsaris*, Matth. 22. Typo Joannis Francisci Krabben in folio 1705.

BERNARDUS SUTHOLT 1616. Helmsteti visâ Rami undique impugnati, quem à puero imbiberat, fortunâ novitates omnes unà cum Ramæis perosus Aristotelem primùm, Platonem, S. Thomam, Scotum, Dominicum de Soto, Ludovicum Molinam versare cœpit, subin & veteres JCtos Heidelbergæ summos in utroque jure honores adeptus 1619. circiter, exspuit hæresin Calvinianam in ipsa Academia Leydensi : occasionem dedêre primò Isaaci Casauboni scripta, in quibus ad Pa-

tres Auguſtinum imprimis, ejúsque *de civitate DEI libros*, qui, ùt continebant multa politica de Romanorum bellis & univerſo reipublicæ antiquiſſimæ ſtatu ſtudio magno ac voluptate perlecti fuêre: nam univerſæ politicæ corpus ex antiquis JCtis adornare mens erat. Subin, ùt liber librum indicat, digreſſus fuit ad Auguſtini *de hæreſibus* libellum inſpiciendum, *ſermones & confeſſionum libros.* Affirmat, Lactantium etiam & Theodoretum, Dionyſium Carthuſianum, ſummam & catenam auream S. Thomæ, Gennadium de Eccleſiaſticis dogmatibus luſtratos fuiſſe.

Interea nondum publicè ejurato Calviniſmo biennio extra ordinem, Leydenſem cathedram juris civilis moderatus eſt. Poſt ad ordinariam juris civilis & Philoſophiæ practicæ profeſſionem in illuſtri Gelriæ Hardevicenſi Gymnaſio vocatus, legendis Catholicorum ſcriptis laborem cumulavit. Barclaii Joannis *parænesin ad ſectarios*, *libros politicorum* P. Adami Contzen, in quibus multa intercurrunt ex Theologia, accuratè & doctè diſputata; Leonardi Leſſii *conſultationem de fide capeſſenda*, tres quos vocant veritatis teſtes, Tertullianum, Vincentium Lerinenſem & Campianum, nec nulla Becani & Bellarmini obivit. Hæc lectitantem, & ſponte jam ad Catholicorum caſtra inclinatum, divina gratia afflavit & corroboravit ad efferendum pedem è Synagoga Calvini. Colonienſes Theologi virum celſiſſimo Salisburgenſi Archi-Epiſcopo & Principi pro novæ Academiæ Profeſſore commendant. Annuit Princeps, & cum ſtipendio ampliſſimo locum inter Profeſſores honeſtiſſimum offert. Sed ut ne à patria longiùs abiret, Sereniſſimo WOLFGANGO WILHELMO Juliæ & Montium Duci ſe ſtitit: excipitur benigniſſimè, & Conſiliarii dignitate mox honoratur. Mox ſcripta vulgatur

Bernardi Sutholt JCti *cauſæ conjectio*, cur ejuratâ hæreſi Calviniana fidem Romano-Catholicam nuper ſit amplexus. Coloniæ apud Cornelium ab Egmondt MDCXXV. in 8vo pp. 61. citra præfationem, in qua cauſas erroris damnati exponit.

Bartholdus Nihuſius, & ipſe Deo propitio non ità pridem Coloniæ errorum vinculis feliciter exſolutus carmine applaudit Bern. Sutholt JCto perquam nobili ipſo feſto S. Petri ad Vincula 1625. quod in calce orationis appreſſum eſt.

Bernardi Sutholt *Diſſertationes undeviginti in 12mo.* Marpurgi 1644.

BERNARDINUS VETWEIS Marcoduri natus Ordinem Minorum ſtrictæ Obſervantiæ ingreditur, in eáque Lector jubilatus, Definitor Generalis, & Provinciæ Colonienſis ſecundùm Miniſter fuit. Ejus ſtudio in lucem prodierunt primò

Compendium controverſiarum fidei hujus temporis ad ſeductarum animarum reductionem, nec non Parochorum & Concionatorum commodum perutile. Coloniæ ex officina hæredum Joannis Crithii 1640. pp. 736. dicatum Sereniſſimo Ferdinando Archi-Epiſcopo Colonienſi, quem laudat à zelo avitæ fidei oviculis ſibi commiſſis inſtillandæ per miniſtros ſuos, quos inter pro ſubſidio Paſtorum & Cleri à Deo & ſancta Sede miſſos religioſos Ordines promovere & fovere dignatur; ſpeciatim Ordinem S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ, quem Andernacum Apoſtolicâ authoritate introduxit.

Vera & ſincera informatio circa originem & ſtatum trium Ordinum Fratrum Minorum S. P. Franciſci 1653. Coloniæ Agrippinæ typis viduæ Hartgeri Woringen in 12mo pp. 211. Approbârunt librum PP. Martini & Kleinerman fratres Lectores Theologiæ ad Olivas, F. Bonaventura Keul Miniſter Provincialis, & Georgius Paulus Stravius Epiſcopus Joppenſis Suffraganeus & Vicarius Generalis Colon. Cæterùm libellus hic, uti omnes inconſultâ ſacrâ Congregatione impreſſi tractantes controverſiam de vera & non interrupta ſucceſſione filiorum S. Franciſci ad indicem Romanum librorum prohibitorum ſpectat.

Regula tertii Ordinis S. Franciſci pro quibuſcunque fidelibus - - - cui accedit *brevis informatio circa eandem Regulam & Ordinem* per R. P. F. Vetweis Ord. FF. Min. ſtrictioris Obſervantiæ. Coloniæ 1637. apud Petrum à Brachel in 18vo pp. 70.

Glaubens-Stern oder Anzeigung der Wahrheit des Römiſch-Catholiſchen Glaubens. in 8vo Cöllen 1642.

Porta cœli ſeu meditationes ſeptimanales. in 12. Coloniæ 1648.

Speculum veræ Eccleſiæ Chriſti ac falſarum Eccleſiarum, libri XXI. Coloniæ 1664. in folio pp. 876. typo Joannis Buſæi, dicatum Sereniſſimo Ernesto Landgravio Haſſiæ nuper ad avitam Catholicam fidem reverſo Coloniæ.

BERTHA Monialis Ordinis S. Benedicti in villica prope Bonnam, quod Monaſterium in Collegium Canoniſſarum illuſtrium ſæcularium nunc commutatum eſt, florebat ſæculo undecimo ſoror S. Wolphelmi Brauwilerenſis Abbatis, ut ex hujus Biographo diſcimus: extiterat, ait hic apud Bolland. ad diem 22. April. p. 84. huic beatiſſimo viro (Wolphelmo) frater Germanus, Frumoldus nomine; Sorores ſanctimoniales duæ, quarum una Oſwenda nomine miræ ſimplicitatis & innocentiæ fuit fœmina: altera verò Bertha nuncupata, litterarum plurimùm emicuit ſcientiâ. Hæc vitam beatæ ADELHEIDIS primæ Villecentis Abbatiſſæ elegantì ſatis admodum ſtylo conſcripſit, & plurimum religionis vel ſcientiæ ſuæ fructum in eodem loco reliquit. Hactenus Biographus S. Wolphelmi.

Vita S. Adelheidis primùm edita fuit à SURIO, mutato ſtylo: unde Hagiographi ANTVERPIENSES è Soc. Jesu eam recudi fecerunt: ad diem 5. Februarii ſervatâ primigeniâ phraſi ex codice MS. Monaſterii Corſendoncani in Brabantia. *Benedictini Franci ſæculo V.* in actis O. S. Benedicti pag. 137. & ſeqq. iteratò eam vitam ediderunt.

BERTRAMUS vel BERTERMANNUS de HAGEN vixit (ùt ipſemet teſtis eſt) anno 1313. Et quia Rector fuit Sacelli S. Benedicti Tremoniæ, non modò ſuorum prædeceſſorum *annotationes* collegit; ſed & ſuas *Hiſtoriæ Tremonenſi* addidit: ità de ſe ſcribit: Ideò ſequendo veſtigia eorum (antecеſſorum) iſtam ſexternam in unum collegi, & antiqua comparavi regiſtra,

&

& quidquid tempore meo in civitate Tremonienſi eſt perpetratum - - - conſcribere propono, & ſucceſſoribus meis pro perpetuo memoriali relinquam. Migravit ex hac vita in ætate adulta 1364; cùm jam diu ante alteri ſuum ceſſiſſet officium.

Origines hiſtoriæ Weſtphalicæ J. T. von Steinen.

SS. BIBLIORUM EDITIONES & EDITORES in urbe & Archidiœceſi Colon. " Cùm " ſacra BIBLIA ſint omnium librorum Chriſtia- " no, imò homini legendorum & noſcendorum " apex, corona & finis; Theologis verò, Eccle- " ſiaſticis, ſæcularibus juxta ac regularibus liber " alius nullus, quàm hic, aut propter hunc in- " telligendum commendetur à ſacris Canonibus, " & ex ipſa idea officii & ſtatûs, quem profi- " tentur: Operæ pretium erit editiones ſanctiſ- " ſimi hujus codicis, quæ, quot linguis ex " Typographiis noſtratibus primis duobus à Ty- " pographia inventa ſæculis, puta ab 1459. ad " 1659. prodierint, recenſere: ne hæc Biblio- " theca librorum libri principis notitiâ deſtituta, " videatur acephala.

" INTERPRETES SS. BIBLIORUM ex hac " Archi-Diœceſi quære in INDICE MATE- " RIARUM.

" Ss. BIBLIA MSs, quæ aſſervantur intrà fi- " nes noſtros, alio loco publici juris fient.

1470. circa hunc annum Biblia Colonienſia Germanica folio maximo duobus voluminibus ſinè nomine anni, typographi; ſed ex iconibus limbis, parergis, qui primæ paginæ præfationis, & primi capitis Geneſeos, & Matthæi ornatûs causâ circumjecti ſunt, tum ex ipſa præfatione (mit ſwaerre Koſt gedruckt in der Laevelicher Stadt Coelne) conſtat Coloniæ impreſſa eſſe: nam in iis limbis videntur armigeri in vexillis ſcutum urbis Colonienſis, putà tres coronas & guttulas indefinito numero præferentes: tum tres Magi Chriſtum adorantes, uti hujus urbis præcipui Patroni ſculpti ligneis formis exhibentur. Præfatio Germanica continet encomium & hortationem ad Scripturam ſacram legendam. Deinde redditur ratio hujus editionis. Hiirumb iſt ein Lieffhebber allen Mynſchen Selicheit die nit angeſien en hefft loff der Mynſchen tydlich guet offt erdeſſen loen, euet alleine bevvegen is dorr Chriſtliche Lieffde ende Gudertieren heyt ende van ſommyghen ynnyghen gueden herten dar toe bevvegen ende gebeden. Deſe hefft dye overſettinge der Bybelen uyth dem Latine to Duytſchen dye vvelke vor meneygen Jaeren geſchyet ende gemanekt is. Ende in uelen geſchreven Boken by mennygen devoten Mynſchen oeck yn Kloeſteren ende in Conventen gevveſt is. Ende lange uoer deſer tiidt ende in Overlant in ſommigen ſtedern eneder ghedruckt ende geuoert in mennygen Landen ende verkoefft is met ſonder groten uliit Koſt ende Arbeit: myt hulpe ende raede veler hoegeleerden doen verbetteren ende verklaeren ende vourt myt ſvvaerre Koſt: gedruckt in der Lauelicher Statt Coelne. Volui hoc fragmentum ſuo idiomate tranſcribere & cum iis duntaxat interpunctionibus, quæ in codice ſunt: ut Lector tum idiotiſmi, tum interpunctionum ſanè temerè & medio ſæpè ſenſui interjectorum ſpecimen habeat. Diſcimus autem hinc *primò* interpretem eſſe unicum totius libri. *2do* eum ſcribere Dialecto Colonienſi, quæ inter ſermonem Belgicum & Saxonicum inferiorem vel Weſtphalicum media eſt, utriuſque particeps. *3tiò* eam interpretationem jam dudum factam (vor mennygen Jaeren) pluries tranſcriptam plurimis etiam Monaſteriis & Conventibus familiarem fuiſſe. *4tò* jam in ſuperiori Germania *in Overlant* &c. in quibuſdam civitatibus inferioris Germaniæ *in ſommyger Steden beneden* impreſſa & deducta in varias regiones fuiſſe Biblia, & vendita non ſinè magna induſtria, ſumptu & labore. Calmetus certum putat prima Biblia Germanica *cum anni nota* ea eſſe, quæ Noribergæ 1477. prodiêrunt in Dictionario Biblico: *hæc vetuſtiora, ſed ſinè anni nota.* Nam cùm hæc non videantur poſt annum 1477, ſed ante potiùs impreſſa fuiſſe, oportet, ut cum ipſis Bibliis Latinis ab 1460 vulgata fuerint typo Germanico. *5tò* affirmat editor, auxilio & conſilio doctiſſimorum virorum emendata & illuſtrata fuiſſe hæc Biblia. *6tò* demum ea in laudabili Colonia magnis impenſis excuſa fuiſſe. *7mò* reliquam præfationis partem impendit hortandis omnibus, ut ſepoſitâ omni curioſitate ac faſtu, corde humili, ſimplici ac puro legant hæc Biblia, nec alio ſenſu iis utantur, aut ea intelligant, quàm eo, quo *ſancta Romana Chriſti ana Eccleſia toto orbe diffuſa utitur & intelligit.* Jedoch alſo ghebruyckken ende verſtaen, als dat nympt ende verſtande is dye heilige Romiſche Chriſtlicke Kerke dor dye gantze vverlt verſpreydet. Aurea regula, quam Ss. Tridentina Synodus præſcripſit orbi Chriſtiano. *8vò* in gratiam rudium breves gloſſas his figuris †.....] à textu ſecretas ex Nicolao de Lyra Doctore deſumptas addit, ex quo clarior, facilior & ſuaviot fit lectio & intelligentia Bibliorum. *9nò* in eundem finem ſummaria capitibus proponuntur, & multis etiam iconibus (cujuſmodi Eccleſiæ & Monaſteria Colonienſia exhibebant) pro rudium captu exornantur. Ordo librorum is eſt, quem cætera Germanica & Latina Biblia primo typographiæ ſæculo exhibent. Hæc ſunt ſpecialia: poſt II. librum Paraleipomenon ponitur oratio Manaſſis Regis captivi. 2dum librum Esdræ vocat Neemyæ: poſt quem abſolutum ait omitti tertium, quartum, eò quòd à S. Eccleſia non computentur in Canone divinorum librorum. Ante Pſalterium Davidis collocatur veluti præfatio Davidis pſalmus is, qui in aliquibus exemplaribus computatur centeſimus quinquageſimus primus. *Puſillus eram inter fratres meos*, ich byn gevveiſt der alre jonxſte under mynen Broderen, &c. *10mò* Cantica Canticorum Latinè duntaxat exhibet, hâc cautione adjectâ: Doctis hanc linguam notam eſſe, plebi hunc librum nonniſi ex ore Doctorum hauriendum. Vide ſobriam prudentiam avorum noſtrorum. *11mò* Antiquitatem verò hujus typi probant innumera indicia primò, quia nullæ ſunt cifræ, nullæ infra ſignaturæ, nullæ reclamantes, nullum in fine regeſtum vel regiſtrum, nulla verſiculorum diſtinctio, punctum & duo puncta duntaxat; ſed ità temere inſperguntur, ut ſæpè in medios ſenſus incidant: mox plurimi ſenſus nullo puncto diſtincti ſequuntur. Contrà Biblia

Colonienſia Latina 1479. habent & ciphras, & ſignaturas, & regiſtra, habent præfationes Hieronymi, quæ in hac Germanica non ſunt; habent Canones Evangeliſtarum inter ſe binos, ternos, quaternos comparatos. *In Bibl. Coll. Colon. S. J.*

1478. Expliciunt poſtillæ morales ſeu myſticæ ſuper omnes libros ſacræ Scripturæ exceptis aliquibus, qui non videbantur tali expoſitione indigere. Igitur ego Fr. Nicolaus de Lyra de Ordine Fratrum Minorum Deo gratias ago, qui dedit mihi gratiam hoc opus incipiendi & perficiendi in die ſancti Georgii. Anno Domini MCCCXXXIX. Rogo etiam eos, qui ſtuduerint in hoc opere, quatenus Deum pro me deprecentur, qui actor eſt omnis boni, impreſſúmque eſt hoc opus per me Joannem Kollhoef de Lubeck Coloniæ civem anno Domini MCCCCLXXVIII.

In folio litteræ Petri. Extat in Carthuſia Cantavienſi.

1479. Biblia Latina per Conradum de Homborch in folio Coloniæ Mattaire Tom. 1. 2dæ edit. p. 395. in fine lego hæc: Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo LXXIX. ipsâ vigiliâ Matthæi Apoſtoli. Quando inſigne veteris novíque teſtamenti opus cum Canonibus Evangeliſtarum & eorum concordantiis in laudem & gloriam ſancte ac individue Trinitatis intemeratéque Virginis Marie impreſſum in civitate Colonienſi per Conradum de Homborch, admiſſum, approbatum ab alma Univerſitate Colonienſi. Finit feliciter. Notandum in hoc typo nullum hîc aliud ſignum diſtinctionis, quàm .: punctum vel duo puncta. Nulla diſtinctio verſuum. e ponitur ubique pro æ. Capitum nulla ſumma. Pſalmus CLI. *Puſillus eram*, hîc adeſt. Actus Apoſtolorum poſtponuntur epiſtolis. Esdræ liber tertius & quartus inter Canonicos ponitur. *Extat in Coll. Colon. Soc. JESU.*

1480. Biblia cum poſtillis Nicolai de Lyra VII. Volumina Coloniæ. Mattaire Tom. 6. 2dæ edit. pp. 404. *Extant apud Benedictinos ad S. Martini Colon.*

1480. Expoſitio ſuper librum pſalmorum regii Prophete per reverendum & religioſum Patrem Fratrem Petrum de Harentals Priorem Floreſſienſem Præmonſtratenſis Ordinis. *In fine.* Explicit Collectorius ſuper librum pſalmorum collectus & finitus per F. Petrum de Harentals, ad opus reverendi Patris Joannis de Arkel quondam Trajectenſis, poſtea Leodienſis Epiſcopi, approbatus & admiſſus ab alma Univerſitate Colonienſi, impreſſus autem & conſummatus per me Conradum de Homborch. Ipſo die S. Laurentii Martyris ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & utilitatem Eccleſie ſue ſancte, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen. in fol. rurſum recuſus Coloniæ 1487. *In Coll. Col. S. J.*

1482. Concordantiæ authoritatum ſacræ Scripturæ juxta ordinem librorum Bibliæ, in quibus locis juris Canonici reperiantur. Per Joannem Nivicellenſem Abbatem collectæ. Per Joannem Koelhof Coloniæ civem. 3tiâ die poſt Mauritii Martyr feſtum. in folio. Mattaire tom. 1. p. 429.

1482. Sermonen op die Evangelien in den ganrzen Jaer von den Sondage... overgeſat in duytsliget Sprachen mit der verclering Jacobi de Voragine in der heilligen Schrifft Doctors Prediger Ordens in folio. 96. Bogen ſinè cifris.... gedruckt van Meiſter Johan Kuelhoff Burger to Côllen.

1489. Die Duytſche Evangelien, Epiſtolen und Lectien mit der Gloſſen foir dat gantze Jaer. Inſunt variæ picturæ ligneis figuris, ùt videtur, expreſſæ & illuminatæ pro genio temporis. In fine: Hie enden ſich zu der Eeren Gots die Epiſtelen und Evangelien durch dat gantze Jaer mit yren Gloſſen des Sondachs im Jaer unſ. Herren duſent vierhundert nuyn und achtzig up den zyenden dach im April in folio. Deeſt hîc nomen loci & typographi; ſed cùm idem omninò liber iiſdem cum gloſſis eâdem dialecto, licèt brevior impreſſus ſit Coloniæ in 4to vel minori folio non eſt dubium, & hunc Coloniæ impreſſum eſſe. *In Biblioth. Coll. Colon. S. J.*

1497. Biblia Latina in folio Coloniæ. *Mattaire p. 631.*

1497. Joannis Annii Viterbienſis Ord. Prædicatorum Gloſſæ in Apocalypſin. Coloniæ. *Mattaire L. cit.*

1499. Nicolai de Lyra Præceptorium. Coloniæ per Hermannum Baumgart.

1499. Textus Dominicæ Paſſionis accuratiſſimè collectus à Jacobo Gaudenſi in 4to. Coloniæ rurſum 1508. Coloniæ.

1500. Correctorium Bibliæ cum quarundam dictionum interpret. per Magdalium Jacobum Gaudenſem in 4to Coloniæ.

1505. Epiſtolen und Evangelien mit der Gloſen der Doctoren und Propheryen uys der Bibel durch dat Jaer. Ouch die Paſſion unſeres Herren ſeer kôſtelich uuer geſetz uys dem Laryn zo gueder Duyrzſchen *in fine.* Gedruckt zo Côllen bey Hermann Bungart von Ketvvich in quarto. *In Biblioth. Coll. Col. S. J.*

1508. Liber pſalmorum Davidis cum ſummariis canticorum, hymnorum, per annum in Eccleſia uſurpatorum. Coloniæ in 18vo. Conradi Butgenii typo.

1509. Pſalter Latyn und Duyrſch mit der Gloſen und gantze Verſtand. Adhortatio in Pſalterium legendum, dein ſingulis verſibus Latinis adjungitur verſio, & Commentarius Germanicus brevis. Poſt cantica, & in ſingulos verſus canticorum interpretatio, & Commentarius Germanicus. Finit pſalterium impreſſum per me Hermannum Bungart de Kettvvich civem Colonienſem MDIX. in 4to. Alphabetum ab AA ad KK. Der Pſalter zo Latyn und Duyrſche mit der Gloſſen, und gantz Verſtand ſeer ſchœn zu Eeren der hogvverdigen Dryveldicheit, overgeſetz iſt uys der hylgen Schrifft der Doctoren durch Begehren veler devoten Perſonen alſus geprent ys. *In Abbatia S. Martini Majoris Coloniæ.*

1518. Pſalterium Græcè, Hebraicè, Chaldaicè (charactere Æthiopico) Latinè impreſſum operâ Joannis Potken, Præpoſiti S. Georgii. Coloniæ typo Joannis Soter in folio. *In Biblioth. Coll. Col. S. J.*

1521. Joannis Boeſchenſtain Profeſſoris Wittembergenſis (in ſua Grammatica 1518. Wittembergæ impreſſa jactantis ſe primum, qui per Germaniam ante annos 20. ergo 1498. privatim Hebraicas litteras docere cœperit) inſtitutiones

Gram-

Grammaticæ Hebrææ Coloniæ recusæ ab Joanne Soter in 4to. *In Biblioth. Coll. Col. S. J.*

1522. Novum testamentum Latinè. Coloniæ *Phil. le Long. Bibl. sacr.*

1523. Novum testamentum Latinè Erasmi in folio. Coloniæ *Le Long Bibl. sacr.*

1528 Theodori Fabritii institutiones in linguam sanctam. Coloniæ in 4to apud Joannem Soterem.

1529. Novum testamentum Germanicè Emseri curâ Joan. Dietembergi in 8vo Coloniæ. XIII. Augusti. Sive : Das gantz newv Testament, so durch den hochgelehrten L. Hieronymum Emser verteutscht, mit sampt seinen zugefügten Summarien und Annotationen über jegliche Capitel angezeigt, die Martinus Luther dem rechten Text (dem Hussischen Exemplar nach) seines Gefallens ab- und zugethan, und verândert habe in folio, magnifico sanè typo. Præmittitur Epistola Georgii Ducis Saxoniæ, quæ Lutheri genuinam imaginem & fidem in Bibliis pervertendis exhibet Coloniæ.

Susceperat Emserus hanc versionem jussu Georgii Ducis Saxoniæ, tum jussu JOANNIS Misnienſis, & VINCENTII Merseburgensis Episcoporum. *Extat in Biblioth. Coll. Col. S. J.*

1529. Biblia Latina non solùm ad Hebraicam veritatem, sed & ad vetustissimorum & emendatissimorum codicum fidem recognita, in folio apud Quentel *le long Bibl. sacr.*

1530. Biblia juxta Divi Hieronymi Stridonensis translationem, post multas hactenus editiones non modò ad Hebræorum Græcorúmque fontes, verùm etiam multorum vetustissimorum codicum Latinorum consensum accuratissimè castigata, eâ quidem fide & diligentia, ut illa D. Hieronymi editio in hac planè renata videri possit. Coloniæ in officina Eucharii Cervicorni in folio. Adjectâ Chronographiâ V. Testam. ex Eusebio & aliis, compilata à Francisco Parvo Helsingœrensi, Carmelita Colonienſi. 2dò Hebræarum & Græcarum vocum interpretatio Latina. 3tiò Index locupletissimus moralis & historicus.

1531. Epistolæ Pauli ex duplici versione Latina, una Fabri, altera vulgata cum Comment. Fabri in 4to Coloniæ *le long.*

1532. Psalterium Germanico idiomate ex vulgato Latino redditum, & expositum à Joanne Pediano. Coloniæ.

1535. Concordantiæ Latinæ Bibliorum autore Henrico Regio. in 4to Coloniæ.

1535. Der Psalter Lateen und Tuisch trevvlich verdolmetscht, und gruntlich ausgelecht mit Christlicher Erklârung uys Dionysio Carthusiano und vel anderen heilgen Lerern. Darbey des alten und newen Testamentz Cantica oder Geseng versamlet durch die Carthâuser in Côllen. Zu Côllen in Kosten des achtbaren Herrn Peter Quentel in 8vo pp. 905. *Extat in Collegio Colonienſi Societ. JEſu.* Est diversus Commentarius ab eo, qui prodiit 1509.

1535. Biblia alphabetica in hanc Enchiridii formulam, eâ ratione redacta, ut sub qualibet alphabetici ordinis littera novi ac veteris instrumenti authoritates, etiam à monosyllabis & partibus indeclinabilibus initium sumentes candidus lector primâ fronte reperiat, additis nihilominus capitum locorúmque citationibus. Opus ante hac nusquam excusum, & majoribus, ùt vocant, concordantiis, longè cùm locupletius, tum perfectius per venerandum Patrem Henricum Regium Paderbonnensem Guardianum Suerinen, Provinciæ Saxonicæ S. Crucis pro Dei optimi maximique honore recèns elaboratum. Coloniæ operâ & impensâ Melchioris Novesiani in 4to.

1538. Sanctum Jesu Christi Evangelium D. Hieronymo interprete : adjectæ sunt epistolæ, quæ ex veteri testamento toto anno in sancta Ecclesia diebus festis leguntur. Coloniæ apud Joannem Ruræmundanum in 8vo. *Extat in Carthusia Colon.*

1539. Biblia integra veteris & novi Testamenti non solùm ad Hebraicam veritatem, verùm etiam ad vetustissimorum ac emendatissimorum utriusque linguæ codicum fidem multò quàm ante hac diligentiùs recognita, unà cum singulorum capitum argumentis, Eusebii tabulis & marginalibus, annotationibus juxta Hebræorum maximè lectionem plus mille nunc locis locupletata. Adest luculentissimus rerum hîc fermè omnium contentarum index cum præclaro Hebraicarum vocum Dictionario. Coloniæ MDXXXIX. mense Septembri in folio. *Extat in Carthusia Colon.*

1541. Biblia Latina ex Hebræo Xantis Pagnini juxta Germanam Hebraici idiomatis proprietatem, nunc primùm adjectis in singula capita perbrevibus argumentis, atque locorum, scripturarum concordantiis summâ fide, & non æstimandis laboribus impensísque excusa, interprete Xante Pagnino Lucense. Accessit præterea liber interpretationum, Hebraicorum, Arabicorum Græcorúmque nominum, quæ in arcanis sacrísque libris reperiuntur ordine alphabetico in usum studiosorum digestus, eodem authore. Coloniæ ex officina Melchioris Novesiani. *Extat in Carthusia Colon.*

1546. D. Joannis Gerson Cancellarii olim Parisiorum Monotessâron.... in hanc enchiridii formam reductum. Coloniæ ex officina Melch. Novesiani in 8vo min. *In Bibl. Coll Col. S. J.*

1548. Biblia Belgica recognita à Nicolao van Wingh ex aliis quibusdam versionibus cum ejus præfatione. Coloniæ van Blakue in folio. *Le long Bibliothecâ sacrâ, & Mattaire Tom. III. Annal. p. 404.*

1553. Novum Testamentum Germanicè typis van der Meulen. Coloniæ in 8vo. *Mattaire Tom. III. P. 2. p. 619.*

1556. Biblia Germanica Joannis Dietenbergii. Coloniæ in folio. *Mattaire. Le long. Bibl. sacr.*

1558. Epistelen und Evangelien auff alle Sontâg und Feyrtâg durchs gantze Jahr. Item auff die fürnemlichste Zeit, als Advent, Fasten, Quatertemper, Creutz-Woch, wann sie in der Kirchen von Alters her gehalten vverden. Durch D. Johan Dietenberger verteutscht, und Auslegung der Sonntâgischen Epistelen und Evangelien gebessert, gemehrt. Zu Côllen durch die Erben Johan Quentels in 8vo pp. 733.

1562. Der Psalter Davids Latein und Teutsch sampt einer kurtzen Verteutschung und Ausle-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gung nach dem Verſtand und Meynung der vornehmſten Kirchen-Lehreren. Zu Cöllen bey Jaſpar Gennep MDLXII. in 4to. Zvvey Alphabet. Liber dicatus Coſſ. & Senatui Colonienſi. *In Bibliotheca Benedictina S. Martini Colon.*

1564. Catholiſche Bibel, das iſt, alle Bücher der H. Schrifft beydes alts und nevven Teſtaments, durch Johan Dietenberger verteutſcht. Zu Cöllen durch die Erben Johan Quentels und Gervvinum Calenium in folio. *Habetur in Carthuſia Colonienſi.*

1564. Novum Teſtamentum haud pœnitendis ſacrorum Doctorum ſcholiis Joannis Benedicti Theologi Pariſienſis curâ. Coloniæ apud Maternum Cholinum & Matthiam Jacobi in 8. *In Carthuſia Colon.*

1568. Das nevv Teſtament durch den hochgelehrten Herrn Hieronymum Emſer träulich verteutſcht; vvie es zu der Zeit des Hertzogen zu Sachſen Georgen erſtlich ausgangen iſt. Gedruckt zu Cöllen durch Maternum Cholinum in 8vo pp. 879. citra verſuum diſcrimen. *In fine.* Bey ſechshundert und ſieben gemerckte Stell, vvo Luther den Text des nevven Teſtaments zugethan und abgebrochen, vvo er auch denſelben durch falſche Gloſſen auff unchriſtlichen Verſtand gezogen hat.

1575. Dat gantz nevv Teſtament grundlich verdutſchet ouch mit Anzeigung mancherley und ongelicher Läſung Concordantzen und Capittel verſehen, ſampt den Summarien. Gedruckt tzo Cöllen by Gerhart Vivendunck im Jahr MDLXXV. in 8vo, abſque citris margini ſummo additis.

1582. Pſalmen Davids in teutſche Geſang-Reymen gebracht durch den Herrn Caſpar Ulenberg Pfarr-Herrn und Canonicum in Kayſersvverth in 8vo p. 661. additis notis muſicis ad ſingula genera carminum.

1589. Conradus Hagius Rhinteleius verſionem eandem recudit Duſſeldorpii, cum notis muſicis quatuor vocum. in 4to.

1606. Eadem Ulenbergii verſio curâ Conradi Hagii recuſa eſt Urgelliis in Diœceſi Moguntina in folio, cum notis muſicis quatuor vocum: & ſimilis muſica accommodata canticis V. T. ab Ulenbergio 2do typo additis.

1617. Das nevv Teſtament Emſeri in 8vo Coloniæ.

1619. Bibel alt und nevv Teſtament in der Kirchen gebräuchlich erſtlich durch D. Johan Ecken, jetzt aber nach der Sixti V. inzifferirt, in vielen Capituſen, Verſibus durch F. Tobiam Hentſchelium Franciſcaner Ordens de Obſervantia H. Schrifft Doctoren. Zu Cöllen bey Bernard Wolter in folio.

1619. Concordantiæ Bibliorum ad antiquos & novos codices diligenter collectæ & auctæ, operâ Theologorum Colonienſium in 4to Coloniæ Agrippinæ apud hæredes Antonii Boetzen. Præfationi ad præpoſitum noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Ericum Comitem in Lymburg Dominum in Stryrumb, nomine ſociorum ſubſcribit Wilhelmus Molitor Paffendorpienſis Ss. Theologiæ Licentiatus, Gymnaſii Montis Profeſſor. Novem alphabeta, & 9num ad lit. G.

1630. Sacra Biblia, das iſt, die gantze H. Schrifft alten und neuen Teſtaments, nach der letzten Römiſchen Sixtiner Edition aus Befehl des Hochvvürdigſten, Durchleuchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Ferdinanden, Ertzbiſchoffen zu Cöllen und Chur-Fürſten &c. mit Fleiſs übergeſetzt, durch den Ehrvvürdigen und Hochgelehrten Herrn Caſparum Ulenbergium Lippienſem, der H. Schrifft Licentiaten, Paſtoren zu S. Columben in Cöllen, auch überſehen durch die inſonder hierzu verordnete der H. Schrifft Doctoren, in der Welt-berühmter Univerſität daſelbſt. Gedruckt zu Cöllen in der Quenteleyen durch Johannem Kreps im Jahr MDCXXX. innumeris vicibus, formis recuſa Coloniæ & per univerſam Germaniam. Dedicationis ſcriptæ ab Henrico Sierſtorffio Regente Laurentiano ad Ferdinandum A. C. verba hæc notanda. Und beynebens dem Ehrvvürdigen und Hochgelehrten Herrn Caſparo Ulenbergio Lippienſi, der H. Schrifft Licentiato, und der Pfarr-Kirchen S. Columbæ Paſtori damahls gnädigſt aufferlegt, anbefohlen, und vätterlich erſucht, daſs er ſolches Werck, als nemlich *Translationem* oder Ueberſetzung der Göttlichen H. Schrifft in die gemeine teutſche Sprach über ſich nehmen, und ins Werck richten ſolle, in anſehens, daſs er als nunmehr ein vvohlbedachter, und in der H. Schrifft von Jugend auff, ſonderlich aber in der reinen teutſchen Sprach vvohlerfahrner und geübter Theologus hieran Evv. Churf. Durchl. einen angenehmen Dienſt, und dem gemeinen Nutzen eine lang-gevvünſchte Wohlthat erzeigen vvürde.

1630. Biblia ſacra vulgatæ editionis Sixti V. Pontif. Max. juſſu recognita atque edita Coloniæ Agrippinæ ſumptibus Bernardi Gualteri & ſociorum juxta exemplar Vaticanum anni MDXCII. in forma 12. pp. 858. charactere elegantiſſimo. Typum approbavit, & cum Vaticano exemplari congruere teſtatus eſt Joannes Gelenius Vicarius Generalis A. C. vir immortalis memoriæ.

1663. Concordantiæ Bibliorum juxta exemplar vulgatæ editionis Sixti V. Pont. max. juſſu recognitum, & Clementis VIII. authoritate editum, novo ſtudio & induſtriâ Theologorum Colonienſium reviſæ, emendatæ & auctæ. Coloniæ Ubiorum ſumptibus Joannis Frieſenhagen. Excudebat Petrus Hilden. Extat in Carthuſia Colonienſi in folio.

1666. Biblia ſacra, das iſt, die gantze heilige Schrifft alten und neuen Teſtaments nach der letzten Römiſchen Sixtiner Edition durch Herrn Caſparen Ulenberg der H. Schrifft Licentiaten. Cöllen in Verlegung Michaels Dehmen, und Wittib Conſtantini Münchs in 8vo.

Hic modus eſto editionibus Ss. Bibliorum noſtro ſub cœlo factis repræſentandis; nam, ſi omnes enumerare vellem, modum excederem. Videant hinc & judicent viri eruditi: 1. Quantam curam Eccleſia Colonienſis geſſerit ſemper divini verbi annuntiandi fidelibus omnibus, prius etiam, quàm Lutherus crapulam edormierat. 2. Quàm portentoſum mendacium Lutheri ſit: Biblia delituiſſe ſub ſcamnis. 3. Non verbum divinum hominibus, ſed homines verbo divino legendo, diſcendo, commentando, meditando deeſſe. 4. Auteam illam regulam

primis

primis Bibliis Colonienſibus præfixam perpetuò ante oculos habendam. Verbum divinum non niſi ex ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ ſenſu interpretandum.

S. BONIFACIUS Winifridus patriâ linguâ dictus, natione Anglus, Critioduni in agro Devonenſi natus anno DCLXX. tredecim annorum adoleſcens in Monaſterium Oxonienſe ſeceſſit, ex quo poſt in Monaſterium Nuiscellenſe migravit, & Wimberti ſive Wigberti Abbatis diſciplinæ ſe commiſit, à quo politiori litteraturâ eruditus inter primores ævi ſui eruditos locum tenuit. Triceſimo circiter ætatis anno Presbyter ordinatus, purâ DCC. & Wigberto Abbati ad Concilium nationale à Brichwaldo Archi-Epiſcopo Cantuarienſi habitum profecto comes adhæſit. Paulò poſt circa DCCIV. zelo Evangelii Ethnicis annuntiandi accenſus ægrè impetratâ ab Abbate veniâ in Friſiam transfretavit in agro Ultrajectenſi aliquamdiu moratus, cùm parum apud Paganum Ratbodum Ducem Friſonum proficeret, in Angliam DCCXVI. reverſus recuſavit oblatam à Monachis Cœnobii præfecturam. Anno DCCXVIII. commendatitiis Danielis Wintonienſis Epiſcopi munitus, repetiit munus prædicandi verbi Dei, & Romam adiit; unde reliquiis SS. & litteris miſſionis à Gregorio II. PP. firmatus legatur vice Sedis Apoſtolicæ in Bojariam, Thuringiam, & Germaniam totam Evangelio ſubdendam. Acceptâ nece Ratbodi in Friſiam remeat, & Willibrordo Friſonum Apoſtolo triennio conjunctus egregiam operam navavit. Auctior tanti Doctoris exemplo in Haſſiam penetrat, ibique ſementem Patrisfamilias cæleſtis felici terræ committit. Revocatus anno DCCXXII. ab eodem Papa Romam poſt tot zeli documenta ungitur pridie Kal. Decembr. Epiſcopus Germanorum & exin Bonifacius vocari cœpit. Redux in Provinciam demandatam multa Chriſtianorum millia Chriſto per baptiſmum incorporavit. Monaſteria & Eccleſias vel fundat vel ordinat fundata, fundatis Abbates & Epiſcopos impertit. Novellis Monachis & cleticis ſacras exponit ſcripturas Doctor indefeſſus. Cùm tanto labori nec ſolus ſufficeret, nec haberet maturos paſcendo gregi miniſtros, convertit animum ad exciendos in pulchri laboris & meſſis jam flavæ colligendæ ſocietatem populares ſuos Monachos & Clericos Angliæ, quæ opportunam & lectam operatiorum manum Germaniæ totam jam ſe Chriſto dedenti ſubmiſit.

Lætus Pontifex tantis Eccleſiæ Chriſti incrementis anno DCCXXXII. pallium S. Bonifacio dono mittit, & Archi-Epiſcopum Regionarium, id eſt, nulli certæ Eccleſiæ devinctum, more primitivæ Eccleſiæ tantiſper creat; dum ex Canonum præſcripto paulatim Eccleſiæ conſtituantur & dividantur. Quâ duplici poteſtate & Legati Apoſtolici & Archi-Epiſcopi Bojariam in quatuor Epiſcopatus tribuit, & tres Epiſcopos ſacrat, cùm quartus jam initiatus præſtò eſſet. Quam diviſionem poſtulatu Bonifacii Gregorius III. ratam ac ſanctam habet II. Kal. Novembr. indict. VIII. hujus anni: biennio poſt tres iterum Sedes Epiſcopales deſignat, & Burchardum in Francia Orientali apud Wirtzburg, Wittam in Haſſia apud Buraburg, Adelhamum in Thuringia apud Erpherphurt Antiſtites ordinat. Confirmat Neo-Præſules Zacharias litteris Kal. April. DCCXLI. exaratis Eodem anno Willibaldum Eichſtadii ab eodem Legato ſacratum docet *Serrarius* Not. XXX. *in vitam S. Bonifacii.* Omitto Conventus & Concilia Eccleſiaſtica, ſinè quibus nihil arduum ab hoc anno ad finem vitæ uſque gerere ſolebat vir Dei priſco Eccleſiæ more. Tres in Neuſtria Archi-Epiſcopos Remis, Rothomagi & Agendici Senonum inſtituit proximo DCCXLII. identidem à Zacharia Pontifice laudatos, à quo & jubetur non per Bojariam duntaxat & Germaniam, ſed per Gallias & Francorum Provincias omnes vicem Apoſtolicæ Sedis agere.

Demum anno DCCXLV. Conſtantino Auguſto imperante XXVII. Imperii anno V. indict. XIV. ex Regionario incardinatur certæ Sedi, & Francorum procerum rogatu Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſi ab Zacharia Papa deſponſatur. Mutant animum Franci, & ab Colonienſi ad Moguntinam transferri Bonifacium optant: annuit & huic voto Pontifex. Pipinum nuper à Pontifice dictum aut collaudatum Francorum Regem unxit non uno jam nomine Hierarchiæ Germanicæ & Francicæ Princeps Bonifacius DCCLII. in urbe Sueſſionenſi. Demum reſuſcitato Friſiæ, quam primùm in Chriſto genuerat, penitùs Chriſto lucrandæ deſiderio ſucceſſorem vivo ſibi Moguntina in cathedra dari optat, ut excurrere ad gentes emeritus miles & in prælio mori queat. Ægrè indulſit precibus Romanus Pontifex Canonum antiquorum cuſtos integerrimus. Liber igitur cum ſociis in Friſiam revolat, ubi demum in villa Dokkumio die 5 Junii 754. martyrio coronatus obiit. Scripta S. Bonifacii.

Opera S. Bonifacii Epiſcopi & Martyris enumerantur à PP. Benedictinis Authoribus *Hiſtoriæ litterariæ Francicæ* Tom. IV. qui complectitur ſæculum octavum & noni partem uſque ad DCCCXL. Volumen eſt in 4to pp. 613. Pariſiis apud Chaubert.

I. *Epiſtolæ S. Bonifacii* nunc primùm è Viennenſi Bibliotheca Cæſarea luce editæ, & notis donatæ per Nicol. Serrarium S. J. Ss. Theol. Doctorem, apud Michaëlem Dehmen Moguntiæ annis 1605. & 1629. in 4to. Eædem inſertæ Bibliothecæ Patrum editionis Pariſinæ, Colonienſis & Lugdunenſis.

II. *Collectio ſtatutorum* in 36. articulos diſtributa: primùm edita in *Spicilegio D'acheriano*, tum in *Volum. VI. Concil. Labbeano. Dupinius*, utrùm hæc Bonifacii ſit, dubitat, quòd primus ad Imperatorem recurſus præcipiatur: cùm eâ ætate Imperator in Germania eſſet nemo. Sed errat Dupinius Judicibus Benedictinis & noſtris Trevoltianis. Novembr. 1738. p. 2156.

III. *XV. Sermones editi* à Durando & Martenio ex MS. codice Cancellarii D'agueſſeau, qui octo ab hinc ſæculis exaratus fuit.

IV. *Editio S. Bonifacii.* Videtur fragmentum prolixioris operis. *Extat Tom. VII. magnæ collectionis Conciliorum anno 1677.* Agitur in ea editione potiſſimùm de modo breviandi tem-

poris

poris pœnitentibus ad peccata expianda præfixi. Judicio PP. Benedict. hoc opusculum levis momenti est, nec nisi manuscriptorum fide Bonifacio tribuitur.

V. *Codex Fuldensis.*

Cæterùm codices, quibus uti vivus solebat, & secum ferebat vivæ instar Bibliothecæ, quósque Martyr, dum pro Christo sanguinem fudit, gerebat manibus, periêre vetustate & incuriâ. Tres in Bibliotheca Fuldensi superstites descripsit accuratissimè Cl. Joannes Fredericus Schannat Luxemburgensis, Historiographus Fuldensis, eorúmque veros librarios, formam characterum, alphabeta & materiam orbi erudito exposuit.

COLLEGIUM Ss. Bonifacii & Willibrordi Coloniæ in vico Buyraceo extitit, Hollandicæ nationis Seminarium & juventutis clericalis bono fundatum.

BRAUWILLERENSIS Historiographus de Venerabilibus Palatinis Rheni, Erenfrido seu Ezone, eorúmque filia B. Richeza Regina Poloniæ. Scripsit

Quam historiam primus è Mstο codice Monasterii Brauwilerensis eruit Joannes Gamansius *de historia Germaniæ egregiè meritus, verba sunt Leibnitii introduct. in Tom. I. Script. Brunsvicensium*, & Collectoribus Antverpiensibus sociis eandem communicavit: hi eam ad 21. Maji edidetunt, & Leibnitius denuò recudit Tomo I. Scriptorum Brunsvic.

BROCARDUS BILLICK, dictus Lapicida, patriâ Colonienſis, Ordini FF. B. M. V. de Monte Carmelo adscriptus, Theologiæ multis annis Professor, verbi divini Præco per totam Alemanniam suo tempore clarissimus, obiit Coloniæ 1527. Complura ingenii sui monumenta posteritati scriptis commendavit.

Insigne opus sermonum in quatuor tractatus divisum.

De Sacramento matrimonii librum 1.

De peccatis alienis librum 1.

De extremo judicio librum 1.

De Missarum celebratione contra Hussitas librum 1.

De prædestinatione librum 1.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tewis Carmel. Provincialis.

BROCARDUS à S. LAURENTIO Sittardiensis Carmelita Conventûs Colonienſis multis annis quà Philosophiæ, quà Theologiæ Lector fuit, tum in hac Provincia, tum extra Treviris in Abbatia S. Mattini Ordinis S. Benedicti. Scripsit

Dissertationes polemicas de primatu, jurisdictione, infallibilitate & superioritate tam inquàm extra Concilium Generale Romani Pontificis.

De Bulla UNIGENITUS & nullitate appellationis ad futurum Concilium Generale. Treviris apud Jacobum Reulandt 1719.

Dissertationem Theologico Polemicam de controversiis occasione schismatis Quesnelliani exortis, apud eundem 1726.

Theologiam moralem fundamentalem. Colonia apud Servatium Noethen 1735.

Alphabetum morale seu Theologiæ moralis casibus conscientiæ ordine alphabetico elucidatum, apud eundem 1739.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Carmel. Provincialis.

BRUNO Saxoniæ Dux, HENRICI I. Germanorum Regis & Mathildis filius tertius, frater Ottonis primi Augusti, & Henrici Bojariæ Ducis, quarto ætatis anno Baldericum Episcopum Ultrajectensem, dein Israëlem Episcopum Scotum & Ratherium inter Palatinos Philosophos principem, doctissimos viros Præceptores habuit, à quibus omni profanæ & sacræ sapientiæ supellectile instructus fuit, & Oratorum & Philosophorum libros assiduè volutare doctus, de quo Roswitha Poëtria canit:

At CHRISTUS Patris Sapientia vera perennis
Tironem refovendo suum clementius istum
Ipsi dona dedit tantæ præclara Sophiæ,
Quod non est illo penitùs sapientior ullus
Inter mortales fragiles mundi sapientes.

Jam Græcæ & Latinæ linguæ peritus sacrarum litterarum lectione mirificè delectabatur: ardor discendi tantus, ut quocunque circumagebantur tabernacula & castra regalia, Bibliothecam suam sicut arcam benedictam circumferret. *In gestis Abbatum Laubensium Tomo VI. Spicilegii p. 565.* Ebregiso Abbate Laurishamensi in Midonensem vocato Ecclesiam surrogatur Bruno noster jam ab anno DCCCCXLVIII. quando Concilio Virdunensi interfuit, & ut Abbas subscripsit. Monasterium suum variis donis auxit, quæ recenset Chronicon Laurishamense ad annum Christi DCCCCXXI. Vacante Sede Colonienſi DCCCCLIII. ex morte Wigfridi plebs & clerus Primores ad Ottonem Augustum tablegavit, & Brunonem Pastorem postulat. Annuit Imperator. VII. Kal. Sept. anno eodem Bruno Coloniam advenit, à Clero & populo unanimi consensu recipitur, biduo post Dominicâ die à Baldrico Suffraganeo suo Ultrajectensi Episcopo & Comprovincialibus consecratur. Mox ad Agapetum II. mittit Pallii causâ, quod Pontifex cum exuviis Corporis S. Pantaleonis Martyris lubens mittit. Has in novo Monasterio sub Regula S. Benedicti extra mœnia urbis Colon. à se exstructo, dotato & Basilicâ adjectâ magnificâ collocavit: anno DCCCCLXIV. Pontificatûs sui anno XI. Monasterium S. Martini reliquiis S. Eliphii, Susatensem S. Patrocli, instituto ibidem Canonicorum & fundato Collegio, Metropolitanam suam Baculo S. Petri dotavit & ornavit. Wilhelmum ex Fratre Nepotem consecravit Archiepiscopum Moguntinum anno DCCCCLIV. IX. Kal. Januarii, die Dominicâ.

Brunonem non tantùm Cancellarium Imperii Germanici, sed & ARCHI-CAPELLANUM fuisse tot diplomatibus ab anno 952. ad 966. probavit celeberrimus Abbas Besselius immortali opere, quod *Chronicon Gottwicense* inscripsit *Tomo I. L. II.* nulla ut de hoc axiomate jam dubitatio superſit. Fuit & interim Wilhelmus Moguntinus Archi-Capellanus; forsan hac moderatione, ut, qui Regis lateri proximior esset, sub-

subscriberet. Cùm anno DCCCCLXI. OTTO Augustus expeditioni Italicæ se accingeret, in Comitiis Wormatiensibus fratrem Brunonem Vicarium Imperii Germanici dixit, cui jam cum insula Colonienſi Ducatum Lotharingiæ commiserat. Tot inter negotia publica verbum Dei facundiâ tum nativâ, tum studiis auctâ prædicabat, magnam diei partem tribuebat legendis divinis scripturis, visitabat Pastor bonus oves totâ Archidiœcesi sparsas, alios collationibus assiduæ disputationis ad meliora ducebat, alios maturitate doctrinæ ad sanctioris vitæ desideria accendebat, alios baculo disciplinæ ab errore & vitiis abducebat, &, quod docebat, opere primus implebat. Sanè D'acherius & Mabillio testantur sæculi noni infelicis & fœdâ bonarum litterarum eversione deploratissimi lacunam Brunonis nostri eruditione, sanctimoniâ, zelo Ecclesiasticæ & litterariæ rei in Cleto promovendæ impleviſſe. *In actis SS. O. S. Bened. sæculi V. præfat. n. 44.* Tandem plenus bonorum operum, in Gallias profectus, componendi dissidii ergo inter sororum filios morbo tentatur; regreditur Rhemos, testamento condito, quidquid superfuit rerum, sanctissimis Ecclesiis legavit, & inter Sacerdotum preces sanctam animam efflavit V. Idus Octobris anno DCCCCLXVI. Sedis Colon. XIII. Funus ab Theodorico Metensium Antistite & Proceribus Lotharingiæ Coloniam in Ecclesiam S. Pantaleonis illatum & tumulatum fuit XIV. Kal. Novembr. anni ejusdem. Epitaphium est, quod legis:

Fundite corda preces, lachrymosas mittite voces,
Ecce Pater patriæ conditus in silice,
Regia progenies, terras memoranda per omnes
Bruno pacificus, vir bonus atque pius.
Archos Antistes, cui clara Colonia sedes
Visus erat cunctis charus ubique bonis,
Offendit tenebras lux vivacissima terras,
Invida lingua tacet, laus modò vera placet.
Non fuit hic mundus tam raro munere dignus
Raptus ab hoc, novo jam fruitur Domino.
Idus Octobris quinto Præsul duodenus
vitæ concessit, spes comes alma fuit.

Scripsit

In quatuor Evangelia Commentarios non contemnendos, quos continet Bibliotheca Bononiensis Fratrum Prædicatorum, teste *Sixto Senensi*, ex cujus scripti exordio *(post Pentateuchum Moysis, ut nova veteribus jungeremus)* colligit eundem, & in Pentateuchum Mosaicum scripsisse.

Teste Eisengreinio in catalogo testium veritatis, & Gerardo Joanne Vossio de Historicis Latinis *Vitas Sanctorum* Agilulfi, Gregorii Spoletani, Eliphii, Proculi elegantissimis voluminibus descripsit.

S. BRUNO Ordinis Carthusiensis primus Author, & magnæ Carthusiæ primus Rector Coloniæ Agrippinæ claris natalibus ortus, & ad S. Cunibertum in Patria Canonicus, cùm esset Philosophicis disciplinis apprimè eruditus, à Gervasio Archi-Episcopo Rhemos est evocatus: ut ibi Canonicus & Scholarcha Clerum doceret sacræ ac profanæ Philosophiæ præcepta, quæ & summa cum laude est professus, quamdiu Gervasius vixit. Eo mortuo per ambitionem illi successit Manasses homo genere quidem nobilis, non virtute; hujus persecutionem Bruno fugiens perrexit Parisios, ut & ibidem Philosophiam profiteretur. At vocibus redivivi Doctoris se accusatum, judicatum & damnatum exclamantis exterritus, statuit præconceptam jam ante è sæculo fugam maturare, atque à congressu hominum se penitùs segregare. Quare assumptis sex ejusdem intentionis sociis Magistro scilicet Lauduino Lucensi, Stephano Burgensi, Stephano Diensi, Hugone Sacerdote & duobus Laïcis Andrea & Guarino ab urbe recessit quæsiturus secessum, quem cùm nusquam reperiret, pervenit ad Episcopum Gratianopolitanum. Ut vidit sanctus Episcopus hos septem viros, agnovit eos esse in stellis, quæ sibi apparuerant, præfiguratos, & ideò illos in Montem Cartusiæ divinitùs sibi quoque præmonstratum deduxit, præbuitque illis omnia, quæ ad instituendam vitam anachoreticam sunt necessaria. Intravit autem Bruno Montem Cartusiæ anno Domini CIↃ. LXXXIV., & in sextum annum eâ austeritatis sanctitatisque famâ incoluit, ut Delphinatus novam (a) epocham peperierit. Anno CIↃLXXXIX. Romam à summo Pontifice Urbano II. evocatus Pontificia in Aula morari, Synodisque indicendis interesse jubetur; nec tamen ità se negotiis Pontificiis distendi est passus, quin non solitariam vitam perpetuò meditaretur. Opportunè anno CIↃXC cum Pontifice morabatur in Apulia, & illo privatis quibusdam negotiis intento ipse deserta loca repetiit, in quibus à Rogerio Apuliæ Duce inter venandum cum aliquot sociis in specu latitans repertus rogatur, ut sua in regione remaneret, locumque eremiticæ conversationi aptum eligeret. Ast ab Urbano accersitus cum eo Romam reverti debuit, ubi appulsos ad urbem fratres excepit, eosque in arrepto proposito corroboratos cum Lauduino ipsis præfecto ad Cartusiam præpræmisit secuturus simul, ac potestas illi foret à Pontifice, quocum in curas redire, & in Apuliam reverti cogebatur. Hâc occasione usus perlustrat regionem, & perquirit eremum à turbis remotam, quam in finibus Calabriæ repertam, ac sibi à Rogerio Calabriæ Comite donatam atque dotatam cœpit incolere; eam tamen ab Urbano persæpè evocatus perseveranter excolere nequivit ad annum usque CIↃXCV, quo tandem ab eodem Pontifice in Gallias proficiscente missionem impetravit, atque ad Calabrinam eremum regressus constanter usque ad finem vitæ in ea perseveravit, & quamvis anno CIↃXCVI. Rhemenses (ùt aliqui volunt) successorem Reinaldo de Bellay eum elegerint, acceptare electionem renuit, utì & anno CIↃXC. Rheginenses in Calabria insulas suscipere recusârat. Quàm verò sanctè hac in eremo vixerit, quantisque hinc apud Deum meritis extiterit, testatur diploma Rogerii Comitis datum anno CIↃCIX. IV. Non. Augusti indictione septimâ, in quo idem Rogerius scribit, Patrem Brunonem sibi in obsidione Capuana dormienti apparuisse, suorúmque proditionem revelâsse, ac à præsenti periculo se liberâsse. Supervixit autem in hac eremo usque ad annum CIↃCI, quo sanctam vitam pari morte apud Deum pretiosâ, & inter homines gloriosâ concluſit Nonas Octobris, in vita & post mortem miraculis clarus, à Leone X. summo Pontifice Sanctorum catalogo adscriptus

CIↃCXIV. collúrque ab anno CIↃIↃCXXIII. officio Ecclesiastico sancito Gregorii XV. Papæ. Teste quippe Nicolao Chorier in historia Delphinatûs part. 1. §. 10. publica illis anni acta non alio claudebantur sub dato, quàm anno, quo venit ad nos Eremita, scilicet Bruno.

Ex conatu Chronologico Venerabilis Domni Michaelis Mörckenſii Cartusiæ Colonienſis antiquioris ad catalogum magnæ Cartusiæ Priorum totiusque Ordinis Primatum. A S. Brunone scripta editáque sunt sequentia:

In Tomo I. *Expositio in omnes Psalmos Davidicos.*

In Tomo II. *Expositio in omnes Epistolas beati Pauli, olim Parisiis 1509. & 1524. typo Jodoci Badii impressa in folio.*

In Tomo III. *Liber de laudibus Ecclesiæ, paradiso, &c. constans octo capitibus.*

Liber de ornamentis Ecclesiæ, continens capita duodecim.

Liber de novis, divisus in decem capita.

Liber de præcipuis aliquot festis Christi.

De solennitatibus aliquot B. Virginis Mariæ.

Liber sermonum de Martyribus.

Liber sermonum de Confessoribus.

Typis Bernardi Gualtheri Coloniæ CIↃIↃCXI. pp. 749. Omnia illa à S. Brunone scripta collegit, & excudi fecit Theodorus Petreus Campensis Cartusiæ Colonienſis Alumnus.

Confessio S. Brunonis extat in Analectis Mabillonii Tomo IV. p. 409. Non desunt tamen, qui quædam ex his Brunoni Astensi Monacho Benedictino, dein Episcopo Signiensi attribuant.

BRUNO BISTERFELD, Eques Hierosolymitanus, insignis Ecclesiæ S. Mariæ Aquensis Canonicus, & electus Præses Confraternitatis Cordigerorum S. Francisci edidit libellum:

Franciſcaner Schatz - Büchlein, das ist: *Die Regel, Uebung, Gebett, Ablaß, Gaaben und Gnaden der Bruderſchafft genannt der Chorden des H. Franciſci. Cöllen bey Peter van Brachel 1629 in 16to pp. 387.*

BRUNO CHARMANS nascitur Gladbaci anno 1619. 1mâ Septembris. Solemni professione se Deo in Ordine S. Benedicti Gladbaci consecrat 1638. 5tâ Octobris, Sacerdotio initiatur 1643. Ex Magistro Novitiorum fit Prior 1645. Abbas eligitur 1659. 16. Octobris, & anni ejusdem die 6tâ Novembris benedicitur à Paulo Stravio Suffraganeo nostro in Basilica Colonienſi Ss. Ursulæ & Sociarum Mm. successit Sibenio concordi voto Fratrum Abbas 41. à reformatione decimus, in spiritualibus juxta ac temporalibus administrandis optimè de Ecclesia & Cœnobio meritus, obiit anno 1680. 28. Octobris, ætatis 63, regiminis 21. immortali sui nominis gloriâ & monumentis perennibus posteritati relictis.

Ex Comment. R. D. Ignatii Koelges Prioris Gladbac. Scripsit

Enchiridion pietatis Benedictinæ. Typo Colon.

BRUNO Monachus Cœnobii S. Viti in Gladbach Ordinis benedict. Colonienſis Diœcesis, B. Sandradi, Abbatis primi, quondam auditor atque discipulus: vir in omni genere scientiarum doctissimus, & morum integritate valde reverendus, qui plura fertur scripsisse opuscula, quorum pauca tamen ad notitiam suam perveniſſe *ait Trithemius in Chronico Hirsaugienſi, & claruisse eundem circa annum DCCCCLXXXV.* Enimverò (*pergit Trithemius L. c.* cùm esset Magister scholarum, scripsit de instituendis novellis Monachis non spernendum opusculum, quod prænotavit,

Introductorium.

De septem quoque artibus liberalibus libros septem.

De motu octavæ sphæræ parvum libellum subtili oratione composuit. Trithemius in Chronico Hirsaugienſi ad annum DCCCCLXXXV.

BRUNO LOER patriâ Brabantinus, professione Cartusianus Col. Frater fuit & sanguine & religione magni istius Theodorici Loerii, qui in eruditione Dionysii Rikelii scriptis strenuè desudavit; usus nimirum operâ hujus piissimi ac doctissimi Germani sui, qui in Cartusia Colonienſi placidissimè in Domino obdormivit. Scripsit

Varias præliminares Epistolas, quibus Dionysii scripta, nec non *Lanspergii*, utpote olim in religione Præceptoris sui omnia opera Christiano orbi commendavit.

Opera Henrici Harphii viri in Theologiæ mysticæ studio exercitatissimi sancto Ignatio Lojolæ tum viventi, cæterisque Societatis Jesu Patribus: ut eos hâc ratione arctiori fraternæ charitatis vinculo Cartusianis devinciret, *dedicavit, & edenda denuò curavit.*

Ex Petrei Bibliotheca Cartusiana.

BRUNO SCHMITZ Ordinis FF. Minorum S. Franciſci Conventualium Nidecâ Ducatûs Juliacensis oppido oriundus in Ubiorum Universitate Ss. Theologiæ Doctor de Concilio, Trevirensis ac Colonienſis Conventuum subinde Guardianus, ac totius etiam Provinciæ Minister Provincialis laudatissimus, sicut regularis vitæ, ità & studiorum amantissimus, utraque ut apud suos promoveret, primò edidit opusculum formis Joannis Alstorff 1712. Coloniæ excusum sub hoc titulo:

Directorium ſcholaſticum & concionatorium tripartitum tradens modum docendi & discendi studia tam humaniora, quàm Philosophica & Theologica.

Modum concionandi Patribus & Fratribus scholasticis & Neo-Concionatoribus Provinciæ Colonensis FF. Minorum S. Franciſci Conventualium oblatum & commendatum. Anno 1716. iisdem typis.

Geiſtlicher Weg-Weiſer, das ist: *Regel der Minder-Brüder Päbſtliche Urbaniſche Conſtitutiones oder Satzungen, wie dann auch weitere Unterweiſung geiſtlich zu leben, und GOtt zu dienen fur die Laybrüder des Seraphiſchen Ordens der Minder-Brüder Conventualen.*

Post varia tandem officia, commissiones quoque in exteris Ordinis Provinciis, vitámque non minùs laudabiliter, quàm religiosè transactam actualis in sacra Facultate Theologica Decanus in fata concessit Coloniæ 10 Junii 1720.

Ex Commentariis Eximii Adami Putz Conventualis Provincialis.

BURCHARDUS LINGEN opulentis parentibus Zwollis natus 1662. absoluris studiis humanioribus & Philosophicis Coloniæ primus Universitatis renuntiatus, & liberalium artium Doctor promotus, cùm esset unicus hæres familiæ, superatis impedimentis omnibus, ingressus est Societatem

tatem 1680. Post Theologiam universam in Athenæo Tricoronato propugnatam Aristotelem bis Coloniæ interpretatus est, dein laureâ in sacra Facultate Theologica donatus Treviris & Coloniæ Theologiam annis 14. docuit. Scripta ejus erant in amoribus omnium ob facilem, eruditum & elegantem stylum; non contentus publicâ doctione aptabat & poliebat domesticis curis universæ Theologiæ scholasticæ Corpus, quod etiam fortè, ùti Philosophia ejus, in lucem publicam prodiisset, nisi mors calamum stiriisset. Tantam doctrinam majori virtutum laude cumulabat. Magna erat viri modestia & demissio animi. Conversatio cum proximo candida simul & gravis, æquabilis erga omnes charitas cunctorum amores conciliabat. Cùm in musæo inter libros pro more sanus ac vegetus ageret, apoplexia velut stantem in acie militem constrinxit, & post quatriduum egregiè ad mortem excipiendam paratus abiit ad videndam faciem Domini, quam semper quæsierat. X. Kal. Martii 1713. in Collegio Colonienſi. Edidit

Medullam tripartitæ Philosophiæ veteris ac novæ anno 1699. typis Petri Theodori Hilden Coloniæ Agrippinæ pp. 1047.

Ex annuis Collegii Colon. S. J.

C.

CÆLESTINUS à S. HENRICO, aliàs ab Ewig Gravienſis, Carmelita Colonienſis multis annis quà Philosophiæ, quà Theologiæ Lector fuit, vir verè doctus, vitæ religiosissimæ, conversationis humilis, obiit Coloniæ 1712. Scripsit

Conciones super omnes Dominicas & festa totius anni,

Item Commentarium in Cantica Canticorum,

Item Compendium Juris Canonici,

Et quadam opuscula ascetica MSs.

Ex Schedis Eximii Brunonis Provincialis Carmelitarum.

CÆSARIUS HEISTERBACENSIS fuit Coloniâ Agrippinâ oriundus, ubi & in scholis insignis Collegii S. Andreæ litteras didicit, uti de se fatetur *L. VI. miracul. C. 4.* Idem adhuc puer, cùm acutissimâ laboraret febri, madenti, quo neophyta quædam è baptismo exierat, linteamini à matre involutus, mox erumpente sudore non sinè miraculo convaluit, ùt ipse author est *L. X. miracul. C. 44.* accidisse id videtur è L. IV. C. 79. anno salutis 1188. aut circiter; siquidem Cæsarius testatur allegato capite, isto anno Henricum Episcopum Cardinalem Albanensem à Clemente, puta tertio, missum in Germaniam Crucis prædicandæ causâ, séque adhuc puerum apud Agrippinenses eundem in Ecclesia S. Petri audiisse prædicantem, & cruce plurimos vidisse signantem. Eo dein tempore, quo Philippus cum Ottone de Imperio decertabat Romano, & Colonienſem vastabat Diœcesin: Incidit autem prima hæc vastatio in anni 1198. Octobrem *(ùt patet ex Godefrido Monacho)* Cæsarius Gerardum Heisterbacensem Abbatem secundum, quondam Canonicum ad Gradus B. M. V. Coloniæ *(teste Jongelino in notitia)* è Monte S. Walburgis reducem Coloniam euntem comitatus est, quo in itinere optimi Præsulis institutione & relatione cujusdam glorioſæ visionis commotus animum Ordini Cistercienſi & domui Heisterbacenſi adjicere cœpit, séque opere ipso completurum Abbati promisit. *L. I. mirac. C. 17.* Eodem tempore Ordinem iniisset, nisi voto peregrinationis ad B. Virginem Rupis Salvatoris, quo astrictus erat, retentus fuisset. Quâ per menses tres expletâ, ait de se memorato capite 17. *Nullo amicorum meorum sciente, solâ DEI misericordiâ præveniente ad vallem S. Petri* (Heisterbacum) *veni, & quod sermone conceperam, Novitius factus opere ostendi.* Unde clarè colligitur, illius conversionem incidisse in anni 1198. principium: post trium enim mensium intervallum, nimirum Octobris, Novembris, Decembris anni 1198, quibus à PHILIPPO vastabatur Colonienſis Diœcesis, votum Cæsarius exsolvit, atque postmodum sub initium anni sequentis habitum monasticum suscepit. Annum hunc exprimit *L. II. mirac. C. 10.*, ubi se venisse ad Ordinem dicit ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo uno minus, & factum id fuisse in ipso anni exordio ex iis, quæ diximus, innotescit. In Ordine suo talentum sibi concessum nequaquam defodit, utpote qui sedulum Novitiorum Instructorem & Priorem egerit; at non apud Gallo-Brabantes Prior in Villari extitit, *quod asseruerunt Oudin in supplem. de Script. Ecclesiast. secutus Molanum, Arnoldum de Raisse & Miræum:* hinc hi quatuor viri convincuntur erroris ab *Henriquez in Menologio Cistere. ad diem 23. Februarii in notis,* ubi hos duos Cæsarios Villarienſem ab hoc Heisterbacenſi distinguit. Librum I. & II. de actibus, passione, martyrio S. Engelberti anno 1226. 1227. à se scriptos variis locis prodit, tertium non nisi 1237. absolvisse se docet L. 3. C. 47. Dialogorum de miraculis libros scribebat sub Honorio III. anno 1221, qui fuit à susceptо habitu Ordinis & Professione Cæsarii vigesimus secundus, quod testatur L. X. C. 48. L. V. C. 21. L. II. C. 10. Ex Chronico ejusdem desinente in Henrico Arch. Colon. mortuo 1237. colligo eum non diu huic supervixisse. Demum par ascеticæ multiplici doctrinæ tot Commentariis probatæ fuit sanctimonia vitæ, de qua *Menologium Cistercienſe* ab Henriquezio editum elogium luculentum sufficit, ad diem VII. Kal. Octobris:

" In Germania beatus CÆSARIUS Prior Hei-
" sterbacenſis, vir pietate & doctrinâ celebertri-
" mus, qui SS. PP. gesta piâ sollicitudine col-
" ligens, & posteritati commendans, eorum et-
" iam ipse vestigiis inhærens, variis virtutibus &
" miraculis claruit, & cum magna sanctitatis
" opinione felicem agonem in Ordine consum-
" mavit circa annum 1240. die 25. Septembris.

Scripta ab Authore enumerata in Epistola ad D. Petrum Priorem loci S. Mariæ agnoscere tutissimum & jucundum erit.

1. Primo omnium in adolescentia mea, ait, paucis admodum sermonibus prolibatis, ad exercendum me super verba Joannis, ubi in Apocalypsi dicit: *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus, & corona duodecim stellarum in capite ejus*, scripsi

ſcripſi libros duos ſeptempliciter eundem verſiculum exponens. Hujus opuſculi prologus ſic incipit: *Licet hæc clauſula à Doctoribus Catholicis multifariè multisque modis ſit explanata.*

2. Item ſuper verba ejuſdem Joannis, ubi dicit circa principium Evangelii ſui: *Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis*, ſcripſi ſermonem unum ex ſingulis litteris verbi ſignificati ſacramentum eliciens, quem homiliis de feſtivitatibus Sanctorum inſerui.

3. Item ſuper locum illum Salomonis, ubi dicit: *Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum revertitur*, ſcripſi ſermones duos, unum allegoricè, alterum moraliter.

4. Item ſuper verba Salomonis, ubi dicit: *Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem*, ſcripſi ſermonem unum de Theologia, qui ſic incipit: *Triplex eſt ſapientia.*

5. Item ſuper verba Abacuc, ubi dicit: *Elevatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo*, ſcripſi ſermones duos, unum allegoricè, alterum moraliter.

6. Item ſuper verba illa libri Judicum: *Stellæ manentes in ordine & curru ſuo, pugnaverunt contra Siſaram*, ſcripſi ſermones duos, unum allegoricè, alterum ad Monachos.

7. Item *de ſtatione ſolis ſub Joſue, & de regreſſu ſub Ezechia, de obſcuratione ſolis in paſſione Chriſti*, ſcripſi dialogum modicum Philoſophicè.

8. Item ſuper verba libri Regum, ubi ſcriptum eſt: *Et invocavit Iſaias Dominum, & reduxit umbram per lineas, quibus jam deſcenderat in horologio Achaz retrorſum decem gradibus*, ſcripſi unum ſermonem, qui ſic incipit: *In hac figura latent divinæ Incarnationis Sacramenta.*

9. Item ſuper ſequentiam illam ſolemnem: *Ave præclara maris ſtella*, ſcripſi expoſitiunculam unam. Extat MS. in Carthuſ. Colon. OO. 219.

10. Item ſuper pſalmum: *Fundamenta ejus in montibus ſanctis*, ſcripſi ſermones ſeptem.

11. Item de præcipuis ſolemnitatibus totius anni ſcripſi ſermones multiplices in Capitulo recitandos.

12. Item ſuper Salomonis Canticum, quod cecinit in laudem mulieris fortis, ſcripſi ad honorem Dei Genitricis ſermones 22, ubi ſuper verſiculum illum: *Quæſivit lanam & linum*, putans ità eſſe in textu poſui, jubetur morte mori, quiſquis induerit veſtem lanâ linóque contextam, quod & correxi. Extat MS. in Carthuſ. Colon. O. 72.

13. Item ſuper 14. tempora Salomonis, qui ſic incipit: *Tempus naſcendi & tempus moriendi*, ſcripſi ſermones 14. ſervato ordine ſolemnitatum, ità ut primus ſermo ſit de Adventu Domini, ultimus verò de omnibus Sanctis. Hujus operis præfatio ſic incipit: *Omnia tempus habent.* Extat MS. in Carth. Colon. OO. 219.

14. Item ſuper verba illa Eccleſiaſtici, ubi dicit: *Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus*, uſque ad illum locum: *Vide Arcum, & benedic, qui fecit illum*, ſcripſi ſermones XI. Hujus operis præfatio dirigitur ad Godefridum Priorem de Berges.

15. Item ſuper verba illa Domini: *Accepit JESUS panes, & cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus*, ſcripſi ſermones duos, unum allegoricè, & alterum moraliter, XV. genera panum ex eiſdem verbis eliciens, & totidem præcipuis ſolennitatibus anni eoſdem ſermones adaptans.

16. Item ab illo loco Evangelii, ubi Angelus Gabriel *miſſus eſt ad Mariam*, uſque ad eum locum, ubi Salvator aquam vertit in vinum, ſervato ordine hiſtoriæ edidi Homilias morales XVIII. Hujus operis prologus eſt, *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Extat MS. in Biblioth. Cl. van Hontheim Officialis Trevirenſis: editæ fuerunt anno 1628. à Coppenſtein Ord. Prædicatorum Coloniæ in 4to typo Petri Henningii.*

17. Item ſcripſi dialogum magnum viſionum atque miraculorum: hujus libri ſunt XII. Prologus ſic incipit: *Colligite fragmenta, ne pereant. Extat MS. in Carthuſ. Colon. O. 128. 172. Rurſum in Anglicana Bodleiana Biblioth. Cod. 1359. litt. I.* quem Oudinus *Tom. III. Commentar. de Script. Eccleſiaſt.* eundem noſtro autumat. MS. quod apud Cl. Gelenium extabat. Titulus erat: *Incipit dialogus miraculorum, quem compilavit Nonnius Cæſarius Monachus.*

Editio prima videtur hæc: Cæſarii Ciſtercienſis Monachi dialogus miraculorum. Coloniæ 1481. apud Mattaire Tom. I. Ann. Typogr. 2dæ edit. p. 423.

Secunda editio ibidem Coloniæ è Typographio Birckmannico 1591. in 8vo, curis Tilmanni Bredenbachii Canonici Gereonitici.

Eodem prælo tertia anno 1599. in 8vo, curis Jacobi Fiſcheri, qui præfationem apologeticam hujus operis luculentam & doctam præfixit: ſimilem leges apud Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, præfationis C. IX. toto. Hujus tertiæ editionis titulus eſt: Illuſtrium miraculorum & hiſtoriarum memorabilium libri XII. ante annos ferè CCCC. à Cæſario Heiſterbacenſi, Ordinis Ciſtercienſis Colonienſis Diœceſis, Viro venerandæ pietatis & reconditæ doctrinæ, de iis, quæ ſuâ ætate memoratu digna contigerunt, accuratè conſcripti.

In antiquiore editione ſectum erat opus in *Diſtinctiones XII.* in his, in *XII. Libros.* Interlocutores erant Monachus & Novitius: in his, Cæſarius & Apollonius.

Quarta editio Antverpienſis 1604. apud Martinum Nutum.

18. Item ab eo loco, ubi Dominus ad nuptias veniens aquas convertit in vinum, uſque ad ultimam Dominicam Adventûs, ſuper omnes lectiones Evangelii Dominicales ſcripſi homilias morales numero LXIV. Hujus operis prologus ſic incipit: *Botrus cypri dilectus meus mihi. Extant MS. apud Cl. Hontheim.um Official. Trevir. editæ fuerunt à Coppenſteinio 1628. Coloniæ typo Petri Henningii*, ex MS. codice à milite vendito jam dilacerando, ſed à Coppenſteinio bona fortuna ære redempto, ùt narrat ipſus in præfatione. In Carthuſ. Colon. MS. OOO. 54.

19. Item ſcripſi actus, paſſionem & miracula Domini Engelberti Colonienſis Archi-Epiſcopi. Hujus operis epiſtola ad ſucceſſorem ejus Dominum Henricum Antiſtitem dirigitur. *Ex MS. edidit Laurentius Surius in probatis SS. vitis ad diem VII. Novembris 1574. qui primi & ſecundi*

libri

libri stylum hinc inde correxit, tertium in compendium redegit. Dein anno 1533. Ægidius Gelenius ex Commentariis scriptis à Fratre Joanne Vicario Generali Colonienſi & Canonico Metropolitico eandem denuò edidit, notis & auctario illuſtratam. Typo Colonienſi Gisberti Clementis in 4to pp. 375.

20. Item ſuper lectiones Evangelii, quæ leguntur per circulum anni in feſtivitatibus Sanctorum, in quibus XII. lectiones habentur in Ordine noſtro, ſcripſi homilias morales XXXIII. Hujus operis prologus ſic incipit: *Jacob diligebat Joſeph ſuper omnes filios ſuos.* Edidit *Coppenſteinius Ord. Præd. Coloniæ in 4to pp. 260. typo Petri Henningii Coloniæ 1615.*

21. Item ſuper verba Salomonis in Cantica Canticorum, ubi dicit: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, ſicut aurora conſurgens?* Scripſi ad honorem Dei Genitricis unum libellum. Hujus operis prologus dirigitur ad Alardum Presbyterum & Monachum.

22. Item *de Transfiguratione Domini* ſcripſi homilias duas, unam ſub typo dialogi allegoricè, alteram moraliter. Hujus operis præfatio eſt ad Hermannum Priorem de Clauſtro, puta Hemmenrodenſi. *Extat MS. in Bibl. Cl. Hontheimii, Officialis Trevirenſis.*

23. Item ſcripſi ſuper paſſionem Domini ſecundùm omnes Evangeliſtas homilias morales VIII. Hujus operis prologus deſtinatur ad Petrum & Alexandrum Priores. *Extat MS. apud Cl. Hontheimium Officialem Trevirenſem, & in Carthuſ. Colon. OOO. 54.*

24. Item ad petitionem cujuſdam Henrici Clerici ſcripſi quaſdam orationes cum Collectis ſuper Horas Canonicas.

25. Item ſcripſi contra Hæreticos hujus temporis & errores eorum unum dialogum.

26. Item ad petitionem Domini Conradi quondam Abbatis de loco ſanctæ Mariæ ad honorem ejuſdem Virginis expoſui Pſal. 23. 44. 47. 84. 147.

27. Item ſcripſi volumen diverſarum viſionum ſeu miraculorum libros VIII. Hujus operis prologus ſic incipit: *Qui infirmus eſt, olus manducet.*

28. Item ſuper pſalmum: *Exaudiat te Dominus*, ſcripſi librum unum, cujus prologus eſt ad Cunonem Monachum.

29. Item ſcripſi epiſtolam ſatis longam contra hæreſim de Lucifero, ad petitionem Magiſtri Joannis Tortoris Hæreticorum.

30. Item ſcripſi Homilias Evangelicas ſuper Ferias Quadrageſimæ numero XXXVI. Hujus operis prologus ad Efferindum Monachum clari campi deſtinatur.

31. Item ſcripſi ſuper pſalmum: *Beati immaculati*, ſermones XXXIII. Hujus operis præfatio ſic incipit: *Diu eſt, quòd Pſalmum CXXIII.* exponere cogitaveram, à Fratribus rogatus. Primus autem ſermo ſic incipit: *Ut ait in expoſitione ſua Caſſiodorus.*

32. Item ſcripſi ſuper Cantica graduum expoſitionem ſatis prolixam. Hujus operis prologus ſic incipit: *Cùm ad petitionem Fratrum pſalmum expoſuiſſem CXVIII. videlicet: Beati immaculati in via, & eandem expoſitionem diſciplinæ regulari, & maximè Ordini noſtro, prout placuit, adaptâſſem.* Primus autem pſalmus ſic incipit: *Titulus hujus pſalmi eſt, Canticum graduum*, quo titulo pſalmi ſubſequentes prænotantur.

33. Item expoſui pſalmum: *Credidi, propter quod locutus ſum*, de ſancto Proto-Martyre Stephano. Libri 30. 31. 32. 33. Extant MS. in Bibliotheca Martiniana Ord. S. Bened. Colon.

34. Item deſcripſi vitam B. Eliſabeth Landgraviæ ad petitionem Fratrum domûs Teutonicæ de Marpurg, quæ ſic incipit: *Venerabilis Eliſabeth.*

35. Item ſcripſi ſermonem de translatione ejuſdem, quæ ſic incipit: *Non poteſt civitas abſcondi ſuper montem poſita.*

36. Item ſcripſi ſuper Eccleſiaſticum VIIII. libros, ex quibus primus ſic incipit: *Cupiens vir prudens ad ædificationem poſterorum aliquid exemplo Salomonis de ſapientia ſcribere ſapienter, & hoc ex propriis viribus fieri non poſſe recognoſcens, omnem ſapientiam à DEO eſſe confitetur, utpote totius ſapientiæ Auctore.* Capitales litteræ librorum conjunctæ nomen dictantis repræſentant. Hactenus ex ore Cæſarii contextus catalogus impreſſus à Coppenſteinio 1628. in fronte *Sermonum moralium*, nos addidimus MS. & editiones nobis hactenus notas. Præter hos ſuperſunt in variis Bibliothecis MS.

37. Nomina & actus Pontificum Colonienſium, quæ Chronica nominatur, à S. Materno ad Henricum à Molenarck Arch. Col. producta. Extat MS. in Abbatia veteris Montis, *teſte Jongelino L. II. Abbat. Ciſtercienſ. p. 16. Ejuſdem apographum in Coll. Colon. S. J.*

38. *Quæſtiones quodlibeticæ Cæſarii.* MS. in Bibliothecæ Bodleianæ in Anglia codice 1359. teſte Oudin. Tom. 3. Comment. de Script. Eccleſ.

39. *De ſolemnitatibus B. M. V.* MS. in Carthuſ. Colon. OO. 219.

40. In eum locum: *In omnibus requiem quæſivi.* MS. in Carth. Colon. OO. 219.

41. *Sermones Cæſarii ad Monachos.* MS. in Carthuſ. Colon. OO. 183.

42. *Dialogus inter Capitulum, Monachum, & Novitium.* Dicitur eſſe in Bibliotheca Coll. Brugenſis S. J.

43. *Sermones ad Novitios.* Trithem. L. de Script. Eccleſ. Utrùm hi quinque extremo loco recenſiti diverſi ſint ab 36, quos Cæſarius enumeravit, non habeo dicere. *Trithemius, de Viſch Biblioth. Script. Ciſterc. Henriquez Menolog. Ciſtercienſ. ad diem 25. Septembr. & ad diem 23. Februarii*, diſcrimen ſtatuens inter hunc Cæſarium Heiſterbacenſem Scriptorem, Cæſarium Priorem Villarienſem, & Cæſarium de Milendunck, de quo mox. *Ægid. Gelen. in præfat. ad vitam S. Engelbert. Poſſevinus in Biblioth. Oudin. in Comment. Miraus. Val. Andreæ. Barnabas de Montalbo Tomo I. Chronicorum L. V. Col.*

CÆSARIUS ex prænobili ſtirpe de Milendunck progenitus, calcato ſæculi faſtu in celebre S. Benedicti aſceterium Prümiæ anni adſitum Archi-Diœceſis Trevirenſis ſe abdidit, ubi communi omnium voto & applauſu in Abbatem hujus inclytæ Domûs trigeſimum electus eſt circa annum Domini 1212; verùm adminiſtrandæ Abbatiæ onus & curas pertæſus, pro modeſtia ſua ſubeſſe, quàm præeſſe maluit: quare anno quinto regiminis paſtoralis, in manus Capituli admirantis, tantam viri humilitatem Abbatiale mu-

nus resignat, & in Cœnobio vallis sancti Petri, quod Heisterbacum vocatur, restitutam à S. Bernardo severiorem vivendi legem amplexus est, ubi & vitam beatiore fine terminavit. Quanto autem pietatis sensu matrem suam Prümiensem Ecclesiam, quæ eum de sæculo venientem sacro gremio suscepit & fovit, & promovit ad infulas; jam delitescens in solitudine Heisterbacensi prosecutus fuerit, testatur insigne opus rogatu Friderici, Abbatis Prumiensis XXXII. Successoris conscriptum, quo omnia celeberrimæ hujus domûs regalia, immunitates, eminentias, jurisdictiones, prædia, possessiones, feuda, homines feudatos summâ accuratione descripsit manu suâ, quibus & Abbatis & Fratrum Prumiensium memoria sublevetur, & certa notitia extet fundationis & dotium & beneficiorum in hanc sacram ædem collatorum. Vidi meis oculis anno 1743. 25. Julii in eadem Abbatia Autographon Cæsarii hujus omnibus notis genuinæ & Germanæ originis & Autentias vestitum. Liber erat in folio minore sesqui digiti crassitie. In fronte libri extant tres imagines pro genio sæculi XIII. depictæ in aureo fundo: Prima Pipini Regis Fundatoris Prumiæ, Caroli M. ejusdem filii. Altera Lotharii, qui à Monachis Prumiensibus habitu Benedictino tumulatur. Tertia exhibet Fridericum Abbatem Cistercienſem & infra supplicem Cæsarium, quem manus è cælo protensa, Cistercienſi albâ veste cincta indicat jam ad Ordinem hunc transiisse.

Initium hujusmodi libri est:

« Domino venerabili in Christo charissimo F. « DEI provisione Abbati Prumiensis Monasterii « F. C. quondam ejusdem Cœnobii quamvis in- « dignissimus dictus Abbas, nunc autem vallis S. « Petri humilis Monachus in ammioistratione tem- « porali promereri, euge serve bone.

Finis libri. « Multas possessiones sive feuda, « quæ in hoc libro non continentur, poterit re- « perire.

Scholion. Quòd autem hic Cæsarius alius sit, & à Cæsario Priore Heisterbacensi, etsi huic coævus & commensalis ejusdem Cœnobii, manifestum est vel ex uno loco Prioris Cæsarii relato *in Concione Dominica V. Quadragesimæ*, ubi hujus velut alterius à se, etsi fratris sui mentionem facit his verbis: « Retulit mihi Monachus noster Dominus « Cæsarius, quondam Abbas Prumiensis de quo- « dam Sacerdote verbum detestabile. « pag. 12. *Ex editione Homiliarum Dominicalium Cæsarii Heisterbacensis, Colonienſ. edit. 1615. apud Henningium.*

Hæc ex MS. catalogo Abbatum Prumiensium ab Amplissimo D. Priore hujus Abbatiæ, Cardon mihi donato, dein ex Autopsias libri ejusdem Cæsarii manu exarati.

CAROLUS FREYWILLIGER Carmelita Colonienſis, in Ordine dictus Carolus à S. Anastasio, ex parentibus Hebræis, sed sacro fonte renatus, vir pro animarum salute quà docendo, quà concionando in procuranda Ordinis sui regulari observantia promovenda zelosissimus & indefessus, postquam in variis Provinciis munus Commissarii Pontificii obiisset, tandem in Provinciam suam redux piis exercitiis studiosisque lucubrationibus se exercens, vitæ suæ cursum consummavit Boppardiæ 1670. Edidit

Librum dictum: Der Gnaden-Pfenning 1653. Herbipoli quartâ vice postea recusum, typis Joannis Hârter. Complevit Mariam Carmelitanam à P. Joanne Weiss compositam; sed præoccupante morte non perfectam. Coloniæ typis Petri Metternich.

Exercitationem spiritualem P. Dominici Franci, & artem artium P. Danielis à V. Maria, vertit in Latinum 1654. Typis Wilhelmi Friessemii.

Vitas Sanctorum à P. Laurentio Surio conscriptas auxit 1660. Coloniæ typis Joan. Busæi.

Conciones R. P. Joannis Tauleri ab Hæretico quodam depravatas correxit & auxit. Coloniæ 1660. typis Wilhelmi Friessemii.

Vertit ex Latino in Germanicum Pædagogum Christianum P. Philippi D'Outreman 1664. Coloniæ typis Arnoldi Cholini.

Libellum, aurum sapientiæ dictum à P. Jacobo Masenio S. J. Latinè conscriptum. Coloniæ apud Friessemium. Demum libellum P. Dominici à S. Alberto Gallicè conscriptum vertit Germanicè.

Ex Comment. Brunonis, eximii Provincialis Carmel.

CAROLUS HILDESIENSIS Ordinis FF. Minorum Capucinorum Provinciæ Colonienſis professus, librum Coloniæ 1686. impressum edidit hoc nomine:

Neuer Mensch.

CAROLUS HOFFMAN Pastor in Lissendorff, zelosissimus Assessor & Secretarius Capituli, edidit Coloniæ libellum approbatum ab ordinario librorum Censore 1712. 27. Augusti Germanicè hoc titulo:

Tödtlicher Freuden-Zirckel contra choreas inhonestas.

CAROLUS JOSEPHUS LEHNER professus regularem vitam in Abbatia Benedictina ad S. Pantaleonem intrà Coloniam, Sub-Prior Monasterii erat 1719. & Magister Novitiorum. Ab eodem editus

Turtur sacer, das ist, geistliche Turteltaub in 4to Coloniæ 1719. inscriptus Christiano Augusto Cardinali Saxonico, Archi-Episcopo Granensi, Præposito Metropolitano Colonienſi, munitus multiplici approbatione.

CAROLUS PAULUS von ZIMMERMAN Lintzii ad Rhenum in Diœcesi Colonienſi 1652. 7. Octobris nascitur. Absoluto in Tricoronata Gymnade humaniorum litterarum & Philosophiæ curriculo, à Patre Ignatio Wassenhoven artium liberalium ac Philosophiæ Magister creatur 1671. 18. Februarii. Aureliæ in Francia gradum doctoralis Cathedræ Juridicæ conscendit anno 1675, tum die 1. Februarii, eodémque anno à Principe Hesso-Rheinfeldensi à consiliis Cancellariæ asciscitur. Defuncto 1688. 24. Maji Maximiliano Henrico, Hildesium venit, sicque sacri intimi Consistorii Cancellarius. 1689. 23. Maji coram sacra Cæsarea Majestate in aula Suburbii Viennensis, Laxenburg summâ omnium admiratione & applausu peroravit pro Josepho Clemente, cujus nomine unà cum Barone de Plettenberg regalibus Principatûs & Episcopatûs Hildesini investiendus

erat.

erat. Porrò S. R. I. Conſiſtarius aulicus dictus eſt à Cæſare Leopoldo. Obiit 1712. 22. Januarii, dum actu Cameram Imperialem Wetzlariæ erigendam nomine Cæſaris viſit & adornat. Ipſius operâ in lucem prodierunt

Glorwürdiger Adler, das iſt: Gründliche Vorſtell- und Unterſcheidung der Käyſerlichen Reſervaten und Hochheiten, von der Reichs-Ständen Lands Fürſtlicher Obrigkeit, abſonderlich aber von dem Ihrer Käyſerlichen Majeſtät reſervaten Poſt-Regal im gantzen Römiſchen Reich und allen deſſen Provintzen. Dem hinzu geſetzt Ludovicus ab Hornick de reſervato Cæſareæ Majeſtatis Poſtarum regali & imperiali jure vindicatus contra Emeranum Ackolt, authore Cæſario Tumanno, gedruckt im Jahr 1694. in quarto. pp. 271.

Cöllniſcher Krumſtab ſchleuſt die Weiber aus, das iſt: Klare Vorſtellung, daſs die Ertz Stifft Cöllniſche Lehen regulariter auff den Mann-Stamm allein gewidmet, und nach deſſen Abgang dem Ertz Stifft ipſo facto zuruck und anheim fallen. Hildesheim gedruckt im Jahr 1725. pp. 164.

CARTUSIÆ COLON. SCRIPTORES ANONYMI. Carthuſia hæc anno MCCCXXXIV. ab WALRAMO Juliacenſi Duce, Archi-Epiſcopo Colonienſi, fundata in agro Martiniano, fuit fœcunda parens plurimorum virorum ſanctimoniâ & eruditione illuſtrium. Scriptorum nomina tum ſuis locis, tum in INDICE SCRIPTORUM ſecundùm STATUM reperies. Verùm cùm ex iis multi pro ſua modeſtia latere voluerint, quorum opera typo vulgata prodierunt, eos Anonymos hic ſub unum conſpectum collocamus; quorum notitiam hactenus conſequi licuit.

1490. I. *Uſuardi Monachi Martyrologium* ter minimùm ab Carthuſiæ Colonienſis Monachis, at ſemper cum augmento editum fuit, ùt obſervat Joannes Baptiſta Sollerius S. J. Theologus in ejuſdem *Martyrologii nova editione anno 1714 adornata, & Tom. VI. Sanctorum Junii inſerta. in præfat. C. 3. art. 3.*

Prima eſt anni 1490. in parvo folio, cujus in fine extat hæc epipraphe: " Explicuit Martyrologium Uſuardi Monachi, habetur augmentatum, ùt patet: impreſſum diligenter per me " Joannem Koelhoff de Lubeck, civem ſanctæ felicíſque Coloniæ Agrippinæ, & conſummatum feliciter anno ſaluris ac gratiæ MCCCCXC. " in Vigilia ſanctiſſimorum trium Regum præfatæ civitatis Patronorum ac Protectorum.

1515. *Secunda editio Uſuardini Martyrologii* eſt anni hujus in 12mo. Cujus initium eſt hujuſmodi: " Martyrologium Uſuardi Monachi, quod ad " Carolum Magnum ſcripſit cum additionibus, " jam ex diverſis Martyrologiis collectis, atque " de novo adjectis. " *Finis hic:* " Finis Martyrologii Uſuardi Monachi cum additionibus ex " diverſis Martyrologiis multo ſudore collectis, " ſeparatímque jam de novo anno Domini 1515. " apud Coloniam Agrippinam adjectis, in quibus " additionibus is, qui eas collegit, imitatus venerabilem Bedam ſimpliciter fidem ſive hiſtoriæ, quam legebat, ſive diverſorum in hac re " ſtudioſiſſimorum ſcriptis commodavit, deprecans caritatem Spiritûs ſancti, ut labor ſuus fructum in devotorum profectum, & ad Dei & " Sanctorum ejus gloriam invenire valeat " *Subjungit aliquot menda.* Impreſſum per me Joannem Landen, civem inclitæ civitatis Coloniæ in vico S. Gereonis in domo *rubra porta* vulgò dicta commorantem. *Extat in Coll. Colon. Soc. J.*

Sollerius ex hac epigraphe colligit primò Collectorem

1521. *Hujus ſecundæ & tertiæ editionis anni 1521.* eſſe unum, non plures Carthuſiæ Colonienſis Alumnos: ex his, *qui eas collegit.* 2dò. Cùm per Jacobum Kritzradt Collegii Colonienſis Bibliothecarium conſuluiſſet PP. Carthuſianos, reſponſum fuit, eum veroſimillimè eſſe P. Hermannum Grefgen vel GREVEN Carthuſiæ Colonienſis profeſſum & defunctum anno 1480. V. Novembr. dein de utraque ultima 1515. & 1521. ſic cenſet Sollerius: non magna in re inter utramque diverſitas, paulò major in ſtilo, ſed ultima correctior eſt, & cum priori illa collata, ut ex una utriuſque ſententia perſpiciatur. Optimè profectò de Uſuardo meritus eſt, aut Hermannus ipſe Grevenus, aut quicunque alius editiones illas adornavit & correxit; dum textum ipſum Uſuardinum appoſito ſigno ab additionibus variarum Eccleſiarum ſollicitè diſcrevit, non ſic tamen, ut textus ejus ſemper omninò expurgatus fuit. Ut igitur id conſequeretur Sollerius, Uſuardi Martyrologium contulit cum XVII. MSS. integris & aliis MSS. penè L. cum excuſis exemplaribus XIV. atque hoc pacto primævum ſincerum Uſuardi textum ab additionibus ſecernit.

Primam editionem Colon. vocat *Lubeco-Colonienſem*, quòd anno eodem 1490. Lubecæ & Coloniæ ſit edita. 2dam & tertiam vocat *Grevenî* ab Hermanno Greven Collectore, ùt dictum.

3tiæ editionis Colon. epigraphe tantùm duobus verbis diſtat à 2dæ epigraphe: " Finis Martyrologii Uſuardi Monachi cum additionibus ex diverſis Martyrologiis multo ſudore collectis, ſeparatímque jam ſecundo anno Domini MDXXI. " apud Coloniam Agrippinam adjectis. In quibus &c. ùt ſupra.

1532. Eyn Schatz-Bœchlyn der Göttlicher Lieffden voll geiſtlicher Betrachtungen und vuyriger Gebederchen - - - - gemacht durch die Carthuſer in Cöllen - - - - Gedruckt zo Cöllen in der Burgerſtrais durch Eucharium Hirtzhorn in 8vo, 1. Alphabetum 4. Bogen. *In fine.* Bitt umb Gotz wille vor die Carthuyſer in Cöllen, die dit Bœchlyn tzer Eren Gotzs (eins deils uſs dem Bœchlyn, eins deils van etligen verborgen Vrunden Gotzs) jetz levende, die dat uſs eigen Erfahrung geſchreven. Gedruckt anno XXXII. den XV. Dach Kalend. Novembris. *In Coll. Colon. S. J.*

1529. & 1536. edidit Germanicè anno 1529. dein 1536. Spiegel der Volkommenheit, wie der Mynſch durch ſyns ſelffs Verzyen ſich zo GOTT keren, und ſyns Hertzen Reynicheit &c. Noch viel ſchöner geiſtliche Ubung, beſonder zum H. Sacrament, tzoſamen vergadert durch die Carthuſer in Cöllen. Gedruckt op Aldenmart tzo dem wilden Mann by Jaſpar van Gennep 1536. 12. Bogen. *In fine libelli:* Bidt umb Gotz will

vor

vor die Carthuſer in Collen, die dyt haven laiſſen drucken.

Idem liber politiori ſtylo Germanico, ſed parum fideli verſione redditus eſt 1700: quare 1709. accuratiori diligentiâ juxta primam editionem 1529. editum eſt hoc Speculum venuſto ſtylo Germanico, & notis extra textum tamen collocatis 1709. non addito loco aut typo. Interpres Germanior, ait, credi, Lanſpergium authorem hujus ſpeculi Evangelicæ perfectionis.

1536. edidit Pſalterium & hymnos Eccleſiæ Germanicè verſos & explicatos brevi commentariolo ſingulis verſibus ſubjecto in 8vo, ſumptu Petri Quentel pp. 905. Teſtis eſt R. P. Theodorus Loher à Strathum, Vicarius Carthuſiæ Colonienſis in præfatione ad Hildegardim von Reynacke Abbatiſſam in Schweinheim repertam à ſe verſionem Germanicam à veteribus Carthuſianis factam; hanc conſilio Fratrum ſuorum Theologiæ peritorum ex Auguſtini Dionyſii à Rickel & Ludolphi libris caſtigatam & auctam à ſe emitti contra Lutheranorum errorum multiplicatas editiones.

1541. edidit Hortulum devotionis, variis orationum & exercitiorum piorum, quæ mentem in Dei amorem rapiunt, floribus peramœnum nunquam ante hoc typis excuſum. Coloniæ apud Caſparum Gennepæum in porta Vivarienſi in 8vo pp. 87. unâ tantùm facie, notatis ciffris arithmeticis. Præfatio pio Lectori inſcribitur ex Carthuſ. Colon. nonis Septembr. 1541.

1629. Duo PP. ex eadem domo S. Barbaræ gnari Hiſpanici idiomatis ex Hiſpano verterunt Germanicè vitam Joannæ à Jeſu Maria Clariſſæ in Burgos. Hiſpanicè ſcriptam 1629. à Patre Franciſco de Ameguepo, Provinciali ſtrictioris Obſervantiæ, & Ferdinando A. C. dedicârunt Carthuſiani

Ein neues Wunder der Gnaden zu finden im Leben der ehrwürdigen Mutter Schweſter Johannæ von JESU Maria Cloſter-Jungfrau des Cloſters S. Claræ in Burgos. In Spaniſche Sprach, anjetzo allererſt ins Teutſch überſetzt durch die Carthaus in Cöllen, gedruckt zu Cöllen 1682. in Verlegen Frantz Weidenfeld ſeeligen Erben, und Godefrid de Berges Buchhändler in 4to pp. 476. libri V. præter regiſtrum.

CASIMIRUS DONNER Ordinem Minorum S. Franciſci Recollectorum in Provincia Colonienſi Profeſſus. Scripſit

Sonn- und Feyrtags-Predigen zwey Theil. Coloniæ 1726. in 4to.

Modicum & hoc bonum. Coloniæ 1739. in 8.

CASPARUS BIESMAN Duſſeldorpii natus 1639. Tyrocinium ingreſſus eſt 1656. Societati deinde nuncupatis quatuor votis adſcriptus 1672. Quas ei dotes natura contulit, has omnes divini Numinis obſequio impigrè conſecravit. Poſt litteras manſuetiores traditas Ariſtotelem & Theologiam moralem explicavit; tum variis in locis ſtudiorum præfectum egit, quanto cum zelo & animi conatu, tanto pariter fructu & commendatione Societatis. In ſervando ordine domeſtico, quoadusque vixit, accuratus fuit, regularum omnium unicè amans ac tenax, charitatis fraternæ perquam ſtudioſus. Eminuit in eo pietas in Deiparentem Mariam; ad hujus congregationem, cùm ille Præſes ſodales ſuos Eccleſiaſticos importunius videretur invitare, hanc ſuæ importunitatis cauſam allegare ſolebat: debeo honorare Matrem meam. Hanc Matrem ſuam ſaluraturus, dum finità veſpertinæ congregationis horâ genu flecterer, tactus eſt catharro apoplectico, eóque poſt 24. horas extinctus eſt. Typis vulgavit

Tractatum Theologico moralem de ſacris Eccleſiaſticorum miniſteriis, hoc eſt, de Horis Canonicis & Miſſa ſacrificio. Coloniæ Agrippinæ apud Arnoldum Metternich 1695. in 12mo. pp. 172.

Libellum de Sacramento Ordinis ſub umbra doctrinæ moralis & Theologicæ ſalutaribus monitis & documentis variè illuſtratum. Typo Arnoldi Metternich 1694. in 12mo pp. 146.

Lucem oratoriam. Coloniæ typo Arnoldi Metternich 1711.

CASPARUS BRANDIS Patriâ Werlenſis ex Ducatu Angariæ & Weſtphaliæ Archi-Diœceſis Colonienſis anno 1588 natus die primâ Auguſti, Societatem ingreſſus eſt 1608. 20. Octobris, & quatuor in eâ vota profeſſus. Docuit litteras manſuetiores, præfuit ſcholis, Eccleſiaſten egit & Confeſſarium multis annis, Aquisgrani & Embricæ, ubi piè deceſſit 29. Decembris 1649. Mortem, cùm adultâ ætate Hildeſio Sanctos Cliviæ oppidum, indéque Embricam colligendi ſui venit, præſenſiſſe animo creditur: nam in annuo de more Societatis ſeceſſu peccatorum accuratam à prima pueritia exomologeſin fecit, apertè conteſtatus, morti ſuæ velle ſe iſtâ ratione obviam ire; quam & inter iteratam identidem Dominicæ orationis tertiam petitionem: *Fiat voluntas tua*, ſereno & dolorum patientiſſimo animo amplexus eſt. *Ex annuis Collegii Embric. ad annum 1648.* Edidit Germanicè tacito nomine ſuo libellum ſequentem, cujus figuras ex ære ſculpſit Petrus Overradt Chalcographus Colonienſis; ſed elegantes & excitandæ devotioni accommodas.

Geiſtlicher Hertzens-Spiegel, das iſt: geiſtliche Betrachtung, darin der Menſch, wie er eigentlich im Hertzen beſchaffen ſeye, recht ſehen und erkennen kan, ſampt vielen ſehr Troſtreichen Gebettlein. Gedruckt zu Paderborn bey Heidenrico Pontano 1624. in 16to pp. 245. Paderbornæ 1627.

CASPARUS CALLENBERG perhoneſtis parentibus natus fuit in Caſtrup, vico Comitatûs Marchiæ, ditionis Brandenburgicæ, Archi-Diœceſis Colonienſis anno 1678. Societatem Jeſu ingreſſus 1696, in qua, traditis humanioribus litteris, & abſolutâ Coloniæ Theologiâ, eâque univerſâ publicè propugnatâ, ſubinde finito tertiæ probationis anno, Monaſterii Weſtphaliæ explanavit Ariſtotelem. Altioribus poſtmodum cathedris impoſitus Paderbornæ, Monaſterii, Treviris, Aquisgrani parem, & in hiſce ſcientiis doctrinæ non vulgaris commendationem conſecutus eſt. Scientiis hiſce pietatem addidit & diſciplinæ religioſæ obſervantiam. Plerumque illum aut meditationibus aut precibus vel ſacrificio Miſſæ, aut in tribunali ſacro vel ſtudiis occupatum nunquam otioſum inveniſſes. Mortem ejus quod attinet,

ipſe

ipſe eam videtur præſenſiſſe, quantumvis medicorum judicio non ità propinquam: cùm triduo ante inſtituta totius vitæ exomologeſi extremis petierit præmuniri, quibus magnâ pietate ſuſceptis mortem excepit intrepidus 11. Octobris 1742. Coesfeldiæ. Scripſit

Templum Honoris in laudem Franciſci Arnoldi Epiſcopi Monaſterienſis & Paderbornenſis 1710.

Demonſtrationes Chronologico-Hiſtorico Juridico-Canonicas in C. de indemnit. de electione in 6. quòd Abbatiſſæ Canoniſſarum ſæcularium ſeparatim habitantium debeant eſſe Tricenariæ. Tacito nomine Coloniæ typis Nicolai Theodori Hilden 1734. *in 4to pp.* 182.

Apologiam pro ſuprema Romani Pontificis authoritate, & pro immunitate Eccleſiaſtica, paritérque pro jure D. Georgii de Caze major Canonici & Vicarii circa Vicariam S. Joannis & Pauli in Cathedrali Monaſterienſi. Paderbornæ typo Joannis Theodori Todt 1734. *in 4to pp.* 136. *tacito nomine.*

Scripſit etiam libellum, ediditque, cujus titulus:

Divus Stanislaus Koska, authore P. Caſparo Callenberg S. J. ſacrorum Canonum Profeſſore publico iconicè pictus an ſcriptus.

CASPAR (ſed ipſius ſcripſit ut plurimùm per G, & tertiâ declinatione) ENS Lorchanus Wirtembergenſis ab anno 1596. peregrinari à patria cœpit, ùt colligo ex præfatione tomuli VI. Annalium, anno 1606. Coloniæ ſcripta populari ſuo Benjamino à Bavinckhauſen, Conſiliario Ducis Wirtembergici, ubi & aſſerit ſe neglecto lucroſiore ſtudio Juriſprudentiæ totum ſe hiſtoriæ diſcendæ & ſcribendæ dediſſe. Licentiæ gradum, ubi vel à quo ſumpſerit, hactenus non legi.

Annalium ſcribendorum amor plures hâc tempeſtate invaſit. Laurentius Surius Naucleri Tubingenſis continuator & imitator Commentarios compilârat ab 1500. ad 1566. Huic ſucceſſit Michael ab Iſſelt Doccomius. Hunc ferè excepit noſter Inquilinus Ens, fœcundiſſimi calami & inexhauſtæ induſtriæ homo, dum ſuos Annales ab 1662. orditur. M. Janſonius (veráne perſona an ſubſtituta in locum Michaëlis Iſſeltii, non dixero) Doccomenſis Friſius Monaſterii Weſtphalorum, ubi Canonicus erat veteris Eccleſiæ, ſcribens, uti conjicio, anno 1592. idibus Septembris, quod colligo ex præfatione, *Mercurium Gallo-Belgicum* ſcripſerat ab 1588. exorſus, ad 1592, qui tomus ter intrà ſeptem annos Coloniæ typo Godefridi Kempenſis recuſus fuit: nempe 1592, 1594, 1598. Idem Mercurius Janſonii fuit continuatus ad annum 1513.

Nec tamen is Scriptor deterruit noſtrum Enſium, qui anno 1606. altiùs orſus, cœpit ejus ætatis celebertima bella in Galliis & Belgicis geſta ſuo ſtilo recudere, ære, ùt credo, & ſumptu Wilhelmi Lutzenkirchii. In quo ſcribendi munere indefeſſus perſtitit Coloniæ ab anno 1603. ad 1628. Quo fine vitam clauſerit vel ubi terrarum, hactenus non reperi. Scripſit

I. 1603. *Mercurii Gallo-Belgici Succenturiati Tomus quartus* continens ſeptem libris geſta in Gallia & Belgio potiſſimùm, tum in Hiſpania, Anglia, Italia, Germania ab 1596. ad 1603. pp. 472. à Gaſpare Lorchano V. Coloniæ ſumptibus Guilielmi Lutzenkirchen. Idem tomus IV. anno 1610. recuſus fuit apud Lutzenkirchen eâdem formâ; ſed ordine alio, nempe ab 1596. ad 1610.

II. 1604. *Rerum Hungaricarum hiſtoria, authore Gaſparo Ens*, typo Guil. Lutzenkirchen.

III. *Annalium ſive Commentariorum de bello Gallo-Belgico Tom. III. priores*, authore Gaſpare Ens L. Coloniæ apud Guil. Lutzenkirchen 1606. in 8vo pp. 702. dicatus eſt Friderico Duci Wirtenbergico ab Ens, Coloniæ Kalendis Aprilis 1606. ſcribente. Primus liber continet deſcriptionem graphicam Belgii. Secundus res geſtas ab 1562. ad 1567. Liber III. geſta ab 1567. ad 1573. Liber IV. ab 1573. ad 1576. Annales tomi 2di continent lib. I. geſta ab 1576. ad 1579. lib. 2. 3. in 4to ab 1579. ad 1588.

IV. 1606. *Annalium Mercurio Gallo-Belgico ſuccenturiatorum Tomus V. ab 1603. ad 1606. Acceſsère duo libri ſingulares. Oſtendanæ obſidionis breviculum. Indicarum aliquot navigationum compendium.* Dicat Ens libellum Benjamino à Bavinckhauſen nobili Wirtenbergico ob patriæ communis amorem.

V. 1608. Coloniæ ſcribebat, & typo Wilhelmi Lutzenkirchen imprimi fecit. *Deliciarum Germaniæ tam ſuperioris, quàm inferioris tomulum.*

VI. 1609. *Deliciæ Galliæ* idem Typographus ibidem edidit: an Ens collaborârit, neſcio.

VII. 1609. *Deliciæ Hiſpaniæ ab eodem typographo eduntur*, an Ens collaborârit, neſcio.

VIII. Ab anno 1611. ad 1627. 16. annorum *Famam Auſtriacam cum figuris Heroum*, & narrationem geſtorum XVI. annis ſcripſit, & typo Petri Brachel ex Chalcographia Hohenbergii Coloniæ edidit: unde cum his collaborâſſe, vel horum ære ſcripſiſſe videtur.

IX. 1611. *Annalium ſive Commentariorum Mercurio Gallo-Belgico ſuccenturiatorum Tomus VI.* continens ea, quæ ab anno 1606. ad 1610. contigerunt, cum ſupplemento ad annum 1611. auctore C. E. L. Coloniæ apud Wilhelm. Lutzenkirchen in 8vo pp. 716.

X. XI. XII. 1611. (vel potiùs 1619.) *Tertia pars theſauri politici Latinè ex Italico facta & aucta ab Gaſparo Ens.* Prodiit Coloniæ typo Gerardi Grevenbroich, dicata Dno Schonebergio.

XIII. 1612. *Indiæ Occidentalis hiſtoria ex variis authoribus collecta*, operâ & ſtudio Gaſparis Ens L. Coloniæ apud Guil. Lutzenkirchen in 8vo pp. 370. Dicat eam Coloniæ ſcribens Muyſgenio J. U. Doctori, Lauterbachio Conſiliario Naſſoviæ, Bilderbecquio Belgii confœderati ordinum Agenti apud Agrippinates.

XIV. 1613. *Magnæ Britanniæ deliciæ, ſeu inſularum ac regnorum, quæ magnæ Britanniæ nomine Sereniſſimi Jacobi R. imperio parent, deſcriptio ex variis authoribus collecta.* Coloniæ ſumpribus Wilhelmi Lutzenkirchen in 8vo pp. 123. Gaſpar Ens præfatur ad Lenoviæ Ducem, Conſiliarium Britannici Regis, eique librum inſcribit munuſculum ſuum. Is Legatus ſponſam Palatino Electori in Germaniam deducebat. Eâ occaſione utitur Ens.

XV. 1613. *Theſauri politici ex Italico Latinè verſi à Gaſpare Ens Licentiato Coloniæ* Pars prima:

ma: secunda anno 1618. hortatu Christiani Schonebergii, Electoralis Dicastern Coloniæ Assessoris, eique dicata, typo Gerardi Grevenbroich.

XVI. *Annalium sive Commentariorum Mercurio Gallo-Belgico succenturiatorum Tomus VII.* ab 1610. ad 1614. inter quæ etiam Aquisgrani, Vesaliæ & aliorum oppidorum in Ducatu Juliacensi occupatio. Coloniæ apud Wilh. Lutzenkirchen in 8vo Lib. I. pp. 171. L. II. III. IV. V. pp. 711. In hoc tomo nullibi nomen Ens comparet; sed stilus, ordo, character idem, & ab antiquis Bibliothecariis Collegii Colon. Ensio adscribuntur. *Hic & tomus VIII. & IX. sequentes.*

1618. *Thesauri politici secunda pars* Latinè facta ab eodem Gasp. Ens L. & Schonenbergio dicata, typo Gerardi Grevenbroich.

XVII. 1620. *Annalium sive Commentariorum Mercurio Gallo-Belgico succenturiatorum Tom. VIII.* ab 1616. ad 1620. Lib. I. & II. in quo maximè bella Hungarica & Bohemica. Coloniæ apud Wilh. Lutzenkirchen in 8vo pp. 816.

XVIII. 1621. *Morosophiæ liber alter scriptus Coloniæ à Gasp. Ens L. & Baroni de Ketteler* B. in Monioye dicatus, typo Petri Brachel. Morosophiæ liber primus non est visus mihi.

XIX. XX. *Annalium sive Comment. Mercurio Gallo-Belgico succenturiatorum Tomus IX. L. 1. 2. 3.* 4tus ab 1620. ad 1624. Coloniæ apud Wilh. Lutzenkirchen in 8vo pp. 671.

XXI. XXII. *Thaumaturgus mathematicus. Editio 2da auctior Casp. Ens L.* collectore & interprete. Coloniæ apud Constantinum Münch. Primam editionem non vidi.

CASPARUS GENNEP Bibliopola Agrippinensis edidit Germanicè

Historiam 59. annorum ab anno MD. ad MDLIX. eo potissimùm fine, ut mendacia Schleidani saltem in iis, quorum certam notitiam indeptus erat, ùt in Hermanni de Weda exautoratione, orbi & posteris tradat. Ità de se ipse testatur in sua ad Joannem Gebhardum Arch Colon. præfatione: idem docet nos, illustrissimum Eberhardum Billickium Suffraganeum, qui interfuerat Tridentino Concilio, meditatum fuisse confutationem Schleidani; sed morte spem hanc litterariæ reipublicæ præreptam fuisse. Alter Joannes Groppetus operi par accinxit se eidem operi inurendo; sed, cùm è vivis abiisse Schleidanum cognitum esset, negavit se cum umbra luctaturum. Eam ergo provinciam sibi sumpsit Gennep, adjutúsque propriis & amicorum Commentariis confidit patefactam veritatem placituram Germanis, & mendacia Schleidani tetegenda, ut veritas triumphet.

CASPARUS GRIEFFGENS. Cùm Carolus Hypolitus Recardinus Mediolanensis Philosophiæ ac Theologiæ Professor Presbyter scripsisset more Italico Latinum Melodrama musicis numeris decantatum, ejusdem pulchræ operæ partem sibi vendicare voluit Casparus Grieffgens, Metropolitanæ Ecclesiæ Colonienſis Capellæ Magister Organista. Titulus operis est:

Coronata patientia Job. Melodrama auspicatorium prænobilibus, strenuis, amplissimis, clarissimis consultissimisque Dominis inclytæ & liberæ imperialis Ubiorum Coloniæ Consulibus ac Senatoribus dicatum ac oblatum. Promotore D. C. Grieffgens, Authore D. C. H. Recardino 1667. in 4to apud Petrum Hilden. Latinus typus pp. 32. Germanicus pp. 15. Scopus fuit solari urbem peste nuper vexatam, Jobi exemplo toleratæ epidemiæ exitum gratulari. Scenas, exhibitiones, machinas, recitativi, & ariarum, ùt vocant, alternatione perpetuâ humili ac familiari Latino stylo.

Vanitas vanitatum. Comœdia congratulatoria Franc. Egoni Comiti in Fürstenberg, Decano Metropolitano, supremo aulæ Præfecto Archiep. Colon. applaudit C. Grieffgens Organædus Metropolitanus 1661. in 4to.

Philothea à dæmone, carne, mundo tentata, tandem Christo desponsatur priores procos detestata.

CASPARUS HARTZHEIM natus fuit 1678. 26. Maji Coloniæ Agrippinensium, patre clarissimo viro Ignatio Conrado, J. U. D. & Senatore, matre Gudulâ Sophiâ von Herrestorff. Studiis humanioribus & Philosophicis in Gymnasio Tricoronato imbutus inter Magistros artium PRIMUS Universitatis renuntiatus fuit 1698, & eodem anno extremo Majo Trevirîs in Societatem JESU cooptatus fuit: in ea docuit quinquennio Rhetoricam, & amœniores litteras Monasterii Eifflix: Philosophiam Treviris, Padibornæ & Coloniæ, Theologiam Theoreticam Confluentiæ, moratam Dusseldorpii, Gymnasio Tricoronato & Sodalitio majori DD. Academicorum præfectus fuit. Ab eo typis data fuêre.

1. *Castum novæ legis presbyterium, quo docentur concupiscentiam instar pueri regendam à Presbytero, uti sene. Colonia typo Wilhelmi Metternich in 8vo pp. 246.*

2. *Pietas in Salvatorem mundi, à S. Damaso PP. ligato, nunc soluto stilo. Moguntiæ Joannis Hæffner formis in 12mo pp. 166. 1728.*

3. *Explicatio fabularum & superstitionum in SS. Scripturis indicatarum, allegorico, anagogico, morali præter litteralem sensum. Coloniæ typo Servatii Noethen 1724. in 8vo pp. 452. recusa Patavii 1731. typo Joannis Manfre. p. 520.*

4. *Nicolai de Cusa Cardinalis vita. Trevirîs 1730. in 8vo pp. 185. ex typographia Jacobi Reulandt.*

5. *Sortilegium solandis animabus defunctorum. Latinè 1735. Coloniæ apud Joannem Engelert in 12mo p. 43. Germanicè Coloniæ typo viduæ Christiani Simonis in 12mo pp. 72. anno 1743.*

CASPARUS KLOCK Susatensis anno 1583. lucem primam vidit: in Academia Marpurgensi bonis artibus & scientiis excultus renuntiatur Doctor, adipiscitur Magistratum Cancellarii Stollbergensis, quam permutavit Syndicatu Brunsvicensi; inde Mindam & Hildesium quà Cancellarius accersitur: postremo vitæ tempore reversus Stollbergam ad plures abiit anno 1655. Scripsit

Consilium.

Tractatum de Ærario.

De Contributionibus.

Juridica consilia. Norimbergæ 1702. in folio, quatuor volumina.

Freherus in theatro. Lexicon universale historicum. Lipsiæ 1722.

CASPA-

CASPARUS MUNSTERUS Monasterio Eiffliæ oppido Ducatûs Juliacensis oriundus, Carmelita Colonienſis, Ss. Theologiæ Doctor, Episcopus Aureopolitanus & Suffraganeus Osnabrugensis. Postquam Coloniæ studii Theologici Regentem & Ecclesiasten (erat enim vir in dicendo eloquens & disertus) aliquot annis egisset, à Ss. in Christo Patre & D. Papa Urbano VIII. & Ferdinando II. Romanorum Imperatore *(extant in Archivis Bulla Papalis & litteræ salvi conductûs Imperatoris)* pro recuperandis bonis Ecclesiasticis ab Acatholicis occupatis in Saxoniam mittitur. Sub hoc patrocinio & subsidio Munsterus fortiter & strenuè, licèt cum ingenti vitæ discrimine, rem aggreditur, nec absque felici successu: plurima enim bona & Ordinis conventus ex manibus Principum acatholicorum in suam, Cleri & Ordinis potestatem recepit. Sed dum hæc per Munsterum præclarè agerentur, supervenit Gustavus Adolphus, Suecorum, Gothorum & Wandalorum Rex, cum ingenti exercitu ab Acatholicis excitus, qui omnes præfati Munsteri labores inutiles reddidit, & conatus ulteriores impedivit. Nihilominùs per adeò præclara & heroica pro religione perpetrata facinora tantam apud Magnates & Principes, maximè apud illustrissimum Franciscum Guilielmum ex Comitibus de Wartenberg S. R. I. Cardinalem & Episcopum Osnabrugensem habuit existimationem, ut is illum delegerit in Suffraganeum suum, & apud Urbanum VIII. commendârit, qui dictum Munsterum 1631. die 13. Februar. Romæ in Consistorio denominavit & instituit Episcopum Aureopolitanum, & eodem anno feriâ 2dâ Paschæ à religiosissimo Episcopo & Principe Osnabrugensi assistentibus secundùm Canonem præscriptum Prælatis, Clero ac populo applaudente Episcopali consecratione honoratur. Verùm eo Episcopatu mox tempore belli Suecici ab Hæreticis occupato, unà cum suo Episcopo ac Principe memorato, Coloniam secedere coactus fuit, ubi sub Ferdinando Bavaro Archi-Episcopo ob impotentiam & infirmitatem Ottonis Gereonis, istius loci Suffraganei, ejusque anno 1638. 25. Septembris subsecutam mortem usque ad Successoris Georgii Pauli Stravii consecrationem, quæ contigit 1641. 17 Febr. Pontificalia administravit, quo munere fungens 1640. ritu solenni consecravit novam Ecclesiam PP. Franciscanorum Recollectorum Novesii. Memorat Joannes Henricus Heister *in syntagmate Suffraganeorum Colonienſium*, quòd in Aula Cliviæ supra 50000. hominum Sacramento Confirmationis insigniverit. Moritur Coloniæ 5tâ Februarii 1654. in domicilio S. Cæciliæ, in ejusdem Ecclesiæ choro tumulatus sub insigni lapide marmoreo. Edidit

Libros duos, unum de Confraternitate S. Scapularis Monachii impressum,

Alterum contra Hæreticos de indulgentiis.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Provincialis Carmel.

CASPARUS PETRUS LULL anno 1703. Pastor erat in Grombach Diœcesis Spirensis; idem fuit Regularium Canonissarum ad S. Sepulchrum Juliacensium Præses & Commissarius in spiritualibus. Ejus operâ in lucem prodierunt:

Logoi non Brooi, oder: *Verthätigter Christlicher Friedens-Courrier, welcher die vom Herrn Scheiblern, der Lutherischen Gemeinden zu Lennep Predigern und Superintendenten, nicht aus kräfftigen und bewegenden Reden, sondern nur aus unzeitigem Eyffer gesponnene, und dem H. Crenæo Alemanno nur zugeworffene so genannte Liebes-Bände wie faules Stroh zerbrochen, und wie einen einzelen Fadem zerrissen. Wird durch ein gründliches Bedencken über des H. Johan Melchiors, der Calvinischen Gemeinden zu Düsseldorp Predigers, Fegfeurs beygesetzt. Durch den W. H. C. P. Lull. Cöllen 1682. Johan Weidenfeld pp. 104. in 16to. dicatum Prætori & Scabinis Juliaci.*

Lebhaffres Contrafait einer auffrichtigen, der geistlichen Vollkommenheit ergebener, und in Gott geliebter Seelen in der wohl-ehrwürdigen in Gott ruhenden Frauen Alvera von Virmunde bey Lebzeiten des uhralten regulirten Ordens vom heiligen Grab zu Jülich wohl-verdienter Vorsteherin, durch den W. H. C. P. Lull &c. Cöllen bey Johan Weidenfelds seeligen Erben und Godefrido de Berges Buchhändler 1682. in 4to libri duo pp. 117.

Christlichen Helden-Ritters tapfferer Streit und Gegenwehr unter dem Creutz Fähnlein des HErrn JESU auff dem Kampffplatz dieser Welt so wohl wider alle Trübsaal &c. nach dem hellscheinenden Exempel des gedültigen Jobs verfertiget. Cöllen bey Johan Weidenfeld 1686. in 12mo pp. 187.

Der Job dieser Zeit, in Frantzösischer Sprach beschrieben durch den Herrn Theotimum Valenschr, durch den W. H. C. P. Lull übersetzs in die Teutsche Sprach. 1686, in 12mo pp. 117. Cöllen bey Weidenfelds Erben.

Mansoläum sancti Jacobi Apostoli Chronologico-mysticum, oder geistliches Gebäu in ausstrucklicher Beschreibung des uhralten Apostolischen beydes Geschlechtes regulirten Ordens des H. Apostels Jacobi zum heiligen Grab, durch den W. H. C. P. Lull. Cöllen 1682. in 4to pp. 135. citra indicem.

CASPARUS à QUESTENBERG ex patritia familia in Ubiorum Metropoli natales suos duxit 1571. cujus fratres ad statum liberorum Baronum, nepotes ad S. R. Imperii Comitum à Cæsarea Majestate evecti fuerunt. Absoluto litterarum humaniorum cursu Baccalaureus artium promovetur ab Doctore artium Henrico Werbaen in Gymnasio Tricoronato S. J. 1590. 20. Martii, cui elegantes donavit tapetes (ùt patet ex insigni iisdem arte phrygiâ intexto) quibus aula major diebus solennioribus Deiparæ Virginis exornatur. Dein eum divina providentia ad suscipiendum candidissimum Divi Norberti habitum vocavit, in quo hanc nactus est felicitatem, quòd sub regimine Joannis Lohelii à sanctitate vitæ Abbatis celebertimi Præmonstratensem Religionem professus sit, & à piissimo Præsule genitus in Christo JESU filius post glorioſum hunc Patrem factus sit præclarissimarum virtutum ex asse hæres, & in Abbatiali Sede Successor.

Quàm laudabiliter se in regimine suo Casparus gesserit, P. Crugerius multis describit, ex quibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

delibo sequentia. De restaurando candidissimi Ordinis decore non parum sollicitus Viennam profectus possessionem Monasterii Siloensis, jam plures ante annos illustrissimo Domino Lohelio à piissimo Imperatore Ferdinando donati ferventer urfit, & accepto executionis mandato (cùm possessio superioribus annis, obstante Hæreticorum potentiâ, apprehendi non potuerit) Strahoviensibus addici juxta votum suum impetravit; útque facilior in possessionem fieret introductio, non modicas expensas fecit, quarum summa universim excurrit ad 12318. florenos: anno verò 1630. in ædificium Siloensis Ecclesiæ inceptum expendit 3146. daleros. Præter Siloense & Milovicense Monasterium etiam Magdeburgi illud Ordinis nostri Cœnobium, in quo S. Patriarcha Norbertus sepultus requieverat, secundum Jerichow, tertium gratia Dei dictum in Archi-Episcopatu Magdeburgensi, quintum Illeseldense ad candidos suos redire fecit possessores. Cùm sacra Religio Præmonstratensium ex Divi Norberti hortatu pauperum sit curatrix, Casparus muneri suo satisfacere volens, hospitale S. Elisabethæ erexit. De quo plura videri possunt apud Crugerium.

Quantus fuerit amator sapientiæ, quantus cultor eruditionum & doctrinarum, testis locuples est Seminarium scientiarum, quôd extruxit, Divo Norberto dicatum. Quot sumptus in hanc amplissimam fabricam fecerit, constat ex Bulla Urbani VIII. quæ incipit: *Altitudo divinæ providentiæ.* in qua refertur gloriosum Questenbergium in hujus Collegii exstructionem quadraginta octo millia impendisse, & pro dote ac fundatione illius quinquaginta millia dalerorum Bohemicorum, nec non alia duo millia similium dalerorum ex datio salis annuè provenientium assignâsse.

Opus præcipuum, quod fecit, dixeris meritò fuisse, quod sacrum Divi Norberti corpus ex manibus Hæreticorum Magdeburgensium eripuerit. Tentatus jam antecedenter sæpiùs fuit pius hic ausus, à Cæsaribus, Regibus, Archi-Ducibus, & variis Ordinis Prælatis, nunquam tamen in opus deductus est. Donec glorioßissimus hic Præsul, favente cælo, annuente D. Norberto, cooperante augustissimo Imperatore Ferdinando II. concurrentibus summis exercitûs Cæsarei Ducibus, indefesso labore post quartam expeditionem hunc inæstimabilem sacrarum reliquiarum thesaurum è tenebris in lucem, è tumulo in theatrum, è monumento mortuali in publicam panegyrin orbis ac triumphum extraxit, & maximâ pompâ (in quam solam undecim penè millia sexagenarum impendit) regio planè apparatu, incredibili totius Cleri populíque acclamatione Pragam in montem Sion transferri fecit. Plura in libello, cujus titulus: *Translatio sancti Norberti*, consummata.

Tandem cùm fuisset constitutus Ordinis candidissimi per Bohemiam, illíque incorporatas Provincias, nec non Pannoniæ ac Sarmatiæ regna, Austriacámque Visitator ac Vicarius Generalis, cùm votis omnium destinatus esset Generalis totius Ordinis, & hujus officii onus, quamvis illi ferendo par esset, recusâsset; vir zelosissimus, ac rerum suæ religionis promovendarum ferventissimus, appropinquante mortis tempore, omnibus rite ad eam præparatus obdormivit in Domino, cujus superstes venerandum corpus mœstissimi filii Sion ante S. Patriarchæ Norberti sacellum, quod ipse condidit & exornavit, juxta illius votum tumulárunt, & sequens epitaphium marmori sepulchrali inciderunt:

D. O. M.
Honori & Memoriæ
Reverendissimi Patris ac Domini
CASPARI à QUESTENBERG,
Viri, verbi ac operis verè magni,
Quo
Colonia Patritio
Cœnobium hoc Antistite
Ordo Præmonstratensis
Per regiones imperatorias
Visitatore ac Vicario Generali
Sacra Cæsarea Majestas Consiliario
Monasteria Ordinis
Libertatis suæ Assertore.
Sanctissimus denique Norbertus
Patriarcha noster Vindice gaudet
Et Translatore,
Operum meritorum dierúmque plenus,
Anno Christi MDCXL. ætatis LXIX.
Regiminis XXVIII. IV. Kalend. Junii
In Domino requievit. Monumentum hoc
Mœstissimi Filii.

Scripsit

Vier Predigen, &c. vor der Pestilentz gehalten zu Prag in der Kirchen unser lieben Frauen zu Strahovv, sonsten Berg Sion genandt, anno 1606. durch den Ehrvv. P. F. Casparum Questenberg, Ordin. Præmonstrat. desselbigen GOttes-Hauß Professum & Concionatorem ordinarium. Gedruckt zu Bruck an der Teya im Marggrafthum Mähren 1608. in 4to. 1. Alphaget. 3. Bogen.

Digitus Lazari.

Vide Ægid. Gelen. de magnit. S. & civil. Colon. in Parochia S. Laurentii. pp. 399.

CASPARUS SCHWARTZ Tremoniensis Patritius & insignis doctrinæ vir, ab initio sæculi decimi septimi adhuc inter vivos superstes, ab Episcopo Paderbornensi Ferdinando de Fürstenberg & celebri D. Meibom honore non vulgari affectus fuit; ideóque etiam jam nominatus Meibom ipsi anno 1587. Centonem suum Virgilianum de ministerio & decollatione Joannis Baptistæ non solùm inscripsit, sed in eo etiam Patronum suum appellat plurimùm honorandum, & in descriptione vitæ Levoldi à Northoff vocat ipsum Patritium Tremoniensem, virum nobilem, & in omni antiquitate præclarissimè versatum.

sarum. *Dom. von Hovel in Speculo Westphaliæ MS.* de eodem scribit: Inter viros nobiles & eruditione præstantes in celebri & libera Tremoniensi urbe eminet Caspar de Nigris, vulgò Schwartz nominatus, qui ut est uberrimâ librorum copiâ instructus, sic etiam in nullo scientiarum genere non egregiè versatus; idémque Poëta felici venâ ad fundendum carmen præditus, ac præsertim in faciendis epigrammatibus eximius. Quosdam elegantes ejus versus à se visos testatur *Hamelmannus*. A quibusdam commendatur etiam eximia ejus scientia & praxis in conficiendis, vel saltem ad usum vertendis organis variis astronomicis. Cæterùm eruditionis ejus testes locupletes sunt:

Copiosæ ejus annotationes additæ libris suis in omni genere idiomatum. Imprimis *Joannis Cincinni de Lippia vitam S. Ludgeri præclaris admodum notis illustravit.*

Nonnulli crediderunt hunc Casparum habuisse libros XX. Plinii de bello Germanico *(vide Ferdin. à Furstenberg monum. Paderborn. pag 76.)* quod tamen vel ideò fidem non meretur: quia neque ipse in suis annotationibus, neque Doctor Mulher, qui maximam Bibliothecæ ejus partem emit, vel minimam de eo faciunt mentionem.

Ex originibus Historiæ Westphalicæ S. D. von Steinen fol. 46.

CASPARUS ULENBERGIUS Lippiæ natus parentibus Lutheranis. 1549. Susati studuit egregiè, ut Musicam, Arithmeticam, Poësin, & puriorís eloquentiæ artem perdidicerit. Linguam Græcam adeò callut, ut elegantissimè & carmina funderet in paucis, calamo & linguâ cunctis palmam præriperet. Inter varios heterodoxos Professores, imprimis Flacci Illyrici dogmata secutus erat adeò ferventer, ut, audito, Roderum suum quondam discipulum Coloniam concessisse, & fidem Catholicam amplexum esse, eo statim profectus sit, & nondum satis in fide Catholica fundatum pristinâ hæresi infecerit, qui tamen postmodum eodem Ulenbergio authore ad Catholicam fidem rediit. Interim Roderi subversio causa salutis Ulenbergio extitit. Conversatus enim Coloniæ cum Catholicis adeò clarè falsitatem sectæ suæ agnovit, ut fidem Lutheranam ejurârit anno 1572. quo ut ipse scribit DogMata LVtherana noVa & pVgnantIa fVgI, dein merito suo ad varia perquam honorifica officia evectus est. Fuit artium & Sophiæ Magistrii laureâ coronatus, Gymnasii Laurentiani Professor publicus renuntiatur 1575. & Sacerdotio initiatur anno eodem. Crescenti indies famâ doctrinæ & eloquentiæ à Nopelio Decano Cæsaris Insulani Collegii evocatur Canonicus & Pastor civitatis futurus. Illicò Magistratus hic virum prodidit, vigilantissimum Pastorem contra lupos hæreticos undique allatrantes, & invictum defensorem immunitatis & jurisdictionis Ecclesiasticæ calcato quorumvis hominum murmure aut minis: anno 1585. eligitur à Capitulo Cunibertino Canonicus & Pastor communi suffragio ob perspectum Apostolicum viri zelum in regendis & pascendis Christi fidelibus. Urbem totam eloquentiâ suâ ducebat è sacra cathedra, tremorem & fugam Hæreticis injiciebat, secretò & publicè cum iisdem congressus semper victor. Interea ab Herbipolensi Episcopo postulatur, suffraganeam operam ut naver Diœcesi; offertur eidem Decanatus Ecclesiæ Collegiatæ Susatensium S. Patroclí, quæ omnia invictâ modestiâ declinavit, & à se depulit. Anno 1593. ad Gymnasii Laurentiani regimen eligitur, post Cornelius Schultingius vir & senio gravis, & libris editus clarissimus quàm illud dimiserat. Præfuit Gymnasio annos XXII. immortali laude, integritate summâ, magno Catholicæ & litterariæ rei incremento. Inductus fuit ad hoc onus suscipiendum consilio duorum gravissimorum Virorum Joannis Nopelii Lippiensis, Suffraganei Colonientis, Parochi Columbani, & Canonici Metropolitici, tum Jacobi Hutteri, Ss. Theol. D. Doctoris, Canonici item Metrop. & Parochi ad S. Petri: utrique ut sibi carissimis & integerrimis doctissimisque viris parendum censuit, & scholarum regendarum jugo humeros supposuit. Functionis initium fecit à sacris lectionibus habendis & commentanda divi Judæ epistola, quam suâ operâ interpretatus erat. Universitas & Provisores coronandam censebant insractam viri tot inter labores constantiam, præbendâ Canonicâ primæ gratiæ ad S. Gereonis anno 1605. quam paucis post annis, ne juventuti quo pacto deesset, Justo Tunnemanno Lippiensi, Gymnasii Laurent. Professori, resignavit: inde auctus fuit Canonicatu Collegiatæ Ecclesiæ S. Cæciliæ ab Universitate. Gymnasium insigni à fundamentis erecto domicilio ampliavit, quod assignavit patriæ & nepotibus velut perpetuum Seminarium Nopeliano adjunctum Christianæ juventutis erudiendæ. Ecclesiasten eodem tempore agebat in Æde Metropolitica. Rector Magnificus ab Universitate Colonienst eligitur anno MDCX. 20. Decembris. Fasces gessit ad IX. Octobris MDCXII. Eadem de Ulenbergii rarissimis talentis æstimatio apud omnes summos Archiep. Colon. Ducem Juliacensem, Prælatos, Nuntios Apostolicos, qui consiliis, operâ ejusdem uti certatim ardebant. Demum à Serenissimo Ferdinando Archiepiscopo Colonienst injungitur Ulenbergio interpretatio Germanica Bibliorum, quam summâ fide, accuratione & diligentiâ ad Sixtinum exemplar Latinum instituit & perfecit. Obiit anno 1617. inter tertiam & quartam metutinam 16tâ Februar. ætatis LXVIII. mens. 1. dierum 3. Sacerdotii & curæ pastoralis 40mo completo, totius urbis luctu & elogiis elatus in Ecclesiam Monialium Agnelli, succollantibus feretro Professoribus Laurentianis. Triennio à morte, cùm funus cognatum eidem tumulo inferretur, incorruptum Ulenbergii cadaver repertum fuit, teste Ægidio Gelenio D. Icon viri est in eadem Gymnade & domo parochiali sanctæ Columbæ. Scripsit

1. *Biblia sacra*, das ist, *die gantze heilige Schrifft alten un neuen Testaments nach der letzten Römischen Sixtiner Edition verteutscht.* Coloniæ typo Joannis Kreps MDCXXX. in folio. Henricus Francken-Sierstorpfius in regendo Laurentiano Gymnasio Ulenbergii Successor, opus posthumum Serenissimo Ferdinando A. Colon. dicavit Dominicâ *Reminiscere* 1630. Autographum extat in Gymnasio Laurentiano.

1630. Eadem in 8vo, in Verlegung Johan Kreps in der Quenteleyen, sinè anno

minuto, ſed venuſtiſſimo Germanico charactere.

1666. Eadem in 8vo apud Michaëlem Dehmen.

1684. Eadem in octavo majore, bey Herman Dehmen Colon. mercklich verbeſſert und vermehret mit einem Indice Perſonarum, 2. Rerum, 3. Evangeliorum Epiſtolarumque per omnes anni feſtos dies.

1701. Eadem in folio. Bambergæ.

1705. In 4to Bamberg mit Figuren.

1730. In 8vo Viennæ.

1734. In folio Viennæ.

2. *Die Pſalmen Davids in allerley Teutſchen Geſang-Reimen gebracht durch Caſparum Ulenberg Paſtoren zu Käyſersvverth und Canonichen S. Svviberti daſelbſt. Gedruckt zu Cöllen durch Geruinum Calenium und Quentels Erben 1582. in 8vo minore pp. 668. citra prolixam præfationem.* Notæ diverſarum melodiarum pſalmis præfiguntur.

1589. Caſpar Hagius Rinteleius recudit hanc verſionem Duſſeldorpii in 4to quatuor Tomis, quibus totidem cantus muſicæ diverſi ſuis notis ſinguli repræſentantur: Diſcantus, Tenor, Altus, Baſſus.

1606. Urſellis in Diœceſi Moguntina eadem verſio Ulenbergii recuſa fuit, quatuor cantuum diſtinctis notis, in folio, addito etiam quadruplicis muſices cantu ad cantica V. Teſtam. quæ Ulenbergius 2dæ editioni adjecerat.

Idem liber Latinè prodiit, Pſalmorum exegeſis anno 1591. dicata Capitulo Cunibertino, cujus tunc Canonicus erat.

3. *Catechiſmus*, oder *kurtzer Bericht der gantzen Chriſtlichen Catholiſchen Religion, ſampt Warnung vvider alle Irrthumb.*

Subjectus Germanico Pſalterio anni 1582. adcóque eodem typo & formâ.

4. *Kurtze Teutſche Chronick vom Jahr MDLXXV. biß auff das Jahr MDLXXXVI.*

5. *Troſt-Buch für die Krancken und Sterbende, und Bericht, vvie man die Krancken und Sterbenden ermahnen, tröſten, auffrichten und ſtärcken ſol, &c. in folio.* Libri quatuor durch Caſparum Ulenbergium Lippienſem, Paſtorem & Canonicum S. Cuniberti. Cöllen durch Geruinum Calenium und Erben Quentels.

1590. In 8vo pp. 967. dicatur liber Coſſ. & Senatui Colonienſi. Rurſum 1620. 1622.

6. *Graves & juſtæ cauſæ, cur Catholicis in communione veteris ejuſque veri Chriſtianiſmi conſtanter uſque ad finem vitæ permanendum:* cur item omnibus, qui ſe vocant Evangelicos, relictis erroribus ad ejuſdem Chriſtianiſmi conſortium vel poſtliminio redeundum ſit. Coloniæ apud Geruinum Calenium & hæredes Quentels.

1589. Idem eodem anno ab iiſdem Typographis Germanicè editus liber.

7. *Summaria deſcriptio privati cujuſdam colloquii, quod hoc anno MDXC X. & XI. Aprilis habitum eſt Coloniæ inter Caſparum Ulenbergium Sacerdotem Catholicum & Joannem Badium Rodingenſem Miniſtrum Calvinianum* in lucem edita per Caſparum Ulenbergium Lippienſem, Paſtorem & Canonicum ad S. Cuniberti. Coloniæ apud Geruinum Calenium & hæredes Quentelios 1590. in 4to pp. 55.

Idem Germanicè ſequenti anno in 4to p. 66. *an einen ehrbaren Hochvveiſen Rath der Stadt Cöllen vvahrhafftier und beſtändiger Gegen-Bericht* von ſelbem Geſpräch durch Joannem Badium in 4to 1591. Bremen bey Bernard Peters, zwölff Bogen.

Antvvort auff Johannis Badii vermeynte Warnung und Gegen-Bericht von demſelben Geſpräch mit einer angehängten Proteſtation auff das gifftige Läſter-Buch Georgii Nigrini gegen Caſparum Ulenberg, alles zur Rettung der Wahrheit, fürgeſtellet durch Caſparum Ulenbergium Paſtorem & Canonicum Cunibertin. Cöllen 1592. durch Geruinum Calenium und Quentels Erben. pag. 350.

8. *Einfältige Erklärung der ſieben Buß-Pſalmen, auch des XC. Pſalmi, item ein Pſälterlein für kleine und ſchvvermüthige Hertzen aus den Pſalmen Davids.* Cöllen typo Calenii & hæredum Quentels 1586. in 12mo pp. 98.

Idem Latinè Autographon extat in Gymn. Laurent.

9. Zwey andächtige Büchlein des Hocherleuchten theuren Manns Thomæ von Kempen, das eine der *Lilien-Thal*, das andere *von dreyen Hütten* genandt, allen geiſtlichen und andächtigen Hertzen zum Nutz und Lieb verteutſcht durch Caſparum Ulenberg Paſtorem & Canon. S. Cuniberti. Cöllen durch Geruinum Calenium und Erben Johan. Quentels 1586. in 12mo pp. 273.

10. *Kleines Pſälterlein von Betrübten und Kleinmüthigen.* Cöllen typo Quentelii hæredum in 12.

11. *Die Titul und Nahmen der Calviniſten.*

12. *Vitæ Hæreſiarcharum Lutheri, Melanchthonis, Majoris, Illyrici, Oſiandri*, complectentes ortum, progreſſum & incrementa, tum arcana plurima hactenus non prodita omnium penè temporis hujus hæreſum, authore Caſp. Ulenbergio Lippienſi &c. Coloniæ 1622. in 8vo ſumptu Bernardi Gualtheri. Primum Tomum de vita Lutheri ex MS. Ulenberg à Regente Hennio Sierſtorpio commodatum vulgavit Gualtheri Bibliopola. Secundum, quo Melanchtonis & reliquorum vita continetur, Meshovius Lippienſis popularis Ulenbergii vulgavit, utrumque poſthumum opus.

13. *Vita Zvvinglii imperfecta & inedita.* Ab Arnoldo Meshovio laudatur in præfatione ad editam vitam Lutheri 1622. 13. Julii. Extat MS. pp. 90. in Bibliotheca Gymnaſii Laurent.

14. *Gemeiner Bericht vom Wort GOttes und der heiligen Kirchen Chriſti auff Erden.* Opus imperfectum & ineditum.

15. Concionum per anni circulum Volumina duo MS, quæ in publicum dari teſtamento vetuit.

16. Contra Thomam Rothagen Calvinianæ ſectæ Miniſtrum de Synagoga & Eccleſia, Sacerdotio & Epiſcoporum ſucceſſione anno 1602. MS. p. 16. *In Bibliotheca Gymnaſii Laurent.*

Arnoldus Meshovius Lippienſis de vita & obitu Ulenbergii 1638. Cöllen apud Joannem Kreps. *Gelen. de Col. A. magnit. L. III. Synt. XVIII. &c.*

CASPARUS VOPELIUS natus 1511. in Medebach Ducatûs Weſtphaliæ ob præclaræ indolis felicitatem libros amavit & legit puer, & ex iis multum fructum cœpit. Coloniam progreſſus Mathemata in Gymnaſio docuit magnâ laude.

Rheni

Rheni tractum delineavit, & totam Europam arte suâ illustravit. Astronomus insignis florebat 1561, dumque universi mundi tabulas de novo edere & corrigere laborabat, in præclari operis exordio immaturâ morte obiit 1561. Civis Colon. habitavit è regione Parochiæ S. Pauli sub signo cygni.

Vide Matthiam Quodt in Teutscher Nation, Herrlichkeit, & ad annum Christi 1541. Pantaleo Prosopograph. Stangefeld L. IV. Annal. Circul. Westph. p. 60.

Opera Vopelii sunt:

Mappa mundi in grossem Format.
Der gantze Rheinstrom mit seinen Grântzen.
2. Globi Himmels und der Erden.
Astrolabium novum ac varium.
Kleine Mappa mundi.
Eine Lây-Taffel pro Medicis & Chirurgis.

CASPARUS ZEPHYRINUS artium liberalium Magister. Scripsit

Sphæram terrestrem quadripartitam, sive descriptionem historicam IV. partium orbis Europæ, Asiæ, Africæ, Americæ libros IV. Dusseldorpii 1632. apud Christophorum Ort. in 8vo. pp. 222.

INVENTORES Artis Xylo- & Chalcographiæ.

CHALCOGRAPHIA exercetur duobus modis: uno, cùm æs scalpro inciditur, quod *Kupfferstechen* dicimus; altero, quando æs oblinitur materiâ ex cera, mastiche & pice confecta, in quam stilo pinguntur figuræ facili manu & errore retractabili. His lineamentis infunditur aqua fortis, quæ sensim exedit & inducit similia lineamenta æri oblito tantâ vi, ut millena exemplaria duci possint ex ære hâc aquâ arroso. Et hæc ars dicitur *die Etz-Kunst*. Utra ex his Chalcographiis alteri præferenda sit, non obscura sententia est Joachimi von Sandrart pro ultima, eò quòd faciliùs & citiùs figuræ delineentur, & lineamenta sinè damno retractentur, corrigantur juxta regulas artis & ideam delineatoris, sculptoris. Contrà qui figuras in cupro pingunt, & alteri sculptori incidendas dant, simili facultate non gaudent.

Contendunt Itali apud Andream Vasari fol. 297. Andream Mantegnam primum fuisse authorem & inventorem cælaturæ, seu in lignum, seu in æs, seu scalpro, seu aquâ regiâ fiat: sed Joachimus Sandrart Part. II. Lib. II. Cap. XXIII. Albertum Durerum & Martinum Schön multis annis ante 1500, quo inventorem Italum producit, inter Germanos artem utramque exercuisse, & Israëlis von Mechelen (Meckenich scribendum) cælatas opera jam in Italiam pervasisse. Marcus Antonius jam delineatoriæ & pictoriæ peritus Venetiis nactus est icones Dureri 36. de patiente Domino in lignum incisas. Quas cùm venditare & divulgare uti suas cœpisset, Durerus famâ acceptâ Venetias advolat, privilegium Cæsareum vendendæ mercis suæ profert, & impetrat à Tribunali Veneto, ut erasso nomine *Marci Antonii* suum *Dureri* nomen uti Primigenii Artificis subscribatur. Hinc pudore & dolore victus Marcus Antonius, Romam abiit, & Andreæ Mantegnæ ac Germanorum cælaturas imitatus est.

Secundum argumentum evidens vide in vita *Alberti Aldegraf.*

Argumentum tertium sunt *Biblia Germanico-Colonensia jam ab 1470. plena* iconibus ex ligneis formis impressis.

Quartum Chronica Colonensis plena iconismis 1492. 1499.

Quintum Passionale Germanicum Coloniæ 1485.

Longè ergo ante Italos Xylo- & Chalcographia apud Germanos & in nostra quidem Diœcesi illicò post Typographiam Moguntiæ adinventam nata est.

Sandrartus Part. II. Lib. III. Cap. II. idem argumentum denuò versat, Vasarium iteratò aggreditur, & ante 1506, quo Mantegna æs scalpro incidere, ante 1530, quo Franciscus Parmensis aquâ regiâ vel forti in æs incidere, quo Hugo Carpensis formas ligno insculpere primi jactantur, dudum in Germania has tres artes natas & exercitas fuisse demonstrat: imò sentit cum ipsamet characterum typographia circa 1440. natam & figurarum & iconum variarum sculpturam ac cælaturam.

Affert in eam rem plures libros Augustæ & Norimbergæ ante 1500. 1490. 1480. impressos, variis florum, insignium, pecudum, hominum, regionum figuris refertos,

2dò, Israëlem von Mechelen vel Mechen vel Maintz Chalcographum primum in theatrum educit; cujus cælaturæ litteris I. V. M. obsignatæ feruntur. Puta: *Imago saltûs coram Herode eminùs spectatore, & caput rescissum sancti Joannis contemplante.*

Frondium ornatissima cælatura hâc epigraphe:

Zu Bochholt ist gemacht in dem Bischthumb von Münster, & infra.... Israel....

Plura apud harum iconum Collectores curiosos.

Joachimus von Sandrart Tomo I. Germanicæ Academiæ architectonicæ, sculptoriæ, pictoriæ. Norimbergæ in folio Tom. I. Part. II. Lib. III. pag. 359.

CHRISTIANUS ADOLPHUS THULDENUS populo Martius ex Volckmarschen ex Ducatu Westphaliæ, Professor fuit Gymnadis Laurentianæ Ss. Theologiæ licentiam nactus 1652. VIII. Kal. Octobris. Applausit huic Frater Erricus politioris litteraturæ studiosus in Academia Padefontana scriptis stilo soluto & ligato editisque. Fit ad Gradus B. Mariæ Virginis Canonicus, primæ gratiæ præbendatus. In historia suorum temporum scribenda primus Coloniæ fuit Surius, *ut supra dictum*: Surium Isselt, Isseltum Brachel, Brachelium Thuldenus excepit.

Thuldeni continuator fuit Henricus Brewer Juliacensis ab 1661. ad 1671. idem notabiliora ab 1661. ad 1673. idem collegit Tractatuum politicorum partem V. VI. VII. Hujus demum Ketteler, qui historiam sui temporis Latino stilo contexuit. Scripta Thuldeni.

Christiani Ad. Thuldeni Historiæ nostri temporis ab anno Christi 1652, id est, continuationis Adolphi Brachelii Pars I. sive Liber I. II. III. annos 1652. 53. 54. complectens. in 8vo Coloniæ apud Joannem Antonium Kinckium 1657. pp. 207.

Christiani Ad. Thuldeni Historiarum Europicarum Enneadis primæ Lib. IV. V. & VI. sive pars secunda

ſecunda annis 1655. 1656. geſta complectens. Accedunt ſeorſim ad hos annos pertinentes tractatus publici. Coloniæ apud Joan. Anton. Kinckium 1665. in 8vo pp. 304.

Chriſtiani Ad. Thuldeni Hiſtoriarum noſtri temporis pars tertia ab 1657. ad 1659. Accedunt ad finem Tractatus hiſtoriæ politici. Coloniæ 1659. apud Joan. Ant. Kinckium in 8vo pp. 364.

Chriſtiani Ad. Thuldenii Hiſtoriarum Europicarum Enneadis ſecundæ Lib. I. II. & III. ſive pars IV. annis 1659. & 1660. geſta explicans. Accedunt ſeorſum ad annos prædictos pertinentes Tractatus & Codicilli publici, quibus tractatus pacis Hiſpano-Gallicæ, Polono-Suedicæ, & Suedo-Danicæ aliáque includuntur. Coloniæ apud Joan. Anton. Kinckium 1663. in 8vo pp. 547. Tractatus continentur pp. 228.

Allgemeine und offenbahre dem Chriſtian Adolff Thuldens verteutſchter Hiſtorien vierten Theil beygefugte Kriegs- und Friedens-Handlungen. Cöllen bey Joh. Anton. Kinckius 1669. in 12mo.

CHRISTIANUS ADRICHOMIUS Delphius, Batavus, naſcitur 1533. patre Adriano Nicolai, vico probo, & Catholicæ religionis retinentiſſimo. 1567. ordinatus fuit Presbyter. Apud Batavos dum antiqua adhuc ſeu Catholica ſervaretur religio, egit Præfectum Virginum velatarum ad S. Barbaram in patria, indéque à primis Geuſio-Calviniſtis pulſus, Mechliniæ & Trajecti vixit, & Coloniæ, ubi naturæ debitum ſolvit annò Domini 1585. 12. Kalend. Julii, anno ætatis 52. exilii à patria ob cauſam fidei decimo tertio, conditus in Nazarethano Virginum Canonicatum Regularium S. Auguſtini Cœnobio, cui etiam aliquamdiu Hierarcha præfuit.

Teſte Valerio Andrea Deſſelo JC. *in Bibliotheca Belgica* Coloniæ in diſcutiendis Jeroſolymitanæ urbis atque antiquitatis ruderibus verſatus fuit, fidelémque & accuratam hîc operam poſuit; niſi quod Beroſo, Manethoni, & id genus ſuppoſititiis, ùt creditur, Scriptoribus plus æquo tribuat interdum, teſte eodem Deſſelo. Scripſit autem

Theatrum terræ ſanctæ cum tabulis geographicis, quod a morte authoris anno 1590. & 1600. in fol. Arnoldus Mylius Coloniæ typo dedit. Complectitur

Deſcriptionem terræ ſanctæ juxta XII. tribus Iſrael.

Deſcriptionem urbis Jeroſolymitanæ.

Chronicon utriuſque teſtamenti hiſtoriam continens. Joannes Lindebornius Notit. Epiſc. Dav. C. 5. §. IX. pag. 254. meminit MS. Adrichomii *Chronici*, & pag. 253. *Catalogi Cœnobiorum*, quæ anno 1433. tempore Baſil. Synodi complectebatur Congregatio Campi S. Joannis prope Vollenhove, vulgò dicta Capitulum Trajectenſe, quod ei colligata Cœnobia intrà Trajectinæ Diœceſis limites continerentur.

Habentur etiamnum varii ſermones MS. quos diverſis temporibus dixit, profectò non indocti, & qui merentur, ut lucem videant.

CHRISTIANUS claruit anno DCCCCLXI. primus Abbas Cœnobii S. Pantaleonis in Colonia. Vir in divinis Scripturis eruditus, & ſæcularis litteraturæ non ignarus, qui natione fuit Saxo, & Monachus Corbejenſis; inde miſſus Coloniam cum duodecim Monachis, & Abbas à Brunone Archi-Epiſcopo ordinatus, vitam in omni ſanctitate continuavit monaſticam. Scripſit inter cætera ingenii ſui

Opuſcula ſuper quatuor Evangelia, pulcherrimas Homilias in quatuor magnis voluminibus.

De Sacramento quoque Altaris.

Deſlorationes librorum S. Auguſtini libros octo & quædam alia.

Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ad annum Chriſti DCCCCLXI. editionis S. Galli 1690.

CHRISTIANUS GERSON naſcitur 1mâ Auguſti 1569. in Recklinghauſen, oppido Diœceſis Colonienſis, à parentibus Judæis. Lecto novo teſtamento, quod à paupercula eidem legatum fuerat, permotus fuit ad amplectendam Chriſtianam fidem, & nonâ Octobr. 1600. Halberſtadii baptiſmo donatus fuit, ùt puto, inter Lutheranos ſtudia proſecutus multos Chriſtianos Thalmudica & Hebraica docuit. Subin creatur à plebe Pſeudo-Diaconus Bernburgi in Principatu Anhaltino & Prædicantius in Dróbel. Redux è nuptiis domum, abripitur bijugis equis in Salam fluvium 15. Sept. 1627. Scripſit

Des Jüdiſchen Talmud fürnehmſter Inhalt und Wiederlegung in 8vo.

Undecimum capitulum Gemarræ Sanhedrini nuncupatum Cheleck, vertit Germanicè in 8vo.

Nondum eò uſque ullum Capitulum Talmudicum noto adeò idiomate verſum viderat orbis.

Carpzovius, R. Simon, Wolff Biblioth. Rabbinica & Critico-Lexicon Baſileenſe.

F. CHRISTIANUS van HONEFF Ordinem Minorum Conventualium S. Franciſci profeſſus in Conventu Seligendael Ducatûs Montenſis. Scribebat adulto ſæculo XVI.

Manuale in Decalogum, Symbolum, Orationem Dominicam. Extat impreſſum exemplar in Bibliothecis variis Carthuſiæ, Conventualium, & Societatis noſtræ.

Ein ſchœne kerſterliche Unterwyſung op die tien Gebode, en op die XII. Artickel des kerſtens geloven, mit dat Pater noſter en Ave Maria der Engelſcher Groeten; en ouk alle de Artickelen der jenigen Bychten, wo dat man alle Sunden onderſchiden ſall. Alle Punckten bewyſt mit ter hyligen Schrifft. En iſt geſant vor ein Hand-Böüsken, in den Jaer ons Herrn vyfftinhundert, ende ſennenderlich den Duerluchtigen hoge gebornen Furſten en Herr Herr Willem Hartig van Cleve Guelick en Berge, Graff van der Marcken Ravenborcht, mynem genedigen leven Herrn vam Broder Cryſtian van Honf Myner-Broder des Cloſters ſeligen Dael. in 8vo, neun Bogen. Coloniæ impreſſus by Jaſpar von Gennep 1537. De anno, die & loco obitûs non conſtat.

CHRISTIANUS HONSIUS Provinciæ Coloniæ Franciſcanus Alumnus, floruit 1550. Edidit Germanicè

Confeſſionale, ſeu modum ritè confitendi, & alia. Wadingus Scriptores Ord. Minorum.

CHRI-

CHRISTIANUS à S. Jacobo in urbe Geldria natus, induit habitum Carmeliticæ familiæ in Carmelo Colonienſi, in qua poſt editam profeſſionem annos multos Philoſophiam & Theologiam prælegit; diverſorum Conventuum Prior, ſolitudinis & rei litteratiæ amantiſſimus. Juſſu P. Provincialis ſcripſit anno 1711.

Hiſtoriam Provinciæ Alemanniæ FF. B. M. V. de Monte Carmelo, & anno 1715.

Catalogum hiſtoricum illuſtrium virorum volumine & labore utili perinde ac vaſto. Obiit mortem religioſam ac ſanctam Coloniæ 1718. 18. Octobris.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelit. Provincial.

CHRISTIANUS ISCHYRIUS Juliacenſis, Presbyter, Trajectenſis ad Moſam oppidi Protodidaſcalus. Fuit ab eo editus

Hortulus animæ multo nimirum amœniſſimus cum ecphraſi & enarratione ſeptem pſalmorum pœnitentialium, pſalmorum *Curſus Mariæ ſemper Virginis*, pſalmorum vigiliarum pro defunctis.

Meditatio in Orationem Dominicam.

De bonis operibus & igne purgatorio.

De jejunii & ciborum delectu.

De Divorum ſuffragiis. Omnia Coloniæ edita typis Gaſparis Gennepii: Antverpiæ 1535. apud viduam Chriſtoph. Ruræmundenſis; Lovanii apud Ant. Berpagne 1551. in 8vo. Dicatus eſt libellus Decano & Canonicis regalis Collegii ter maximi cæli primatis Servatii.

Jactat in præfatione reſtaurationem bonarum literarum & artium; ſed plus zelo, quàm ſtylo valet. Iſchyrius der Stercke forte ex Græco ſe anabaptizavit.

CHRISTIANUS MAYER patriâ Mengelrodenſis in Eichsfeldia, honeſtis piisque natus parentibus 1589. in timore Domini ab ineunte ætate felices adeò progreſſus fecit, ut non ſolùm levioris noxæ ſpeciem in omni actione perhorreſceret; ſed etiam fuerit creditum, in eodem virginalis caſtimoniæ florem ad extremum uſque diem illibatum manſiſſe. Adhuc ſtudioſus flagellis, cingulo trychino, & frequenti inediâ afflictabat corpuſculum, ità ut ab hoc vivendi modo nullæ aliorum vexationes eum potuerint impedire, quas ſæpè oportuit illatas ſuſtinere. His artibus adeò nihil impedimenti litterarum ſtudiis allatum eſt, quod multi perperàm exiſtimant, ut eos ſibi profuiſſe impendio ad profectum expertus ſit. Adlectus Coloniæ ad Societatem JESU 1602. eos virtutis & doctrinæ progreſſus fecit, ut Ariſtotele in Gymnaſio Tricoronato explicato Novitiorum cura & inſtructio eidem fuerit demandata. Incredibile dictu eſt, quantâ eos diligentia ad firmam ſolidámque virtutem informârit, ratus ad plurimorum ſalutem pertinere, ſi quam maximè idoneos illis, & robuſtæ ſanctitatis Doctores comparâſſet. Orationis contemplationisque tam perenne fuit in eo ſtudium, ut aliud agere nihil videretur. Horis Canonicis quotidie addebat pſalmos de pœnitentia, & alteros de Gradibus, Officium defunctorum, & pro clauſula Roſarium B. V. Mariæ. Regularum ac votorum obſervantiſſimus procurandæ animarum ſaluti ità ſe devoverat, ut eam ſibi functionem omnium laborum ſcopum deſignâſſe videretur. Ad extremum Treviris poſt adminiſtratam 11. annis domum probationis die Auguſti 28. 1634. inter ſuorum preces animam cælo piiſſimè tranſmiſit. Edidit

Enchiridion induſtriarum præcipuas vitæ piæ ac religioſæ exercitationes, quæ quolibet die occurrunt, perfectè obeundi, Coloniæ in Officina Birckmannica 1634. in 8vo & in 16to.

Diarium meditationum anniverſariarum de præcipuis vitæ Chriſti myſteriis, divinis beneficiis, attributis, feſtis B. Virginis & Sanctorum, & pleriſque virtutibus in ſingulos anni dies Eccleſiaſtico tempori congruenter digeſtarum omnibus mentali orationi addictis peraccommodum in ſex partes diſtributum. Coloniæ in Officina Birckmannica 1635. & duobus tomulis in 16to.

CHRISTIANUS SCULPINUS Gangeltenſis in Ducatu Juliacenſi natus. Supereſt ejus opus:

Explanatio in libros duos Aſtronomiæ, Theoriæ Jacobi Fabri Stapulenſis.

In Carthuſia Colon. MM. 51.

CHRISTIANUS WEYERSTRASS Noveſienſis. Scripſit

Hiſtoriam obſeſſi Noveſii MCCCCLXXV. Ejus meminit Arnoldus Mandt in carmine & hiſtoria S. Quirini Martyris.

CHRISTINA DE BRUZO, dicta Strommelenſis à *Strommelen*, vico Ducatûs Juliacenſis (in quo nata & tumulata primùm fuit) Coloniâ ſex horarias leucas versùs Septentrionem disjuncto. Nata fuit anno MCCXLII. Tredennis, ignorantibus parentibus, Coloniam venit, & Beginis ſe adjunxit, magno fervore in jejunia, in afflictandum corpus, in orationem perpetuam ſe effundens, à quibus Beginis, ſed à dæmone maximè tentationes continuas horrendas inſolitas paſſa tum Coloniæ, tum in Strommelen; quò reverſa apud ſuos parentes videtur commorata. Viſiones, raptus, extaſes & cruciatus à dæmone illic illatos corpori Chriſtinæ latè deſcripſerunt oculati & auriti teſtes Petrus de Dacia, Plebanus in Strommelen, & Joannes Magiſter ſcholarum vel puerorum primò ſimplex Clericus, poſt majoribus ordinibus initiatus Sacellanus & Secretarius, cui Chriſtina dictare ſolebat, & quæ cælitùs accipiebat dona, & quæ à dæmonibus patiebatur ſive domi apud parentes, ſive in Beginagio Strummelenſi, ſive in Eccleſia, ſive recluſorio, ſive aliis innumeris locis. Anno MCCLXIX. circa Paſcha Vulnera Chriſti corpori Virginis hujus impreſſa omnium oculis conſpecta ſunt. Poſt conflictum in Woringen MCCLXXXVI. libera à tentationibus dæmonis, ſupervixit annos XXIV. ad annum MCCCXIII. VI. Novembris, quo obiit. Ob plurima ad tumbam ſanctiſſimæ Virginis patrata miracula, & ſingulare in Theodorico Comite Clivenſi paralyſi liberato, fuit ſupplicatum Pontifici Romano Joanni XXII. pro canonizatione. Interim dictus Comes, memor accepti benificii, fundavit Collegium Canonicorum in Stummelen, annuente HENRICO Archiep. Colon. alterum Collegium in Cliviæ urbe principali. Ex Strummelen anno MCCCXLII. die 1mâ Maji Wilhelmo Juliæ Marchione primo, conſentiente Fratre ejuſdem Walramo Archiep. Colon.

lon. translata fuêre ossa venerandæ Christinæ in Niedecken, ejusdem Ducatûs Juliacensis oppidum, cum Collegio Canonicorum. Demum anno MDLXIX. sub Salentino A. C. & Wilhelmo Duce, Canonicorum Collegium Nideckâ in Metropolim Ducatûs Juliacum translatum fuit, & eodem vel proximo anno corpus B. Christinæ delatum, supra terram honorifico tumulo hodiéque cernitur & colitur frequentissimo populi concursu.

Dictavit Christina

Litteras multas, ab variis exceptas, & relatas in unum volumen. Exemplar earum in pergameno codice scriptum extabat anno 1736. in Bibliotheca Collegiatæ Ecclesiæ Juliacensis, quod manu & oculis versavi. Eas epistolas chronologico ordine exhibent *Hagiographi Antverpienses Tomo IV. in actis SS. ad diem 22. Junii, cum notis opportunis.*

CHRISTOPHORUS BRANDIS Consul Rudensis collegit & descripsit

Compendiosam relationem de fundationibus, celebritatibus, bellorum successibus, aliisque infaustis casibus & gestis urbis Rudensis, Ecclesiarum, hospitalis, Monasteriorum, beneficiorum & incolarum in prima parte. In altera parte selectionem quarundam olim celebrium familiarum aliarumque,

Ex originibus historiæ Westphal. J. D. von Steinen fol. 115.

CHRISTOPHORUS FEIST Colonienſis, ex Ordine Fratrum Minorum S. Francisci, Provinciæ Colonienſis Philosophiæ Lector. Scripsit

Librum de Confraternitate Chordæ, qui dicitur armatura David. Moguntiæ 1646.

Wadingus Scriptores Ord. Minor.

CHRISTOPHORUS LEOPOLDUS JOANNES von MUM zu Schwartzenstein, Herr zu Spich und Kochengoltz, apud Regem Sueciæ Assessor Consistorii, & Pastor annorum 20. Reformatorum sectæ addictus dubitationibus agitari cœpit, quas dum P. Capucino proponit, & responsa accipit, agnoscit evidenter majorem excessum credibilitatis in Catholica fide, in qua mater ejusdem mortua fuerat. Unde conscientiâ ductus, Coloniam venit. Anno 1691. 10. Februarii Coloniæ in Ecclesia PP. Capucinorum coram Reverendissimo D. Joanne Henrico Anethan, Episcopo Hierapolitano, Suffraganeo & Coadministratore in spiritualibus, & Vicario Archi-Episcopi Colonienſis Serenissimi Josephi Clementis fidem Romano-Catholicam professus est, Sacramento Chrismatis firmatus, eâque occasione nomina Leopoldi Joannis adjecta sunt nomini Christophori. Canonicatum adeptus est in insigni Collegiata Ss. Apostolorum Coloniæ. Edidit Germanicè

Motiven oder bewegliche Ursachen, warumb der wohlgebohrne Freyherr Christophorus Leopoldus von Mum zu Schwartzenstein, Herr zu Spich und Kochengoltz von der Reformirten zu der Römisch-Catholischen Religion getretten seye, Cöllen b. y Johan Schlebusch in 1691. *in* 18vo *pp.* 70.

CHRISTOPHORUS PILCKMAN Bonnensis, Ordinem candidissimum sancti Norberti in Abbatia Steinfeldensi ingressus, insignémque in virtute ac scientia profectum adeptus, primò Pragam pro restitutione disciplinæ Norbertinæ in Strahof cum sociis missus, post cineres Hussiticos, expetitus à bonæ memoriæ tunc Abbate Strahoviæ postea Archi-Episcopo Pragensi, qui cum fama sanctitatis obiit 1602. Dein Priorem egit in Monasterio Wedinghusano, quod planè deformatum, sub auspiciis Serenissimi Principis Ernesti Bavari, Archi-Episcopi Colon. jussu & ductu Balthasaris Abbatis Steinfeldensis è faucibus insidiantium eripuit, & magno fervore ac infracto labore avito nitori postliminio restituit. Quantas autem ibidem persecutiones, etiam cum vitæ periculo, à malevolis quibusdam & discolis sustinuerit, quo zelo & in opus DEI & Religionis incubuerit, quâ constantiâ rebus quasi desperatis in spem contra spem substiterit, dici vix potest. Hinc ùt aurum in fornace probatus in Abbatem Steinfeldensem electus est 19. Novembris 1606. ac post recusatam semel iterúmque Prælaturam tandem victus Confratrum suorum precibus oneri suppositi humeros. Erat simplicitate, vitæ innocentiâ, atque exactâ regularum observantiâ plurimùm commendabilis. Visitatoris ac Vicarii Generalis creditas sibi partes strenuè executus, Coloniæ Capitulum Provinciale habuit 1628, in quo salubertima circa disciplinam ac litterarum studia condidit decreta. In vindicandis è manibus Hæreticorum Monasteriis Saxoniæ sedulam dedit operam. At ob ingravescentis ætatis infirmitates infulæ abbatiali caput humile resignando subtraxit, quod ferali mortis sententiæ subtrahere non potuit, dum occubuit 22. Februarii 1637.

Pietatem ejus ac humilitatem discesit ex formula resignationis, quam adducit *Chron. Abbat. Steinfeld. his formalibus*: " Ego Christophorus Pilck-
" man jam 24. annis hujus Domûs Steinfeldensis
" Rector & Abbas præviis pluribus iisque matu-
" rissimis considerationibus de licentia Reveren-
" dissimi Domini Generalis Ordinis nostri Præ-
" monstrat. Domini Petri Gosserii solum DEUM
" ejúsque honorem hujus nostræ Provinciæ Rhe-
" nanæ, nec non specialiter hujus Monasterii
" Steinfeldensis bonum præ oculis habens ob in-
" firmitates meas frequentes, fractas laboribus
" vires atque senectutem, quæ per se morbus est,
" quæque mihi evidentissimum rerum necessariò
" in-& pro ordine, adeóque hoc nostro Mona-
" sterio gerendarum impedimentum, uti jam ab
" aliquot retrò annis expertus sum, fuit, ne
" per me Monasterii hujus in temporalibus & spi-
" ritualibus, nec non Ordinis commune bonum
" impediatur; sed ut efficaciùs promoveatur, cùm
" idoneas personas ad id muneris inter vos esse
" mihi planè constet, per sigilli abbatialis, cla-
" vium, registrorum traditionem cedo & resigno
" curam & prælaturam meam abbatialem ad ve-
" stras Domini Abbatis Knechtstedensis officio Pa-
" tris Abbatis in hoc actu ex antiquissimo jure seu
" consuetudine fungentis manus, rogans, ut statim
" authoritate Reverentiæ vestræ ad novi & idonei
" Prælati Successoris electionem procedi, mihi-
" que pro hujus domûs facultatibus & honore,
" próque meis meritis honestam assignari juxta
" morem simul & præscriptum Ordinis, vivendi
" portionem, rogans etiam ac monens omnes hu-
" jus Ecclesiæ Professos, Religiosos in Domino,
" ut maximè idoneum unà mecum eligere di-
" gnentur.

« gnentur. In hujus meæ voluntatis perpetuum « robur præsentes resignationis litteras manu pro- « priâ scripsi, easque subscriptione & secreti an- « nularis subimpressione communivi, manibus- « que Domini Abbatis Knechtstedensis tradidi. « Actum in Domo Capitulari Steinfeldiæ 7mâ Fe- « bruarii circa horam nonam antemeridianam « 1630. præsentibus Adm. RR. DD. Guilielmo « Greuter Scheidensi, & Wernero Wiessem Say- « nensi Abbatibus ad hunc actum specialiter re- « quisitis, nec non Fratribus omnibus externis, « quàm domesticis ad hoc legitimè vocatis.

F. CHRISTOPHORUS PILCKMAN, Abbas Steinfeldensis.

Successor ejus immediatus D. Norbertus Hortichem hoc ei Epitaphium Chronicum addidit:

ABBAS CHRISTOPHORVS NVLLI PIETATE SECVNDVS
ABLECTIS CVRIS LIBER AD ASTRA VOLAT.

Reliquit elucubrationes sequentes MS.

Paradisum religiosæ voluptatis in fol.

Vitas Sr Norberti, Hermanni Josephi & Godefridi notis illustratas.

Vitas quoque Ss. Ordinis Præmonstratensis, & alia rythmicè, linguâ Germanicâ conscripsit, quæ asservantur in Bibliotheca Steinfeldensi.

Libellum Latinum vitam & passionem Christi accommodatis precibus & vivis picturis valde piè & affectuosè repræsentantem manu propriâ scripsit & pinxit, quem Typographo Burgenio Colonienſi morte repentinâ sublato clam subductum plures doluerunt.

Chronica Abbat. Steinfeldens.

CHRISTOPHORUS COMES DE RANTZOW in Schmol Henfeldii, ad Religionem Catholicam Romæ ex Lutheranismo conversus anno sæculi XVII. quinquagesimo. Extitit deinceps fidei Catholicæ propugnator acerrimus. Inter Consiliarios Imperii aulicos ab Augusto Ferdinando III. adlectus ad varios Principes & Reges Legatus, inter proceres enituit, ab eodem destinatus ad purpuram Cardinalitiam, si admittere voluisset. Dum vixit Pater pauperum, & fuit & audiit. Quocunque per Germaniam, Italiam, Belgium iter faceret, pertransiit benefaciendo. Contemptor sui, expers fastûs, & infra statum abjectus. Cultum corporis adhibuit permodicum, victu urebatur tenui ac parabili: quo plura colligeret, quæ effunderet in egenos. Non est Coloniæ Monasterium ullum egestate pressum, cujus benefactor non fuerit munificus. Idem Hildesii, Monasterii Westphaliæ, Coesfeldiæ, Paderbornæ, aliisque locis, in quibus tantisper restitit, factitatum. Idem Romæ, Venetiis, in missionibus Hollandicis & Septentrionalibus, quæ expertæ viri beneficam manum perpetuò prædicabunt. Hæc, ùt ex DEI amore sinceriſſimo profecta dona adeò occultare nôrat, ut nesciret sinistra, quid dextera erogaret. Imò fasciculum ingentem fundationum piarum supremo vitæ tempore factarum Rectori Collegii Colonienſis tradidit interpositâ divini judicii interminatione; nisi eum acceptâ mortis notitiâ igni non lectum injiceret.

Demum in stabiles pauperibus & Neophytis alendis perennes fundos conversurus erat ultimam voluntatem, quam ante pauperibus generatim & promiscuè pascendis addixerat, ni mors obitumsset. Ea viro non inopina accidisse creditur: octiduo enim ante obitum confecerat donationem erga PP. Cartusianos Colonienses, cum ipsque de suo tumulo egerat. Redit ad suos, tentatur morbo, munitur sacris mysteriis omnibus, & ad supremam usque horam præsente animo diem claudit fine beato 1696. 16. Januarii. Ab eodem scriptus

Jucundus congressus seu epistolæ anno MDCLI. jubilæo scriptæ ab illustri, generoso ac nobilissimo viro D. Christophoro Rantzovio ex Holsatiæ nobilitate Romæ ad fidem Catholicam ex Lutheranâ secta eodem anno prudentissimè converso.

Accedit *Cautio brevis Theologi Romani circa easdem litteras...* in sancta Ubiorum Colonia, typis viduæ Hartgeri Wormingen 1651. in 4to.

Idem Germanicè in 8vo mit angehengter Glosse pp. 108, in qua varia anecdota statum religionis in Dania concernentia.

Icon Excellentissimi Comitis picta supereſt in Collegio Colon. S. J.

CHRISTOPHORUS WINTZLER nascitur Recklinghusæ anno 1569 patre Constantino, matre Elisabethâ Berchaus. Confecto studiorum curriculo fuit primò Consiliarius aulicus Electoris Colonienſis, ac demum ejusdem Cancellarius renuntiatus. Uxorem lectissimam domum deduxit, Gertrudem Sichratz, ex qua procreavit proles masculas septem, novem fœminas. Obiit anno MDCXXXIII. XVII. Decembris, ætatis LXIV. *Icon clarissimi viri extat apud Pronepotem von Wintzler, Censorem Senatûs Colonienſis.*

1. *Joannis Pelsii Recklinghusani popularis sui opus posthumum, Processum judiciarium edendum curavit typo Grevenbroichii. Coloniæ 1698. in octavo.*

2. *Scripsit ipse Tractatum de jurisdictione Episcoporum Germaniæ. 1665. Coloniæ typo Balthas. ab Egmondt in 8vo pp. 48.*

3. *Synopticas observationes de contributionibus Imperii & provinciarum. 1608. Coloniæ typo Gerardi Grevenbroich in 8vo pp. 43.*

Ex Commentariis clarissimi Domini Censoris von Wintzler.

CHRONICA ARCHI-EPISCOPORUM COLON. varia in variis Bibliothecis extant impressa & MS.

Impressa sunt Chronica Germanica, de qua mox. Latina Levoldi à Northoff & Petri Cratepolii, de quibus post horum Authorum vitam agemus.

Die CHRONICA van der hilliger Stadt Coellen. Ea edita charactere Gotico in folio, iconibus variis referta fuit primùm 1489. operâ Joannis Koelhoff. Secundò 1490. Tertium 1494. & ultimum 1499, quæ vulgò notior est, & quasi sola esset edita, laudatur, etti rarissima sit; adeò ut Scriptores nonnulli Germanicarum Bibliothecarum eam non laudent quasi ignoram, aut de ejus extantia dubitârint. Mattaire *in Tomo I. Annal Typographicor. 2dæ editionis anno 1731. p. 698. 699.* Ægidius Gelenius Canonicus & Ecclesiæ obtri-

ctus de hac Chronica ſiniſtrè ſentit : " Author " ait, iſte uti anonymus eſt, ità recentioris ævi " præterea damnatus ; ideóque ei fides nulla de- " beri videtur, nisi alterius authoritate ſublleve- " tur. Neque ab Werdenhagio in opere de re- " bus publicis Hanſeaticis laudatur, ut in quo " potiùs Collectanea, quàm vera hiſtoria multis " fabulis & ſimilibus permiſta contineantur.

E contrario cives : quia pro civitatis libertate contra Epiſcopum aſſerenda totus eſt, magnì hunc librum faciunt, & lubentes legunt, utì Treviri ſuum Kyriandrum.

Gelenius de magnitud. Colon. L. 1. Syntagm. XII.

DECEM CHRONICÆ MS. ineditæ, ex quibus ſeptem anonymæ, tres ſuis authoribus inſignitæ, extant omnes apographæ *in Bibliotheca Collegii Colonienſis* præter *nonam* & *decimam* Chronicam, quæ an ab octo enumeratis diverſæ ſint, neſcio.

Primæ Chronicæ titulus : Succeſſio hiſtorica Epiſcoporum & Archi-Epiſcoporum Colonienſium à Materno ad Philippum anno 1196. Incipit: *Apud Agrippinam nobilem*, deſinit: *Perpetuæ memoriæ tranſmiſit.* Ex manuſcripto veteriſſimo charactere petrino aſſervato in Archæo antiquiſſimæ Societatis Monetariorum, vulgò Huſgenoſſen. Hinc conſtat, ſcriptam eſſe hanc Chronicam ſub finem ſæculi XII. (Philippus enim 1191. idibus Auguſti obiit) vel ſæculo ſequente XIII. aut certè ex hujuſmodi ſcripto deſumptam.

2dæ titulus : Nomina & actus Pontificum Colonienſium, quæ Chronica nominatur. Incipit: *S. Maternus diſcipulus S. Petri.* Finis : *Fortunet DEUS ejus conatus.* Ex MS. veteris montis volumine XXX. Geleniano pag. 955. ad 960. Creditur eſſe Cæſarii Heiſterbacenſis: definit enim in Henrico à Molenarck.

3tiæ titulus : Chronica ſive ſeries Archi-Epiſcoporum Colon. à S. Materno uſque ad Salentinum A. C. anno 1573. Ex Bibliotheca Comitum de Manderſcheidt Blanckenheim. Principium : *Divus Petrus aliorum Apoſtolorum Coryphæus.* Finis: *Fortunet DEUS ejus conatus.*

4tæ titulus: Chronica Præſulum Colonienſium. Incipit : *Circa principium deſcriptionis chronicæ.* Finis : *Melius eſt ſilere, quàm aliquid ſcribere.* Eſt collecta à S. Materno uſque ad Erneſtum ex variis Archæis MSs. monumentis necrologicis. *Apud Rmum D. de Bilſtein Decanum Cunibertinum.*

5tæ titulus: Series Archi-Epiſcoporum & Electorum Colonienſium non intertupta. Incipit: *Rubertus Tuitienſis Abbas.* Finit : *In æde Metropolitana.* Extat inter ſchedas MS. Adolphi Bingen Decani Cunibertini. Deducitur à S. Materno uſque ad Maximilianum Henricum A. C.

6. Eſt fragmentum MS. Chronicæ ab S. Materno uſque ad Adolphum à Canonico S. Severini, fors Hermanno de Weſalia, Doctore & Canonico Sanſeveriniano.

7tinum MSs. Chronicon extat in Bibliotheca Monaſterii S. Laurentii Leodienſi, cujus apographum mecum communicare voluit Rmus D. Abbas vir ſingularis humanitatis.

8. Anno 1743. Hermannus & Andreas Eſſer Soc. JESU Sacerdotes donârunt Bibliothecæ majori Collegii S. J. inſigne MS. hiſtoriæ Archiepiſcop. Colon. ab Conrado Heerenhuyff Ratingenſi circa 1515. ſcriptæ & hiſtoriam pertexente, à S. Materno I. ad h. a. Extat in Coll. Colon. PP. S. J.

9. V. C. D. Schannat, dum viveret, amicus mihi in paucis affirmavit, penes ſe eſſe MS. Chronica Archi-Epiſcoporum Colonienſium, quæ an à noſtris diverſa ſit, non habeo.

10. Montfaucon in Bibliotheca MSs. meminit Chronicæ MS. Archiepp. Colon. Oxonii in catalogo MSs. codd. Bibliothecæ Collonianæ edito 1696. in folio, in Theatro Seldeniano extat ſub effigie Titi litera D codice XXV. tomus collectaneus multorum Germaniæ Epiſcoporum hiſtoriæ, & quidem num. 2do. Chronicon & actus Archi-Epiſcoporum Colonienſium à Materno primo Epiſcopo ad Theodoricum Epiſcopum LXI. qui obiit 1464. *Refert* Oudin in Comment. de Scriptor. Eccleſ. Tom. II. p. 727. Gerard. Voſſius L. II. de hiſtor. Latin. c. 42.

CHRONICI MAGNI BELGICI Scriptor Anonymus, Canonicus Regularis Ordinis Divi Auguſtini prope Nuſſiam *(non in Ducatu Cliveni, utì errat Oudin)* in Archi-Diœceſi Colonienſi claruit poſt annum 1460. temporibus Friderici III. Imperatoris, ſub cujus imperio compoſuit *magnum Chronicon Belgicum*, quod ab A. C. LIV. incipiens, in obſidione Nuſſienſi deſinit, in qua Scriptor erat, dum obſideretur, quæ anno 1474. contigit. Illud opus ex diverſis Scriptoribus collegit, quos paſſim antiquiores allegat. Quem eo tempore vixiſſe, quo Chronicon concludit, ex poſtremis iſtis illius verbis conſtat: *Et tanto Bombardarum fragore aër perſonuit, quod vix etiam obturatis auribus tolerare potui.* pag. 420.

Meminit hujus Scriptoris *Joannes Piſtorius*, qui illum edendum curavit inter Hiſtoricos de rebus Germanicis Francofurti 1607. & 1613. apud Aubrios Fratres in folio Tom. I. à pag. 1. ad 420. *Gerardus Joannes Voſſius Lib. 3. de Hiſtoricis Latinis C. 6. Poſſevinus, Caſimir. Oudin Comment. de Scriptor. & ſcriptis Eccleſ. Tom. III. ſæcul. XV. p. 269.*

CHRONICÆ REGIÆ à Monachis Pantaleonitis ſcriptæ, verſio vetus Germanica. Ab Henrico aucupe uſque ad captum à Friderico I. Mediolanum.

Joannes Georgius Eccardt *in Corporis hiſtorici medii ævi Tomo I. N. XII.* excuſat ſe, quòd Scriptoribus Latinis opuſculum hoc Dialecto Colonienſi ſub finem ſæculi XIII. exaratum interſeruerit. Scribit enim, id ſe ex ſcriptura codicis membranacei à doctiſſimo viro Gerardo Maſtrichtio, Reipublicæ Bremenſis Syndico ſibi communicato collegiſſe. Poſt pauca ſubjungit: " Conſtituit iliud (ſcilicet Chronicum Regum " Imperatorúmque Germanicorum ab Henrico " Aucupe uſque ad Fridericum primum Imperat. " atque Mediolani deſtructionem perductum) " majorem partem Chronicæ regiæ Colonienſis " atque inde excerptum, atque in gratiam illu- " ſtrium virorum Gerardi de Hamerſtein & Ge- " rardi de Landescron in Germanicum ſermo- " nem translatum eſt à neſcio quo *Witkundo* " (ità enim ſe in præfatione Rhytmica nominat)

" *Cole-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

" *Colonienſi*, ùt ex ſtylo manifeſtum eſt. Hiſto-
" riam de cætero non ſecundùm annos Chriſti,
" ſed ſecundùm annos Imperatorum noſtrorum
" recenſet, quibus Pontificum Romanorum ac
" Archi-Epiſcoporum Colonienſium ſucceſſiones
" addit. " Eum in aliquibus rebus & verbis exponendis hallucinatum eſſe, notat Eccardus, & probat in præfatione dicti Tomi II.

CLAUDIUS LACROIX in Dahlem Ducatûs Limburgenſis, quà Hollandiæ paret, oppido, naſcitur 1652, & in Parochia S. Andreæ baptizatur. Linguarum & artium notitiâ non vulgari tinctus, à Profeſſore Tricoronatæ Scholæ Ignatio Waſſenhoven Magiſter Philoſophiæ creatur 4tâ Martii 1673, eodémque anno inter tirones Societatis Treviri adoptatus fuit. Humaniora Juliaci & Monaſterii Weſtphalorum cùm docuiſſet, Theologiam adorſus eſt tantâ & celeritate & felicitate ingenii, ut ad hanc natus & factus ſingulari talento videretur. Vix Coloniæ, ubi anno 1687. quatuor vota nuncupavit, Ariſtotelem triennio commentatus eſt; cùm omnes fermè Provinciæ Profeſſores (quia prælo ſubjici renuebat) exemplar ſibi ſcriptum certatim depoposcêre. A Lycæo ad conſcientiæ dubia explicanda translatus pari dexteritate eam approbationem meruit, ut domeſtici perinde ac externi typum penè convitiis flagitarent, & deſcripta per manus omnium iterent; ſubin Majorum conſilio Laureâ Theologicâ in Univerſitate Colonienſi donatus anno 1698, ibidem & Monaſterii Weſtphaliæ in confertiſſima ubique Auditorum corona, non docendi priùs, quàm vivendi finem fecit. Vaſtâ pollebat & fideli Authorum ſemel lectorum memoriâ, ingenio claro & ſagaci, & in magna ſcientiarum ubertate brevitatis & perſpicuitatis perquam ſtudioſo. Oraculum dixiſſes familiare indigenis & exteris promptum & paratum, ſinè invidia communicans, quæ ſinè fictione didicerat. Hæc literaria decora longè inferiora erant in conſpectu Domini iis, quæ ab intus ſunt.

Laboribus exhauſtus, ad extrema deductus, ſacri viatici & inunctionis dies diverſos ipſe deſignavit, & magno pietatis ſenſu ac pace utroque myſterio fruitus eſt. Pridie Kalendas Junii, quæ dies auguſto Dominici Corporis Sacramento ſolennis erat, rogatus, utrùm poſtridie, quæ feria VI. erat, pro more ac devotione erga Patronum ſuorum Indiarum Apoſtolum refici divino epulo cupiat; *non vivam* reſpondet, *craſtinam;* inſtantibúsque ſociis repoſuit tertiò, hâc nocte certò moriar, quibus verbis cum ingruente nocte ob pulſum arteriæ æquabilem ac pacatum fides non haberetur, recipere ſe ad quietem omnes, uno Sacerdote remanente, quem ſinè ſollicitudine eſſe, & nonnihil quieſcere voluit, ſpondens tempore excitandum. Circa noctis undecimam inſeruerat brachio roſarium, cui annexa plenaria indulgentia pro mortis articulo erat, excitat Sacerdotem à ſomno, aſſerit inſtare ultimam horam, præeat in preces, applicétque ſibi non alias, ſed eas ipſas, quas deſignaverat moribundo ſibi impertiendas indulgentias. His peractis, ſacrum cereum petit, quo piè prehenſo, alteram ex Agenda orationem dici voluit, quâ abſolutâ, eodem momento placidiſſimè exſpiravit 2dâ Junii 1714. Defunctum Collegæ, Univerſitas & urbs communi luctu proſecuta eſt. Illuſtriſſimus Apoſtolicæ Sedis Nuntius (qui, perſpectâ viri probitate & ſcientiâ, conſilium ejuſdem & operam in graviſſimis negotiis frequenter adhibuerat) audito obitu, altùm ingemuit, & piaculacri ſacro piis manibus precatus eſt. Scripſit

Theologiam moralem antehac ex probatis Authoribus breviter concinnatam à R. P. Hermanno Buſenbaum S. J. nunc pluribus partibus auctam. Quæ primò edita eſt Coloniæ apud Servatium Noethen in octo tomulis. 2dò Venetiis in folio. 3tiò etiam in folio recuſa apud eundem S. Noethen. 4tò recuſa Mediolani in folio. 5tò recuſa Lugduni in Galliis in folio.

CONRADUS ab ALDENDORP ſeu Aldendorpius, ùt quidam legunt, Carmelita Colonienſis, Epiſcopus Azotenſis, Orator facundus, Hiſtoricus excellens, Theologus abſolutiſſimus Poſtquam in variis Provinciæ Conventibus quà Philoſophiæ, quà Theologiæ Lectorem egiſſet, ab Archi-Epiſcopo Trevirenſi Wernero à Konigſtein circa 1391. aſſumitur in Pontificali munere Suffraganeus. Scripſit

Vitam S. Cyrilli, Ordinis ſui Doctoris & Prioris Generalis.

Aubertus Miræus.

CONRADUS ab ARNSBERG, filius illuſtris Comitis ab Arnsberg, natione Germanus, profeſſione Carmelita Colonienſis, qui quantum generis nobilitate claruit, tantum quoque ſplendore virtutum & doctrinæ excellentiâ fulſit. Anno 1384. fuit Informator, id eſt, Dialectices ſeu Logices Profeſſor in Carmelo & ſtudio Coloniæ. Dein Magiſter ſtudentium ibidem. Anno 1386. ex Decreto Capituli Provincialis Moguntiæ celebrati deſtinatur ad Univerſitatem Viennenſem Auſtriæ, ubi tunc florebat Magiſter Arnoldus de Auſtria Carmelita publicus & famóſus, Ss. Theologiæ Cathedraticus Profeſſor, ibíque in ſtudio perſtitit uſque ad annum 1390, quo anno revocatus in Provinciam ſuam, ordinatur Lector in Conventu Caſtellenſi in Haſſia. Dein aſſumptus eſt à Friderico III. ex Comitibus Larwardenſibus ſeu Morſenſibus Archi-Epiſcopo Colonienſi in Vicarium Generalem pro adminiſtrandis Pontificalibus in locum Everhardi Muſchin ex eodem Ordine Carmelitano Suffraganei Colonienſis vitâ functi 1397. undecimo Kalend. Februar. & creatus Epiſcopus Venecomponenſis 1399. Conſecravit Coloniæ Eccleſiam Parochialem S. Lupi, teſte laminâ quâdam cupreâ in ære fusâ, in dicta Eccleſia ad columnam affixâ in hodiernum uſque diem, quæ ſic habet: Univerſis Chriſti fidelibus pateat evidenter, quòd hanc Eccleſiam S. Lupi aliàs ruinoſam honorabilis vir Wilhelmus de Herre honorificè reformari fecit, quam Venerabilis Pater & Dominus D. Conradus Venecomponenſis Epiſcopus conſecravit anno Domini 1397. proximâ Dominicâ ante feſtum ſanctæ Catharinæ, cujus Dedicationis feſtum ſingulis annis eâdem Dominicâ eſt peragendum, ut Chriſti fideles, eam devotè viſitantes, indulgentias ibidem conceſſas conſequantur. 1410. Univerſitati Colonienſi novellæ ſeſe immatriculari fecit, ùt habet liber Univerſitatis ad annum 1429. 13. Kal. Maji. Conſecravit inferiorem partem

cum duobus altaribus in domo Fratrum sanctæ Crucis Ordinis sancti Augustini in Schwartzenbroich Ædificari quoque fecit suis expensis Sacellum Deiparæ Virginis Mariæ Coloniæ in Ecclesia Ordinis, quod ipsemet consecravit ipso Virginis immaculatè conceptæ sacrato die, ibique instituit Confraternitatem B. Virginis Mariæ, quam majorem vocant, quæ etiam in hodiernum usque tempus solennissimè celebratur annuè in Dominica infra octavam Assumptionis Virginis Deiparæ, cujus Confratres sunt, quotquot sunt tam intra, quàm extra muros Colonienses Monasteriorum Abbates, Collegiorum Decani, aliique Prælati Ecclesiastici, nec non totus amplissimus & nobilissimus Senatus & Magnates inclytæ urbis Colonienſis. Eximius fuit Deiparæ cultor; hinc omnibus in locis seu picturis, ubi suam reliquit memoriam, semper ad ejusdem Deiparæ imaginis vestigia sese collocari fecit, prout adhuc variis in locis Ecclesiæ ac Sacristiæ Colonienſis cernitur. Est honorificâ sepulturâ donatus (agente nimirum familiâ suâ) in Sacello beatissimæ Virginis ante ejus imaginem atque aram immaculatæ Conceptionis ejusdem sub lapide aliquantulum aliis elevatiore, cui ipse Pontificali habitu in ære incisus cernitur, cum hac per quatuor partes extremitatum circumscriptione: *Anno Domini MCCCCXXXIII. die ultimâ mensis Julii obiit quondam R. P. & Dom. D. Conradus de Arnsberg, DEI gratiâ Episcopus Venecomponensis, Ordinis Carmelitarum, Reverendissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Theodorici de Morsa eadem gratiâ sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archi-Episcopi in Pontificalibus Vicarius Generalis hîc sepultus: cujus anima per pissimam DEI misericordiam requiescat in sancta pace. Amen.*

Ægidius Gelenius Lib. 3. de Colon. Agrippa magnit.

Scripsit

Sermones ad Clerum & populum.

Collationes etiam festiales.

Possevinus. Commentarii Eximii Tevvis Provincialis Carmelitarum.

CONRADUS BARSIERIER, aliàs de Rodenberg, S. Martini Coloniæ professus, ac subinde Prior claustralis. Deinde Abbas S. Joannis in Rhingavia ad annum 1486. conspicuus. Scripsit

Vinea Domini Sabaoth. MS. in Bibliotheca sancti Jacobi Moguntina.

Exercitium Novitiorum de præparatione ad Missam, Orationes Capitulares.

De gestis & translatione trium Regum. MS. in Bibliotheca lacensi cod. 45. typis impressum Coloniæ per Joan. Barthol. Unckel 1481.

Sermo de tribus Magis extat MS. in Biblioth. Lacensi cit. cod. 45. Trithemius. Ex Commentariis MS D. Legipont O. S. Martini Coloniæ.

CONRADUS BETZDORPIUS J. U. Doctor in Universitate Colonienſi, ejusdémque urbis Syndicus, fuit à Serenissimo Duce Brunswicensi Præposito Metropolitico Colon. renunciatus Pro-Cancellarius almæ Universitatis Colonienſis. Nominaverat Princeps suum Vicarium in Cancellarii officio Joannem Gropperum J. U. D. sed Coloniæ non promotum. Intercessit Universitas contra personam hoc officio functuram, non è suo gremio delectam. Id cùm Majorum mori & statutis congruum vidisset Princeps, benignè annuit voto quatuor Facultatum; & Betzdorpium dixit sui vices gerentem in licentia ad gradus litterarios summos impertienda. Extat impressa sinè loci & typi mentione

Reformatio der freyen Reichs Stadt Cöllen, zu Anordnung der Raths- und Stadt Richteren, Gericht-Schreiberen, Procuratoren und gerichtlichen Processs, fort Appellations- und Executions-Sachen, Taxa salarii, Urtheil-Meister Roll, sampt Gräf- und Schöffen Eydt und Ampts-Verwaltung, durch weyland Herrn Conradum Betzdorpium J. U. Doctorem, Stadt Syndicum, nach Form der Rechten, fort Inhalt der Stadt Cöllen, Statuten, und guten alten Gewohnheiten ordentlich gestellt.

CONRADUS BRAUWEILERENSIS professus Regulam sancti Benedicti in Cœnobio Brauweilerensi, floruit medio sæculo XI. Vir admiratione omnium dignissimus, dicendi artifex & Orator eloquens, gravis & ingeniosus Poëta, tum præterea sacratum litterarum scientiâ nemini secundus. Scripsit

Vitam Wolffhelmi Præceptoris sui ad Eberhardum Brauweilerensem & Hermannum sancti Pantaleonis Coloniæ Abbates volumine doctissimo.

Acta Sanctorum Aprilis die 22. Eysengrein Catal. Test. verit. Mabillon sæculi VI. Bened. ad annum 1091.

CONRADUS à S. GEORGIO Conventûs Colonienſis Carmelitarum Prior, postea Provincialis, Observantiæ regularis custos, puritatis religiosæ speculum, opere & sermone potens, anno 1298. à Sede Apostolica mittitur in Angliam ob dissidium quoddam inter Angliæ Doctores & R. P. Generalem, Gerardum de Bononia super divisione Provinciæ Angliæ exortum, quod summâ dexteritate & prudentiâ composuit. Moritur Coloniæ 1305. Scripsit

Librum unum de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

Librum unum Quæstionum Theologicarum.

Joannes Similer. Philippus Metius.

Ex Comment. Eximii Brunonis Tevvis Carmelit. Provincialis.

CONRADUS GRUTHERUS Pastor in Gladbach in Ducatu Montensi ante fuerat; sed gratiâ Wolffgangi Wilhelmi volentis jura sua Catholicis in Schwelheim ab Hæreticis invasa restitui, Pastor translatus fuit ab eodem Serenissimo Duce ad avita Catholicorum jura in Schwelheim restituenda, & turbatores Catholici exercitii compescendos, ùt narrat in dedicatione eidem Principi inscripta. Editus ab eo Germanicè

Reformirter Evangelischer Catechismus, darinnen 22. vornehme Religions-Strittigkeiten zwischen den Catholischen und Evangelischen aus der Augspurgischen Confession, Magdeburgische Centurien, &c. ja aus Lutheri und Calvini offenen Bekäntnussen beygelegt werden, der alten Römischen Catholischen Wahrheit zu Ehren, den irrenden Schäflein zur Unterricht, durch Conr. Gruther

ther 1635. Cöllen bey Peter Brachel, sumptibus Authoris in 12mo pp. 397. Approbat Henricus Sierstorff Regens Laurent.

CONRADUS ex HERESBACH verosimiliùs nascitur 1496. 2. Aug. in prædio cognomine Parochiæ Medtman Ducatûs Montensis. A puero studiis delectatus, insignium artium optimarum & principum linguarum notitiam acquisivit. Coloniæ litteris humanioribus perpolitus, Italas & Gallicas Universitates saluravit anno 1522. 22. Octobris ab celebri legum Doctore Virgilio Sylvestri utriusque juris magisterii laureâ redimitur. Inter Præceptores, quibus adolescens operam dedit, laudat Justinianum Genuensem, Episcopum Nebiensem, quem psalmos Hebræos explicantem audivit, & sub quo utì & aliis Magistris Hebraicæ linguæ cognitionem sibi comparavit. A Joanne Clivensi & Juliacensi Duce accersitus, Wilhelmo filio Præceptor datus est, Præceptori postmodum datus à Joanne Canonicatus Xantensis, quem Conradus 1535. resignavit. Mortuo patre, cùm clavum regeret Wilhelmus, suum quondam Præceptorem Conradum sibi à consiliis esse voluit, quo in munere quinquaginta annis ampliùs dum versatur cum fide & industria, plurimas rerum mutationes est expertus, ùt scribit Melchior Adamus, distractiones religionis, exitialium bellorum seditionúmque motus varios, fortunæ & consiliorum tragicos eventus. Nec verò solùm in cancellis consiliorum Ducum Clivensium est versatus, sed & legationes multas obiit, & res magnas pacis bellique temporibus gessit ità, ut absque invidia & laudem invenerit, & amicos comparârit. Matrimonio junctus fuit Mechtelæ von Dunen 1535. improli, quæ 1560. mortua, & Vesaliæ in sancti Willibrordi sepulta est. Ætate in senium vergente maturè vasa collegit, & causariâ missione à negotiis & variis hujus mundi occupationibus impetratâ, quod reliquum vitæ erat, in sacris literis voluit consumere, & Davidicis psalmis, quibus sacrorum Bibliorum epitome continetur, senectutem exercere. Psalmos itaque brevibus quidem, sed perquam eruditis scholiis illustravit, & precandi formulas ad usum simplicium concinnavit, precibus singulis hebdomadæ diebus assignatis, diem supremum obiit (linguarum plurium, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Italicæ, Gallicæ, Belgicæ peritus, & non minùs morum suavitate de suis, quàm eruditione de republica bene meritus) 1576. Vesaliæ 14. Octobris sepultus eodem cum uxore tumulo. Bibliothecam urbi, egenis è familia eleëmosynas transcripsit. Fidem Romano-Catholicam ad mortem usque integrè, ùt fertur, tenuit. Errat proinde Teschenmacher & von Steinen, Prædicans Isselburgicus, qui vult illum Lutheri fuligine aspersum fuisse, & nescio quam novæ fidei professionem ab eo moriente editam. Gattiunt ex libello Vesaliæ edito 1638, quo & contendunt Ducis Joannis sororibus Sybillæ, Annæ, Amaliæ recentis Wittenbergici Evangelii amorem afflâsse. Subinde fatetur Heresbachium non fuisse Lutheranum; sed Pontificium mortuum ùt Melchior Adamus narrat. Ut ut se res habeat, Conradi Heresbachii libri in *indicem primæ classis prohibitorum* referuntur; quod Catholicos omnes monitos volumus. Ejus studio prodierunt

1. *Libri duo de educandis erudiendisque Principum liberis Reipublicæ gubernandæ destinatis, déque Republica Christiana administranda*, impressi Francofurti per Georgium Corvinum in 4to 1592. pp. 333.

2. *Psalmorum Davidicorum simplex & dilucida explicatio. in 4to Basileæ 1578.*

3. Transtulit quædam è lingua Græca in Latinam in posterioribus libris Grammaticæ introductionis Theodori Gazæ, quam Basileæ Curio excudit 1523.

4. *Herodoti Halicarnassei librum de genere vitáque Homeri.*

5. Recognovit etiam ad Græca exemplaria ejusdem *Herodoti historiarum libros 9*, cùm in cæteris libris multa, quæ deerant, adjecit, tum in primo libro plus minus novem folia. Opus excusum Coloniæ 1526.

6. *Strabonis Geographiam* à Gregorio Tifernate & Guarino Veronensi, ùt putatur, conversam denuò *recognovit*, ac plerisque locis de integro *vertit.*

7. Similiter Thucydidis libros de bello Peloponensium &c. excusos Coloniæ 1527.

8. Lexicon Græco-Latinum à Curione olim impressum locupletavit.

9. 10. Joannes Ursinus refert 1mò, ab eodem Conrado aliquod *Historicum Diurnale* fuisse compositum. 2dò *Annales Francorum*, eosque Paderbornæ in Collegio PP. S. J. reperiri in pergameno exaratos. 3tiò *Primordia Civitatis Duisburgensis.*

11. *Commentarios de re rustica* hortatu Hadriani Marii, Geldriæ Cancellarii scribere cœpit ea cum stipulatione, ut Marius Hortensis culturæ disciplinam explicaret. Verùm Mario interea morte præripto ipse, quod deerat, de suo addere in rei rusticæ Commentariis coactus fuit.

12. *Celeuma exhortatorium* ad præparationem Christianè moriendi. in 4to Francofurti ad Mœnum apud Joannem Feyerabend 1592.

CONRADUS ISERENHUYFFT de Ratingen, urbe Ducatûs Montensis, rogatu civis Coloniensis, honorandi quondam Præceptoris sui scripsit

Chronicam Archi-Episcoporum sanctæ Civitatis Coloniensis à sancto Materno ad Philippum de Duna defunctum anno 1508. XIII. Novembris, die sacrâ *S.* Brictio. Principium: *Circa initium & principium descriptionis Præsulum sanctæ Coloniensis Agrippinæ Ecclesiæ.* Finis: *Occultent meritis crimina nostra suis.* Extat MS. in folio in Colleg. Colon. S. J.

CONRADUS KOELLIN *Suevus* natione, patriâ & professione Ulmensis, Ordini Prædicatorum adscribi voluit. Vir ingenio acri ac studiis planè deditus jam clarebat anno MDVII, quo sic de eo in actis Cap. Gener. Ordinis Prædicatorum Papiæ habiti lego statutum: *Conventui Heidelbergensi Provinciæ Teutonicæ damus ad legendum sententias pro primo anno Conradum Koellin* (erratum enim typorum est in editis, ubi legitur Chorardum Chilin) eo verò munere tanto auditorum plausu & fructu functus est in explicandis potissimùm S. Thomæ placitis, ut, cùm postea Coloniam Agrippinam translatus Gymnasii Ord. Prædicatorum Regens ac Moderator sacras litteras interpretaretur, ex communi Academiæ Heidelbergensis Catholicissimæ tum & florentissimæ Professorum voto Decanus suavissimam ad eum & ur-

gen-

gentissimam scripserit epistolam petens, ut, quæ olim apud eos in *S.* Doctoris summam commentatus fuerat, typis tradere non amplius detrectaret. Neque id tantùm Heidelbergenses Academici, sed & ad ipsum Ordinis Magistrum Thomam Cajetanum litteras dederunt orantes, ut pro summa, quâ in eum pollebat, authoritate id ei præcipere vellet. Quàm gratæ sibi fuerint hæ litteræ, eodem anno MDXI. suâ responsione Thomas Cajetanus testificatus est. Rursus autem in actis Cap. Gen. Neapoli MDXV. habiti eundem Conradum lego in eodem Regentis Gymnasii Colonienſis munere prorogatum, quod & deinceps pluribus egit annis: ex quo Cœnobii Prior assumptus, illud regebat certò anno MDXXVI. Tum etiam institutus est per Provincias Moguntinensem, Trevirensem & Colonienſem adversùs hæreticam pravitatem Inquisitor Generalis, quod munus strenuè gessit ac impigrè ad reliquum vitæ. Coloniæ mortuum anno MDXXXVI. die XXVI. Augusti prodit Fridericus *Steill in suis Ephemerid. ex tabulis domûs Colonienſis* à se visis, & quoad annum consentit Author Addit II. ad Trithemium, cui ut ejusdem Ordinis, Gentis & æquali fides adhibenda. Hæc ejus opera:

Scholastica Commentaria subtilissima simul ac lucidissima, cunctisque Theologicæ Facultatis studiosis maximè necessaria in primam 2dæ Angelici sancti Thomæ Aquinatis; ab Authore, dum Universitatis Heidelbergenſis studii Regentem ageret, elucubrata.

Prima editio Coloniæ, typis Quentel 1512. in fol. Initio habentur tres epistolæ laudatæ superiùs.

Altera curante F. Stephano Guaraldi de Cento sodali, Venetiis, Francisci & Dominici Nicolini 1589. in fol. *Extat Antverpiæ apud nostros.*

Tertia Venetiis, Roberti Mejetti 1602. in fol. pp. 982. *Extat Paris. apud nostros ad sancti Honoratt.*

Utraque hæc editio typis elegantissimis, quæ tamen fortè una & eadem solo mutato programmate.

In primam partem, in secundam secundæ, & in tertiam partem S. Thomæ etiam scripsisse asserit Altamura, quod & verisimile, at & certum si quid scripsit, typis non dedisse.

Quodlibeta viginti septem per modum dialogi concinnata, penitissima Moralis Theologiæ arcana scire volentibus oppidò idonea. Coloniæ apud Petrum Quentel 1523. in 4to pp. 340.

Hæc Fratris sui Germani F. Ulrici Koellin Ord. etiam Præd. Ulmensis, Domûs Prioris & Theologiæ Professoris instantissimis precibus vix tandem concessit Author.

Epithalamii Lutherani eversio, Coloniæ 1527. in 4to pp. 464. *Arnoldo de Tongari B. Virginis ad Gradus Ecclesiæ Canonico Author nuncupat, tum Colonensis Domûs Prior, & unà Regens Gymnasii.* Princ. *Martinus Lutherus* in lascivo suo *Epithalamio*, quod huic Evangelicæ eversioni de verbo ad verbum interseritur, prioris ad Corinthios septimi capitis textum ac sensum corrupit, &c. *Extat Paris. in Regia D. 1613*

Adversùs carmina Martini Lutheri nuptias, adversùsque alia ejusdem vel Gentilibus abominabilia paradoxa opus novum. Tubingæ 1530. in 8vo pp. 429. Extat apud nostros ad S. Honorati.

Alia plura editurus erat, inquit Author, additionis secundæ ad Trithem. nisi infesta mors tantum virum nobis abstulisset.

Extant ad eum de quæstionibus moralibus responsiones plures Thomæ Cajetani. Vide opusc. Tom. I. opusculo XXXI. inter XVII. responsiones XI. XII. XIII. & XIV.

Hunc Scriptorem præter citatos laudant Lusitanus & Sequaces, & tandem Altamura ad 1517. & in append. Simlerus, Possevinus, Bellarminus & Labbeus.

Echard & Quetif. Scriptores Ord. Prædicat.

CONRADUS ROINGH Rudensis in præfatione libri à se conscripti ait, quòd ab anno 1643. ad annum 1669. Secretarii, Ærarii, & tandem Consulis officio in urbe Rudensi functus fuerit, non sinè magno labore urbi sua præstiterit servitia, archivum in ordinem redegerit, & amore natalis soli inductus opus elaborârit, in quo laudabilis urbis Rudensis consuetudines & jura circa limites, pascua, venationes, &c. jura in civilibus & criminalibus, unà cum mero & mixto imperio, ejus civitatis Administratoribus & Regentibus, &c. magno cum labore collegit in urbe Rudensi 1551.

Totum opus tres partes complectitur. In prima reperitur *universalis descriptio urbis Rudensis.* In altera habetur *enumeratio Præfectorum quorundam,* vocant *der Burgmänner; sed manca.* In tertia *Historia quædam, digna appellari œconomica*, ea tantùm concernens, quæ ad statum Curiæ Rudensis pertinent.

Præterea opus Christophori Brandis illustravit, auxit, bipartivit, perfecit. *Ex originibus Historiæ Westphal. I. D. von Steinen fol. 142.*

CONRADUS DE SUSATA interfuit Concilio Constantiensi, in cujus sessione XXI. anno 1417. die 8vâ Novembris fuit electus è natione Germanica, includendus conclavi, in quo novus Pontifex eligendus erat. Scripsit

Notabiles quæstiones super libros sex Ethicorum Aristotelis.

Gesneri Bibliotheca. Harduin. Concilior. Tomo VIII. pag. 868.

CONRADUS TREMONIUS, Tremoniâ ex imperiali oppido Westphalici circuli, Dortmund oriundus, fuit Carmelita Colonienſis, Theologus insignis, Orator excellens, obiit 1419. Scripsit

Quæstiones & lecturas Theologicas.

Jacobus Frisius in sua epitome, & Philippus Metius. Ex Comment. Eximii Brunonis Tevvis Carmelit. Provincialis.

CONRADUS VORSTIUS Coloniæ natus fuit; sed hæresi seductus, specimen illustre dedit, in quas errorum tenebras hæreticus labatur. Ut primùm Arminii 1619. Lugduni defuncti cathedram occupavit; pervasit ingens rigidorum Calvinistarum murmur Hollandiam universam. Favebat his Jacobus Rex Angliæ, qui Vorstii libros non solùm lustravit igne publico, sed per Milordum suum Winwod 1611. 5tâ Novembris apud Ordines Belgii fœderati Legatum petiit, ut cathedrâ & provinciis pelleretur. Nec de nihilo erat

hic

hic zelus Jacobi contra Vorſtium : hic enim in Tractatu ſuo Theologico evertit omninò DEI ſimplicitatem, individuam magnitudinem, infinitatem, immenſitatem, & permanentem æternitatem. Nihilominus tot Batavos in rete ſuum attraxerat, ut deliberandum diu fuerit de ejuſdem Oſtraciſmo. Demum minis & querimoniis Angli fracti ejecerunt Vorſtium, qui in Torgoude latuit, & errores peſtilentes ſpargere perrexit; dum à Synodo Dordracena ejus ſenſa non ſolùm ùt Calvino, ſed Eccleſiæ univerſalis doctrinæ pugnantia, imò ſanæ rationi contraria damnata fuêre. Eidem verò dum à ſtatibus aquâ & igni eſt interdictum, Tonningæ, quò ſe receperat, extinctus eſt.

Ejus elogium ut inter primæ claſſis Hæreticos & Fanaticos recepti ſincerum apud Sandæum *in conſiderationibus* de Synodi Dordrechtanæ emolumentis. 1620. editum leges. p. 475. conſid. XVII. enumerat emolumentum XXI. condemnationem Vorſtii, quam extenſam exhibet.

Adde Sandæi epiſtolam ad Dominum Italum p. 250. inter epiſtolas : *Hydrum Hollandicum*. Veram item imaginem exhibet Aſhakerus in ſuo Henotico pacifico à pag. 104. & ſeqq. ubi recenſet libros pro & contra Vorſtium editos.

CONRADUS WESTHOVEN ſeu ZEPHYRINUS, natus in Weſthoven, oppido Angariæ ad Ruram Archidiœc. Colon. 1569. Monaſterii Weſtphalorum circa 1579. octo ferè annis ſub diſciplina Societatis excultus, anno 1604. die ſacro Magdalenæ Ordinibus ſacris initiatus, Curionis munus obtinuit in Kevelaer, pago prope Geldriæ urbem. 1617. in feſto ſancti Jacobi translatus in Parochiam Holthem prope Noveſium. Edidit

Speculum vitæ vel ſtatûs conjugalis, ſive memorabilia exempla plurium ſanctorum vel piiſſimorum conjugum, præclarè ab illis in eo ſtatu geſtorum ſelecta ex editis Sanctorum rebus geſtis & ſacra Scriptura ſtudio boni communis in lucem data, induſtriâ Caſparis Zephyrini artium liberalium Magiſtri & Eccleſiaſtæ. Duſſeldorpii excudit Chriſtophorus Ort. Dicatus liber Wolffgango Wilhelmo.

Edidit quoque carmen propempticum panegyricum, Epithalamium, eidem Sereniſſimo Principi Wolffgango oblatum, ùt ipſe meminit in præfatione hujus libri, quæ carmina videre hactenus non datum.

CONRADUS ZITTARDUS, quem ex agnomine *Ghilbertus de la Haye in ſua Biblioth. Belgo-Dominic.* Zittardia in finibus Ducatûs Juliacenſis civitate ortum, ibidémque Ordinem profeſſum conjicit, Provinciæ Germaniæ O. Præd. Alumnus fuit, eámque novem, decem annis ſolidis Prior Provincialis rexit, eóque titulo Comitiis Generalis Romæ MDLXXXIX. & MDXI. habitis interfuit. Titulo Prædicatoris Generalis gaudebat. Obiit verò Conſtantiæ ad Rhenum anno 1606. die 27. Martii. Scripſit

Chronicon Ordinis Prædicatorum linguâ Germanicâ editum. Dilingæ apud Joannem Mayer 1596. in 4to. Extabat Pariſiis in Bibl. Tevenot. anno 1694.

De origine & utilitate Confraternitatis ſanctiſſimi Roſarii. Conſtantiæ 1603. & Coloniæ Agrippinæ Goswini Cholini 1603. in 12mo.

Scriptores Ordinis Prædicator. Jac. Quetif. Jac. Echard. Poſſevinus. Raderus in Bavaria ſancta p. 290. Coppenſtein. Clavis Roſarii. p. 439.

CONSTANTINUS BARBANSONIUS Coloniæ Guardianus Capucinorum, Provinciæ Definitor & Cuſtos, vir eximiæ contemplationis, cui Monaſterium Eiffliæ Guardianum agenti B. Virgo Maria apparuiſſe viſa eſt, cúmque 1631. 26tâ Novembris cum fama ſanctitatis Bonnæ obiiſſet, diabolus ex energumeno altiùs in cachinnos effuſus, & de cauſa interrogatus reſpondit : *Conſtantinus quondam tortor hâc ipsâ horâ è vivis deceſſit*, cujus veritatem paulò poſt allapſus nuntius comprobavit. Sepulchrum ejus poſt 26. annos, pertum accenſam faculam & ſuavem emiſit odorem. Ab eo edita

1. *Amoris divini occultæ ſemitæ*, in duas partes diviſæ. Prima continet puncta neceſſaria volenti proficere in via perfectionis. Secunda pars continet deſcriptionem totius viæ orationis mentalis, authore R. P. F. Conſtantino de Barbanſon Prædicatore Capucino, & Conventûs Colonienſis Guardiano. Coloniæ ſumptu Bernardi Gualteri 1623. in 12mo pp. 552. Dicatur Ferdinando Arch. Colon. cujus munificentiam erga Ordinem Capucinorum latè exponit. Ab eodem approbatur ad ſexennium.

Idem liber jam pridem Gallicè editus fuerat, teſte Sereniſſimo Ferdinando.

Idem Germanicè verſus ab Gieronymo van Neckerſulm Capucino prodiit Coloniæ, typo Bernardi Wolter 1624. in 8vo pp. 501.

2. *Anatomia animæ & divinarum operationum* Gallicè edita Leodii 1635. & Coloniæ 1622.

Wadingus. Scriptores Ord. Minor.

CORNELIUS GRASSUS natus Antverpiæ parentibus tam vitæ probitate, quàm opum magnitudine inclytis, ob fidem Catholicam inter populares ſuos pleroſque nutantem Coloniam Agrippin. avitæ fidei tenaciſſimam adiit, & mercaturæ, utì cœperat, operam dare perrexit. Interea affulgente Spiritu cæleſti agnoſcere cœpit fortunæ præſentis incertitudinem & vanitatem, quâ licèt ſplendidiſſimâ calcatâ, devovit ſe ſolitudini Cartuſianæ Colon. & anno CIↃDXCII. ſacrum inſtitutum profeſſus eſt. Poſt mortem Zachariæ Lippeloi ejuſdem Cartuſiæ Alumno vitis Sanctorum in epitomen redigendis, ex Surii prolixioribus Commentariis ſuccedaneam & ultimam manum adhibuit. Coloniæ typo Bernardi Gualteri in 8vo Tom. IV. Bibliothecam Domûs S. Barbaræ inſigni librorum ſupellectile auxit imitando poſteris exemplo. obiit 1642. 19. Junii, ætat. 80.

De ſacroſancto Miſſæ ſacrificio idiomate Belgico 1603. in 16to, typis Bern. Gualtheri.

Petrejus in Biblioth. Carthuſ. Val. Andr. Biblioth. Belgica.

CORNELIUS MAES Bonnenſis, ex Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci Conventualium, Orator & Poëta in ſæculo Viennæ, jam laureatus Gymnaſii Bonnenſis quouſque apud noſtros Ibidem extitit per annos complures Profeſſor &

Præfectus ultimus varios Poëseos suæ partus prodidit.

Sacrum Florilegium Antonianum, sive parvum Devotionale in honorem *S.* Antonii de Padua Ordinis Minorum celeberrimi ac perpetui Thaumaturgi Deo ConseCratVM. 1705. typo Joannis Alstorff.

Auxilium in tribulatione, sive Antonius de Padua Thaumaturgus, mœrentium consolator, à devoto cliente ad quascunque cùm animæ, tum corporis necessitates sublevandas variis pietatis officiis advocatus. Libellus adjunctis etiam aliis Litaniis, psalmis precibúsque ad quotidianum usum selectissimis. 1707. apud Martin. Aldenkirchen.

Historiam denique vitæ & miraculorum sancti Antonii Paduani vernaculâ editam composuit.

Post plures demum annos concionibus insumptos Coloniæ obiit 1700. 9. Maji. *Ex Commentariis Eximii Putzii Provincialis Convent.*

CORNELIUS à RYNTHELEN Juris utriusque Consultus & causarum Patronus in Dicasterio Julio Montensi Serenissimo Principi suo Guilhelmo Wolffgango Duci Palatino Neoburgico ad Catholicam avorum suorum fidem reverso libellum dicat, quo demonstrat ex civilis juris Theodosiani, Justinianæi codicibus & legibus, solam Romano-Catholicam Ecclesiam esse eam, quæ à Christo instituta à D. Petro & Apostolis promulgata primo millenario floruit, omnes hæreses eâ posteriores esse, ab eáque damnatas, & recentiorum Hæreticorum errores jam primo millenario omnium augustorum Principum legibus sereniſſimis prædamnatos fuisse. Scripsit

Jurista Romano-Catholicus. Authore Cornelio à Rynthelen, Doctore & Advocato Dusseldorpiensi MDCXVIII. Coloniæ apud Stephanum Hemmerden in 8vo pp. 299.

CORNELIUS SCHULTINGIUS natus Steinwichii (unde Lithokomos græciſſando se nuncupabat apud Transisalanos) sacræ Theologiæ Licentiatus Colonienſis & Professor publicus, deinde Regens Burſæ Laurentianæ in Ubiis, ibidémque ad *S.* Andream Canonicus, vir pius ac doctus fuit, utì & Decanus Facultatis artium 1586. edidit

Ecclesiasticæ disciplinæ libros VI. Coloniæ 1598. *apud Wilhelmum Lutzenkirchen in 8vo. pp.* 831.

Bibliothecam Ecclesiasticam ibid. 1599. & 1602.

Opus variarum lectionum & animadversionum adversùs Lib. I. institutionum Joan. Calvini ibid. in 4to.

Bibliothecam Catholicam, sive refutationem totius Theologiæ Calvinianæ, præsertim institutionum ejusdem Calvini ibid. in 4to.

Thesaurum antiquitatum Ecclesiasticarum è VII. prioribus Annalium Baronii tomis, contra Centuriatores Magdeburgenses ac Calvinistas totidem tomis ordine alphabetico contextum. ibid.

Tragicomœdiam Constantini Magni & S. Helenæ. ibid. 1602.

Confessionem Hieronymianam è D. Hieronymi operibus, juxta locorum Theologicorum capita tomis IV. apud Mylium 1584. *in fol.*

Denique Hierarchicam Anacrisin adversùs varios Calvinistarum libros & celebratas ab iisdem Synodos, ibidem apud Hermannum Hobergium 1604.

Obiit 1604. die sancti Georgii, sepultus in *S.* Andreæ. Epitaphium ejus sequens est subscriptum tabulæ muro boreali appensæ, in qua icon viri cernitur depicta.

Hæ tibi Cornelium Schultingh præsentat imago
Vivum, quâ vivus conspiciendus erat.
Robore vastus erat, canus vultúque decorus,
Doribus ingenii summus & oris erat.
Laurentî primùm docuit, post rexit Alumnos,
Hinc gravitas, illinc dulcor & oris erat.
Illud Apostolicæ fecit hoc ædis Alumnum
Andreæ merito præmia digna viro.
Hæc ubi pertæsus scripris inclaruit urbi,
Quin orbi, ingenii dans monumenta sui.
Ossa sub hoc saxo latitant defossa sepulchro,
Spiritus in cælo carcere missus agit.
VI LVX aXe poLI fortIs CasVra georgI
CæLItVs à Chara Morte VoCatVs abest.

Dignus certè meliori Poëtâ, fratrem habuit Petrum Schultingium J. U. Doctorem & Professorem, & Senatûs Agrippinensis Syndicum annos XXX. De prosapia Schultingiorum extat carmen Guilielmi Haloandri Colonienſis præfixum Bibliothecæ Ecclesiasticæ.

COSMAS MORELLES ingentis animi vir & religionis, patriâ Catalanus, Conventûsque Prædic. *S.* Onuphrii prope Valentiam Aragoniæ Provinciæ Alumnus: quos in Hispania fidei hauserat & doctrinæ spiritus, in Germania postmodum latè diffudit. Ipsis enim sæculi ultimi exordiis in Academia Colonienſi Professorem in sacra Theologia agebat Conventûs nostri & studii generalis Regens. Quo nomine in Generalibus Ordinis in Comitiis MDCXI. Parisiis solemnes habuit ipsomet Præside & F. Wiberto Rosembach Teutone respondente ad *S.* Jacobi disputationes *de authoritate Papæ & consiliorum*, totâ non modò Facultate & Academiâ præsente, sed & Aulæ regiæ Senatûsque Cleríque Galliarum Optimatibus: unde rumores & tumultus non leves exorti sunt, de quibus apud rerum ejus ætatis Scriptores & ad editum ea de re *Edmundi Richerii libellum de Ecclesiastica & politica authoritate Ecclesiæ*, ubi Cosmæ nostri modestiam laudat *Richerius* ipse animíque robur & firmitatem, quem & eâ occasione ille nonnullorum Aulæ, Senatûsve Parisiensis nutibus atque consiliis edidit; unde tantæ postea in Academia Parisiensi dissensiones, ipsíque Richerio molestiæ & ærumnæ. His autem Ordinis in Comitiis magno apud Patres in honore fuit Cosmas, & posteriorum Romæ Comitiorum limitationem emendârunt. " Declaramus, inquiunt, antiquitatem Magiste- " rii F. P. R. Cosmæ Morelles Regentis Colo- " nienſis pro loco & voce, cæterisque Magi- " strorum Provinciæ Aragoniæ privIlegiis com- " putandam à die, quo præfatus Pater institu- " tus fuit in Capitulo Romano proximè MDCVIII. " celebrato Magister: neque obstare quamcun- " que ejusdem Capituli ordinationem, quamvis " verba ejus aliud sonare vel exprimere videan- " tur;

« tur ; unde districtè prohibemus universis & « singulis Patribus & Fratribus præfatæ Provin- « ciæ, ne ullum super hoc prædicto Patri ap- « ponant impedimentum. Quin imò ob multa « & singularia beneficia, quæ in partibus Ger- « maniæ præstitit, variósque labores, quos in « disputando & scribendo Catholicæ Religionis « propugnationem hæresísque extirpationem per- « tulit, & ipse perfert, supplemus ex speciali gra- « tia & indulto quemcunque defectum, qui cir- « ca præfata quocunque modo acciderit. " Hæc scilicet de eo *in actis*, qui, cùm in Germaniæ partibus maximam vitæ suæ partem egisset, plurimósque pro fide Catholica adversùs Heterodoxos, in illis partibus arguendo, hortando, docendóque tutanda & promovenda labores tolerâsset, omniúmque sibi prope Antistitum maximè conciliâsset animos, ab Apostolica Sede datus est in Tractu Rhenano sive Archi-Diœcesibus Moguntina, Trevirensi & Colonienſi fidei Generalis Inquisitor anno MDCXVIII. 25. Maji, Priórque electus. Quod ille munus Inquisitoris strenuè prudentissimèque gessit annis pluribus, magno rei Catholicæ commodo, magnâ & Principum Electorum Prælatorúmque gratiâ, donec armorum strepitu suborto in Germania Suecorúmque Rege Gustavo Adolpho per eam irrumpente, Cosmas Inquisitor ab Hispanis in Belgio seu Trevirensis Electoris Philippi Christophori Emissarius Exploratórve comprehenditur, & in vincula conjicitur in arce Gandavensi, quam *Petram Comitis* Sanderus vocat, nullius alterius criminis reus, quàm quòd Electori Christophoro carus esset. Ubi cùm paucos extremósque vitæ suæ vinctus in ærumnis egisset annos jam prope capulatis, ceu probatum in fornace tribulationis aurum, purámque & piam inter Fratrum suorum desideria DEO reddidit animam, fuítque apud nostros Gandavenses sepultus; de quo in Necrologio tabulísque Colonienſibus ità legitur: Anno 1636. 18. Februarii obiit Gandavi R. P. M. F. Cosmas Morelles sanctæ fidei Inquisitor, ætatis LXXIX. &c. Hæc ejus opera:

1. *Compendiosa relatio vitæ eximiæ sanctitatis viri F. Ludovici Bertrandi Ordinis Prædicatorum* A. 1608. à Paulo V. beatificati cum rescripto beatificationis summariè collecta &c. Coloniæ Arnoldi Kempen typo 1609. in 4to.

2. *Relatio colloquii Francofurtensis proximis autumnalibus nundinis anno 1609. inter nonnullos Calvinianæ religionis Ministros, & R. P. F. Cosmam Morelles habiti ab ipso Catholico Collocutore conscripta.* Coloniæ Agrippinæ Stephani Hemmerden 1610. in 4to pp. 246. Cui postea adjecit refutationem responsionis adversariorum.

3. *Relatio colloquii, quod cum Bosthornio Calvinista anno 1610. habuit apud Bredam Brabantiæ.* Coloniæ Agrippinæ Arnoldi Kempen in 4to. Iterum ibidem Grevenbruk 1610. in 4to cum superiori *relatione & refutatione.*

4. *Divi Thomæ operum editio nova, quam plurimis, quibus scatebat, mendis correcta, cum exemplari Romano ac aliis MSS. codd. collata, nec non variis in sacræ Scripturæ locis malè allegatis restituta.* Antverpiæ Joannis Keerbergii 1612. in fol. Tom. 18. adjecto nempe supra editionem Romanam præter supplementum tertiæ partis tomo uno integro, ne quid eorum, quæ S. D. nomine quocunque modo prodiissent, desideraretur. Hujus verò editionis suæ rationem ità reddidit in monito ad Lectorem, ut F. Petri Alvæ Ordinis Minorum, Maraccii ac *Petri à valle clausa* ementiti Authoris objecta prævenerit ac diluerit, eáque potiùs risu, quàm responso digna videantur. Nam quod ait ultimus Cosmam *textum apertissimum D. Thomæ in primum Dist. 44. q. unica à 3. ad 3. impudoratè adulterâsse*, quo pudore ista effutierit ille, quisquis ex collatione Romanæ editionis cum Antverpiana judicet, an sit littera in una, quàm in unica vel altera plus. In quo vide siis nostros tum Joannem Nicolai in suis notis ad eum in sua editione 1. sentent. S. D tum Vincentium Baronium Apologetici Tom. II. pag. 35.

5. *F. Dominici de Flandria Ordinis Prædicator. Commentarii seu quæstiones in 12. libros Metaphysicæ 120. annis post primam editionem recognitæ & expurgatæ.* Coloniæ 1621. Arnoldi Kempen in folio.

6. *Beati Alberti Magni opera quædam ex MSS. codicibus correxisse dicitur*, quibus plura ejusdem nondum impressa, addenda & edenda paraverat, quæ ab ejus morte aliorum curis prodierunt.

Teste autem Leone Allatio in Apibus urbanis hæc apud Authorem parata erant.

1mò *Tractatus de jure decimandi.*

2dò *De dispensatione Apostolica in causa matrimoniali Ducis Neoburgici.*

3tiò *Commentaria in I. P. D. Thomæ.*

4tò *Quodlibetales in quæstiones 11.*

5tò *Opuscula varia contra modernos Hæreticos.*

Ejus cum laude meminêre Michael Pio, Jo. Lopetz & Fernandez nostri: extranei etiam Miræus, Swertius & alii.

Hactenus Jacobus Quetif. & Jacobus Echard in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum.

CRISPINUS van de PAES artem hausit à celeberrimo Amstelodami Chalcographo Theodoro Cornhardo: vitam hausit, & ferè egit Coloniæ, ubi Martinum Voosium imitatus in multis, alia multa ut historias è Ss. litteris & Ovidio depromptas, propriáque, ùt ajunt, Minervâ inventas æri insculpsit. Inde Trajectum ad Rhenum digressus, Magdalenam filiam ad idem artificium allexit, ac tam docilem expertus est, ut inter cætera mors Procriti ad Adami Elizheimeri prototypon exacta, eam tali parente dignam fuisse filiam probaverit, filii ei præter Magdalenam adhuc duo erant, Simon & Crispinus Paasius, ambo pictoriæ gnari. Simon tamen, utpote major natu, quo sorori ea in re nihil concederet, toto pectore in sculptoriam & pictoriam incubuit. Labor ejus maximam partem versatus est circa effigies hominum grandiores & magis illustres. Joannes Sadeler Bruxellensis Coloniam allapsus, Crispini von den Paas inventis ideis imitandis, & in æs exprimendis incubuit. *Sandrart. parte II. Lib. III. p. 455.* Parens Crispinus denique ad Aulam Danicam avocatus, eidem ad ultimum usque spiritum ab obsequiis fuit. *Joachimus von Sandrart Tom. 1. Teutscher Academie Bau-*

Bild- und Mahler-Kunſt. p. II. Lib. III. pag. 357.

La prima parte della luce del dipingere data in luce da Criſpino del Paſſo. Amſterdam 1643. libro in folio in quatro lingue & in cinque parti diviſo ripieno dintagli di coſe diverſe. Refertur ab *Orlandini* in Abecedario pictorio p. 460. edit. Mediolan. 1719. in 4to.

CUNERUS PETRI à Browershavia, quod Zelandiæ oppidum eſt, in pago Duyvendyckio natus, ſed Browershavii educatus, Lovanii in Pædagogio caſtrenſi curſum ſtudii Philoſophici abſolvit, promotus anno 1550. duodecimus primæ lineæ. Datâ hinc litteris ac ſtudiis ſacris diligenti operâ, eadem in vicina Parcenſi Norbertini Ordinis Abbatia ipſe interpretatus eſt. Inde ad D. Petrum Plebanus, ac Ss. Theologiæ Doctor anno 1560. creatus. Fuit omnis novitatis oſor, ideóque præſertim Michaëlis Baji, Doctoris Theologi, ejúsque doctrinæ adverſarius, cui & palàm & ſcriptis ſæpè reſtitit. Tandem primus Leowardienſium apud Occidentales Friſios conſtitutus eſt Epiſcopus, cathedræque poſſeſſionem anno 1570. Kalendis Februatii accepit, Clero, Senatu, populóque ad Eccleſiam ſancti Viti comitante.

Synodum primam habuit eodem anno, die 25. Aprilis, *Statutáque* Lovanii edidit, Hieron. Wellæi typis, edita rurſum anno 1719. in hiſtoria Epiſcop. Leovardienſium per Heuſienium.

Quamdiu licuit, nihil prætermiſit, quod boni eſt Epiſcopi. Verùm invaleſcente factioſorum Calviniſtarum atque Anabaptiſtarum adversùs legitimum ſuum Principem rebellione, occupatáque ab iiſdem Leovardiâ captus, arcíque Hatlinganæ mancipatus, biennio exacto dimiſſus, & Epiſcopatu depulſus, Monaſterii Weſtphalorum aliquamdiu ſubſtitit, Coëpiſcopi ſeu Suffraganei munere functus, ac reliquum deinde vitæ Coloniæ in Ubiis exul tranſegit, factáſque ibi litteras publicè interpretatus eſt. Scripſit

De Sacrificio Miſſæ. Lovanii 1572. in 8vo.

De meritorum Chriſti & Sanctorum conſenſu, ibidem.

Quæſtiones paſtorales, & de cœlibatu Sacerdotum, ibid.

Veræ ac Germanæ Eccleſiæ Chriſti deſignationum, per XIV. proprietates ſive notas, ibid. 1568. in 8vo. Eundem tractatum anno 1698. inſeruit Tomo VII. ſuæ Bibliothecæ maximæ Pontificiæ Illuſtriſſ. Thomas Roccabettus Valentinus Archi-Epiſcopus.

De Principis Chriſtiani officio. Coloniæ typis Mar. Cholini 1580. in 8vo.

Ad Principes Electores de pace cum Hiſpaniarum Rege.

De gratia, libero arbitrio, prædeſtinatione, juſtificatione, indulgentiis, & D. Petri Cathedræ firmitate. ibid. 1583. in 8vo.

Scripſit etiam nonnulla vernaculo ſermone, ùt *contra Anabaptiſtas de purgatorio, &c.*

Moritur ærumnis confectus Coloniæ 1580. die XV. Februarii, ætatis anno XLIX. in æde ſumma ad Aram Ss. trium Magorum humili ſarcophago conditus, appoſito hoc epitaphio, vir longiore vitâ & fortunâ feliciore dignus:

Pietati ſacrum
Occidua Friſiæ Cunerus Epiſcopus (Hoſpes)
Primus & extorris dormit in hoc tumulo.
Gaucko Gauckema, Friſius,
Canonicus Aquisgranenſis
Ponebat
INITIO ANNI VNDECIMI.
Bibliotheca Belgica Foppens.

CUNO à FALCKENSTEIN, Archi-Epiſcopus Trevirenſis, ad Colonienſis etiam Diœceſis gubernacula adſcitus, atque miro Cleri ejus loci & Antiſtitis ſtudio ad opem remediumque laboranti Eccleſiæ ferendum evocatus eſt. Engelbertus namque Agrippinenſium Archi-Epiſcopus, cùm vir jam decrepitæ eſſet ætatis, crebrâque infeſtaretur nervorum paralyſi, Diœceſi gravi ære alieno & multis bellorum incommodis exhauſtâ propemodum & oppreſsâ, ubi omnibus hiſce malis imparem ſe vidit, ſecedere è medio conſtituit, & fori lucísque expers abdere ſe in arcem quampiam, ubi vitam in otio honeſto placidè traduceret. Quare Pontificis maximi conſulto judicio & explorata voluntate Cleri, ſummo Collegio annuente, Cuno procurationem ejus Diœceſis adjutoris nomine ſuſcepit, illámque, defuncto jam Engelberto, adhuc triennio rexit. Sed ne fortunarum acceſſionibus & non ſtudiis illis Cunonem operam dediſſe putares, quibus cum honeſto animi oblectamento nominis paratur immortalitas, librum quidem edidit, cui geſtorum Trevirenſium titulus, fabuloſis commentis refertum non paucis, & chartarum veterum prolixis citationibus oneratum. Additâ Pontificum & Imperatorum ſerie; Chronicon ex eo continere voluit, cujus prologo ità nomen ſuum præſcripſit:

" Cuno de Falconis Petra magnifica DEI pro-
" videntiâ ſanctæ Eccleſiæ Trevirenſis Archi-Epi-
" ſcopus, ſacri Impetii per Galliam regnúmque
" Arelatenſe Archi-Cancellarius, & totius Gal-
" liæ & Germaniæ authoritate Apoſtolicâ primus
" Patriarcha & Patronus. Univerſis hiſtoriarum
" ſtudiis inſudantibus ſalutem in Domino om-
" nium Salvatore ſempiternam. De radice or-
" dinatiſſimæ charitatis. "

Browerus Annal. Trevirenſ. L. XVIII. n. 21. & 56. Refert & hoc *Cunonis Chronicon* inter antiquos Annalium Trevirenſium Scriptores. Idem Browerus in Propataſceve Annal. Trevir. Cap. 3. n. 3. *Ex Commentariis Reverendiſſimi ab Hontheim Official. Trevir.*

D. DA-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

D.

DAMIANUS à SALICETO, verum an suppositîtium nomen sit, nescio., Juris-Consultum se facit. Sub ejus nomine prodiit

Falsitas Ecclesiæ reformatæ & Lutheranæ unico argumento contra oppositiones quinque Theologorum protestantium Joannis Vorstii, Joannis Cusii, Adolphi Holthausen, Joannis Wilhelmi Hugenpot, Joannis Musæi evidenter demonstrata allatis utrimque scriptis, Authore Damiano à Saliceto Jurisconsulto. Coloniæ apud Joan. Wilh. Friessem in 12mo *pp.* 356. 1668.

DANIEL CREST ex Langendorff, patriæ Juliacensis, natus 1670. Societatem ingressus 1690. Traditis Coloniæ litteris humanioribus, ibidem post annos aliquot Aristotelem explicavit, factus quatuor votorum professus 1704. dein viri Apostolici munere functus fuit in missione Solingensi usque ad extremum vitæ diem, qui contigit 1711. Scripsit edidítque panegyrin de S. Augustino Germanicè. Titulus:

Die obsiegende oder triumphirende Gnad, vorgestellt in einer Predig am Fest des H. Augustini in dem Hochadlichen Closter Greffrath von P. D. C. 1710. 28. *August. Cöllen bey Caspar Drimborn in* 12mo *p.* 24.

DANIEL RAMUS, natione Norwegus, patriâ Nidrosiensis, natus anno 1685. Societatem ingressus Treviris 1710. Docuit humaniores litteras triennio Confluentiæ, & Philosophiam Coloniæ, & in ejusdem Universitate Doctor 1730. promotus Theologiam modo ibidem docet. Scripsit

Conclusiones de concursu causæ primæ cum causis secundis; solâ ferè terminorum & sensûs explicatione legitimâ à nuperis impugnatæ. Apud Joannem Engelert. Coloniæ 1732. *in* 8vo.

DANIEL à WICHTERICH ex nobili familia de Wichterich, Diœcesis & patriæ Colonienſis de gente, dicta à W..hterich, sive Victoriaco prope Tolpiacum Ober-Wichterich, Carmelita Colonienſis, Ss. Theologiæ Doctor Parisiensis, Provinciæ Colonienſis Prior Provincialis, postea Episcopus Verdensis in Saxonia inferiore. Vide *Ægidium Gelenium L. 3. de Colon. Agripp. Syntagmate* 43. Vir ab eximia doctrina ac prudentia Benedicto XII. acceptissimus fuit, quod docet fusiùs ex D. Joanne Henrico Heister in suo Suffraganeorum Colonienſium syntagmate; idcircò fama Danielis apud Pontificis maximi Aulam percrebuit, ad quam Avenionem in Gallias vocatus à beatissimo Papa Benedicto XII., cùm in variis Ecclesiæ causis ac perplexis negotiis rectè gerendis operam ac consilium impendisset, Verdensi Ecclesiæ in Saxonia inferiore multis difficultatibus implicitæ anno 1437. submissus anno 38. illius Ecclesiæ Episcopus est consecratus. Præfuit annis 19. placidè & quietè, quo tempore Rotenburg egregiè communivit, & valvas immunitatis Canonicorum in Australi parte Ecclesiæ erexit, aliáque præclara cum bonorum omnium approbatione gessit. Atque utinam boni Pastoris vocem audire quoque oves aut visitationis suæ diem agnoscere sapientes in populo in finem elegissent, fuisset eis profectò, quod omnibus modis optabat, dux vitæ & salutis. Nunc autem lapis offensionis, in quem irruentes mirabilitet sunt collisi; nam cùm patientiæ & mansuetudinis oleo, vino etiam increpationis bonus Samaritanus, nequidquam apud exulceratos proficeret, justitiæ, quæ conculcabatur, zelo armatus, Pontificiâ authoritate eosdem ad officium reducere & compellere cœpit. Erant quidam ex Clero, qui eò vecordiæ devenerant, ut amantissimum medicum & patrem ad supplicium quærere auderent; ille verò, tantâ temeritate perspectâ, ne gravioris peccati eisdem existeret occasio, 1356. Coloniam secedens, impia eorum consilia & manus effugit. Daniel igitur ad suos Coloniam reversus, honorificè tum à Clero, tum ab ipso Principe Archi-Episcopo Colonienſi susceptus est, cujus etiam in Pontificalibus Vicarium sive Suffraganeum egit. Donec tandem certis de causis ad Abbatiam veteris Montis Ordinis Cistercienſis in patria Montenſi sitam profectus, ibi infirmitate correptus obiit sepultus in Ecclesia majore ante sive prope fontem, quo ascenditur dormitorium 1364. Deceptus igitur est Albertus Crantzius, cùm ait, hunc Danielem Coloniæ in excommunicatione obiisse; cùm Coloniæ apud Carmelitas ne vel vestigium sepulturæ ejus reperiatur. Neque Daniel Episcopus legitimè excommunicatus Pontificalia exercere fuisset permissus, neque Clerus Verdensis rebellis & excommunicatus potestatem habebat in suum legitimum Episcopum censuram ferendi. Unde hujusmodi nævi in Crantzii libris in indice Romano prohibitis videntur esse inspersa figmenta alicujus hæretici. Quando fuit Suffraganeus Colonienſis, scripsit

Librum quendam apologeticum, & adversùs rebellis sibi Cleri corruptos mores, ac pro eorundem informatione *Librum elegantem*, cui Clerus maledicum carmen opposuit:

Daniel Antistes, non curat Clerus, ubi stes.
Optat, ut valeas, dummodo non redeas.

Ex quo illius quidem innocentia, hujus verò perversitas à prudentioribus facilè (si cætera deessent) possent æstimari.

De eodem scribunt *Conradus Gesnerus Epitomatores B. T. Daniel à V. Maria speculi Carmelit. p.* 5. *L.* 3. *n.* 3197. *Heister in Suffragan.*

DETMARUS MULHERR. Vir hic celebris 1567. 10. Augusti natus est Tremoniæ, ubi etiam in Gymnasio tunc temporis famoso operam dedit studiis, nec mediocriter profecit in lingua Latina & Græca, præsertim in poëſi supra coætaneos suos, jacto insuper historiarum addiscendarum solido fundamento. Hæc studia (quod mireris) quasi opus secundarium tractabat; cùm primarium esset mercatura, hanc enim cum matre sua exercebat. Verùm jacturam quandam bonorum temporalium & rapinam passus, animo cœpit volvere incertos mercatorum labores & successus; certiores verò artium liberalium profectus nullis casibus & periculis obnoxios. Quare mercaturâ se quamprimùm abdicavit, & litterarum studia prosecutus est tali cum incremento, ut in-

ter viros sui temporis eruditione & doctrinâ celebriores fuerit nominatus. Legitur administrâsse officium judicis in Bodelschwingen, Notarii publici & celebris Advocati. Varia apud varios ejusdem elogia reperiuntur. Inter opera ejus typo edita sunt:

Erotica seu amatoria Andreæ Capellani, regii vetustissimi Scriptoris, ad venerandum suum amicum Gualterum scripta, nunquam antehac edita, sed sapè à multis desiderata; nunc tandem fide diversorum MSt. codicum in publicum emissa. ab Detmaro Müller Dortmunda typis Westhovianis 1605.

In monumentis Paderbornensibus edit. 2. p. 273. dicitur, Dithmarus Mullerus Tremoniensis *Author Genealogiæ Furstenbergicæ.* Hunc eundem esse cum eo, quem Steinius hîc laudat, puto.

Meibomius mentionem facit de quodam *Chronico typis edito ab hoc Mullero in notis* ad Wittekindum. Extat quidem opusculum unius paginæ 1622. ab Andrea Wechteren in forma mappæ geographicæ impressum hoc titulo: *Breve Chronicon originem, cognomen & progressum liberæ imperialis & Hanseaticæ urbis Tremoniensis complectens, à D. Mullero confectum;* sed an illud idem sit, quod intelligit Meibom, incertum est. Edi etiam fecit libellos Kalendarios ad modum Kalendarii summæ ædis Monasteriensis & Hamburgensis.

Scripta, quæ sub typo non sudârunt, sequentia sunt:

1. *Compendium Chronici urbis Tremoniensis & Comitatûs ex multis antiquis monumentis compilatum anno reDeMptorIs nostrI IesV ChrI. stI. Tres indices adjunctos habet:* 1. *Authorum,* 2. *Patritiorum Tremoniensium,* 3. *Rerum præcipuarum, quæ in eo Chronico referuntur.*

2. *Parvum aliquod Chronicon ex priori extractum.*

3. *Chronicon Westhovio-Mullerianum, ità illud nominat J. D. von Steinen.*

Meibom in sua dissert. de histor. infer. Saxo, notitia p. 26. scribit: D. Muller & C. Mævius Essendensis geographicam & historicam descriptionem Comitatûs & urbis Tremoniensis integro volumine, patrio sermone elaborârunt (quam dicit se habere penes se Mstam) in qua l. 8. diploma illud ipsum (nempe Trutmanno datum diploma Carolinum) recitant.

4. *Hamelmanni libri de familiis emortuis, quos auxit.*

5. *Nobilium virorum Westphaliæ tam vivorum, quàm demortuorum stemmata ex antiquissimis monumentis, nec non litteris sigillatis collecta, studio Detmari Muller.*

6. *Mappa geographica Comitatuum Marchiæ & Tremoniæ, quarum prima à Domino von Dael Susatensi incisa æri, altera calamo delineata.*

7. *Catalogus autographicus Episcoporum Moguntinensium, Coloniensium & Trevirensium.*

Dicuntur adhuc varia ab eo scripta esse ùt sepulchralia.

Origines historiæ Westphalicæ D. von Steinen. fol. 92. & fol. 101. usque ad folium 112.

DIONYSIUS à S. MARIA, natione Germanus, patriâ Trevirensis, fuit Conventûs Colonienſis PP. Discalceatorum Prior, accuratus & fidelis sui instituti observator & eximius Deiparæ Virginis cultor, cujus honorem ut promoveret, vertit Germanicè

Thesaurum Carmelitarum, sive de Archi-Confraternitate Parthenii Scapularis Deiparæque Virginis de Monte Carmelo, ejusque origine, gratiis ac privilegiis, observationibus, miraculisque per illud patratis insignem tractatum. Excusum primò Coloniæ. ac dein recusum Augustæ ac Monachii. Decessit piissimè, ùt vixerat, Viennæ Austriæ 1634.

Ex historia domestica Conventûs Colonienſis PP. Discalceatorum.

DIONYSIUS WERLENSIS Capucinorum familiæ in Provincia Colonienſi adscriptus, Prædicator in eadem extitit, Philosophiæ ac Theologiæ Lector, Guardianus & Definitor. Ejusdem studio prodierunt, quæ subjiciuntur:

1. *Philanthon contra Hermannum Coringium, Lutheranum Doctorem ac Professorem Helmstadii, qui librum impugnantem Novenam S. Antonii Paduani, ac cultum invocationémque Sanctorum* 1675. *Hannoveræ editum vulgârat, quémque jactârat irrefutabilem. Verum à Dionysio Werlenſi perdoctè refutatum, Novenam Antonianam & invocationem, cultúmque Sanctorum nervosè propugnatam vidit* 1676. *cùm Philanthon è typis Wolffgangi Schwendimanni Ducalis Typographi prodiit Hannoveræ in 8vo.*

2. *Philanthon vindicatus, sive Hermannus Conringius ob Andabaticam suam* 1677. *Helmstadii editam discussionem, prætensámque pag. 329. demonstrationem justè, sed tamen misericorditer castigatus à F. Dionysio Werlenſi Capucino: Gladius eorum intret in corda ipsorum. Scopelianus, qui convitiis agunt, anicula sunt, non tantùm ebriæ, sed etiam rabidæ. Hannoveræ typis Wolffgangi Schevendemanni, Typographi Ducalis. in 4to anno* 1678.

3. *Catholischer Ehren-Retter, in welches erstem Theil gezeigt wird, was gestalt D. Martin Luther so wohl in der Lutherischen und Reformirten, als der jetzigen Catholischen hochgeehrte.... Vorelteren alle in Abgrund der Höllen verdammet habe. Im zweyten Theil wird erwiesen, daſs sie offentlicher allgemeiner Lehr halben Christo ihrem Bräutigam alle miteinander immer treu geblieben. Ausgefertigot vom F. Dionysio Werlenſi Provinc. Colon. Capucino. Hildesheim gedruckt bey Johan Leonhard Schlegel* 1698. *in 4to pp.* 368. *Dicatus est liber Friderico Augusto, Poloniæ Regi, Electori Saxoniæ.*

4. *Via pacis inter homines per Germaniam in fide dissidentes. Hildesii in 4to, typo Joannis Ludovici Ebelii* 1676.

5. *Mess-Berichter. Hildesii Germanicè excusus* 1701.

6. *Der redlicher Teutscher.*

7. *Pseudo-pœnitens correctus. Leodii* 1705. 12.

8. *Bonus*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

8. *Bonus Politicus juxta Rubricas Albertinas. Augustæ Vindel.* 1714. *in* 4to.

DOMINICUS BENEDIXIUS Snecanus Frisius Pastorem egit in patria ac Leovardiæ primùm Archi-Diaconus Leovardiensis à Cunero Petro institutus, exul Coloniæ aliquamdiu vixit circa annum 1586. Canonicus Dusseldorpii. Scripsit

Sermones de vitanda peccati occasione, de humilitate, de ira, invidia, continentia.
de ira, invidia, continentia.
Contra luxum, crapulam, & alia.
Suffridus Petri. Bibliotheca Belgica Foppens.

V. P. DOMINICUS à S. NICOLAO Germanus Geldrienſis in adoleſcentia Carmeli Ordinem hîc Coloniæ ingreſſus per multos annos in eo laudabiliter vixit. Tandem majoris perfectionis cupidus ad Diſcalceatos Colonienſes tranſiit, tantúmque in omni virtute profecit, ut ſucceſſivè in hoc Conventu noſtro, ſed & in aliis diverſis Prior magnâ cum laude præfuerit. 1647. Romam ad Generale Capitulum profectus, perurgente eum charitate & animarum zelo, qui ſingulariſſimè in eo reſplenduit, ad pedes ſummi Pontificis ſe ipſum obtulit miſſionibus ac converſioni infidelium. Demum miſſus Viſitatoris Generalis titulo in Perſidem & Inſulas. Mirum eſt, quanto gloriæ DEI incremento atque animarum profectu illis in regionibus aliquot annis verſatus ſit. In Europam revocatus, cùm appuliſſet in Inſulam tertiam, vulgò Tercera, lethali morbo correptus, & in Angrienſe ejuſdem Inſulæ Soc. JESU Collegium delatus ibidem ſanctiſſimè deceſſit, & honorificentiſſimè ſepultus fuit 1654.

1654. *Præter diverſa, quæ in lucem edi curavit, Scriptorum ſui ſeu noſtri Ordinis monumenta* vertit è Germanico in Latinum idioma opuſculum inſcriptum:

Funiculus triplex viginti quatuor præcipuorum beneficiorum modis Deiparæ Virgini Carmelitas ſuos obligans ad feſtum Commemorationis ſolemnis 16. Julii vel Dominicâ ſubſequente gratitudinis ergo inſtituendum & celebrandum. Quod Pragæ & alibi excuſum & recuſum eſt. Compendium vitæ ac laudum hujus inſignis Carmelitæ reperiet Lector in *R. P. Philippo à S. Trinitate, decore Carmeli religioſi 3. p. fol. 221. & ſeqq.*

Ex hiſtoria domeſtica Conventus Colonienſis PP. Diſcalceat.

DUSSELDORPIENSE COLLEGIUM Rheni inferioris Societatis JESU fundatum anno reparatæ ſalutis 1621. inſigni pietate ac beneficentiâ inclytæ memoriæ Sereniſſimi Principis Wolffgangi Wilhelmi Comitis Palatini Rheni, Neoburgi Ducis Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, Montium &c. complectitur ordinariè ſocios circiter 24, & modò plures, cùm Prælectores ſex, qui in Gymnaſio adjuncto confluentem ex finitimis locis juventutem Latinis Græciſque litteris ac pietate imbuunt, Philoſophiæ ac Theologiæ Profeſſores acceſſerint. Edidit hoc Collegium nomine ſuo aut ſimul & aliorum Collegiorum ſub ditione ſui Sereniſſimi Principis:

1. *Applauſus Genethliaco-Baptiſmalis, dictus Sereniſſimorum Conjugum Wolffgangi Wilhelmi & Catharinæ Charlottæ filio primogenito Ferdinando Philippo Nonis Maji nato Duſſeldorpii à Gymnaſio S. J. 1633.*

2. *Genios nuptiales Sereniſſimorum Philippi Wilhelmi & Annæ Catharinæ Conſtantiæ Comitum Palatinorum Rheni, &c. Coloniæ ex typographia Henrici Krafft* 1642. *in folio.*

3. *Lachrymæ virtutum heroicarum affuſæ tumulo Sereniſſimæ Principis Annæ Catharinæ Conſtantiæ, conjugis Sereniſſimi Principis Palatini Philippi Wilhelmi* 1651. *defunctæ.*

Spiritus rectus, ſanctus, principalis, das iſt: auffrecht- heilig- und fürnehmſter Geiſt weyland des Durchleuchtigſten Fürſten und Herrn Wolffgangi Wilhelmi Pfaltz Grafen, &c. &c. unſeres nunmehro in GOtt ruhenden Lands Fürſten und Herrn bey Dero Fürſtlicher Durchleuchtigkeit klâglicher Befingnus, durch allerhand Deroſelben Land- und Welt- kündige Moral- Theolog- und Politiſche Tugend Exempel gantz wahr und lebhafft erwieſen von P. Jacobo Gippenbusch S. J. Duſſeldorff 15. Tag Maji 1653.

Monumentum, quod ære perennius Sereniſſimus Princeps Wolffgangus Wilhelmus Comes Palatinus non intermorituris virtutum ſuarum exemplis in vita erexit, & omni poſteritati poſt mortem ſpectandum reliquit, ab humanioribus Societatis JEſu muſis, impare (certè penicillo, animo tamen perinde dedito atque devincto delineatum, & colore poëtico ex gentilibus ferè ejuſdem Sereniſſ. Ducis inſignibus adumbratum. Duſſeldorpii 13. Maji 1653.

Epulæ geniales Sereniſſimis Neogamis Philippo Wilhelmo Comiti Palatino, &c. &c. Eliſabethæ Ameliæ Landgraviæ Haſſ. Comiti, &c. cùm patriis montibus optatiſſimum præſentiæ ſuæ jubar inferrent, religioſâ frugalitate, votivâ liberalitate in publicam grati animi, amoris, lætitiæ ſignificationem exhibitæ à Collegio Soc. JEſu Duſſeldorpienſi

EXTERNIS LVXISSE PLACET CONNVBIA TERRIS
SALTEM EPVLAS LARIBVS CARPE PHILIPPE TVIS.

In folio. Subjungitur elogium Fundatoris Athenæi Duſſeldani.

Nuptiæ Pelei & Thetidos renovatæ, hoc eſt, auſpicatiſſimum Leopoldi I. Rom. Imperat. ſemper Auguſti, &c. &c. & Sereniſſimæ Eleonoræ Magdalenæ Thereſiæ natæ Comitis Palatini &c. &c. Connubium ſymbolicis Deorum muneribus honoratum à tribus Societ. JEſu Collegiis Duſſeldorpienſi, Marcodurano & Monaſteriensi Eiffliо &c. anno, quo

LEOPOLDVS SECVNDIS AVSPICIIS ET PRÆLIIS
RECEPIT A GALLIS PHILIPPOPOLIN,

Votum patriæ pro ſalute Principis peregrè abituri ad quærendam ſponſam 1678. *ſunt Chronodiſticha à Collegio Duſſeldorpienſi oblata Sereniſſimo Joanni Wilhelmo. An typo edita, incertum mihi.*

Aquila Grandis magnarum alarum 1689 *Vide in Abrahamo Camp.*

Planſus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Plausus nuptialis Serenissimo Principi Joanni Wilhelmo Comiti Palatino, &c. &c. & Serenissimæ Annæ Luysiæ Cosmi III. magni Hetruriæ Ducis filiæ, dum subiret Dusseldorpium factus, & submississimè consecratus à Collegio S. J. Musisque Dussellanis 1691.

Ruhmvvürdigster Lebens-Lauf der Durchleuchtigsten Chur-Princeßin und Frauen Leopoldinæ Eleonoræ Josephæ vveyland Pfaltzgräfin, bey dero hoch-betrübter Leich-Begängnus dem gantzen Durchleuchtigsten Chur-Hauß zum evvigen Nachruhm zu Dusseldorff vorgestellt durch P. Petrum Gazen S. J. 1693.

Preißvvürdigste Ehren-Bildnus zu unsterblicher Gedächtnus des Hochvvürdigsten und Durchleuchtigsten Fürsten &c. Ludovici Antonii Pfaltz-Grafen vveyland Administratoren Hochmeisterthums in Preussen &c. durch eine Leich- und Lob-Predig von P. Ernesto Doem S. J. zu Dusselaorff in der Hof-Kirchen S. Andreæ Soc. J. 1694.

Panegyricus, quo Serenissimo Principi Joanni Wilhelmo Comiti Palatino &c. de felici in terras suas reditu gratulabantur Ephœbi illorumque Professor. 1704. Dusseldorpii.

Apotheosis LeopoLDI prIMI CæsarIs des vollkommensten Original aller Stand-Tugenden, vorgestellt von R. P. Ferdinando Orban S. J. Beicht-Vatter Ihro Churf. Durchl. 1704 Dusseldorpii.

Beglückseeligster Sitz der Ehren in dem Hintritt der Durchleuchtigstea Fürstin Elisabethæ Amaliæ Magdalenæ, vorgestellt von P. Francisco Schmitz zu Dusseldorff 1709.

Horoscopus Herculis Palatini per virtutes & labores ad astra translati, das ist, Tugend- und Lebens-Wandel des verstorbenen Durchleuchtigsten Churfürst Johannis Wilhelmi, &c auffgesetzt und vorgetragen à R. P. Ferdinando Orban S. J. Dusseldorpii 1716.

E.

EBERHARDUS TAPPIUS ex Luna Westphaliæ oppido, Diœcesis Colonienſis, scripsit

Centurias VII. Germanicorum adagiorum cum Latinis & Græcis collatorum. in 8vo Argentinæ apud Ruthelium 1539.

De Accipitrum & Falconum natura libellum Germanicum Argentinæ impressum.

Epitome adagiorum post novissimam Desi Erasmi Roterodami exquisitam recognitionem per Eberhardum Tappium ad numerum adagiorum magni operis nunc primùm aucta. Sumptu & typo Joannis Gymnici, cujus filiolo Martino dedicavit opus hoc posthumum & imperfectum is, qui perfecit, Conradus Brunsfenius Embecanus. Kal. Martii Coloniæ in 8vo pp. 598. præter indices duos, unum authorum, quibus tribuuntur paræmiæ, alterum adagiorum Latinorum secundùm alphabetum: nam liber materiarum ordinem sequitur. Recusa Antverpiæ in 8vo anno 1572. ex officina Joannis Loëi pp. 560.

ECBERTUS vel EGBERTUS Canonicus fuit Ecclesiæ Ss. Cassii & Florentii Bonnæ; sed epistolis sanctæ sororis suæ crebrò pulsatus, mundum pro Christi amore deseruit, Ordinémque S. Benedicti ingressus, habitum sanctæ conversationis sub Hillino Abbate suscepit in Schonaugia, floruítque sub Friderico I. 1160. Notandum hîc est, triplicem fuisse Schonaugiam, quorum confusione lapsus est *Chrysostomus Henriquez*: Prima Monachorum Ord. S. Benedicti in sylva Hercinia sub ditione Comitum Nassaviorum in extrema Diœcesi Trevirensi; hanc ingressus est Egbertus. Altera Schonaugia est Monialium Ordinis ejusdem priori vicina, quæ circa annum 1590. vel 1600. desiit, fundo & possessionibus in primam Schonaugiam, quæ & S. Florini Monasterium dicitur, translatis. *Sixtus Senensis L. IV. Bibliothecæ sanctæ* vocat Ecbertum Abbatem Monasterii S. Florini; sed confundit Bonnensis Ecclesiæ Patronum Florentium cum Florino, & Abbatiam Trevirensem cum Monasterio Bonnensi tunc. Portò secundæ Schonaugiæ quondam Abbatissa fuit Elisabeth soror Ecberti hujus, cujus extant epistolæ ad Archi-Episcopum & Clerum Colonienſem. Tertia Schonaugia est Monasterium Ordinis Cistercienſis Monachorum Diœcesis Wormatienſis altero ab Heidelberga lapide, in quo Hildegundis virgo Josephi nomen & sexum & vestem mentita, usque ad obitum vixit. *Hæc Trithemius in Chronico Hirsaug. ad annum Christi MCLXI.* quo Egbertus à Clero vocatus est Coloniam ad disputandum contra quosdam novos Hæreticos ibidem repertos, qui se Græco vocabulo Catharos, id est, mundos nuncupabant, magnam eruditionis suæ gloriam reportavit, & Hæreticos confutavit.

Erant ii Hæretici pernicioſissimis erroribus pleni apud Coloniam, inventi mares octo & fœminæ tres, qui de Flandriæ partibus venerant, & in quodam horreo prope civitatem habitabant, qui cum latitarent in abditis, & neque Dominicis, neque festis Sanctorum diebus intrarent Ecclesiam, à vicinis Christianis notati, quòd essent infideles, mox comprehensi, & in civitatem perducti sunt, inter eos ad disputandum acutiores erant Arnoldus, Marsilius & Theodoricus, qui, etsi essent Laici, Latini tamen sermonis satis erant periti, & divinæ scripturæ voluminibus plurimùm legendo intenti, nisi quòd sanum scripturarum pervertentes sensum ad sui erroris propositum retorquebant. Præter cæteros errores pestiferos, totam evertentes Ecclesiam, luxuriam inter se quocunque modo vel cum quacunque persona commissam, hoc est, cum matre, cum sorore, aut cum filia dicebant non esse peccatum; allegantes illud Apostoli: Omnia munda mundis. Ob id quoque se catharos seu mundos, & Spiritu S. plenos, quidquid facerent, non peccare dicebant.

Egbertus, ùt dictum, vocatus Coloniam, postquam advenit, disputationis publicum certamen cum iis Hæreticis habuit 1163. 2. Augusti in conspectu totius Cleri & multorum de populo civitatis. Quamvis autem tres prædicti Hæresiarchæ diabolo pleni essent in disputando acutissimi, tamen adjuvante gratiâ Christi, authoritate, ratione & exemplo per Egbertum fuerunt confusi, adeóque vi argumentorum constricti, ut nihil ampliùs possent respondere; cúmque erroribus

roribus suis pertinacissimè inhærerent, ignibus fuêre traditi & combusti viri octo & fœminæ tres, quas inter una juvencula cum rogo proxima rogaretur, ut errores desereret, & vitam sibi servaret, subitò è manibus tenentium elapsa in medium flammarum se præcipitem dedit, & periit. Egbertus ad suum reversus Monasterium, post mortem Hillini primi Abbatis unanimi consensu Fratrum 1167. 5tâ die electus est Abbas secundus, præfuitque annis decem & octo. Eodem tempore extitit quidam Hæreticus, patriâ Mosellanus, ex villa, quæ Cardona dicitur, oriundus, perniciosus & nimiùm astutus, quippe subtilitate ingenii & linguæ volubilitate cunctis etiam doctissimis viris erat formidabilis. Hic de venerabili Sacramento Corporis & Sanguinis Dominici malè sentiens & pejus dogmatizans, omnes sibi congredientes vi argumentorum facilè superabat. Vocatus tandem Egbertus Abbas Schonaugiensis in publico Doctorum conventu apud Confluentiam Hæreticum disputationibus paucis aggreditur, & in primo certamine victum ad professionem veritatis revocavit. Tandem anno MCLXXXV. die mensis Martii octavâ atque vigesimâ obiit Egbertus Schonaugiensis Monasterii Abbas secundus, cujus corpus in Ecclesia S. Florini, cui præfuerat, est sepultum. *Trithemius in Chron. Hirsaug. Eisengreinius in catalogo testium veritatis ad annum Christi 1163.* nominat eum Apostolicæ vitæ virum, arcanâ atque mysticâ divinarum scripturarum interpretatione sublimem, non tam ob generis nobilitatem, quàm eruditionem & vitæ sanctitatem clarum, hæreticæ pravitatis athletam pro Christi fide nobilissimum. Refértque inter cætera scripturarum monumenta scripsisse eum

1. *Volumen unum adversùs hæreses.*

2. *Aliud de vita, conversatione, revelationibus & obitu sororis suæ Elisabethæ absolvisse.* Hic liber à P. Crombach MSs. fuit repertus in superiore Westalia apud Casparum Scheven Abbatem Schonaugiensem, ex quo MS. hanc præfationem primus excudi fecit Crombach: *Præfatio Egberti Abbatis in revelationes S. Elisabethæ.* Omnes, qui lecturi sunt: *Tomo II. Histor. Ursulanæ L. VIII. pag. 718.*

3. *Sermones XI.* adversùs Catharos Coloniæ impressi sunt in 8vo 1530. 9. Kal. Januar. impensis Joannis Soteris. Dicavit eos Egbertus Reginaldo illustrissimo Rectori Pontificalis Cathedræ in Colonia, Monachus tum Cœnobii Schonaugiensis. Inserti sunt sermones illi Bibliothecæ PP.

4. Trithemius recenset librum unum in principium Evangelii Joannis, qui incipit: *Mysteria divini sermonis;* hunc Sixtus Senensis ait sibi visum. Impressus in Carthusia Colonienſi extat 1622. inter revelationes Hildegardis & Elisabethæ.

5. *Lib. 1. super Magnificat O. 82. in Cartusia Colonienſi.*

6. *Lib. 1. Laudes Salvatoris.*

7. *Lib. 1. super Missus est O. 82. in Cartusia Colonienſi.*

8. *Lib. 1. Epistolarum ad diversos.*

ELIPHIUS KLEIN Monasterii S. Martini majoris Coloniæ O. S. B. Congreg. Bursfeld. Novitiorum Magister, ac dein contiguæ Monasterio Parochiæ S. Brigidæ Administer. Obiit 1693. die 12. Octobr. Scripsit

Directorium juniorum.

Exercitia quotidiana pro Novitiis.

Tractatum de modo confitendi Religiosorum.

Commentarium de XII. gradibus humilitatis. MSs. in Bibliotheca S. Martini maj. cod. sig. B. 29. Ex Comment. Oliv. Legipont Ss. Theologiæ Licent. O. S. B.

ELIPHIUS VUCHTEN S. Martini Coloniæ Ubiorum Benedictinæ professionis Cœnobita, Pictor & Chalcographus omninò egregius, naturâ modestus & facetus, ingeniosus pariter & eruditus. Missale quoddam in membranis eleganter conscriptum ipse artificiosissimis initialibus litteris & figuris affabrè exornavit. Reliquit & alium libellum mirâ arte elaboratum, in cujus fronte ejus visitur effigies; contextus verò innumeras penè cujusvis scribendi generis litterarum formas figurásque complectitur; quo in opere & ingenii vires, & artis suæ peritiam luculenter prodit; plura itaque monumenta posterorum memoriæ daturus, nisi immaturâ morte sublatus fuisset, ætatis suæ anno XXX. reparatæ salutis 1530.

Ex Comment. Oliv. Legipont & Huberto Holthusen.

ENGELBERTUS HOLTERHOFF natus in Ducatu Juliacensi aut Montensi, ùt in præfatione libri à me visi ait. Sylvio Professore Lugduni Batavorum usus est Præceptore in medica discenda, cujus documentum refert, fermentationis, quâ cibi in humano stomacho digeruntur, vim præcipuam in saliva esse sitam. Publicavit

Consilium anti-dysentericum ob grassantem dysenteriam jussu Serenissimi Ducis Juliæ & Montium. Dusseldorpii 1669. insigni utilitate utriusque Ducatûs Juliæ & Montium.

Vita longa & brevis, in zwey Theil abgetheilt: da in dem ersten der Weg zum gesunden und langen Leben gewiesen wird; in dem anderen aber die Ursachen kurtzeres und krankes Leben gezeigt werden. Durch Engelbert Holterhoff Artzeney Doctoren und Practicum, gedruckt zu Cöllen Balthasaris Egmondt Verlegung in 12mo pp. 248. 1670. Dicatus liber Philippo Wilhelmo seinem gnädigsten Lands-Fürsten und Herrn.

EREMITARUM Ordinis S. Augustini Monasterium Colonienſe.

Probatæ fidei viros, quibus Reinoldus Archi-Episcopus Colon. corpora Ss. trium Regum Mediolano Coloniam transferenda commisit, fuisse FF. Eremitas Augustinianos, continua est & per manus accepta traditio, non tantùm per Scriptores Ordinis, Hieronymum Romanum *Centur. 8.* Crusenium *P. 2. C. 20.* Gratianum &c. sed & Azorium *Lib. 12. instit. c. 23.* Erardum Winhemium, Ægidium Gelenium, Hermannum Crombach Historiographos indigenas confirmata. Ab hoc translationis anno sua Conventus hic desumit primordia, nec alia quisquam assignare potuit hactenus: unde & Conventûs sigillum tres Reges repræsentat, & ad processionem solemnem confluentes in æde summa cum Benedictinis & Clero sæculari, Augustiniani soli (cæte-

ris Ordinibus foris opperientibus) chorum intrant; & dum ad facienda divina Clerus convocatur, proximum à Ss. trium Regum Mausolæo Sacellum occupant.

Ab initio sui intrà urbem ingressûs domum Vice-Comitis seu Burggravii incoluêre: ad tempus extra urbis mœnia S. Servatii sacellum assignatum iisdem fuisse domicilium, antiqua perhibent Collegii S. Cuniberti archiva. Ante annum 1225, cujus die 7. Novembr. obiit S. Engelbertus, ædificatam habebant ab eodem S. Archi-Episcopo intrà urbis mœnia Basilicam, teste *Gelenio in vita C. IX.* Ab anno 1264. Oratorium publicum à sæcularibus frequentatum eosdem obtinuisse, authenticè constat per litteras Henrici Trajectensis Episcopi, quibus hoc anno in crastino B. Nicolai concedit indulgentias 40 dierum Christi fidelibus, qui ad locum & oratorium Fratrum Eremitarum S. Augustini in Colonia accesserant. 1280. Sifridus A. C. per litteras patentes iisdem concedit, aut potiùs ob novas ab æmulis motas difficultates confirmat, ut mansionem & oratorium habeant in Colonia in Parochia sancti Albani juxta domum Burggravii, in qua advenæ hospitati fuerant.

1200. Aquisgranum, 1280. Lippiam, 1289. Bettburgum ex urbe hac Colonias Eremitarum deduxêre, novósque ibidem condidêre virorum pietate & religione illustrium Conventus. 1384. 4tâ Decembr. inita est confœderatio seu convocatio Ordinis Mendicantium Coloniæ pro tuendis suis privilegiis, quæ etiamnum viget.

1388. Pro Universitatis Colonien sis erectione & impetrandis privilegiis strenuè laborârunt Romæ, Giso de Colonia & Nicolaus de Nussia Ss. Theol. Doctores & hujus Conventûs filii; floruerunt & alii viri plurimi, pietate & doctrinâ insignes, qui & annis multis Provinciam ab hoc Conventu dictam *Colonensem* rexerunt laudabiliter, & Academiam exornârunt Ss. Theol. Doctores & Ss. Facultatis Decani. Nec defuerunt varii ad Episcopalem dignitatem evecti, quorum effigies plurimæ exhibentur in aula Conventûs omninò ampla & magnifica.

Hæc, quæ ad litterariam rem pertinebant, ex *Nicolao de Tombent* descripta habe.

1641. 6. Novembr. Amplissimus Senatus populúsque Colonien sis indulsit Augustinianis, ut humaniorum litterarum Pædagogium aperirent, qui mox 13. Novembr. bono publico 5. scholarum classes auspicati sunt.

Ægid. Gelen. de C. A. M pag. 491.

EUCHARIUS CERVICORNUS Typographus Colonien sis edidit & præfixit

Præfationem eruditam ad Haymonis Episcopi Halberstattensis longè exactissima in Isaiam Prophetam Commentaria, nunc primùm typis excusa, & jam recèns edita, non sinè accuratissima plurimorum pariter & vetustissimorum exemplarium collatione. His accessit ad studiosorum utilitatem index non minùs absolutus, quàm copiosus. Coloniæ in officina Eucharii 1531. in 8vo pp. 562. præter præfationes & indicem. Exemplari usus est uno sup[ra] 400. annos exarato, commodato ab eximio viro Andrea in Monte veteri Abbate, altero suppeditato à magnifico D. Petro Drolshagio Abbate in Heisterbach. Et quia in utroque desideratur recognitio secundæ nuper editæ, inde colligit eam supposititiam. Secundò suspicatur eam recognitionem esse Haymonis alterius, natione Angli, professione Franciscani.

EVERHARDUS DE AMORSFORDIA fuit sæculo XV. Bursæ Laurentianæ in Universitate Colonien si Professor & Regens, sacræ Facultatis Theologicæ Licentiatus, à Facultate artium Decanus eligitur 24. Martii 1488. ad semestre regimen, iterum anno 1492. eodem die ad eundem Magistratum pari intervallo gerundum. Scripsit

Commentaria in libros Aristotelis de cœlo & mundo ad finem usque libri primi copiosissimè deducta, quoad reliquos verò libros à Joanne Nuttingen similiter sacræ paginæ Licentiato continuata & expleta. Typo Henrici Quentel Colonia 1497. in folio.

Bibliotheca Belgica Foppens. Libri Decanales Fac. artium Colon.

EVERHARDUS BILLICUS non Coloniæ (ùt scribit Pantaleo) sed in Billick vico Diœcesis Monasterien sis natus, à puero oratoriæ & poëticæ artibus deditus; subin animum ad sacras litteras applicavit, Carmeli Colonien sis & Germaniæ illustre decus, vir prudens, humanus, & morum gravitate & integritate cunctis venerandus, ait *Loosius Callidius*, Colonien sis Universitatis Doctor & Professor publicus & Decanus electus, Alemanniæ inferioris Provincialis constituitur Aquisgrani 1542. Meritò eos inter primarios recensetur, qui urbem & Universitatem Colonien sem ab hæresi Lutherana liberam & immunem servârunt. Hermanno de Weda Archi-Episcopo Colonien si Lutheranis faventi fortiter restitit, & *librum pratensæ reformationis* à Pseudo-Reformatoribus Philippo Melanchtone, Bucero, Pistorio, &c. consarcinatum, quem dictus Hermannus apostata typis impressum Ecclesiæ Colonien si obtrudere satagebat, præclaro libro confutavit. Prædicantes acatholicos ab Hermanno clam immissos, & in Ecclesiis Parochialibus, invitis & contradicentibus Pastoribus Catholicis, verbum Dei adulterantes, Sanctorum statuas dejicientes, sacras picturas delentes, &c. verbo & scripto persecutus fuit, & gladio oris sui eloquentissimi profligavit. Tandem à Coadjutore Adolpho Comite de Schawenburg, Universitate & Clero Colonien si ad Cæsarem missus, Orator Hermannum A. Col. deponi curavit, & Carolo V. Romanorum Imperatori in diversis comitiis & colloquiis cum Hæreticis Augustæ & Ratisbonæ habitis deputatus & adhibitus Theologus tantâ energiâ eos exagitavit, errores eorum profligavit, veritatem fidei orthodoxæ stabilivit, ut etiam, Cæsare insalutato, nec ejus responso expectato, pro parte Protestantium disputantes Ratisbonâ discesserint.

1551. Adolphus Archi-Episcopus Colonien sis Concilium Tridentinum ipsemet accedens hunc Billicum in suum Theologum adoptavit, utpote de se & de Ecclesia sua Colonien si optimè meritum. Quàm præclarè autem in Synodo ista Theologi partes egerit, discimus ex catalogo Suffraganeorum Colonien sium, Stephani Broelmanni eum vocantis, Catholicæ religionis vindicem, strenuum in Trident. Legatum; ex Sacratio Colonien si Everhardi Winheim eum appellantis Theologum sanctissimum. Liceat Billicum ipsum epistola ad P. Gasparum Dorolerum tunc Priorem Colo-

Coloniæ audire. Conveniunt Patres quotidie ſtudio incredibili: dogmata hinc inde controverſa, vix permiſſo prandendi ſpatio, ab ortu diei veſperam uſque ſic excutiuntur & expenduntur, ut diligentiâ majore, etiamſi ipſi adeſſent adverſarii, expendi non poſſent. Soli adverſarii deſiderantur, quos abeſſe dolemus. Plura in præſens non poſſum: quia præter occupationes communes meditor orationem habendam ad Synodum in Circumciſione Domini; ſic enim Patribus placuit, ut anni principium ego oratione aliquâ auſpicarer; Gropperus verò, qui locupletior me eſt, offeret in Epiphania Domini cum tribus Magis munera. Illam Billici orationem Venetiis ſtatim excudi curavit Eminentiſſ. D. Cardinalis Tridentinus, hîc Coloniæ recuſam typo Caſpari Gennepæi. Hic ille vir, qui, utpote apud Senatum Colonienſem plurimæ æſtimationis & authoritatis pro RR. PP. Societatis Jeſu intrà Coloniam recipiendis primarius fautor extitit & patronus, à Paulo quarto Epiſcopus Cyrenenſis, ab Antonio Archi-Epiſcopo Colonienſi Suffraganeus, & in Pontificalibus Vicarius Generalis deſignatus, ante conſecrationem non ſinè ingenti omnium luctu & mœrore moritur Coloniæ 12. Januarii 1557, cui ſolemniſſimè parentavit alma Colonienſis Univerſitas die 5tâ Februarii. Epitaphium ejus in Monaſterio Colonienſi Carmelitarum ſequens legitur:

Etipitur mundo juBar ordinis abditur iſtiC,
Vt requieſcat huml, vis jubet æthereA.
Eloquio blandus, ceLeri certamine dexteR
Reſtinguens ubiis veLſica buſta maluM.
Arduus ingenio, donIs delubra politE
Reſtaurans paſſim Corruta, facta nihiL.
Denique virtutis ſtUdio ſublatus orirI,
Ut ſuperintendenS cœperat, eminuiT.
Sed fata impediunt moderantem magna ſiniſtrA
cladibus excitus poſſidet Elyſium.

In eodem loco aliud inciſum tumulo legitur:

Billicus in noſtro vixit celebertimus orbe,
Exertus ſuperos nunc tenet inde polos.

Idem recitatur à Petro Opmero 1622 recuſo; ſed mutato verſu poſteriore: Scurica ut hæreſeon extitit, occubuit. *Geſnerus & Poſſevinus.* Scripſit

Judicii, Univerſitatis & Cleri Colonienſis adversùs calumnias Philippi Melanchtonis, Martini Buceri, Oldendorpii, &c. &c. Defenſio cum diligenti explicatione controverſiarum, authore Everardo Billick Theologo, Carmelitarum Provinciali Coloniæ typo Gennepæi 1545. in quarto pp. 344.

2. *Oratio ab eodem habita die feſto Circumciſionis Domini in Concilio Oecumenico Trident.* 1552. Venetiis & Coloniæ.

3. *De ratione ſummovendi præſentis temporis diſſidia* D. Everhardo Billichio Ss. Theologiæ Profeſſore & Provinciali Carmelitarum authore. Coloniæ apud Gaſparem Gennepæum 1557. in 8vo pp. adverſa 78. Adjecit libro inſigne encomium Billichii curſivo charactere Caſpar Gennepæus.

4. *Hiſtoriam S. Urſulæ per modum epiſtolæ* ad Surium, nunc Sanctorum vitas compilantem.

5. *Hiſtoriam Concilii Tridentini*, quæ MS. extat Coloniæ in Archivio Provinciæ Alemanniæ Ord. B. M. V. de Monte Carmelo.

Reſpondit etiam Satyræ cuidam affixæ, quod carmen extat in Bibliothecæ majoris tom. VII. variorum impreſſorum compactorum in folio, titulo: *Oratores & Poetæ.*

Denique operum ab eo præclarè confectorum, non eſt illud poſtremum, quod grandem Carmelitarum domûs Colon. ambitum hiſtoriis ſacræ ſcripturæ à condito orbe ad extremum judicii diem exquiſitâ arte pictis, & ſingulas ternis diſtichis diſtinctis explicando ſubjectis veſtivit, ex quibus, ſi primas litteras rubricis notatas collegeris, hanc ſententiam effeceris: *Everhardus Billicus Colonienſis Theologus, Provincialis Carmelitarum ambitum tabulis iſtis ornari procuravit.* Unde numerum tabularum ſcies.

Icon illuſtriſſimi viri extat in Conventu Colon. Carmel. Ex Commentariis eximii Brunonis Provincialis Carmelitar. Bibliotheca Belgica Foppenſ.

EVERHARDUS DE CLIVIS, vel, ùt aliis placet, Ewerardus de Clivis, ineunte ſæculo XVI. claruit in Provincia Teutoniæ O. Præd. jam Theologiæ Magiſter laureatus anno MDVII. in Comitiis generalibus Papiæ coactis, ſtudii generalis Heidelbergenſis Regens inſtitutus eſt, ubi typis errantibus legitur agnominatus *De Erlinis*; codices enim MS. habent de Clivis anno MDXIII. Cap. Gener. Januenſi affuit Provinciæ ſuæ Diffinitor, & biennio poſt electus ejuſdem Prior Provincialis Capitulo Romano MDXVIII. eo titulo ſedit, ac in electione Magiſtri Ordinis F. Garſiæ de Loaiſa votum tulit. Die IV. Decembris anno MDXXIV. obiiſſe dicunt. Ex epiſtola ad eum nuncupatoria Joannis Hoſt de Romberch deſcriptionem terræ ſanctæ noſtri Burchardi ei dicantis cum ex ſanguine Ducum Clivenſium oriundum colligitur. Sic enim eum alloquitur: Hos tibi, qualescunque ſint, Moderator optime, nuncupo labores, quatenus Pater communis Alimannorum, filii Alimanni per confratrem Alimannum, Alimannas excipias fruges, & te quidem nullus opportunior non modò pro ſanguinis tui claritate & alto ſtemmate; ſed & ob virtutum probitatem ac officii dignitatisque primatum, quibus prudentiſſimè univerſum Teutoniæ gregem tibi commiſſum paſcis exemplis & doctrinâ, &c. Inſulis tamen Ordinem amplexum eſſe, & profeſſum XXIII. Septembris MCCCCLXXXII. contendit Ghilbertus de la Haye in Bibl. Belgo-Dom. MS. & reverà in actis convocationum, Congregationis Hollandiæ legitur: F. Everardus de Clivis Zutphaniæ MCCCCLXXXV. Logicæ inſtitutus pro Conventu Inſulenſi & Valencenis MCCCCXC. denunciatur, Patres conſenſiſſe in ejus promotionem ad Baccalaureatum incluſivè: hinc vult dictus Ghilbertus, in Provinciam Teutoniæ ſeceſſiſſe, in eámque translatum & doctrinâ & muniis præcelluiſſe, quæ quidem non ſibi adverſantur, haud verò ſunt abſimilia. Scripſit

Commentaria in IV. libros ſententiarum, quæ Francofurti apud noſtros aſſervari teſtatur citatus Ghilbertus.

Echard & Quetif. Scriptores Ordin. Prædicat.

EVERARDUS HENOTUS Colonienſis, ipſo S. Thomæ Aquinatis die feſto cum duobus è Societate Patribus, P. Joanne Horione & P. Adamo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Contzen insignia doctoralia accepit à P. Martino Becano, qui publicis disputationibus ex more præsedit 1611. vel 1610. Scripsit

Privilegia Calvinistarum Moguntiæ pro licentia doctorali proposita à Rev. & Nob. Domino D. Everhardo Henoto Colonienſi, Præside R. P. Martino Becano è Soc. Jesu Ss. Theologiæ Doctore & Professore ordinario. Moguntiæ ex officina Joannis Albini 1611. in 8vo pp. 119. Dicatus libellus ab Henoto nostro Sereniſſ. Ferdinando Coadjutori Colonienſi, quà Episcopo, parenti spirituali.

EVERHARDUS NAKATENUS Gladbaci natus, anno 1640. titulo patrimonii Sacerdos ordinatus, ac Ss. Theologiæ in Universitate Colon. Licentiatus, institutum S. Benedicti amplecti statuit, & in Monasterio Gladbacensi S. Viti professus est anno 1666. 8. Novembris: haud multò pòst Theologiam explicare Fratribus jubetur, subin Magister Novitiis formandis imponitur anno 1669. 8. Februarii. Spectatâ viri virtute, ab Reverendissimo Prælato Hildesino S. Michaëlis postulatur, & conceditur Prior ejus Monasterii. Anno 1674. 30. Novembris ab suo Prælato Parochiali Ecclesiæ civitatis Kempensis regundæ præficitur, singulari zelo, exemplo & fructu ovicularum 42. annis pastarum. Mortalis corporis sarcinam deposuit, 1716. 20. Septembris in sua Parochia tumulatus. Scripsit Germanicè

Perpetuum incensum variarum piarum aspirationum & fragrantium affectuum ad DEUM, suis omninò horis & perpetuæ orationi accommodatarum. Authore Religioso P. F. Everhardo Nakateno Ss. Theol. Licentiato, Ord. S. Benedicti, Pastore in Kempen. Coloniæ 1691.

Ex Commentariis Ignatii Koelges Prioris Gladbacensis.

EVERWINUS seu EBROINUS Nobilis de Helffenstein, primus Ecclesiæ Steinfeldensis in Archi-Diœcesi Colonienſi siræ Præpositus & Abbas, doctrinâ & religione conspicuus, Concilio Pisano interfuit 1134. ibique partes Innocentii II. fovit pro viribus, Hæreticos per tractum Colonienſem venena sua longè latéque spargentes verbo confutavit & scripto vir Catholicæ fidei, vindex acerrimus. Bullam bonorum Steinfeldensium confirmatricem ab Honorio II. obtinuit, atque aliud insigne diploma ab Innocentio II. (habentur in Annalibus Ord. Præm. tom. 2. inser probat.) Anno 1143. Uladislaus Rex Bohemiæ Steinfeldiam profectus, octo Fratres ad Strahovienſe recèns à se fundatum Monasterium ab eodem petiit, impetravit, ac secum abduxit. Magnus per omnia Everwinus magno suorum luctu è terris ad Superos abiit circa annum Domini 1160.

Ejus Epistolæ ad S. Bernardum. Fragmen adducit Joannes Garetus in Centen. XII. ad annum 1142. verbis sequentibus: " In cibis suis vitant " (intelliguntur Hæretici nostri) " omne genus la- " ctis, & quod inde conficitur, & quidquid ex " coitu procreatur. Hoc de sua conversatione " nobis opponunt; in Sacramentis verò suis se " tegunt, tamen nobis apertè confessi sunt, " quòd in mensa sua quotidie, cùm manducant, " ad formam Christi & Apostolorum cibum suum " & potum suum in Corpus Christi & Sangui- " nem per Dominicam orationem consecrent, ut " inde se membra Christi & corpus nutriant. " Quemlibet inter eos baptizatum electum dicunt, " & habere potestatem alios, qui digni fuerint, " baptizandi, & in mensa sua Corpus Christi & " Sanguinem consecrandi. Nuptias damnant, sed " causam ab eis investigare non potui; vel quia " eam fateri non audent, vel potiùs, quia eam " adhuc ignorabant. Sunt item alii quidam Hæ- " retici in terra nostra omninò ab ipsis discordan- " tes, per quorum mutuam discordiam utrique " nobis sunt detecti. Isti negant, in altari fieri " Corpus Christi, eò quòd omnes Sacerdotes Ec- " clesiæ non sint consecrati. " Hucusque Garetus. Idem confirmat *Alexand. Natalis in historia Ecclesiastica sæculi XI. & XII. C. 4. de hæresibus art. XI. num. 3. pag. 488.* qui ibidem *num. 8.* addit. Circa Coloniam Agrippinam maximè viguit hæc hæresis (scilicet Apostolicorum) de qua Everwinus Steinfeldensis Præpositus scripsit ad S. Bernardum, ipsum rogans, ut in sermonibus super Cantica ad illum versum: *Capite nobis vulpes parvulas*, quæ demoliuntur vineas, omnes partes illius hæresis distingueret, & contrapositis rationibus & authoritatibus nostræ fidei illas destrueret. Id præstitit S. Bernardus locis laudatis, eosdémque errores ipsis tribuit, quos Everwinus commemorat.

Integram hanc Epistolam ad S. Bernardum edidit Dominus Mabillonius Tom. 3. veterum Analectorum pag. 152. Natal. Alexander.

Ex Commentariis Eximii Prickartz Præsidis Seminarii Norbertini.

EUMENIUS in oppido Cliviæ sæculo Christi nati tertio natus fuit, quod Galliæ Belgicæ Præfecto parebat exeunte sæculo Christi tertio, quarto nascente. Avus ejusdem Athenienſi sanguine ortus, Romæ diu celebris, in ista urbe Clivensium perspectus, probato hominum amore doctrinæ atque Mœnianorum inter duo templa Apollinis & Minervæ exstructorum veneratione detentus Rhetorica octogenario major docuit. Eumenius patriæ scholæ ductu eam politicæ & publicæ rei notitiam indeptus fuit, ut Magister memoriæ ab Constantio (quem Maximianus Herculius Imp. Augustus creaverat Cæsarem) accitus in palatium & comitivam Principis adlectus fuerit. Interea Rhetoricorum Professor Clivensibus morte eripitur: in cujus locum nemo Cæsari visus, qui succederet, dignior Eumenio fuit. Quare has ad eum litteras dedit:

" Merentur & Galli nostri, ut eorum liberis, " quorum vita in augusto Clivienſium oppido in- " genuis artibus eruditur, & ipsi adolescentes, " qui hilari consensu meum Constantii Cæsaris ex " Italia revertentis suscepère comitatum, ut eo- " rum indoli consulere cupiamus. Proinde quod " aliud præmium his, quàm illud conferre debe- " mus, quod nec dare potest nec eripere fortu- " na. Unde Auditorio huic, quod videtur in- " teritu Præceptoris orbatum, te vel potissimùm " præficere debuimus, cujus eloquentiam & gra- " vitatem morum & actûs nostri habe- " mus administratorem compertum. Salvo igitur " privilegio dignitatis tuæ hortamur, ut profes- " sionem oratoriam receptes, atque in supradicta " civitate, quam non ignoras, Nos ad pristinam " gloriam reformare, ad vitæ melioris studium " adolescentium excolas mentes. Nec putes hoc

munere

« munere ante partis aliquod tuis honoribus de-
« rogari, quum honesta professio ornet potiùs,
« quàm destruat dignitatem. Denique etiam sa-
« larium Te in MDC. nummûm ex Reipublicæ
« viribus consequi volumus, ut intelligas meritis
« tuis etiam nostram constituere clementiam. Va-
« le Eumeni clarissime nobis.

Quibus honorificis tabulis ornatus ab Principe habuit coram viro perfectissimo Galliæ Belgicæ Præside orationem duo in capita divisam: priore disserit, quam sit ex usu Reipublicæ & officio Principum scholas Clivenses ad pristinam magnificentiam reformari: altero, quâ ratione id possit præstari citra sumptum publicum. Demum utrumque desiderium suum per Præsidem ad sacras aures Principum deferri rogat. Extat impressa oratio typo Henrici Stephani anno MDXCI. in 12mo unà cum cæteris ejus ævi Panegyricis, & inscribitur

Eumenii Rhetoris oratio pro scholis instaurandis coram V. P. Præside Galliæ habita.

Hactenus *Sigonius*, *Cuspinianus*, *Bertius*, *Beatus Rhenanus*, *Pighius in Hercul: Prodicio*, *Henricius Turckius ad annum Christi 296.* Contra Justus Lipsius, Cluverius, Browerus reclamant esse Eumenium Æduum aut Trevirem. Sed omnia MSs. & impressa volumina habent *Augustum Clivensium oppidum.* Quod si verum est, Clivia est patria Eumenii: Alia adversantium tela doctè retorquent Pighius & Turckius, nempe Clivenses pro domo sua Cicerones.

Altera controversia est de 3. orationibus acephalis; utrùm ex Eumenio tribuendæ, an alteri. Stephanus idem eas vulgavit eodem anno & typo.

Primæ initium est:

Si Flavia Hednorum: dicta anno Christi 311. ùt Pagi Dissert. Hypat. P. II. Ostendit contra Gothofredum.

2dæ. *Facerem sacratissime Imperator.*

3tiæ. *Si mihi Cæsar.*

Est gratulatoria de Britannica Batavicâque Constantii victoriis.

Omnes tres Eumenio detrahi lubens patitur Pighius.

F.

FABRICIUS CÆSAR Canonicus Ord. Præmonstratensis Coloniæ 1616. Edidit

Chronicon Martini Poloni purgatum nugis Protestantium, ad fidem insignis codicis Martino coætanei cum notis Suffridi Petri Levvardiensis.

Labbey in Cenotaphio Joannæ, & Binius in notis ad vitam Leonis Papæ IV.

FAMIANUS QUARDUS nascitur in Colonia Agrippinensium anno Christi 1090. nobilibus parentibus Godscalco & Guimarâ. Post litterarum studia, opibus in pauperes erogatis, peregrinationem sacram instituit ad Apostolorum limina, & cætera loca sacra Italiæ VI. Kal. Septembris circa annum Domini 1109. Sexennio evoluto, inde Compostellam Galæciæ urbem Divi Jacobi Apostoli exuviis inclytam proficiscitur anno 1114. ubi triennio vitam anachoreticam duxit in Cœnobio S. Antonii, sub magisterio & disciplina Antonii Abbatis. Demum Cistercienscm Ordinem professus fuit in Monasterio S. Laurentii, ex quo cum bona Superiorum venia Hierosolymam adivit, & loca vestigiis Salvatoris nostri rubentia. Post annos tres in Italiam redux Galesii in hodierno agro Romano sanctè moritur anno 1150. ætatis actæ 60mo. Galesini ob miraculorum multitudinem uti Patronum cælitùs sibi datum venerantur, ejusdémque iconi hoc subscribunt distichon:

Claudus adest firmus, cæcus videt, utitur aure
Surdus, ab obsessis spiritus ater abit.

Adrianus Papa IV. anno salutis reparatæ 1154. Sanctorum catalogo Famianum adscripsit. Scripsit

Historiam vitæ suæ, quæ post obitum in Breviario ejus reperta, jam typis excusa prostat in libello: *Fasciculi Sanctorum Ord. Cistercienſ.* anno 1626. Galesii.

Gelenius in sacris festis Agripp. Henriquez fascicul. Ss. Ord. Cistercienſ. Acta SS. ad diem VIII. Augusti, operâ Solerii Soc. Jesu. Antverpiæ.

FERDINANDUS ex antiquissima Baronum FURSTENBERGIORUM gente, domûs, patriæ & Ecclesiæ ingens ornamentum & præsidium, nascitur in Bilstein 1626. 21. Octobris. Patre Friderico Furstenbergio, Westphaliæ & Angariæ summo cum imperio Præfecto, Consiliario intimo Electoris Moguntini & Colonienſis, Legato ad plures Reges & Comitia Imperii, Dynasta in Bilstein, Waldenburg & Oberenkirchen; matre lectissimâ Dominâ Annâ Mariâ de Kerpen, Dominâ in Ilingen & Westrasia. Sigenæ Nassaviorum, Paderbornæ & Monasterii Westphalorum pueritiam per omnem liberalium artium cultum traduxit. Inde Coloniam veniens, dum sublimioribus animum studiis excolit, exæquare cœpit majorum exempla & gloriam. Musis aspirantibus in Fabii Chisii Legati ad inferiorem Rhenum Apostolici familiaritatem venit, qui suavitate morum & doctrinâ non vulgari captus, ùt primùm purpurâ cohonestatus fuit, Romam invitavit jam Canonicum Ecclesiarum Cathedralium illustrium Hildesiensis, Paderbornensis & Monasterienſis. Nihil optatius cadere potuit nobilissimo pectori, quàm Romani cæli aspectus, veluti ad arcem sapientiæ & theatrum sanctimoniæ ac eruditionis omnis admissus fuisset. Oblectabatur Pontifex jam ALEXANDER VII. modò historiâ, modò antiquitatum cognitione, modò poësi. Oblectabat his studiis Pontificem Ferdinandus semper novo ingenii elegantis specimine, applaudente purpuratorum Senatu, veluti ingenium in Germania natum Italiæ certare & anteire vellet. Pontificis exemplo capti eruditissimi quique eo ævo Romæ Inquilini Sforția Pallavicinus, Prosper Fagnanus, Lucas Holstenius, Cæsar Rasponus, Natalis Rondininus, Carolus Emmanuel Vizzanius, Odoricus Raynaldus, Alexander Pollinus, Augustinus Favoritus, Stephanus Gradius, Leo Allatius, Joannes Baptista Torricellius, Vincentius Guinisius, Hieronymus Petruccius, Guilielmus Dondinus, Petrus Possinus, Paulus Zacchias, & Matthias Naldius. Hi primùm periculum facere scientiæ Furstenbergicæ, mox dilaudare & admirari, & nunc historico, nunc poëtico lusu congredi, demum recepto in Romanam Academiam, eidem

ultrò principatum & fasces litterarios deferre, & sapientissimi Pontificis, ingeniorum, si quis alius, æstimatoris sagacissimi, sententiam suo calculo omnes comprobare. Nec satis habuit summus Princeps sterili encomio incitare currentem ad summa quæque juvenem; sed inter familiares Cubiculi Pontificii Ephœbos adlegit, donavit Præpositura S. Crucis in Hierusalem & Prioratu S. Mariæ de Campejo in Alpibus Tridentinis, præludens credo patriis Ecclesiis, & ei, quod de virtute & doctrina Ferdinandi ferendum orbi esset olim, judicio. Inter has admurmurationes secundas identidem cogitabat historiam patriam perficere, in quem finem usus Holstenio monstratore captavit Vaticanæ ditissimæ Bibliothecæ manuscriptos codices, & quidquid ad Westphaliæ & Paderbornensis Principatuum antiquitatem faciebat, per otium in adversaria litteraria referebat, Numine intùs agente & præludente imminentibus fatis.

Audiatur Nicolaus Schaten Lib. 1. Annalium Paderbornensium pag. 1. " Episcoporum Paderbornensium res gestæ à Ferdinando Furstenberg gio Principe & Episcopo primùm, dum Romæ per novennium versaretur, magnam partem in Bibliothecæ Vaticanæ monumentis collectæ; dein post Episcopatum adeptum singulari studio in annos & ordinem fuêre digestæ. Hic ex tanto Episcoporum Paderbornensium numero unus tandem fuit, qui hanc curam cum animo suo seriò complexus est, ut cæterorum, qui ante ipsum hanc Carolinam sacrorum Antistitum sedem tenuerunt, famam & nominis gloriam ex situ & tenebris in novam quandam vitæ lucem reduceret. Voluit autem sapientissimus Antistes à Carolo Magno & Hathumaro primo Paderbornensium Episcopo ad nostra usque tempora scriptionem deduci. " *Hactenus Schatenius, qui tanta supellectilis præsidio accingebatur ad scribendos Annales Paderbornenses.* Hactenus litteraria. Quæ ingenii sui monumenta reliquerit, infra enumerabo: quæ autem alii ex Europa clarissimi omnium Facultatum Scriptores eidem dicaverint, si enumerare voluero, infinitus ero. Quantus pro patria Princeps, in Ecclesia Episcopus fuerit, justis libris scribent Annales Paderbornenses ex ejus thesauro litterario potissimùm confecti. Vacante Paderbornensi Sede, Illustrissimi Canonici anno 1661. 20. Aprilis absentem eligunt, valde hac de causa ab sanctissimo Pontifice laudati, qui 30. Maji eam electionem ratam habuit, 16tâ Junii ab Eminentissimo Rospiglioso (post CLEMENTE IX.) consecratur Episcopus. Sexennio post 1667. 19. Julii ab Illustrissimo Capitulo Monasterienst eligitur Coadjutor: anno 1668. 30. Aprilis confirmatur Româ Successor futurus. Vitam scriptis & factis illustribus nobilitatam sancto fine clausit 26. Junii 1683. ex calculi sectione intempestiva, Sabbato, uti prædixerat. Iconem viri, si Ecclesiæ & arces ædificatæ & restauratæ & libri tacerent; habes secundæ editioni monumentorum præfixam in æs cælatam.

Epitaphium in Ecclesia Fratrum Minorum de Observantia ab se una ex multis ædificata hoc legitur:

D. O. M. S.

FERDINANDUS Episcopus Paderb. & Monaster. Burggravius Strombergensis, S. R. I. Princeps, Comes Pyrmon. D. in Borkelo, Liber-Baro de Furstenberg, natus anno salutis MDCXXVI. die XXI. Octobris: magnæ nobilitatis maximum decus ac fulcrum Principum, hoc sæculo eruditissimus, eruditorum Princeps ac Mecœnas liberalissimus, hujus & aliorum templorum, Cœnobiorum, Sacerdotiorum, eleemosynarum ingentium Fundator munificentissimus, argenteorum ad aras apparatuum & supellectilium profusissimus Largitor, summorum Pontificum, Regum, Principum conciliatâ benevolentiâ, pace, Diœcesibus partâ & conservatâ Monasterienst, & jam recuperato Wildeshusio, & XXIII. millium argentea pro abaco, supellectile donato Capitulo Paderbornensi, XXV. millibus, Monasterienst, XXXIII. millibus imperialium Legatis, Cleri ac patriæ Pater, expensis in Apostolicas per Septentrionem & extremam Asiam, missiones plùs quàm centum imperialium millibus, pietatis & Catholicæ fidei Propagator Apostolicus: tandem cruciatibus calculi, fractis jam viribus serò nimis exsecti, fortiter & suaviter (ùt omnia fecerat) toleratis, animam DEO, corpus huic sarcophago, nomen immortali memoriæ tradidit. Anno vitæ suæ LVI. Episcopatûs Paderbornensis XXIII. Monasterienst V. partæ salutis MDCLXXXIII. VI. Calendas Julii. Scripsit

1. *Monumenta Paderbornensia, ex historia Romana, Francica, Saxonica eruta, & notis illustrata.* Paderbornæ 1669. in 4to apud Joannem Hessium pp. 209.

Editio 2da Amstelodami apud Danielem Elsevirium 1672. novis inscriptionibus, figuris in æs incisis, tabulis geographicis & notis illustrata in 4to pp. 337. præter epistolam dedicatoriam Elsevirii, præfationem Bernardi Rottendorffii Medici de hac secunda editione, præfationem illustrissimi Authoris & indicem.

2. *Poëmata* Ferdinandi liberi Baronis de Furstenberg, edita primùm anno 1662. inter septem illustrium virorum Poëmata. Antverpiæ typo Plantiniano Moreti. Laret hîc illustrissimus Scriptor sub nomine FERDINANDI ARCHONTORI, Græcam frontem præseferens. Ex his excusa Romæ

næ 1656. extabant inter plausus Alexandro VII. PP. renuntiato Romæ impressos 1656. Typis Vitalis Mascardi, & Ferdinando huic, Cubiculario intimo inscriptos à Typographo.

Secunda & plenior editio curata fuit ab Christiano Theodoro PLETTENBERGIO, agnato, Canonico Hildesiensi anno 1671. typo Danielis Elsevirii in 8vo pp. 127. quibus eodem typo additi libri duo adoptivorum carminum, quæ ab Europa erudita universa FERDINANDO & aliis FURSTENBERGIIS certatim scripta, dicata, appensa fuêre.

3. *PHILOMATHI* (nomen academicum FABII CHISII post ALEXANDRI VII. PP. maximi) *Musæ juveniles* primùm editæ fuerant ab Wilhelmo Furstenbergio anno 1645. Coloniæ.

Secundam editionem locupletiorem & elegantiorem curavit Illustrissimus Ferdinandus, Wilhelmi tum apud Comitia Imperii Legati Frater, typo Plantiniano Moreti 1654. in 8vo pp. 295.

FERDINANDUS CURTIUS Medicus Aulæ Electoralis Bonnensis medio sæculo decimo septimo florebat. Scripsit

Gründliche Unterrichtung, vvornach man sich in Zeit böser Seuchen der abscheulichen Pestilentz zu verhalten, gedruckt durch den abgelebten Hof-Medicum H. Ferdinandum Curtium im Jahr grassirender böser Seuchen 1666. Gedruckt zu Bonn bey Henrico Tilmanno Jansenio in octavo pp. 92.

FERDINANDUS STROBELIUS, cùm Canonicus Collegiatæ Ss. Cassii & Florentii Bonnæ esset, & cæremoniarum Magister, creatur Licentiatus Theologiæ 1644. 12. Aprilis ab Eximio von der Veken S. J. D. à quo etiam 1652. 16. Junii Ss. Theologiæ Doctor Coloniæ renuntiatus est. Fuit quoque Parochus Ecclesiæ S. Remigii Bonnæ 1652. & Decanus Capituli Burgensis. Anno 1661. nominatus est à Capitulo Metropolitano 17mâ die Februarii in locum defuncti Suffraganei Georgii Pauli Stravii Canonicus summæ Electoralis Ecclesiæ. Mortuus 1664. 12mâ Januarii, libris suis Bibliothecam Collegii S. J. liberaliter auxit. Scripsit

Uhr-Zeiger des bitteren Leydens und Sterbens unseres HErrn JESU CHRISTI, durch vvelchen alle Passions-Geheimnussen, in 24 Betrachtungen ausgetheilt, als so viel Stunden gezeigt vverden durch den Hochvvürd. Herrn Ferdinandum Strobelium nach seinem Tod unter dessen Schrifften gefunden. Cöllen bey Wilhelm Friessem 1669. in 16to pp. 103.

FRANCISCUS AGRICOLA Julias, Lohn, Vicum Aldenhoviæ, Præfecturæ Ducatûs Julii, nascens vidit. In Colonienſi Gymnasio Tricoronato Philosophiam sub Petro Busæo, Theologiam Lovanii sub Joanne à Lovanio & Jodoco Ravenstein celeberrimis utriusque Universitatis Magistris hausit. Primùm Pastor fuit Ecclesiæ Rodingensis, dein Ecclesiæ Sittardiensis ab anno 1571. Pastor & Canonicus, tum Decanus ruralis Capituli Susterensis electus 1599. ingenti zelo propugnandæ undequaque Catholicæ fidei & hæreseon extirpandarum flagrabat, & urebatur diu noctúque. 1624. Sittardiæ senio & piis vigiliis emaceratus, pridie Nonas Decembris obiit. Scripsit

Institutio de Ss. Eucharistiæ Sacramento Germanicè 1575. Coloniæ.

Speculum Biblicum officiorum cujusvis conditionis 1577. Germanicè.

Demonstrationum Evangelicarum L. IV. quibus demonstratur Christum secundùm animam revera ad inferna descendisse, & piorum animas inde è limbo liberâsse. 1578. in 8vo apud Cholinum.

Bibliscber Bericht von der Catholischen Messen durch F. A. Pastor zu Rodingen in octavo. Cöllen apud Cholinum 1580. pp. 807. inscriptus liber Wilhelmo seniori & Joanni Wilhelmo juniori Duci Julia Clivia Montium ab eodem ex Sacellano.

Tractatus Catholici duo de cultu & veneratione Divorum, déque imaginibus Sanctorum in cælo regnantium. 1590. & 1614. apud Kinckium in 12mo. Dicatus Gerardo Cardinali Episcopo Leodiensi.

Diatriba Evangelica de conjugio & cœlibatu Sacerdotum, an necessum sit, Sacerdotes N. Testam. jure divino in perpetuo cœlibatu vivere p. F. A. Pastorem Rodingensem. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1581. in 12mo pp. 285. Dicata Ernesto Bavaro h. a. electo Leodiensi.

Tractatus orthodoxus de Sanctorum reliquiis, præsertim apud Grani Aquas, quas piâ industriâ Carol. M. possident. Coloniæ 1581. typo Cholini in 12mo pp. 219.

Speculum pœnitentiæ. Germanicè 1582. in 8.

De æterno & vero DEO, nec non indubitato Christo & Messia Christianorum Lib. III. adversùm Calvinistas, 1583. Coloniæ typo Gerhardi Grevenbroich in 12mo pp. 242. præter indicem & præfationem ad Ernestum A. Col.

Wahrhaffter Bericht von Martini Lutheri und seiner Consorten in Glaubens und Religions-Sachen handgreifflicher Unbeständigkeit, ex Dialogo Malcotii ins Hoch-teutsche gebracht, und mercklich gemehrt durch Fr. A. Pastor. in Sittard. Cöllen apud Cholinum 1583. in octavo pp. 352.

Ketzer-Brunn oder Grund Wurtzel aller Secten. Liber Wilhelmo seniori, Joanni Wilhelmo juniori Ducibus Julii &c. 1583. Sittardiâ 24. Augusti. Altera inscriptio suis Parochianis dicatur. Coloniæ typo Materni Cholini 1583. in 8vo pp. 836.

Commentarius de verbo DEI scripto, & non scripto. Leodii in 8vo 1597.

Tractatus de primatu S. Petri Apostoli & Successorum ejus RR. PP. p. Fr. A. Coloniæ sumptibus Hermanni Hobergen in 12mo pp. 512. anno 1599. Dicatus Clementi VIII. P. M. insertus Bibliothecæ maximæ Pontificiæ à Roccaberto Tomo XII. 1698.

De lectione horarum Canonicarum: de lectione sacræ Scripturæ, ejúsque interpretibus orthodoxis. Leodii in 12mo 1600.

Attestatio SS. PP. tam Græcorum, quàm Lati-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Latinorum, quòd S. Petrus Apostolus Romæ fuerit. Romanos primus ad fidem converterit, ibi usque ad mortem Episcopatum gesserit. Collecta per R. F. A. Coloniæ apud Herm. Hoberg 1605. in 12mo pp. 84. Dicata Paulo V. PP.

De periculoso & abominabili statu concubinariorum impœnitentium. Coloniæ 1604. apud Hermannum Hobergium.

Paralleli Ss. Bibliorum, hoc est, demonstratio ocularis & bipartita, quòd plurima, quæ uni solique Deo conveniunt, hominibus & aliis creaturis rectè tribuantur, ex scripturis contra Sectarios omnes hujus sæculi per F. A. pp. 329. Coloniæ apud Kinckium in 12mo 1614. Dicavit Ferdinando Archi-Episcopo Colon. idem libellus eodem anno & typo fronte immutatâ & paululum appendice prodiit.

Propugnaculum fidei, sive defensio honoris divini & Sanctorum contra hæreses hujus sæculi, in quo demonstratur eadem attributa DEO & creaturis tribui.

De amplissimis privilegiis & certissimis signis veræ Christi in terris Ecclesiæ. Apud Bernard. Gualteri 1616.

Ebren-Rettung Mariæ, der Mutter GOttes. Cöllen 1516. typo Bernardi Wolthers in 12mo. Lib. sex pp. 608. præter indicem & præfationem ad Regale Capitulum Aquense, singulos titulos, honores, cultus, templa ab Catholicis Mariæ inscripta tuetur ex Scripturis Ss. subjectâ monitiunculâ de earum vero sensu.

Vitæ Sanctorum, das ist, Leben und Sterben der fürnehmsten Heiligen auff alle Tag durchs gantze Jahr, nach gemeiner Catholischen Kirchen Calender gerichtet. Wie imgleichen das Leben unseres Seeligmachers JEsu Christi und der H. Jungfrauen Mariæ kürtzlich verfasset und beschrieben durch den H. F. A. mit Zusatz der Leben derjenigen Heiligen, so innerhalb hundert Jahren in der Römischen Kirchen geleuchtet, und ihrer Heiligkeit gewisse Zeichen haben. Cöllen typo Joannis Kinckius 1618. in 8. pp. 636. præter indices & gratulatoriam præfationem ad Serenissimum Wolffgangum Wilhelmum Ducem Juliæ, &c. in Catholicam Ecclesiam nuper ingressum.

Confutatio Anabaptistarum Germanicè.

Meditationes hebdomadales de passione & morte Domini.

Precationes Catholicæ ad Ss. Trinitatem.

De Christo Salvatore ejúsque regno gratiæ & gloriæ tum cognoscendo, tum capessendo.

Bibliotheca Belgica Foppens. cujus fide quinque ultimos libros recitavi.

FRANCISCUS BOELEN à natali solo *de Arweiler* dictus S. Martini Coloniæ Ordinis sancti Benedicti Asceta bene doctus, de quo Hubertus Holthuisen Scriptor Synchronus & domesticus: Semper aliquid, ait, aut scribebat in usum Fratrum, aut sibi quædam ex sermonibus Patrum excerpebat, aut sanè orabat vel laborabat, aut pingebat, vel compingendis libris insudabat, aut in ære fusili cudebat. Factus Parochus in Verweis, quæ Ecclesia est Monasterio S. Martini incorporata, haud procul à Tulpiaco, paste cotteptus vivere desiit 1542. relictis aliquot sui ingenii & industriæ monumentis, ex quibus superant MSs. in Chartulario S. Martini.

1. *Theologia Moralis & Catechetica.*

2. *Sermones breves de Tempore & de Sanctis, quos per 16. circiter annos ex suggestu ad populum habuit. Eod. sig. B. 26. & F. 19.*

3. *Miscellanea de peccatis & casibus conscientiæ. ibidem eod. sign. E. 12.*

4. *Variorum in chimia & medicina arcanorum collectanea. Ex Cmm. Oliv. Legipont.*

FRANCISCUS BURCKARDUS, post artium cursum absolutum, legibus discendis adjecit animum felici ingenio, & Doctorum ornamenta consecutus est. Idem ratâ prudentiâ & insigni facundiâ conspicuus inter quatuor viros, qui Boicæ gloriæ quadrigam (uti ajebat non sinè intimo sensu magnus Petrus Canisius) medio sæculo XVI. ducebant, erat, operámque suam navabat strenuè Augustino Loeschio à Peterstorff dignissimus in officio Cancellarii Boici Successor Leonardi Eckii Dynastæ Randeckii, cui & Ingolstadiensis Academiæ Annales elogium dicárunt. *Vide Agricolam in Histor. Provinc. German. superioris decad 1. num. 101. 102.* Subinde Franciscus Serenissimo Ernesto Bavaro Archi-Episcopo Colonienſi & Electori fuit à consiliis intimus, ejusdémque Cancellarius, vir avitæ Catholicæ religionis tenacissimus. Hic, cùm triginta annorum experimento didicisset, & coram oculis Archi-Diœcesin Colonienſem externo milite intruso ferro & flammis fumantem, sacris juxta ac profanis juribus calcatis, jámque sub prætextu *Autonomiæ* ab Gebhardo sacra Catholica inverti, profana bona omnia diripi videret; simul & semel turbâ Scriptorum vulgatorum pro autonomia, id est, illimitata religionis licentia ex Neostadiano ad amnem Hardiam typographæo Archi-Diœcesis inundaretur; aggressus est inclytus senex *libro uno in 3. partes secto de Autonomia* inscripto veram notionem Autonomiæ ex usu & constitutionibus Imperatorum in medium proferre. 2dò omnia Protestantium argumenta Latinè, Germanicè variis libellulis indies evulgata sub unum conspectum collocare. 3tiò iisdem respondere, primò ex jure naturali & gentium, 2dò ex jure divino Mosaico & Evangelico. 3tiò ex jure Imperatorio, Romano, Francico, Germanico tantâ soliditate, perspicuitate ac modestiâ, quantam à gravissimo ac sapientissimo JCto expectare poterat orbis litteratus.

Attamen Protestantes in pacificatione Westphalica 1645. inter decem gravamina oblata §. VI. queruntur pacem religionis tam sinistrè ac perversè interpretari Catholicos, ut eam omninò invertant; quod præcipuè appareat ex libro, qui inscribitur *Autonomia Burckardi.* Sed falsa hæc querimonia à Catholicis verâ & evidenti responsione elisa fuit, ùt videri potest apud Illustrissimum Adamum Adami Episcopum Hieropolitanum *relat. historicâ de pacif. Westphalica Lipsiæ 1737. pag. 167.* Burckardus moriens opus perfectum amicis commendavit, à quibus illud

nactus

sactus est Adamus Berg Typotheta Monachiensis. Obiit Bonnæ sepultus in Collegiata sanctorum Cassii & Florentii, hoc epitaphio:

Clarissimo Nominatissimóque Viro
FRANCISCO BURCHARDO,
J. U. Doctori,
III. Imperatorum Romanorum,
Et
VII. Colonienſium Archiepiſcoporum
Principúmque Electorum
Ordine ſuccedentium.
Conſiliario
Reſpectivè & Cancellario,
Qui, ſicut vixerat,
Piè obiit
Anno MDLXXXIV. VI. Auguſti,
Pietatis & Obſervantiæ ergo
poſitum.

Corpus humum petiit, repetivit ſpiritus aſtra
Franciſci Burchardt, nulli virtute ſecundi.
Is qualis fuerit, tituli, quos facta parârunt,
Commemorant breviter, cogitandáque plura relinquunt.
Vir pius & juſtus, qui publica, non ſua, zelo
Ac ſtudio magno tractavit & occidit illis.
Qui non percepit vivens hîc præmia digna,
Vivat in æternum, qnæ ſors eſt maxima rerum.

Scripſit

De Autonomia, das iſt, von Freyſtellung mehrerley Religion und Glauben, was und wie mancherley ſie ſeye: was nach derſelben bis daher im Reich Teutſcher Nation ergangen, und ob dieſelbe von der geiſtlichen Obrigkeit möge bewilliget und geſtattet werden, durch weyland den edlen und hochgelehrten Herrn Franc. Burckardum, beyder Rechten Doctoren, Churfürſtlichen und Cölniſchen geheimen Rath und Cantzlern, gedruckt zu München 1593. in 4to. Blätter 430.

Bibliotheca Belgica Foppens.

FRANCISCUS CONSTANTINUS I. MARX Vicarius Ædis Metropoliticæ Colonienſis, Rector Sacelli S. Margaritæ. Scripſit

Das Leben der heiligen Jungfrauen, Martyrin und Nothhelfferin Margaritæ, in Druck gebracht durch F. C. I. Marx Rectorem Capellæ S. Margaritæ. Cöllen bey Caſpar Drimborn 1720. in 8vo pp. 31.

FRANCISCUS COSTERUS, natione Belga, patriâ Mechlinienſis, vivente adhuc S. Ignatio, 1555. Romam venit ex Univerſitate Lovanienſi adoleſcens, & in Collegio Romano S. J. bonis artibus perpolitus eſt. Inde 1556. cùm ageret ipſe annum ætatis 25tum, ab ſancto Patriarcha Ignatio Coloniam miſſus eſt, ubi non pridem Senatus novum trium Coronarum Gymnaſium erexerat, eique Regentem primum præfecerat Jacobum Leichium. Sed quia hic paulò poſt Lutheri erroribus addictus deprehenſus eſt, circumſpicere Catholicos Præceptores orthodoxa comprimis civitas cœpit, & ad ſcholas Societati ibidem committendas propendere. Poſt traditam igitur Joanni Rhetio Burſam Coronarum, ubi Coſterus Coloniam appulit, receptus fuit in numerum Magiſtrorum Colonienſis Facultatis (erat enim antea promotus Lovanii) die ſancti Ægidii 1557. & Philoſophiam quinquennio prælegit in Gymnaſio trium Coronarum, & ſcholis humanioribus regundis præfectus fuit. Dein ſacram Geneſin ad Academicos in Theologica ſchola, at anno 1563. Magiſtrum ſententiarum, & Philoſophis cælorum curſus ex aſtronomica diſciplina explicare exorſus, Auditorium maximum non voluptate ſolùm, ſed etiam admiratione complevit. Præſertim, cùm tantam doctrinam commendaret ætatis immaturitas: ornabant eam magis etiam & venuſtas ſermonis & varietas linguarum. Anno ſequente, cùm pluſculi ad noſtrorum numerum ſe adjunxiſſent, Franciſco tironum inſtitutio demandata eſt, eidem ſacrarum in Gymnaſio concionum Eccleſiaſti Latino, quo in munere ſuam operam egregiè probavit, adlectis excultísque optimæ indolis adoleſcentibus. Cùm autem tradendis Philoſophicis Theologicísque diſciplinis Coloniæ inclareſceret, ſacri Doctoratûs inſignia more Majorum in ea Univerſitate ſuſcepit 1560. 10. Novembr. & 1564. ad diem 10. Decembr. quatuor ſe votis ſolennibus illigavit. Multis in Societate Collegiis, bis Provinciæ Belgicæ, ſemel Rhenanæ præfuit: ter Congregationi Generali interfuit, vel ſuo ipſius Provincialis vel Provinciæ nomine. Nunquam totâ vitâ infirmatus, nunquam ultra horam conſuetam ſomnum extraxit. Nulla eum cura aut ſollicitudo unquam turbavit aut interrupit. Nunquam à ſacro faciendo, niſi in extremo morbo, abſtinuit. In ſe adeò fuit ſeverus, ut perpetuo cilicio creberrimísque flagris corpus attereret, vel tum, cùm regebat Provinciam, ſcribebat, & conciones ſæpè plures unâ die habebat, & audiebat confitentes, & cum hæreticis paſſim diſputabat, quibus ſe tam ſtrenuè ſemper oppoſuit, ut Hæreticorum dici malleus meritò queat. Pedes ferè conficiebat, quamvis longiſſima itinera, & plerumque cilicio armatus; ſubinde ocreatus de via repente concionabundus exiliebat in pulpitum, & magnâ contentione, tanquam recens à quiete eſſet, diſſerebat. Tam ſcripſit copiosè, tanto concionatus eſt hominum concurſu, ut in præcipuis Societatis Scriptoribus Concionatoribúsque videatur numerandus. Sodalitates ſub Deiparæ titulo primus in Colonienſi Gymnaſio, tum in locis & in Provinciis, quibus præfuit, erexit, iis leges condidit, formam pietatis ac modum edito in lucem opuſculo docuit. Denique vitam ſummis laudibus ornatam cùm ad magnum ſenium provexiſſet, ætati magis & neceſſitati naturæ, quàm morbo ſuccubuit. Dum ultimis Sacramentis imbueretur, identidem exclamabat: O quanta conſolatio! rogatus, an lubens moreretur, illis Divi Ambroſii verbis reſpondit: *Ità vixi, ut me vixiſſe non pudeat; mori autem non timeo, quia*

bonum Dominum habeo. Denique cùm nonagesimus illi psalmus à quopiam nostrorum recitaretur, & ad singulos prope versus eorum in se sententias locum jam habuisse affirmaret, illis verbis recitatis: *Longitudine dierum replebo eum,* quam verè experiebatur, *& ostendam illi salutare meum.* Hoc porrò, ait, jam reliquum expecto, id, cùm socius debere eum expectare diceret: *Nihil,* inquit, *dubito, & quantum erit gaudium cum Domino esse;* & in his ferè verbis mortuus est Bruxellæ 6. Decembris anno 1619. ætatis 88. Societatis 67. Mox omnium ingentes de ejus sanctimonia fuêre sermones, concursus ad cadaver rosariis contingendum grandis. Nostrorum verò ea fuit de viri virtute opinio, ut singuli prope aliquid ab eo tractatum ad reliquias acciperent. Scripsit Costerus Latinè

Enchiridion controversiarum præcipuarum nostri temporis de religione. Coloniæ 1585. emendatiùs & auctiùs Turnoni apud Claudium Michaelem 1591, & sæpiùs alibi deinceps impressum; sed & Belgicè quoque & Italicè conversum prodiit. Germanicè versum ab Guilielmo Majo Saxone AA. M. prodiit Coloniæ 1595. typo Petri Resched.

Apologiam pro Enchiridio suo contra Franciſc. Gommarum, Professorem Calvinistam in schola Leydensi. Coloniæ ex Officina Birckmannica Mylii 1604. in 8vo.

Epistolam ad Franciscum Gommarum Anti-Costerum. ibidem 1600. in 8vo.

Librum de Ecclesia contra eundem Gommarum. ibid. 1604.

Libellum Sodalitatis, hoc est, piarum Christianarum institutionum libros tres in gratiam Sodalitatis B. Virginis Mariæ. Hic libellus, cùm sub annum 1575. primùm fuisset Coloniæ editus sub nomine BULLÆ nullius adscripto nomine, sæpiúsque annis sequentibus recusus, mox etiam, ne incerto authore suspectus fieret, per Joannem Perellium, modicè variato titulo in hunc modum: *Thesaurus piarum & Christianarum institutionum editus prodiisset* Ingolstadii 1578. Dilingæ 1583. Mediolani 1586. & alibi; demum author ejus Franciscus Costerus librum recognovit, & duobus libris auctum, præfixo nomine suo recudit Antverpiæ typis Plantinianis, & Coloniæ apud Goswinum Cholinum utrobique 1586. additis Academiarum aliquot approbationibus, quæ illum authorem esse agnoscunt, iterúmque Lugduni apud Paulum Frellon & Abrahamum Croquemin 1594. præfixa ad Sodalitates beatissimæ Virginis Mariæ epistola suo nomine subscripta, quâ suum illis librum offert explicátque, quam habuerit ejus conscribendi occasionem, ut nullus possit ambigere, cujus authoris hic partus fuit, qui tursum sexto libro auctior Antverpiæ, Coloniæ & alibi editus est.

Meditationes 50. de vita & laudibus Deiparæ Virginis Mariæ. Antverpiæ ex Officina Plantini 1587. Coloniæ, Ingolstadii & alibi recusas. Antverpiæ apud Moretum 1600.

Meditationes 50. de universa Historia Dominicæ Passionis. ibidem.

Meditationes septem in precationem: Salve Regina, & hymnum: Ave maris stella. Antverpiæ 1589. Ingolstadii, Coloniæ & alibi.

Libellum de quatuor novissimis humanæ vitæ. Cracoviæ apud Simonem Kempinium 1605. & Bambergæ 1624. Padibornæ 1613. in octavo. Hunc libellum Marcus Fugger Dom. in Kirberg & Weissenhorn Germanicum fecit. Dilingæ typo Joannis Meyer.

Exercitium Christianæ pietatis. Lovanii 1607.

Declarationem fidei nostræ contra Hæreticos Hollandos.

Responsionem ad Lucæ Osiandri stolidam refutationem VIII. Catholicarum propositionum. Coloniæ 1608. in 8vo.

Refutationes duas responsionis PP. Coci ad ipsius quinque propositiones.

Belgicâ verò linguâ scripsit

Conciones uberes in Evangelia Dominicarum totius anni partibus III. Antverpiæ apud Joachimum Trognæsium in folio, quas Latinè vertit R. P. Theodorus Petreius Cartusianus, & edidit Coloniæ Antonius Hierat 1608. Verùm cùm ea versio videretur haud satis accurata, iterum repetita est à R. D. L. N. & ab eodem Hierat impressa 1613. in 4to.

Conciones super Epistolis Dominicalibus totius anni, cum duabus octavis, nempe Venerabilis Eucharistiæ, & B. Virginis in Cantica. Antverpiæ apud Verdussen 1616. in folio.

Conciones in omnia festa totius anni. Antverpiæ apud Trognæsium 1616. in folio.

Catechismum duplicem, alterum breviorem, prolixiorem alterum. Antverpiæ typis Plantini 1607.

Clypeum Catholicorum contra hæresim. Antverpiæ apud Gislenum Jansen 1606. Est autem hic clypeus Enchiridion controversiarum Belgicè redditum.

Thesaurum precum. ibidem apud Trognæsium 1604. & alibi sæpè.

Compendiosam veteris orthodoxæ fidei demonstrationem cum antithesium quarundam solutionibus, quam R. P. Theodorus Petreius Latinè reddidit Coloniæ typis Mylii 1607.

Apologiam Catholicam ad hæreticum libellum Gasparis Grevinchovii Calvinistarum Ministri Roterodami. Antverpiæ apud Trognæsium in 8vo.

Apologiam 2dam ad Grevinchovium.

Epistolam ad eundem Grevinchovium. Coloniæ 1600.

Lapidem Lydium Apostolicæ successionis confictæ a Jacobo Pieterssen Anabaptista. Antverpiæ apud Trognæsium 1603. Adduntur

Duo Catholica responsa & comparationes quinquaginta inter Christum & Evangelicos Ministros prædicantes.

Epistolam ad Ordines Hollandiæ, ac responsionem ad sententiam Senatûs Leydensis contra Petrum Pan, qui fingitur inductus à Jesuitis, ad mortem Comiti Mauritio inferendam. Eam Latinam à se factam Ægidius Schondonchus inscripsit *Sicam tragicam* Comiti Mauritio à Jesuitis (ùt volunt Calvinistæ) Leydæ intentatam.

Tractatum de indulgentiis.

Adversùs responsionem Petri Cock.

Apologias duas contra Jacobum Molanum.

Refutationem VIII. propositionum ignoti Hæretici Calvinistæ.

Responsionem de VII. Apostatis.

Scholia

Scholia Catholica velut antidota ad ea Bibliorum loca, quæ ab Hæreticis in controversiam rapi solent, & incautis propinari, magnâ curâ Theologorum Lovaniensium examinata, ut cum illis textus vernaculæ linguæ Biblicus Laicis & idiotis permitteretur legendus in novum Testamentum. Antverpiæ apud Trognæsium 1614. in folio.

Myrothecium, hoc est, preces & meditationes super Evangelia totius anni à R. P. Theodoro Petreio Latinè redditas. Idem Moguntiæ 1621. in 12mo.

Post obitum ejusdem impressus est *Thesaurus concionum in singulos Quadragesimæ dies idiomate Belgico.* Antverpiæ 1643. in folio. *Sotuellus Biblioth. Scriptor. S. J.*

FRANCISCUS DUSSELDORPIUS, ex patritia & locuplete familia Lugduno-Batavus, Jurisconsultus, Hagæ Comitis aliquot annis causarum Patronus fuit, celsissimi Aurangiæ Principis causis illic tractandis adhibitus. At potissimùm juxta Brienii relata Advocatus fuit pauperum, pertæsus mundi ac litium, se totum dedit lectioni Ss. Patrum, & transiens ad statum Ecclesiasticum, Sacerdotio initiatur. Ad hujus rei nuntium ex vita Ant. Plaetii Princeps iste obstupuisse & dixisse fertur, ut eum sacro vestitu indutum sibi sisterent; quos tamen motus Princeps viriliter compressit. Vir fuit in dicendo facundissimus & zelosissimus, prædicans, & assiduo inculcans pœnitentiam populo Leydensi cum applausu totius oppidi. Sed quia fama doctrinæ illius & zeli animarum percrebuit, nescio quo timore correptus, ne fortè ejus amici propter illum, ut D. Thomæ olim consanguinei odium incurrerent, Ultrajectum se contulit, ibique modico tempore, sed magno fructu talenta sua impendit; vanum tamen timorem non vicit. Unde Embricam migravit, ubi delata ei mox præbenda. Sed hanc recusans, & similem totius oppidi occursum advertens, securiorem delegit locum COLONIAM. Sed qui *timuit pruinam, irruit super eum nix.* Dira namque passus est ab Hecuba ancilla, quæ sæpiùs titione eum adegit petere cubiculum, monitus à viris doctissimis, ut eam ejiceret, nunquam eorum consiliis acquievit. Exemplum Brixii apud D. Martinum iisdem regerebat. Cognovit, quòd ad exercitium obedientiæ eâ uteretur Deus. Totus fuit in visitandis Ecclesiis & locis sacris. A multis stultus habitus vir sapientissimus & religiosissimus. Cum opinione sanctitatis migravit COLONIÆ ex hoc sæculo anno 1630. pridie Kal. Aprilis. Mirum dictu: impia famula, mortuo Domino, omnem deposuit furorem, ad solita pietatis officia rediit, & pœnitens obiit. Quod multi tanti viri meritis adscribunt. Scripsit

1. *Annalium sive historiarum volumina.*

2. *Librum de tumultibus Belgicis* asservatum pridem in Bibliotheca Reverendissimi Rovenii, & unà cum ejus libris direptum. Hic idem fortè cum Annalium voluminibus ex relatione nostratum didici libros hos Aurangiæ Principi donatos, ab illo lectos, ab eodémque indignabundo flammis traditos & absumptos.

3. *De morte, de resignatione, de providentia DEI.*

4. *Librum de disciplina Ecclesiastica in folio*, quem D. Antonius Plaetius anno 1644. Parisios imprimendum detulit. Sed Pater Joannes Mannus Congr. Oratorii Presbyter librum hunc conspiciens dicebat, totum se occupari in conscribendo libro de eadem materia, librúmque Dusseldorpii sibi retinuit.

5. *Libellum de matrimonio non ineundo cum infidelibus unicum*, qui impressus fuit.

Bibliotheca Belgica Foppens.

FRANCISCUS FABRITIUS Marcoduri in Ducatu Juliæ nascitur ex Joanne Fabritio Rolland, qui historiam tumultûs Anabaptistarum Monasterii Westphaliæ excitati scripsit. Post domesticam culturam Franciam adiit, Adrianum Turnebum & Petrum Ramum auditurus. 1563. Dusseldorpiensis Rector creatur decennalem post præfecturam. Ibidem decessit è vita. Anno ætatis 74to, Utenhavios, Junium, Zwingerum, Xylandrum, Lambinum famâ eruditionis & litterarum commercio sibi devinxit CIↃ. IↃLXXIII. VII. Kal. Martii.

SEPTENAS VOLVENS BELLICITA LVNA, CALENDAS
FATO FABRITII TRISITA SIGNA DABAT.

Scripta sunt:

I. 1562. *Commentarius in orationem pro Ligario in 8vo.* Coloniæ apud Maternum Cholinum.

II. E Græco vertit *Lysiæ orationes II. pro Eratosthenis cæde*, & alterum Plutarchi libellum *de educandis liberis.* Antverpiæ 1563. in 8vo, Sylvii typo cum notis.

Ex Lexico Basileæ, Teisser elogiis, Hanckio de Rom. Script. L. 2. p. 1. c. 29. Heidmanni præfat. histor. Cicer. Scotto Tull. qq. L. 4. c. 2. Thuano hist. L. 56. Val. Andre.

III. *M. Tullii Ciceronis historia per Consules descripta*, & in annos LXIII. distincta per Fabrit. Marcodur. Inscripsit illustri & generoso Comiti Hermanno à nova Aquila, & Moers Domino in Berbur Dusseldorpii degens Idibus Septemb. 1564. Coloniæ Materni Cholini typo in 8. pp. 383.

IV. 1568. *Disciplina scholæ Dusseldorpiensis in octavo.*

V. *In Quæstiones Tusculanas Ciceronis in 8vo. Coloniæ 1569.*

In Terentii Comœdias, quibus Mureti curas auxit. Antverpiæ Plantini in 12mo 1565.

VI. *Notæ in Verrinam I. vel II.* in 8vo Coloniæ 1572.

In Orationes pro M. Fontejo, pro Milone de Provinciis consularibus.

VII. *Scholia in Pauli Orosii historiam sive mundi orchestram*, Coloniæ in 8vo 1574. & Moguntiæ recensente Andreâ Scotto S. J. 1615. Prima editio Fabritii in Orosium est facta Coloniæ 1561. apud Matern. Cholinum in 8vo pp. 340.

FRANCISCUS FABRITIUS Ruræmundanus, Medicus Aquensis Græcè doctus scripsit

De Balneorum naturalium Aquisgrani, & Porceti naturâ & facultatibus, & quâ ratione illis utendum. Coloniæ 1564. apud Casparum Gennepæum, & 1617. in 8vo apud Kinckium.

Gregorii Nazianzeni Tragœdiam: Christus patiens: Latio donavit. Coloniæ in 8vo, & Antverpiæ apud Steelsium 1550. in 8vo.

FRANCISCUS HOHENBERG Mechlinienſis intrà Coloniæ mœnia diu resedit, & cælatoriam

chalcographicam artem exercuit, variis topo- & cosmographicis mappis in æs incidendis, excudendis, tum characteribus nitidis fundendis, quo in genere Matthias Quadus & ipse artis hujus bene peritus facilè principem inter sæculi sui sculptores Franciscum reponit. Michaeli Aitsingero Austriaco Coloniæ *Leonem Belgicum* historicè adornanti adfuit, & primæ editioni anni 1593. centum & octo figuras æneas topographicas suis impensis suffecit: 2dæ editioni anni 1588. alias nonaginta sex Martis suo Marte & sumptu sculptas addidit. Georgio Braunio in theatro urbium edendo non modò scalprum, in iconibus urbium delineandis, sed & operam in posthumo tomo sexto peculiarem navavit. Gesta Friderici II. Danorum Regis tabellis æneis sedecim, bella Suecorum ante 1589. gesta undecim tabellis excusis vulgavit, socio sculptore Simone Novellano. Obiit Coloniæ 1590. extra mœnia tumulatus in agro Protestantibus indulto.

Matthias Quaden Teutscher Nation Herrlichkeit pag. 431.

FRANCISCUS KAPPENSTEIN Sigenæ Nassoviorum Principum sede ortus est 1668. Confecto in Tricoronato stadio Philosophiæ cursu, Magister artium renuntiatur 1688. inter promotos viginti septem, à Professore suo Casparo Kerich S. J. Societatem Jesu ingressus, quatuor vota fecit 1702. Aristotelem Hildesinæ primùm juventæ, tùm apud Grani Aquas explicavit. Ex angustiis Peripati in campum Juliacensis missionis zelo suo opportunissimum excurrit. Ex hoc procurandæ œconomiæ Collegii Colonienſis, tum bis regundo Collegio Novesiensi ac Xantensi Residentiæ semel applicatur: quæ officia ità obivit, ut domi forisque pœnitentibus, ægris aurem, linguam, manum, vigilias & totum se instar operarii seduli impenderet, conscientiam propriam quotidianâ ferè exomologesi præpararet, & decorem domûs Dei viis omnibus augere allaboraret. Supremo & diuturno morbo magnâ patientiâ tolerato meditabatur iterum aliud templi ornamentum; cùm mors minimè improvisa utpote Sacramentis probè munitum eripuit sociis Novesiensibus 10. Novembr. 1727. Scripsit

Göttliche Ansprach zu der einsamen Seelen in der acht-tägigen S. Ignatii Einöde P. Danielis Pawlowski S. J. zur zweyten Auffiag vertentschet und vermehret, mit einem Zusatz der heiligen Früchten der andächtigen Ignatianischen Einöde, typo Francisci Metternich Coloniæ 1720. in 8vo, pp. 205.

Wegweiser zum Himmel gefunden in den Betrachtungen R. P. Ludovici de Ponte S. J. in einem kurtzen Begriff sampt beygefügten Betrachtungen für die andächtige Exercitia: durch P. F. K. 1721. typo Petri Pütz in 8vo pp. 491. Hanc novam epitomen meditationum de Ponte dedicat Abbatissæ & Canonissis Novesii Pater Franciscus Kappenstein.

Annus sanctus Ven. Thomæ à Kempen Canon. Reg. Ordin. S. Augustini, ferens fructus sanctos, sive principia, axiomata, doctrinas & affectus præcipuarum virtutum pro quolibet anni die; unà simul materias exhibens Concionatori quà publico, quà ascetico, & iis, qui à Spiritu sancto ad eremum vocati, exercitationibus spiritualibus vacare intendunt, in usum & exercitium memoriæ, intellectûs & voluntatis ex IV. libris de imitatione Christi, cum indice triplice utriusque partis, I. Rerum, II. Affectuum, III. Exercitiorum spiritualium, divisus in 12. anni menses à R. P. Francisco Kappenstein S. J. Coloniæ apud Francisc. Metternich 1728. in 8vo pp. 992. præter indices & dedicationem.

FRANCISCUS MILON Conventûs FF. Minorum Recollectorum Olivarum intrà Coloniam Provinciæ Colonienſis primùm Philosophiæ Lector, dein Theologiæ, demum Provinciæ Britannicæ Minister Provincialis Francisci Bonaldi Societatis Jesu libellum inscriptum:

Divina Ecclesiæ œconomia Latinum fecit.

Wadingus inter Scriptores Ord. Minorum.

FRANCISCUS PASSERAT à secretis litteris erat Serenissimo I. Clementi Electori Colonienſi. Vertit ex Latina in Francicam Dialecton:

Avertissemens paternels de Maxmilien Duc de deux Bavieres, Electeur du S. Empire Romain, à Ferdinand son Fils, Duc de deux Bavieres, agé pour lors seulement de trois ans, traduit du Latin en François, par F. Passerat Secretaire intime de son A. S. Elect. de Cologne. A Liege chez Milst. 1701. in 16to pp. 84.

FRANCISCUS SCHMITZ fuit natus in Colonia Agrippinensium 1660. 3. Decembr. Humaniorum litterarum scholas Tricoronatas velut Diis aversis genióque sinistro oberraverat potiùs, quàm didicerat; cùm Fuldam missus velut mutato cœlo ingenium mutâsset, illicò inter condiscipulos eminere cœpit. Ad patriam redux animum adjecit instituto Societatis Jesu, quod amplexus est 1679. 23. Junii. Exacto ad apices religioso tirocinio, emensóque cum plausu doctionis ac studiorum cursu, summos evocatus ad ambones, quàm uberes verbi divini per annos 33. zelotissimè prædicati fructus collegerit, testantur diserta adhuc Auditorum elogia, loquuntur posteris conscripta ab ipsomet monumenta sermonum fusissima, quorum (præter jam typis edita) tomi supersunt octo, omnigenâ eruditione ab ipsomet sollicitè conscripti. Acri erat vir ingenio genióque; cúmque in vitiis reprehendendis videretur aliquantò acerbior, bis cathedram murare jussus est, frequentissimo tamen utrobique concursu: nec enim putabat è Dei gloria esse, dissimulare ea, quæ vulgo percrebuerant, vitia, nullâque re adeò gloriabatur, quàm ob Evangelii prædicationem fugatum se *de civitate in civitatem*, quod proprium inquiebat esse Apostolicæ libertatis indicium. Admiranda erat viri hujus vigilantia, quâ per annos amplius triginta unâ pluribúsque horis signum excitatoris præveniens, exercitationibus divinis accuratè præmissis, matutinum tempus sacris gaudebat impendere lucubrationibus. Demum laboribus sacris imbutus, vexatus insomniis diuturnis & stomachi nauseâ extremam horam imminere ratus, muniri voluit Sacramentis Ecclesiæ. Affectus sacros, quos sibi moriturienti prælegi volebat, ante se scriptos servabat; testamentum suavissimis erga Deum & Cælites affectibus plenum,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

num, sibique mortuo appendendum coram oculis usurpabat, séque ad migrandum momento omni paratissimum eo tempore reapse ostendebat, quo sedi insidens mente placidâ, sereno vultu inter adstantium preces sanctè exspirans ipso Cinerum die, corpore in pulveres reversus est 1731. 7timâ Februarii. Scripsit, quæ in typo prostant, sequentia:

Sittliche Anmerckungen über unterschiedliche Begebenheiten aus der H. Schrifft, auff jeden Sonn- und Festtag des Jahrs vorgehalten. Coloniæ apud Servatium Noethen 1722. in 4to.

JESU patientis labor, peccatori pœnitenti utilis, impœnitenti cassus. Latinè apud eundem 1726.

Funiculus triplex, seu Jurista conversus ad fidem Catholicam, ex Corpore Juris. Impressus primâ vice Dusseldorpii, inde Coloniæ, postmodum Pragæ & Vratislaviæ in 8vo Germanicè.

Handgreifflicher Beweiß der Unmöglichkeit, daß der Geist GOttes jemahlen durch Lutherum etwas Gutes habe würcken können. Dusseldorpii secundâ vice impressus libellus, inde Pragæ, tum Moguntiæ usque ad 3tam editionem in 12mo.

Heiliges Cöllen cum vindiciis à D. Pastore ad S. Cunibertum typo datus. 2dâ editione 1708. in quarto.

Xaverius cogitans, das ist: *Reiffliches Erwegen der Grund Wahrheiten, durch welches eine recht gläubige Seele gleich jenem grossen Indianer Apostel zur Christlichen Vollkommenheit und gewisser Heiligkeit gelangen kan.* Coloniæ apud Casp. Drimborn 1727. in 8vo.

Jährliche Ehren-Rettung des allerliebreichsten Geheimnus der hoch heiligen Meß gegen die höchst-ärgerliche Gott- und grundlose Schmahworte des so genanten Heidelbergischen Catechismi am grünen Donnerstag des Jahrs 1711. Dusseldorff bey Wilhelm Beyer in 8vo pp. 44.

Conciones particulares habitæ Dusseldorpii istic sparsim, postea Coloniæ apud Langenberg junctim impressæ. 1712. in 8vo.

Dreyfache aus der H. Schrifft gezogene Gesandschafft an drey Fast- Bett- und Buß-Täg. Dusseldorff bey Tilman Stahl 1713. in 8vo pp. 30.

Geistliche Anmerckungen von den vier letzteren Dingen in einem kleinen Vade mecum. 5tâ editione lucem vidit. Editus est primò Coloniæ ad petitionem excellentissimi Domini Comitis de Wahlen, qui mille exemplaria inter suos milites distribuit. in 12mo.

Quæ habuit parata, subjiciuntur.

1. *Christus JEsus auff Erden per septem similitudines. in folio.*

2. *Conciones in Dominicas usque ad Pentecosten. in folio.*

3. *A Pentecoste usque ad Adventum. in folio.*

4. *Auctarium in Dominicas. in folio.*

5. *Pars 2da Auctarii & tertia in folio.*

6. *Conciones in singula festa per annum, pro quolibet festo tres. in folio.*

7. *Vox quadruplex, quâ homo, maximè juvenis, deterretur à peccato luxuriæ. Latinè in duodecimo.*

8. *Peccator in Quadragesima pœnitens. Conciones adaptatæ pro isto tempore. Germanicè in 12.*

9. *Instructio familiaris data illustrissimo cuidam Domino in statu Ecclesiastico ad magna destinato, cum additamento. Latinè in 12mo.*

10. *Christianus Catholicus ad tribunal pœnitentiæ & ad Aram Eucharisticam in piis affectibus consistens.* Latinè. *Libellus parvus jam tum à Censoribus approbatus. in 8vo.*

11. *Poetica Latinè & Germanicè. in 8vo.*

12. *Predig eines Evangelischen Prædicanten bey feyrlicher Celebrirung des zweyten Lutherischen Jubilæi.* 1717. *typo datus Pragæ libellus per P. Krauss, cui submissus fuerat sub initium istius anni. in 4to.*

FRANCISCUS THOMAS FRANCK edidit typo

Originem Monasterii vallis S. Matthiæ Ordinis S. Crucis, & vitam Fundatoris ejusdem Monasterii D. Iserneri Baronis Mervedensis sapientissimi ac nobilissimi; Coloniæ typo Bertrami Hilden 1627. in 4to 4 und ein halber Bogen. Conventus hic anno 1340. in Dominis Baronum Mervedensium Ducatus Juliacensis, Archi-Diœcesis Colonensis fundatus fuit, cujus professus erat F. T. Franck.

FRANCISCUS VAN DER VEKEN seu VEKENUS, natione Belga, patriâ Antverpiensis, natus anno sæculi XVI. nonagesimo sexto Societati se applicuit 1613, docuit in eâ humaniores litteras & Philosophiam, tum Theologiæ admotus, eam explicuit Coloniæ simul domi, simul in schola publica sactæ Facultatis Theologicæ Universitatis, magnâ commendatione doctrinæ ab 1629. ad 1659. annis omninò triginta.

Acceptus fuit Alexandro VII. Pont. Max. cui, dum Nuntii Apostolici munere Coloniæ fungeretur, innotuerant Franciscí eruditio & dotes; ideóque evectus ille postea ad summi Pontificatûs culmen, Romam ipsum evocavit, & sacræ Pœnitentiariæ Theologum esse jussit. Vir fuit apprimè religiosus, & cùm magnâ gratiâ valeret apud summum Pontificem Alexandrum, nihil tamen ex aula derivavit in suum commodum. Demum ibidem in senectute bona supremis Ecclesiæ mysteriis ritè communitus, religiosè conquievit die penultimo Aprilis 1664. in domo professâ Romana. Edidit

De DEO uno & trino & attributis. Antverpiæ apud Balthasarem Moretum 1655. in folio.

De simplicitate & libertate divina. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1648. in 4to.

In Canonem sacrificii Missæ expositionem brevem. Coloniæ apud eundem 1644. in 12mo pp. 226. Quam postea in linguam Italicam transtulit illustrissimus Archi-Episcopus Consentinus Nuntius Apostolicus Coloniæ, impressítque Romæ Joannes Casorus 1665. in 16to.

Actus sex primarum virtutum, & paraphrasin Cantici trium puerorum post Missam. Colon. 1643. in 22do.

In orationem piissimam: Anima Christi, & psalmum: Miserere. ibidem apud eundem 1643. in 12mo.

In initium S. Evangelii secundùm Joannem. ibidem & iisdem typis 1649. in 12mo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

FRANCISCUS XAVERIUS TRIPS Coloniæ Agrippinensium natus anno 1630. 30. Martii. Societati Jesu nomen dedit anno 1648. 22. Aprilis, è qua, impetratâ dimissione, evasit Parochus in Honneff, pago Archi-Diœcesis Colonienſis, tribus horis Bonnâ dissito, & Sacellanus Aulicus Archi-Episcopi Colonienſis. Ejus studio in lucem prodierunt

Historia tumultûs & rebellionis plebis contra Consules & Senatum urbis Colonensis, ducibus Jülich & Sax. Stylo hgato.

Heroes ChrIstIanI In VngarIa & aLIbI aDVersVs IVratos hostes ottoMannos strenVè pVgnantes, seu elogia eorum, qui pro Deo enses suos strinxerunt contra Barbaros elegiacis versibus adumbrati, atque pro xenio præsentis anni præsentati.

Conatus poeticus posthumus ob claritatem, facilitatem, historiæ amœnitatem tenebris & tineis subductus & excerptus è manuscriptis.

Lignum vitæ, rex arborum fagus in salutifero & sacrosancto nomine JESU supra omnes arbores exaltata, sive prodigiosa Ss. Nominis JESU prope Rhenobacum in arbore fago reperta effigies poeticis coloribus & septem artium suffragiis exornata, & Serenissimo ac Reverendissimo S. R. Imperii Principi, Electori Maximiliano Henrico oblata à Francisco Xaverio Trips Aulicorum Sacellano infimo & Parocho in Honneff, typis Arnoldi Metternich 1684. in 4to pp. 52.

FRANCO Scholasticus Meschedensis scripsit

Vitam Ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ. Extat in Colonienſi Cartusia in folio cartaceo, MSs. in Collegio Dusseldorpienſi S. J. Citat *Schultingius Biblioth. Eccles. Tom. I. Part. II. pag. 202.* salutationem ad S. Crucem manuscriptam. Laudatur à *Schultingio Bibliothecæ Ecclesiasticæ Tom. I. Part. II. pag. 204.*

Dictamen subtile ad B. Mariam rythmicè. Extat in Bibliotheca Colon. Cartusiæ. *Schultingius p. 202.*

FRANCO Rector Sacelli S. Benedicti Tremoniæ. Hujus meminit Theodorus Westhoff in magno suo Chronico; nec malè refert Rectorem fuisse Sacelli S. Benedicti Tremoniæ, sed, dum inquit, scriptum esse ab eodem Chronicon Tremonienſe; intellige, *Additamentum aliquod Chronici per Lambertum à Wickede editi.* Adhuc in vivis fuit anno 1190.

J. D. von Steinen in originibus Westphalicis fol. 4.

FRIDERICUS ADOLPHUS REUTER Doctor adhuc heterodoxus, ut fatetur in quadam epistola, Ulyssæis propemodum erroribus huc illuc agebatur; sed in conversione ad fidem Catholicam quasi in portu quietem ac securitatem invenit, qui porrò serenissimi illustrissimique Principis Juliæ & Montium Ducis Wolffgangi Guilielmi beneficio Orsavienſi primùm, post Sittardienſi Parœciæ in Ducatu Juliacenſi præpositus, denique ad aureæ Synodi Susterenſis Decanatum evectus est. Ejus operâ in lucem prodiit

Panegyricus Divæ Theresiæ à JEsu Carmelitarum instauratrici & solenni Apotheoseos die 1623. ab eodem authore dictus Antverpiæ, quem serenissimo Evergeti suo dicavit ad præstandum aliquod grati animi mnemosynon.

Excudebat Coloniæ Gerardus Grevenbroich 1624. in 4to pp. 40.

FRIDERICUS HILTROPIUS Essendienſis Magister promotus in Gymnasio Tricoronato Colonienſi 1590. 19. Martii ab P. Arluino Madio S. J. Doctore artium & Philosophiæ, post Syndicus Essendienſis, celeberrimus Jurisconsultus scripsit opus doctum & utile, cujus sequens est rubrica:

Protribunalium fori moderni libri quatuor, seu processus judiciarius ad celebriorum hujus sæculi tribunalium practicam observationem perspicuâ brevitate aacommodatus, insertis passim suis in locis tam augustissimæ Cameræ Imperialis, quàm Curiarum Archi-Episcopatûs Colonienſis, Episcopatûs Monasterienſis, Ducatuum Juliæ & Montium, ac vicinarum Provinciarum ordinationibus, recessibus & reformationibus omnibus tam Judicibus, quàm Advocatis & causarum Patronis in foro versantibus oppidò utilis & penè necessarius, Authore Frider. Hiltropio Essendiensi JCto celeberrimo, nunc primùm cum consensu Authoris in lucem editus, indicibus necessariis additis. Coloniæ Agrippinæ sumptibus Petri Henningii Bibliopolæ 1629. in 4to. Dedicatum est hoc opus Ferdinando Archi-Episcopo Colonienſi, iterum in 4to Coloniæ 1735.

Præmissæ libro acclamationes poëticæ, uti & versus Authoris imagini æri incisæ inscripti. Nonnulla indicant, quæ ad hujus personam & statum pertinent. Vocat autem Hiltropium *celebrem & dilucidum processûs judiciarii Commentatorem* illustris Cameræ Imperialis Assessor de Ludolff *in jure Cameræli sect. 1. §. 10. num. 28. in not.*

FRIDERICUS LAMBERTI Embricam natalem urbem sortitus 1632. Anno 1652. Societati Novitiæ, professæ quatuor vota 1667. inserta fuit 15. Augusti. Humaniores litteras Monasterii in Westphalia, Philosophiam Osnabrugi docuit multa utrobique cum laude, & fama scientiæ & virtutis. Pari commendatione omnia penè Provinciæ Rhenanæ inferioris obivit munia. Ex Superiorum voluntate & Serenissimo Electore Palatino Territorii Domino annuente per annos complures Pastoris & Missionarii munus obivit in Ravenstein, stabilitus authoritate Serenissimi Colonienſis Archi-Præsulis & Electoris Maximiliani Henrici anno 1685. Hanc sibi delatam sparsam ità ornavit, ut magnis missionem incrementis auxerit, & Principi Electori Palatino perinde ac Superioribus satisfaceret. Paucis. Omnibus omnia factus, Apostolici muneris partes maximo animarum solatio & fructu omnes implebat. His gloriosis intentum laboribus Superiores ad tranquilliorem in Collegiis vitam revocârunt, & cùm in eo singularem prudentiam, discretionem & zelum promovendi boni publici notâssent, regimini nostrorum adhibuerant in variis Collegiis, imò toti Provinciæ inter maximas difficultates & bellorum tumultus toto ferè quinquennio præfuit. Ter aut quater ad Ordinis nostri Comitia Romam profectus est. Instituti à S. Patriarcha nostro conditi formam, traditas à Majoribus consuetudines, totam denique œconomiam Societatis ità perspectam habuit, ut nihil eum privati publicique juris nostri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

stri fugeret; eáque de causa in rebus circa ista dubiis tutò à pluribus consuleretur. Inclinatâ jam ætate, cæcitas virtutem ejus probavit: summâ enim æquitate animi eam tulit in annum tertium, quo eundem ad visionem luminis æterni aspirantem oppressit apoplexia, & vinculis mortalitatis exemit tertio Idus Decembris 1714. Coloniæ. Ab eo edita

Ascesis Ignatiana, id est, exercitatio spiritûs octiduana, ex asceticis commentationibus S. P. Ignatii deprompta, & in certas meditationes compendio digesta. Anno 1706. Colonia Agrippina apud Joannem Alstorff in 12mo pp. 178. Continuavit historiam domesticam Collegii S. J. Coloniensis.

Ex annuis Collegii Colon.

FRIDERICUS NIVIANDTS ad fidem Romano-Catholicam traductus, Civis & Bibliopola Electoralis Residentiæ Dusseldorpii. Scripsit

Catholischer Glaubens-Schild, worin beantwortet wird kürtzlich jene Frag: Wo stehets geschrieben? 1705.

Güldenes Schwerdt, womit wider jetziger Zeit einreissende Ketzereyen, bevorab wider den Lutheranismum und Calvinismum die wahre Catholische Römische Apostolische Kirch, und derselben allein seeligmachender verthätigen ein sonderlicher Liebhaber der Catholischen Wahrheit, Nahmens Fridericus Niviandts, Bürger und Buchhändler in der Churfürstlichen Residentz-Stadt Dusseldorff. In Verlegung des Authoris, gedruckt zu Cölln bey Frantz Caspar Aldenkirchen 1708. in 12mo pp. 588. Dicatur ab Autore Sereniss. Joanni Wilhelmo Electori.

Der bekante Hund, so die irrende Schaaf auffsucht, und zum wahren Schaaffstall zu bringen trachtet, in alle Welt ausgeschickt, von Friderich Niviandts Bürger und Buchhändler der Churfürstlichen Residentz-Stadt Dusseldorff. In Verlegung des Authoris, gedruckt zu Cölln bey Frantz Caspar Aldenkirchen 1717. in 16to pp. 68.

FRIDERICUS RÔRICH Colonienſis, absolutis studiis humanioribus & Philosophicis, Societatem Jesu ingressus est. Finito Novitiatûs biennio, postquam litteras humaniores docuisset, & cursum studii Theologici consummâsset, lectio sacræ Scripturæ explicandæ ei fuit à Superioribus delata. Dein Padibornæ anno circiter 1618. magna cum laude Concionatorem egit. Hic, quia adstiterat Principi Theodoro Furstenbergio vivo & morienti, & eundem extremis Sacramentis munierat, ideò propriâ experientiâ suggessit materiam orationis funebris sequentis:

Catholische Leich-Predig von lobreicher Regierung und Christlichem Abscheid des hochwürdigen in GOtt ruhenden Fürsten und Herrn H. Dieterichen Bischoffen des Stiffts Paderborn &c. mildseeligster Gedächtnus, gehalten bey J. F. G. Leich-Bestallung im hohen Thumb-Stifft zu Paderborn durch P. Fridericum Rörich der Societät JEsu Göttlicher Schrifft Professorem und Thumb-Predigern daselbst 1618. den 12. Christmonat. Gedruckt zu Paderborn bey Matthæo Pontano 1619. in 4to pp. 9. Dicata est oratio Odiliæ Farstenbergiæ Abbatissæ in Herck und Zellinghausen sorori Principis Theodori.

Incorruptum gloriæ sertum, das ist, unverwelcktes Ehren-Krântzlein der heiligen und Apostolischen Mânner S. Ignatii Lojolæ der Societât JEsu Stiffters und Grundlegers, auch sancti Francisci Xaverii der Indianischen Lânderen Apostel, zuforderst GOtt dem allmächtigen zu Ehren, dann auch seinen Dieneren zu immerwährendem Lob und Preiss zusammen geflochten. Permissu Superiorum in 4to Paderborna pp. 47. in Typographia Academica Matthæi Pontani 1623. Dicavit D. Waltero à Brabeck Præposito, & Arnoldo ab Horst Decano Ecclesiæ Collegiatæ Paderanæ.

FRIDERICUS von SCHWEITZER Francisci Egonis Principis de Furstenberg, Episcopi Argentoratensis, Decani Metropolitanæ Colonienſis Consiliarius intimus & Aulæ Moderator. Scripsit Germanicè

Senecam Christianum. L. Annæi Senecæ sittliche Schrifften verteutschet von Friderico von Schweitzer Ihro Fürstl. Gnaden F. E. B. zu Strasburg geheimen Rath, &c. aber durch dero Söhn und Canonicos Capitulares ad Ss. Apostolos Georgium Fridericum & Franciscum Wilhelmum Schweitzer in Druck heraus gegeben. Cöllen bey Peter Ketteler 1694. in 18vo pp. 163.

FRIDERICUS SPE sanguine nobilis, ex Gente Equestri von Spe de Langenfeldt propè Cæsaris-Insulam natus 1595, renatus in Societate 1615, religiosè mortuus 1635. in Collegio Trevirensi. Vir erat magno, perspicaci & acri ingenio ac judicio excellenti, variarum scientiarum peritiâ, morum comitate & conversandi dexteritate singulari, eminenti religiosi spiritûs libertate, zelo, constantiâ, insigni suî ipsius contemptu, pietate, resignatione & confidentiâ in Deum egregiâ, amore in proximum raro, & ad quævis obsequia nunquam non parato, iis denique naturæ & gratiæ dotibus, quæ cum omnibus tam summis, quàm nobilissimis, quàm mediis & infimis gratissimum semper effecerunt. Litteras inferiores, Philosophiam, Theologiam moralem Coloniæ 1631. eâ ingenii commendatione explicavit, & in iis disciplinis ità versatus fuit, ut non tantùm solida variarum scientiarum cognitione discipulorum ingenia diligenter excoleret, sed illud vel maximum elaboravit, ut perfectâ eosdem virtute exornaret; unde hoc etiam consecutus fuit, ut complures ex ipsis auditoribus religionem fuerint ingressi. In excursionibus & missionibus præsertim per Episcopatum Hildesiensem multos labores, ut Catholicos magis ad DEI cultum excitaret, hæreticos converteret, suscepit. Quæ res, ùt nostris gaudium, sic Heterodoxis, potissimùm iis, quorum durior pertinacia, dolorem & odium creavit. Ex quo factum puto, ut non pauci de ejus laborum & vitæ cursu per summum scelus intercipiendo conspiraverint, & verò intercipere conati fuerint; quando scilicet cruentus & nefarius latro vel suâ

unius

unius malitiâ, vel, quod verisimilius, plurium ausu & crudelitate impulsus optimum Patrem ad eos, quos ante Christo pepererat, properantem ex insidiis aggressus, tot tantisque plagis & vulneribus afflixit, ut mortuo, quàm vivo similior homicidæ manus ad invocationem S. P. N. Ignatii evaserit. Et quamvis Chirurgorum curâ tandem valetudini fuerit restitutus, sui tamen doloris reliquias & consummati propemodum martyrii insignia toto, quod superfuit, vitæ spatio circumtulit. Frequentes ideò cerebri dolores vertigini non levi permixtos passus. In Collegiis semper intentus in salutem animarum suam operam in ægrorum visitationem, reorum solatium, confitentium absolutionem, & egenorum subsidium infatigabili studio impendebat. Charitatem ejus eximiam experti & admirati sunt Galli milites: cùm enim Cæsareani & Hispani inexpectato stratagemate, urbe Trevirensi interceptâ, armatâ manu in Gallos irruerent, ipse inter collegas primus in plateas erupit, non paucas civium domos direptione & exspoliatione intactas suâ & aliorum intercessione servavit, inter medios enses & hastas vulneratorum cruore horribiles, inter plumbeas glandes, inter peditum equitúmque phalanges impavidus discurrit: ut, quos non potuit præsentis, saltem æternæ mortis periculo sacramentali absolutione vindicaret. Ut verò primus irrumpentium pugnantiúmque fervor subjecto jam Gallorum præsidio non nihil conquievit, cæsorum ille vulnera vino eluit, extersit, circumligavit, in Nosocomia non paucos deportavit. Nudatis vestes & pannos mendicavit, suâque intercessione ab illustrissimo Hispanarum copiarum Præfecto vivendi, & plerisque ad suos redeundi potestatem impetravit, maximóque omnium gaudio & plausu nuntiavit. Præterea supremum laboris Magistrum & Ducem egit inter eos, qui plus quàm quadringentis Gallis adhuc publico civitatis ergastulo conclusis, & jam aliquot dierum inediâ & siti afflictissimis præclaro totius urbis spectaculo, & religiosæ in gentem omnem charitatis exemplo aquam è publico fori Trevirensis puteo & fonte haustam cum collato ab opulentioribus pane inter alia necessaria vitæ præsidia detulêre, & elapso paucorum dierum intervallo ægrè progredientes in navim aliò avehendos deduxerunt. Quam Collegii nostri charitatem Galli commendare satis non potuerunt. Posthæc cùm P. Fridericus more suo infirmorum confessiones exciperet, multis aliis salutem, sibi ipsi febrim attulit, & ex febri mortem, medico nequicquam contranitente, sacris omnibus probè munitus, 7timâ Augusti in circumstantium nostrorum corona, spe plenus, feliciter invenit. *Ex Annalibus Trevirici Collegii S. J.* Scripsit

1. *Cautio criminalis seu de processibus contra Sagas, liber ad Magistratus Germaniæ hoc tempore necessarius, tum autem Consiliariis & Confessariis Principum, Inquisitoribus, Judicibus, Advocatis, Confessariis reorum, Concionatoribus lectu utilissimus, autore Theologo Romano. 1631. in 8vo pp. 398. Rinthelii. Typo Petri Lucii.* Secunda editio Francofurti 1632. sumptibus Joannis Grenæi. Tertia Coloniæ hoc eodem anno. Plures editiones factæ fuêre. *Hunc ipsius edidit. Posthumi partus hi prodiêre.*

2. *Trutz-Nachtigal, oder geistlich-Poetischer Lust-Wäldlein. Luscinia Germanica Ascetica P. Friderici Spee. Cölln typo Wilhelmi Friessem.* Prima editio 1649. Secunda-tertia anno 1660. Quarta-quinta cum notis musicis melodiarum, & post sæpiùs recusa.

3. *Güldenes Tugend-Buch, das ist, Werck und Ubung der dreyen Göttlichen Tugenden Glaubens, Hoffnung und Liebe.* R. P. Fr. Spee. Sive *Exercitia aurea trium virtutum Theologicarum.* Coloniæ typo Wilhelmi Friessem. Prima editio 1649. Typographus, opulentus civis Colonienſis tantam de Patris Spee sanctimonia ideam conceperat, ut eidem, quem inter Cælites receptum non dubitavit, librum jam mortuo inscripserit, & beatæ memoriæ virum compellet. Sæpius recusus liber.

4. *Medullam Theologiæ P. Busenbaum* sui in Universitate Colonienſi collegæ in docenda Theologia morali anno 1631. multam lucem accersisse ex P. Spee MS. ipse Busenbaum gratus profitetur.

FRIDERICUS VOSWINCKEL Marchiâ-Westphalus scripsit jam altero typo postulatas

Differentias juris communis & statutarii Juliæ & Montium, junctis inde dependentibus elegantioribus quæstionibus ac summariis, earundem resolutionibus quondam à Cl. D. Friderico Voswinckel Marchiâ-Westphalo per modum thesium propositas, nunc denuò impressas. Coloniæ sumptu Ottonis Josephi Steinhauss 1732. pp. 77.

FULGENTIUS à S. MARIA dictus ante ingressum JOANNES ARNOLDUS DULMAN, natus Coloniæ ex patritia familia anno 1625. Sæculo valere jussò familiæ Theresianæ Discalceatorum Colonienſi votorum solemni professione inseritur 1675. Sacerdos, Conventûs Colonienſis iteratis vicibus Prior, Novitiorum Magister, & Provinciæ Definitor Provincialis: piam vitam pari morte concluſit Coloniæ 10. Julii 1714. Scripsit

Kurtze Historie von dem wunderthätigen Mutter GOttes Bild, so unter dem Titul der Königin des Friedens zu Cölln bey den Barfüssigen Carmeliterinnen in der Schnurgassen verehret wird. Gedruckt zu Cölln bey Arnold Metternich 1717. in 8vo pp. 173. cum approbatione Ordinis & Ordinarii Colonienſis.

Libellus piarum cantionum.

Regnum DEI in oratione ex Gallico Germanicum fecit.

Regulam Carmelitarum Discalceatorum, Primam partem Constitutionum, item Prudentiam Justorum P. Joannis à JEsu Maria è Latino Germanicam reddidit.

Decor Carmeli P. Philippi à S. Trinitate è Latino Germanicè versus extat geminato exemplari MS. in Carmelo Fratrum & Sororum in der Schnurgassen.

Ex Fastis Conventûs Colon. Discalceat.

G. GA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

G.

GABRIEL DULMAN Coloniæ genitus 1657. Patritia è Gente, iè qua Frater urbis Syndicus primùm, tum Conſul fuit. Societatem ingreſſus eſt 1674. Qualemcunque Gabrieli perſonam imponeret Deus, ſive ſcholis, ſeu Sodalibus, ſeu Gymnaſii aut Collegii præfecti, idem erat. More Angelico ad omnem nævum cohorreſcebat, divino cultui & exercitiis pietatis adeò per omnem vitam addictus, ut ſolis canis capillis tironi ferventiſſimo eſſet diſſimilis. Solingæ in Montenſi Ducatu arduam, & à neceſſariis ægrè inſtructam ſtationem decennio citra ullius moleſtiam providâ ſolertiâ & authoritate, quâ ipſis Hererodoxis erat venerationi, ære corrogato ità dotavit, ut Sacellum extruxerit, aram, picturas, ornamenta, veſtes ſuffecerit, quæ ipſe pedes, quod ſemper in more habuit, humeris ſuis convehebat. Pari zelo alimenta ſecundo Miſſionario perpetuò fundavit, inſigni emolumento Catholicorum, quorum multi divinis rebus intereſſe uno Sacerdote faciente non poterant. E miſſione redux Miniſtri, Rectoris & Procuratoris Provinciæ officio fuit applicatus. Annis vitæ ultimis, cùm pedem malè affectum haberet, longâ & lentâ Chirurgorum ſectione vexatus, nihil de animi hilaritate remiſit, quam per omnem vitam ſervavit, veluti teſtem & indicem animæ candidæ, & Deo plenæ. Demum Sacramentis ſæpiùs & ultimis animo ad ſingula verba & cæremonias attentiſſimo perceptis, cùm pro acceptis beneficiis gratias egiſſet, & veniam ab omnibus eſſet deprecatus, ſcenam vitæ ſanctiſſimè clauſit eo applauſu, ut Angelum mortalibus exuviis tectum vidiſſe ſe omnes affirmarent. 1729. 21. Nov. Germanicam fecit ex Latino P. Gabrielis Heveneſi

Artem bene moriendi, ſeu devotionem quotidianam ad Deiparam pro beata morte obtinenda. Coloniæ 1709. apud Hermannum Dehmen in octavo.

Vitam P. Philippi Burel viri Apoſtolici Braſilorum converſionibus intenti, & in Braſilia mortui Germanicè ſcriptam vulgavit typo viduæ Godefridi Meuchen. Coloniæ 1721. pp. 29.

GELDROP vulgò, aliàs dictus GUALDROPIUS GORTZIUS, natus eſt Lovanii 1553. Cùm eſſet annorum 17 vel 18, venit Antverpiam, amore artis pictoriæ futurus Candidatus, incidítque in Magiſtrum inſignem Franciſcum Francks Heetentalenſem. Hoc Magiſtro defuncto, vel alia de cauſa venit ad Magiſtrum in arte celebrem Franciſcum Pourbus, ubi invenit inter rara alia opera unum cæteris eminens imitandum exprimendúmque ad vivum. Huic ſe totum omni ſtudio & induſtriâ dabat Gortzius, itáque profecit, ut factus ſit Pictor *Ducis de terra nova*, quocum venit Coloniam Agrippinam, ibique manſit toto tempore vitæ ſuæ. Fuit excellens maximè in pingendo exprimendóque ad vivum, ſi ullus unquam ætate ſuâ; non tamen ità, ut in hac parte aut puncto artis pictoriæ tantùm celebraretur, ſed etiam in aliis pictoriæ partibus.

Opera Geldropii diverſa apud æſtimatores artis pictoriæ reperiuntur Coloniæ apud Joannem Meerman, habetur picta excellenter ab eodem Diana. Item Suſanna viva apud Everhardum Jabach. Item duo ſpecioſi vultus Chriſti & Mariæ, qui ſculpti ſunt in duabus laminis per Chriſtianum van de Paſſe, & typo prodierunt. Item alia opera præſtancia penes Franciſcum Francken & Jacobum Molym. Omnia intra Coloniam. Hamburgi hiſtoria Eſtheris & Aſſueri apud Gortſſen. Facies ad vivum expreſſæ ab eodem habentur in magna copia. Anno currente, ſcilicet 1604, quæ probant ſingularem Gortzii in arte pictoria genium manúmque dexteriimam. Paucis. Ipſius fluidus & gratioſus in pingendo modus aliis plurimis ità præluxit, ut ipſo duce eò progreſſi in arte ſunt, quo marte proprio nunquam perveniſſent.

Sandrartius Academiæ Germanicæ, ſculpturæ, pictoriæ, architectonicæ Part. II. L. III. C. XX. num. CCVII.

GEORGIUS BAUSSUMER profeſſus fuit Ordinem Minorum Recollectorum in Provincia Colonienſi. Scripſit

Catechiſmus oder kurtzer Unterricht allgemeiner Chriſtlicher Lehr, darinnen der Reformirten Heidelberger Catechiſmus nach ſeiner eigentlichen Weiß geprüfet wird. Durch F. G. B. des H. Ordens der armen Franciſcanen Recollecten Cöllniſcher Provintz Prieſtern. Duſſeldorff typo viduæ Beyers 1709. in 8vo pp. 431.

GEORGIUS BRAUN Agrippinenſis, Patres Keſſelium & Rhetium Regentem Gymnaſii Coronati nominat Præceptores ſuos. Promotus artium liberalium Magiſter in Gymnaſio trium Coronarum 1562. Ss. Theologiæ Licentiatus, & ejuſdem Ss. Facultatis Quæſtor ſeu Fiſcus. 1584. adiit Decanatum Collegiatæ Archi-Diaconalis B. M. V. ad Gradus, inſtituit & fundavit Officium Ss. Nominis JESU in eadem Eccleſia, mortuus 1622. 10. Martii.

Epitaphium ſubſcribitur prægrandi picturæ extremi judicii, quæ in navi Eccleſiæ ad Gradus ad latus meridionale viri effigiem ad vivum exhibet.

Admodum Reverendus & Magnificus Vir ac Dominus GEORGIUS BRAUN Agrippinas, hujus Collegiatæ Eccleſiæ B. M. V. ad Gradus per 37. annos Decanus & Archi-Diaconus Tremonienſis optimè meritus hoc epitaphium in ſuî memoriam unà cum aliis legatis piarum imaginum ac contemplationum picturis Eccleſiæ ſuæ donavit, ætatis 81. obiit, anno ſa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lutis noſtræ 1622. die 10. Martii, ſepultus hîc in Sacello S. Nicolai: cujus animæ Lector bene precare.

Scripſit

1. *Civitates orbis terrarum, in æs inciſæ & excuſæ, & deſcriptione typographicâ, morali, politicâ illuſtratæ Tomi VI. collaborantibus Franciſco Hohenbergo Chalcographo, & Georgio Hoeffnagel in folio majore. Coloniæ ab 1572. ad 1618.*

2. *Theologiæ ſcholaſticæ laudatio in novi Collegii Theologici inauguratione. V. Iaus Julii 1678. in quarto.*

3. *Oratio quodlibetica contra concubinarios Sacerdotes. Coloniæ 1566. in 8vo.*

4. *Ex IV. Commentariorum in concordiam Evangelicam libris Cornelii Janſenii, Homilias omnium dierum Dominicalium totius anni 1578. Coloniæ & Venetiis 1579.*

5. *Vitam Chriſti & B. M. V. figuris elegantiſſimis in æs inciſis & excuſis à Sebaſtiano Braun. Hic Georgius Braun orationes devotas adjecit.*

6. *Catholicorum Tremonienſium adversùs Lutheranæ ibidem factionis Prædicantes defenſio, Autore G. Braunio Archi-Diacono Tremonienſi, in Gradibus B. M. V. Decano. Coloniæ typo Bern. Gualteri 1605. in 8vo pp. 249.*

Svvertius Athenæ Belgicæ.

GEORGIUS CASSANDER naſcitur Brugis Flandrorum, ſive in Inſula fortè cognomine vulgò Caſſandt anno 1515. Latinè Græcéque doctus fuit, & vario doctrinæ genere excelluit, litterásque humaniores Gandavi, Brugis & alibi docuit. Ac Brugis quidem primus à Magiſtratu obtinuit lectionem illam publicam, quam bonarum litterarum vocabant, quæque nunc eſt Theologica in Seminario, quam Joannes de Witte laudatæ memoriæ Cubanus Epiſcopus recens Brugis fundaverat. Poſtea rerum ſacrarum cognitioni & ſtudio animum adjecit, natûsque ſtudiorum ſuorum ac peregrinationis ſocium & comitem individuum Cornelium Gualterum, aliàs Wouters, Gandavenſem, antea in D. Donatiani Brugis Canonicum Coloniæ tandem Agrippinæ domicilium fixum invenit.

Hîc igitur quidquid ab afflicta valetudine, quâcum ſæpiùs conflictari ſolebat, reliquum fuit temporis, id ferè omne impendit in cognoſcendas religionis orthodoxæ controverſias, quæ tum potiſſimùm in imperio agitabantur, ac rationes, quibus eæ utcunque componi poſſent, conquirendas, & quidem maximè in id ſtudii genus, quod in obſervatione morum, rituum ac cæremoniarum Eccleſiaſticarum eſt poſitum. Quo factum eſt, ut Ferdinandus I. Imp. cùm in id, tum publicè per Comitia & Conventus, tum privatim per ſuos totus incumberet, ut latiùs quotidie ſerpentes ejuſmodi controverſiæ ac diſſidia, quoad liceret, exinguerentur, Caſſandrum ad ſe evocari juſſerit, cujus ipſe conſilio uteretur, ſi fortè concordia inter utramque religionem Catholico-Romanam ac Lutheranam ſeu Proteſtantium iniri poſſet.

At Caſſander ob continuos ferè articulorum dolores ità exhauſtus viribus, ut domo efferre pedem non liceret, ſententiam de ſingulis inter Catholicos ac Proteſtantes agitatis capitibus ſuam ſcripto comprehenſam ad Maximilianum II. Imp. qui Ferdinando patre mortuo, idem illi denuò mandârat, tranſmiſit.

Verùm Auctor ille in hoc ſcripto ſuo & pleriſque aliis, dum in perſcrutandis ſcripturis ſacris, in volvendis Ss. Patrum monumentis atque Hæreticorum ſcriptis curioſiùs indagandis ac legendis verſatur, hæreſeos notam vix effugit. Et dum in componendis religionis diſſidiis ſe ponit ſequeſtrum atque arbitrum à recta fidei ſemita nimium quantum exorbitâſſe viſus eſt.

Docebat enim, nullam hæreſin ſic errare, ut à ſalute abducat, quamdiù in Chriſtum creditur, vel Apoſtolicum ſymbolum tenetur: Eccleſiam item Catholicam non in diſciplinæ ſolùm & morûm integritate, ſed & in doctrinæ ſinceritate defeciſſe, licitúmque eſſe homini Chriſtiano in articulis fidei orthodoxæ dubitare; quod impium eſt & temerarium. Quare ſcripta ejus pleraque Theologica Coloniæ ſeorſim & per partes edita, & Lutetiæ dein ſimul evulgata, à Patribus Concilii Tridentini aut damnata *in prima*, ùt dicunt, *claſſe*, aut cenſurâ notata ſunt: quemadmodum & ipſum Caſſandrum, morti vicinum, aſſiſtente ſibi magno teſtium numero, ea damnâſſe, ac ſubmiſiſſe ſe ſcriptáque ſua in omnibus judicio & authoritati ſanctæ Eccleſiæ, plures fide dignos ſibi Coloniæ atteſtatos fuiſſe ſcribit Bernardus Sutholt JC. *in cauſæ conjectione*, cur, ejuratâ hæreſi Calvinianâ, fidem Romano-Catholicam ſit amplexus.

Teſtatur & Cornelius Schultingius *Bibliothecæ ſuæ Eccleſiaſticæ Tomo IV. parte 1.* Caſſandrum, etſi varia ante ſcripſiſſet ſententiæ Eccleſiæ non per omnia conſentanea, Catholicè ac piè in gremio Eccleſiæ eſſe defunctum.

Varia autem ſcripſit litteraria, hiſtorica, Theologica, quorum hæc ſeries:

Oratio Panegyrica in laudem urbis Brugarum inſtitutâ recens ea in urbe à Joanne Albio, ejuſdem urbis cive, Epiſcopo Cubenſi ſtudiorum humanitatis lectione publicâ habitâ Nonis Maji anno 1541. Gandavi eodem anno.

Tabulæ breves in præceptiones Rhetoricas. Antverpiæ Dalis. 1548. & Coloniæ apud Gymnicum. 1550. in 8vo.

Tabulæ præceptionum Dialecticarum & locorum Dialecticorum. Coloniæ 1545. & 1550.

De viris illuſtribus in ſacris Bibliis uſque ad Regum hiſtoriam. ibidem 1550. in 8vo.

Scriptori de viris illuſtribus adjecit illuſtrium aliquot geſta, qui ante Procam & cum Pompeo fuerunt. ibidem 1549. in 8vo typis Gymnici.

Evulgavit & Honorii Auguſtodunenſis de prædeſtinatione & libero arbitrio dialogum. Sed quem ſuppoſitum opinantur ac malæ fidei, reperto in Tongerloenſis Abbatiæ Bibliotheca à Joanne Cenen, editóque Germano Honorii partu. Addidit Caſſander binas epiſtolas ad beatum Auguſtinum, *unam Proſperi, alteram Hilarii Epiſcopi Arelatenſis, de reliquis Pelagianæ hæreſeos* ex veteribus codicibus recognitas Coloniæ apud Silvium 1552.

Item B. Vigilii Martyris & Epiſcopi Tridentini opera, in quibus diſputationem inter Sabellium Pho-

Photinum, Arrium & Athanasium authori suo vindicavit & adjecit.

Commentarium de duabus in Christo naturis & unica hypostasi adversùs præcipuas hujus temporis hæreses. Coloniæ 1555. in 8vo.

De baptismo infantium. Testimonia veterum, &c. De baptismo infantium, doctrinâ Catholicæ Ecclesiæ. De origine anabaptisticæ sectæ, & de variis ritibus baptismi celebrandi. ibid. 1563. in octavo.

De cœlibatu & conjugio Clericorum, extat in Calixto. De conjugio Clericorum. pag. 450.

Liturgica de ritu & ordine Dominicæ cœnæ celebrandæ, è variis Scriptoribus. ibid. 1558. in octavo.

Ordo Romanus de officio Missæ. ibid.

Preces Ecclesiasticæ, quæ Collectæ vulgò dicuntur, &c.

Hymni Ecclesiastici, præsertim qui Ambrosiani dicuntur, cum scholiis Cassandri, & ejusdem appendice de invocando Spiritu sancto ibid. 1556.

De officio pii, ac publicæ tranquillitatis verè amantis viri in hoc religionis dissidio, in quem, ut neutris placentem, scripsit de Catholicis Joannes Hesselius, S. T. D. Lovanienſis, & de Hæreticis Joannes Calvinus, ratus Franc. Balduini, JC. Atrebatis, opus id esse.

Defensio insontis libelli de pii viri officio, &c. nomine Veranii Modesti Pacimontani.

De articulis Religionis inter Catholicos & Protestantes controversis. Consultatio ad Ferdinandum I. & Maximil. II. Imp. 1577. in 8vo. Vide judicium Joan. Molani, lib. 1. de Canonicis cap. 26. Prodiit rursus anno 1642. Lugduni Batavorum unà cum adnotationibus Hugonis Grotii, qui in eandem ibat cum Cassandro sententiam, ad conciliandas dissidentium sententias. Contra utrumque scripsit Andreas Rivetus Professor Lugduno-Batavus in tractatu suo de Christianæ pacificationis & Ecclesiæ reformandæ vera ratione. Lugduni Batav. 1642. in 8vo.

De sacra Communione Christiani populi in utraque panis & vini specie consideratio.

Acta colloquii Cassandri cum duobus Anabaptistis anno 1558. & 1565.

Traditionum veteris Ecclesiæ & Ss. Patrum defensio adversùs Calvini criminationes, qui indignissimo calamo Cassandrum strinxerat.

Epistolæ CLVII. quibuscum confer litteras variorum ad Cassandrum & Gualterum à Petro Burmanno J. U. D. editas in sylloge epistolarum virorum illustrium, Tomo II. Leidæ 1727.

Cassandri opera ferè omnia, licèt non eo ordine, quo hic recitata sunt, uno Tomo Parisienses ediderunt in folio 1616. curante Christophoro Thuanæo, typis Hieronymi Drouartii. Prohibita rursum Romæ anno 1616.

Non visa tamen Parisiis.

Supputatio rei nummariæ Romanorum ac Græcorum ad monetam Flandricam. Gandavi in 8vo.

Sententiæ selectiores ex Plautinis comœdiis, cum scholiis in loca obscuriora. ibid. in 8vo 1536. typis Jod. Lamberti.

Et de arte concionandi liber.

Decessit Coloniæ Agrippinæ anno salutis 1566. die 3tiâ Februarii, ætatis anno LII. relicto post se patre, sene decrepito & indigente conditus in æde sacra Franciscanorum, ad summum altare sepulchrali elogio à Cornelio Gualtero ejus individuo comite ornatus.

Quando tandem?
Deo Opt. Max. Sacr.
GEORGIO CASSANDRO,
Belgæ Theologo,
In perscrutandis sacris Bibliis
Et expendendis SS. Patrum monumentis
Atque sententiis diligentiss.
Qui hoc nomine, tum pietate,
Animíque moderatione clarus,
Ab invictissimis Impp.
Ferdinando I. & Maximil. II.
De conciliandis articulis in religione
Controversis consultus,
Et in aulam adscitus fuit.
Iter autem eò propter podagram,
cujus post doloribus occubuit,
Suscipere prohibitus,
Librum de ea conciliatione perutilem
Pacis amantibus Ecclesiis
Ex eorundem Cæsarum auctoritate
Jussu mandatóque confecit.
Viro itaque vario doctrinæ
Genere præstanti,
CORNELIUS GUALTERUS,
Gandavensis studiorum ejus
Atque peregrinationum
Socius individuúsque comes,
Populari suo posuit.
Vixit annos LII. M. V. D. X. H. V.
Obiit III. Non. Febr. MDLXVI.
Te vivente mihi gratissima,
Docte Georgi,
Vita fuit; liceat te moriente mori.
Mors meta laborum,
Infimo post loco:
Absit gloriari, nisi in Cruce Domini.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

GEORGIUS DIEFFHAUS primò Professor quintæ classis in Gymnasio Tremoniensi, dein Diaconus ad S. Petri Tremoniæ paravit parvum Chronicon, in quo collegit primùm opera D. Mulherrs & in quibusdam emendavit. Postmodum ab anno 1600. ad annum 1660. casus, qui interea in urbe Tremoniensi & vicinis locis contigerunt, cum circumstantiis enarrat. E vivis excessit 1678. 11. Maji.

J. D. von Steinen in orig. hist. Westphal. fol. 12. & 13.

GEORGIUS DUSSELDORPIENSIS ingressus Ordinem FF. Minorum Capucinorum. Scripsit

Conciones strenales, Quadragesimales, quadruplices, Dominicales, festivales.

Hortus irriguus, neuer geistlicher Lust-Garten. 1695. Coloniæ.

Geistlicher Ackerbau. 1698. Coloniæ.

GEORGIUS ab EISCHEN nascitur Arælani in Ducatu Luxemburgensi anno 1592. 19. Februarii. Lovanii humaniora, Philosophica studia Treviri absolvit. Subin juri & Theologiæ se dedit, in hac etiam laureæ consequendæ licentiâ donatus. Patrimonii titulo Sacerdos factus, offerri sibi videt Parochiam Colonienſem B. Joannis *in Curia* dictam, & cum ea Canonicatum in Collegiata B. M. V. ad Gradus ex Bulla Gregorii XIII. 1580. VI. Idus Octobris huic Parochiæ connexum. Hic zeli & doctrinæ campum nactus, innotuit multis, & cumprimis FRANCISCO LOTHARINGIÆ DUCI, Metropolitanæ Colonienſis Decano, qui eum sibi Sacellanum, distribuendis eleëmosynis & Consiliarium ascivit. Ejusdem benevolentiâ & Capituli Metropolitici turnario jure electus fuit Canonicus Presbyter Metropolitanus in locum Cholini nuper defuncti, anno 1626. 24 Februarii. In Virdunensi Ecclesia, cujus Antistes Franciscus Lotharingus erat, strenuam & sedulam Mecœnati suo operam navavit: obtinuit ab Electore Moguntino Canonicam præbendam ad S. Victoris anno 1635. XV. Kal. Septembr. rursum Canonicatum in Seligenstadt anno 1641. ab Serenissimo Lotharingo nobili feudo donatus, imò quotidianis beneficiis auctus fuit per annos XL. ejusdem familiaris. Tot officiis & laboribus pro Ecclesia DEI aptissimus erat unus Georgius tum ob præclara naturæ talenta magno studio culta, tum ob miram in victu frugalitatem, Sabbatinum jejunium & jugem vigilantiam. Nunquam enim somnum ultra quartam matutinam protrahebat. Opes ab Ecclesia collectas in pauperes Christi & Ecclesiæ liberalissimè effudit. Fratribus Minoribus S. Francisci Recollectis Boppardiæ Conventum à fundamentis ædificavit, eósque, dum vixit, more optimi Patris aluit. Sontinensi infra Coloniam Conventui eisdem Fratribus ligneam, lapideam, cæmentariam materiem de suo suppeditavit. Presbyteris Oratorii in Parochia sua instituendis prædium octo millium florenorum ære acquisiverat, cui de suo adjecit nummos imperiales mille emendæ domui. Arælani sacellum à Rosario dictum in Parochia, ubi baptizatus fuerat, extruxit; quotidiano concursu civium Deiparam recitando rosario honorantium celeberrimum, adjecto stipendio Sacerdoti indies ad aram eam facturo. Carmelitis Arælunensibus aram maximam ex suo ære faciundam curavit, & anniversarium sacrum quatuor anni temporibus instituit pro defunctis ex gente Eyschenia, quam ipse primus diplomate à Ferdinando II. accepto nobilitavit, cùm esset in Comitatu FRANCISCI ob Virdunensem Principatum homagium Cæsari præstantis. In Metropolitana Colonienſi aram luculentam titulo sancti Stephani Martyris exstrui fecit anno 1639. ornamentis & sacro vestiario locupletatam, coram qua celebrare divina mysteria amabat, ante eandem nunc tumulatus. Sacro ibidem indies faciundo assignavit fundum sexaginta imperialium ex domo *zum blauen Stein*.

In gentem suam non minùs pius, quàm liberalis fuit. Neptibus duabus apud Carmelitas Discalceatas Coloniæ in vico cupreo elocandis dotem, & Conventui fundum quater mille imperialium donavit, eò quòd, spreto sæculo, Christo se devovissent. Fratri Jacobo Canonico anniversarium sacrum faciundum in perillustri Ecclesia S. Cæciliæ Coloniæ constituit assignato censu octodecim imperialium apud Cameram Civitatis Colonienſis. Consanguineis, ut ad bonas artes ac scientias discendas invitarentur, duas bursas in Gymnasio Montano alendis & fovendis collocavit, qui si defuerint, Arælunenses substituuntur.

Hæc & similia in egenos & Ecclesias ab Georgio erogata Montana Gymnas grata post mortem Mecœnatis typo vulgavit. Obiit post sanctam & laudatissimam vitam anno 1664. 19. Februarii, ætatis 79. Icon ampliſſimi viri est apud Rmum Gräffinger Decanum B. M. V. ad Gradus & Parochum S. Joannis in curia: ex cujus Commentariis hæc descripta sunt. Scripta ab eo

Passio Domini nostri JESU CHRISTI secundùm quatuor Evangelistas descripta, & Commentario quadruplici in quatuor aulis illustrata per mille ac centum discursus, intellectus ac totidem cordis affectus, autore A. R. D. Georgio ab Eyschen, Ss. Theologiæ Licentiato, quondam ad S. Joannis in Vinculis Pastore, nunc Ecclesiæ Metropolitanæ Canonico, Presbytero Capitulari seniore. Coloniæ apud Joannem Busæum 1656. in 4to.

GEORGIUS GARNEFELDT Paderbornæ natus est: ingressus Cartusiam Colonienſem, DEO vocante, anno 1599. 24. Maji, vestem candidam induit 25. Maji proximi, & evoluto probationis anno 1600. 25. Maji Regulam Cartusianam professus fuit, in qua & Vicarius fuit. Subinde ex obedientia missus fuit ad Cartusiam Trevirensem, in qua anno 1637. septuagesimum annum ætatis emensus piè decessit die 27. Aprilis. Scripsit

Joannis Justi Lanspergii Cartusiani Colonienſis opera sæpè ante variis formis sparsim edita, in V. Tomos tribuit, & edenda curavit Coloniæ typo Joannis Kreps in Officina Quenteliana anno 1609.

In historia Ecclesiastica illustranda annos viginti allaboravit, & paratos eum in finem libros MS. ipse vulgavit catalogo impresso Coloniæ 1631.

B. Albergati vitam.

Galerazeya sive revelator secretorum.

Ex Commentariis Domni Michaelis Mörckeni Cartusiani.

GEOR-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

GEORGIUS GERLICH Vicarius in urbe Lunensi Diœcesis Colonienſis initio priotis sæculi vixit, scripsit & compilavit idiomate Latino

Historiam civitatis Lunensis usque ad annum 1646. Integrum opus illud constans paginis 9. maxima ex parte desumptum est, & translatum ex Spormacker, auctúmque tantummodo ad tempus prædictum. Subinde tamen quædam intermiscuit, quæ in Spormacker non reperiuntur. Ad finem etiam versus aliquot Latinos de urbe Lunensi addidit.

GEORGIUS à REGINA ANGELORUM, aliàs GALLIARD Carmelita Colonienſis, sacræ Theologiæ in Universitate Colonienſi Doctor & Professor. Vir verè pius & doctus, Græcæ Latinæque linguæ æquè peritus, moritur Boppardiæ 1687. ætatis suæ 59. Edidit

Sacrificium vespertinum tripartitum.

Trifœdus Marianum, seu conciones de S. Scapulari pro singulis anni Dominicis, typis Colonienſibus hæredum Joannis Widenfeld & Godefridi de Berges.

Vertit quoque in linguam Latinam

Sermones P. Christophori Avendani Catholico Hispaniarum Regi à concionibus ejusdem Ordinis. Ex Comment. Eximii Brunonis Carmel. Prov.

GEORGIUS SCHOMAKER verbi divini Ministrum egit in urbe Lunensi, & continuavit

Chronicon Northoffii ad annum 1622, quæ addidit, non magni sunt ponderis, & in aliorum Authorum libris melius exprimuntur.

J. D. von Steinen in origine historiæ Westphalicæ fol. 51.

GEORGIUS SPOERMECKER natus in oppido Lunen, ibidem Vicarius ad altare S. Georgii, partérque ad S. Petri Tremoniæ. 1540. functus est Pastoris officio in Lunen, demum in Herbern Diœcesis Monasterienſis, ubi etiam 1562. 14. Martii obiit. Scripsit

Chronica Lunensis Civitatis Marcanæ per me Georgium Spoermecker Parochialium Ecclesiarum St. Georgii in Lunen, & Petri Apostoli in Tremonia Vicarium Colonienſis Diœcesis diligenti operâ & studio compilata atque conscripta sub anno nostri Redemptoris 1536. in mense Januario. Initium ducitur à temporibus Caroli Magni usque ad annum 1536. Postmodum item Chronicon usque ad annum 1621, sed breviter Germanicè continuatum est.

J. D. von Steinen in origine historiæ Westphal. fol. 19.

GEORGIUS VIVIENUS natus Antverpiæ 1536. patre Petro Vivieno, matre Jacobâ Baillardâ, quæ 32. proles, & ex his 25. masculas (nullâ fœmellâ interjectâ) ex quibus decimus Georgius, dein septem fœmellas, nunquam geminam peperit, ultimo partui immortua. Testem habeo hujus fœcunditatis singularis Guilielmum Lupum Rhetorem Universitatis Lovanienſis, coævum & popularem in carmine panegyrico, quod Georgio scripsit 1572. Renuntiatus fuit Georgius noster 1555. Magister artium in Universitate Lovanienſi. Hinc ad graviora studia applicans animum, primò medicinæ se dedit; verùm, motâ mox illius nauseâ, Theologiæ studium placuit, & Ordinis ac vitæ Ecclesiasticæ ratio. Hinc ad Jurisprudentiam transitum fecit. Peragratâ Hispaniâ Angliâque circa annum 1559. Parisiis Regentem & Professorem egit. Supremis Jurisprudentiæ gradibus in Gallia acceptis, revocatus in patriam Curiæ Brabanticæ Advocatus fuit, alteróque post anno Episcopi Cameracenſis juratus, & octennio toto in hisce functionibus vitam egit. Cùm autem in quibusdam Belgii tumultibus nonnullos famæ suæ ac nominis arbitros inveniret non satis æquos, circa annum 1570. in Germaniam profectus est, & in Agrippinenſium Colonia subsitit. Hîc per biennium jura privatim docuit, & quædam scripsit. Quo factum, ut ad juris utriusque profitendi munus admissus fuerit publico civitatis salario, & tertio post anno Aulæ Illustrissimi Archi-Episcopi ac Principis Electoris Assessor. Sed & hic æmulos suos reperit, quasi Universitatis perturbator esset; hoc solo ferè argumento, quòd aliqua ejus opera Germanicè quidem secundùm ineptiam Lutheri translata essent, ex quibus ineptissimus ille est liber de officio matrisfamilias editus Lipsiæ 1565. interprete Joan. Barthol. Annæbergenſi; alia verò etiam Gallicè ex opinione perversi Calvini versa essent. Verùm omnia ista facilè ipse Vivienus refutavit, & ementita esse docuit ac demonstravit primariis Coloniæ viris, nec sibi commercium aliquod fuisse cum sectarum illis assectis. Quæ Bruxellæ scripsit, sequentia sunt:

Historia rerum mirabilium ad Ferdinandum Ducem Albanum.

Tabulæ universalis Philosophiæ.

Liber orationum.

Libri 4. de officio probi Patrisfamilias: Lovanii 1563. in 8vo.

Libri 4. de officio probæ matrisfamilias. Antverpiæ typis Nutii 1563. in 8vo.

Libri 4. de instructione rei militaris terrâ marique Gallicè typis Joannis à Ghela 1563. in 16to ibid.

Dialogi sacri historiarum veteris & novi Testam. Gallicè ibid. 1564. in 16to.

Synopsis juris utriusque. Lovanii 1563. in 8. apud Wallæum.

Encyclopædia ad Secretarium Vargas.

Libri 4. Oeconomicorum seu Ethopoliticorum. Hæc Bruxellæ Colonia ab eodem scripta editaque sequentia:

1570. *Enchiridion de verborum ac rerum significatione, adjectis etiam scholiis & antinomiis. in 8vo apud Petrum Horstium.*

1571. *Justiniani Imp. institutiones juris civilis emendatæ cum tabulis. in 8vo, typis Theod. Baumii.*

Compendium de diversis regulis juris civilis.

Epitome regularum juris Canonici.

Titulus D. de gradibus affinitatis & consanguinitatis, scholiis ac schematismis auctus.

1572. *Christianismi elementorum delineatio, inventore Georgio Vivieno Antverp. J. U. Doctore & Professore publico celeberrimæ Academiæ Colonienſis, &c. Coloniæ apud Adolph. Rosthium in folio pag. 12.*

1578. *Commentarius ad latum introitum Ducatûs Brabantiæ. Coloniæ.*

Lexicon utriusque juris pag. 28.

Methodus docendi, legendi, discendi juris. pag. 61.

De locis argumentandi legalibus. pag. 14.

Proverbia Juristarum. pag. 61. 91.

De arrestis & arrestationibus. pag. 60. 65. 82. & sæpiùs.

Commentarii in lib. 1. Pandect. pag. 89. 97. 122.

Consiliorum volumina. pag. 148.

Bibliotheca Belgica Foppens.

GEORGIUS WIROTE linguæ Francicæ Magister Coloniæ. 1626. testamento instituit 1000. imp. dalerorum fundum alendis bonis ingeniis in Reipublicæ & Ecclesiæ incrementum. Ab eo edita

Grammatica Gallica, oder gründlicher Wegweiser zur Frantzösischen Sprach, complectens fundamenta universalia quondam Georgii Wiroti, dein revisa & aucta per eundem aureo calamo Donatum Magistrum, Linguistam, Translatorem, Arithmeticum & Civem Colonienſem. Editio quinta 1675. Coloniæ typo viduæ Petri Metternich in 8vo pp. 125. Priores quatuor editiones non vidi.

GERARDUS BUCOLDANUS Coloniæ in schola artium 1. orationem dixit *pro ebrietate.* Excudebat Joannes Soter 1529. Colon. in 8vo.

2. *Minervæ cum Musis in Germaniam profectio.* Coloniæ 1529. typo Joannis Soter in 8vo.

3. *Gerardi Bucoldani de inventione & amplificatione oratoria seu usu locorum libri tres.* Coloniæ ex officina Eucharii anno MDXXXV. in 8vo pp. 114.

GERARDUS BUSÆUS Noviomagus, qui fratres habuit Joannem & Petrum Societ. JESU Theologos scriptis celebres. Primus in scholis artium Lovanii anno 1556. & Porcensi Pædagogio, dein Theologiæ Licentiatus Michaëlem Bajum Theologiæ Magistrum habuit. Joannis Guilielmi Cliviæ, Montium Juliæque Ducis pueritiam rexit, præmium tulit Canonicatum in Ecclesia Collegiata Xantensi, cujus & Ecclesiasten egit. Ab eodem scriptus

Catechismus ad Senatum Noviomagensem jussu Guilielmi Lindani Ruramundensium Episcopi Germanico idiomate. Coloniæ 1572.

Responsio ad Illyricum. De Communione sub utraque specie, cujus libri exemplaria ab Hæreticis suppressa narrat Callidius Leos.

De Eucharistia Sacramento. Lucem nondum vidit eodem teste.

Bibliotheca Belgica Foppens.

GERARDUS CALCIFICIS, *Kalckbrenner* dictus, Brabantinus, patriâ Hamontanus fuit. Memorabili sanè ex causa ad Cartusiensem Ordinem attractus fuit. Causidicus erat urbis Aquensis, & causarum Notarius publicus. Venit Coloniam negotiorum causâ, & casu, quo nescio, intravit Cartusiam; ut vidit Religiosorum ad templum properantium modestiam, & considerat eorum inter divina pietatem, religione tactus, ad se ait: Tu velut rabula in foro clamas, ut acquiras aliena: isti propria derelinquunt, ut Deum lucrentur. O insensate! quis tuus, quis illorum erit aliquando quæstus? Mox dolore perfusus, Priorem adit, ac recipi in Societatem petit. Receptus, omnibus viribus ad summum perfectionis apicem connisus est, fervore tam ardenti, támque continuo mortificationis & asperitatum studio, ut Superiorum authoritate adigi debuerit ad rigorem temperandum, ne se penitùs frangeret. Votis Deo arctiùs obstrictus, ità in pietatis studia totus abiit, ut loci hujus præfecturâ omnium calculo dignissimus sit habitus. Hinc de religioso rigore nihil remittens jejuniis, vigiliis, continenter corpus suum in servitutem redigebat, & gregem suum exemplo ad omnem virtutem religionisque honestatem trahebat. In se asper, in alios benignus. Et sanè dum non præesse, sed prodesse desiderat, mirum est, quantum utrumque domûs statum tam spiritualem, quàm temporalem promoverit. Deum imprimis venerari studebat magnis in omne genus hominum editis beneficiis, maximè in viros Apostolicos, qui veritatem fidei contra Novatores sustinebant. Unde Societatis Jesu Patres ab hæretica factione urbe pulsos suscepit benignè, ac liberaliter sustentavit, adeò in illos profusus, ut aliquando, cùm pecunia deesset, sacra vasa ex ardentissimo zelo pro conservanda orthodoxa fide conflârit, quæ DEUS illi omnia magno cum fœnore restituit. Literatorum quoque Mecœnas munificus, & imprimis Lautentii Surii, cui author ad scribendum, adjutor ad perficiendum fuit. Religione in Deiparam Virginem erat singulari, cujæ potissimùm conversionem suam adscribebat, eámque sibi adjutricem in omni tentatione extitisse prædicabat, suadebátque suis, ut ad illam fidenter in quacunque etiam afflictione præsentem confugerent. Postremis annis longam & ærumnosam Deus ægritudinem patientiæ ejus probandæ immisit, quam incredibili non jam patientiâ, sed gaudio ac solatio ferens, prælaturæ solùm curâ se levari expetebat, ut soli Deo sibíque vacaret; ast à Generali Capitulo impetrare nequivit, tanta erat Patrum conscriptorum de ejus prudentia opinio & æstimatio, ut etiam lectulo decumbentem, & regere domum, & administrare Provinciam totam ad mortem usque voluerint. His multorum annorum auctus laboribus & meritis, consentaneo vitæ suæ exitu inter filiorum suorum preces Patrem acerrimo sensu lugentium vitâ defunctus est IV. Non. Sextil. CIↃIↃLXVI.

Reliquit MS. in Bibliotheca Carthusiæ Colon.

Sacrorum Hymnorum libros duos, signatos OOO 127.

Exercitia quædam pia & salutifera de Psalterio gloriosa V. Mariæ. HHH. 67. 183. 209. 233.

Eadem typo data fuêre

Rosarium juxta seriem vitæ & actionum Christi. HHH. 184.

Hortulum devotionis. HHH. 231.

Idem typo datus 1541. à Caspare Gennepæo

Collectanea pia. OOO. 126.

Deinde ad typum promovit

Opera Ruisbrochii.

Opera

Opera Tauleri, & utrique editioni præfixit epistolam dedicatoriam.

Dionysii Rickelii opera, quæ ad varios hominum status formandos, puta Principum, Ecclesiasticorum & sæcularium, Monachorum pertinent in folio edenda accuravit 1559. typo Joannis Birckmanni, & Gebhardo Arch. Colon. dedicavit. Demum Laurentio Surio perpetuus hortator fuit & laudator præclarissimorum operum ab hoc viro editorum.

Ex Commentariis Michaelis Morckensii Cartus. Petreii Biblioth. Cartus. Cratepolio, Valerio Andreæ Maraccio, Vincentio Placcio de Scriptoribus anonymis. Helmesii præfat. in Tomum V. Concil. huic Gerardo inscriptum. Orlandinus & Sacchinus in historia Soc. Jesu.

GERARDUS CASTEEL in Colonia Agrippinensium nascitur 1667. Ordinem Fratrum Crucigerorum professus est in Monte Helenæ anno 1684. Presbyter creatur anno 1692, demum Conventûs Duisbergensis S. Crucis Prior fit anno 1517, quo in Magistratu obiit 1733, ætatis 66. Scripsit

Controversiæ Ecclesiastico-historicæ utiliter curiosæ, non compositæ, sed dispositæ, ac studio partium sepposito, eruditorum Lectorum placitis expositæ. Coloniæ 1734. in 4to, sumptu Joannis Wilhelmi Huisch cum approbatione Ordinis & Serenissimi Archi-Episcopi.

GERARDUS DE CASTRIS Carmelita, patriâ Moguntinus. Carmeli Colonienſis multis annis Ss. Theologiæ Lector & Prior. Gerardum illum inter viros doctos refert Nicolaus Serarius S. J. inter Scriptores Ecclesiasticos Trithemius, ejusdem meminerunt Possevinus, Eisengreinius, Frisius, Metius, &c. fuit teste Trithemio vir doctus & eruditus, ingenio promptus, sermone scholasticus, vitâ quoque & conversatione devotus, & regularis observantiæ cultor celeberrimus, declamator sermonum egregius, obiit circa annum 1468. Scripsit

De Passione Domini Lib. 1.

De Tempore & Sanctis Libros duos.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Provincialis Carmelit.

GERARDUS COLONIENSIS à patria dictus, Ordini Fratrum Prædicatorum adscriptus, reliquit duo ingenii sui monumenta.

Medulla animæ, aliàs medela animæ

Recreatio animæ.

Echard. & Quetif. Scriptores Ord. Prad.

GERARDUS DE ELTEN Teuto natione, patriâ & professione Colonienſis, religione, doctrinâ & zelo fidei claruit sæculo XV. Jam sacræ Theologiæ Magistrum, ejusdémque à pluribus annis in Facultate artium Universitatis Colonienſis Professorem & Decanum anno 1453, iterúmque anno 1460. egisse, ac ætate provectum ad Ordinem Prædicatorum accessisse, vestémque induisse refert Trithemius æqualis, quod ante annum Domini MCCCCLXVIII. factum fuerit: nam in Comitiis Ordinis Romæ eo anno habitis sic de eo legitur: *Conventui Colonienſi Provinciæ Teutonicæ damus in Regentem usque ad sequens Capitulum Generale R. F. Gerardum de Elten Magistrum.* Quid autem in sequenti Capitulo Generali Avenioni MCCCCLXX. de eo statutum fuerit, ignoro, cùm acta non habeam integra, ut nec Capp. Gen. Basileensis MCCCCLXXIII. nec Romani LXXIV. sed in Capitulo Generali Perusino MCCCCLXXVIII. iterum sic de eo lego: *Conventui Colonienſi damus in Regentem.... pro tertio anno* (id est, pro MCCCCLXXX.) *Fr. Gerardum Elten.* Inquisitor hæreticæ pravitatis per Germaniam Generalis à Sixto IV. institutus, eo munere summa cum vigilantia, nec minori zelo functus est, quod anno MCCCCLXXX etiamnum exercebat. Ejus cum laude meminit Guilielmus Eisengrein *in catalogo test. verit. fol. 175.* ubi sic de eo ad MCCCCLXXIII: *Gerardus de Elten sacræ paginæ Doctor atque Professor Gymnasii Colonienſis, Ord. Prad. hæreticæ pravitatis Inquisitor, vir admiratione omnium dignissimus, dicendi Artifex & Orator eloquens, Philosophus celeberrimus, tum præterea sacrarum literarum scientiâ nemini secundus.*

1. *Quæstionum, sententiarum volumen edidit.*

2. *Sermones plures & docte & eleganter compositos, quorum infinitus penè est numerus, absolvit.* His addit Trithemius.

3. *Quæstiones disputatas & H. varia in Philosophia & alia compiura.* Eadem recensent Similerus, Possevinus, Dupinius, sed tacent Auctorem nostrum fuisse. Ejus meminerunt & nostri Razzius & Altamura ad 1375. uterque corrigendus, Fernandez ad 1470. in Biblio-Augustana. Inde Reiseri p. 106. Plut. 9. pag. 108. n. 25. recensetur liber editus hoc titulo:

Joannis de Wesalia Concionatoris Wormatiensis paradoxa per M. Gerardum Elten de Colonia, & M. Jacobum Sprenger damnata 1479. Moguntiæ; cujus etiam meminit Beughemius in Incun. typo, sed & iterum editus fuit in *Fasciculo rerum expetendarum* Elſ. Coloniæ 1535. in folio, & in altera editione dicti *Fasciculi* Londini 1690. in folio, in qua sic legitur pag. 325: *Paradoxa D. Joannis de Wesalia sacrarum litterarum Doctoris ac Concionatoris Wormatiensis, quæ feruntur à quibusdam Thomistis ex illius Concionantis ore fuisse excepta, mox damnata per Magistros nostros hæreticæ pravitatis Inquisitores de Ordine Prædicat. M. N. Gerardum Elten de Colonia & M. N. Jacobum Sprenger anno MCCCCLXXIX. Moguntiæ. pag. 327. Examen Magistrale ac Theologicale Doctoris Joannis de Wesalia præsidentibus Magistris nostris hæreticæ pravitatis Inquisitoribus M. N. Gerardo Elten & Jacobo Sprenger de Ordine Prad. anno Domini MCCCCLXXIX. feriâ VI. proximâ post Purificationem consedcrunt primò hac de re Inquisitor primo loco, deinde 2do loco D. Moguntinus.*

Echard. & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicat.

Annales Decanales Facult. artium Colon.

GERARDUS DE ERKELENS oppido Juris Brabantini, intrà Ducatum Juliacensem, ingressus Ordinem beatæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo Theologus profundissimus, & verbi divini Præco fuit facundissimus, 1432. Marcoduri mortuus. Scripsit

Plurimos sermones prædicabiles maximè pro diebus festis B. V. Mariæ, qui manuscripti extant in Bibliotheca Boppardiensi, ligati in forma quarti, sub littera I. lin. 6. n. 10.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitæ.

GERAR-

GERARDUS ERNESTUS HAMM natus in pago Deutsternaw. Comitatûs Hackenburgici, in Colonienſi Tricoronato Gymnaſio humaniores & Philoſophicas diſciplinas hauſit. Subinde in eadem Univerſitate juris utriuſque Doctor creatur anno 1733. IV. Idus Novembris, & omnes Juris Juſtinianæi, Cæſarei Feudalis, Politici publici regiones Profeſſor publicus ab annis multis pari famâ doctrinæ obit. In Senatum Agrippinenſium adlectus, Judex fiſcalis dicitur, è quo Magiſtratu deligitur Syndicus urbis anno 1742. 21. Junii. Scripſit hactenus

1. *Compendium inſtitutionum D. Juſtiniani ad juris practici principia reductarum, ſive cum jure Germaniæ & patriarum reſpectivè & Archidiœceſeon Colonienſis, Juliacenſis, Leodienſis collatarum* 1732. *in* 4to, *typo Ottonis Joſephi Steinhauſs.*

2. *Syſtema juris gentium, Eccleſiaſtici, civilis & militaris cum legibus hoſpitalitatis collati, veræ Philoſophiæ cultoribus oblatum à G. E. Hamm* 1741. *in* 8vo *Coloniæ typo Conradi Guſſen.*

3. *Hugo Grotius de jure belli & pacis, ſive prodromus juriſprudentiæ quadripartitæ, naturalis, gentium, publici univerſalis & privatæ imperantium ad principia Syntereſeos reductus, & exemplis Chriſtianis illuſtratus, quem præleget Ger. Ern. Hamm J. V. L. Coloniæ apud Joannem Wilhelmum Huiſch* 1732. *in pp.* 758. *hactenus.*

GERARDUS FALCOBURGIUS Noviomagus, natus 1538. eloquentiæ ac doctrinæ omnigenæ gloriâ cumulatiſſimus. Hermannus Comes à nova Aquila Canonicus & Præpoſitus Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis eum familiarem convictorem habuit in deliciis. Cùm eques iter faceret, ex infortunio decidit & occubuit 1578. VIII. Idus Septembr. Steinfurti, ætatis 40. Edidit

Notas in Nonni Panopolitani Dionyſiacæ, typis Plantinianis 1569. Francofurti apud Matnium 1606. in 8vo.

Carmina ejus Græca Janus Douſa ſuo in Tibullum ſcediaſmati ſubjunxit. Pleraque alia alibi ſparſa edita leguntur: aliæ item ineditæ lucubrationes in Academia Lugduno-Batava typo ſervantur.

Bibliotheca Belgica Foppenſ.

GERARDUS GRAFF natus Monaſterii Eiffliæ anno 1670. Poſtquam humaniores ibidem litteras inſigni cum fructu didiciſſet, & Coloniæ curſum Philoſophicum ſub P. Claudio Lacroix conſummâſſet, ingreſſus eſt Societatem Jeſu 1689. Infetiorum ſcholarum artes docuit Hildeſii. Theologiam audivit Paderbornæ, quam univerſam publicè defendit. Quatuor votorum profeſſionem emiſit 1704. Eccleſiaſten egit Duſſeldorpii, Paderbornæ in ſumma æde, Coloniæ ad S. Gereonem. Embricæ mortuus 1723. Scripſit

Kurtzer Auszug des Lebens von den Tugenden und Wunderwercken des gottſeeligen Patris Franciſci de Hieronymo S. J. auff Italiäniſch beſchrieben von P. Carolo Stradiotti S. J. verteutſcht und verkürtzt von P. Gerardo Graff S. J. Cœllen bey Carl Joſeph Bencard 1719. *in* 12mo *pp.* 377.

Ex annuis Coll. Embric. S. J.

GERARDUS HABBIUS Lunerenſis fuit Coloniæ Agrippinæ Gymnaſii Montani Profeſſor. Ss. Theologiæ Licentiatus Geraldum Mathiſium ſplendidum Colonienſis Academiæ decus, baſin & columnam, omnis fortunæ ſuæ hic apud Ubios Authorem agnoſcit, & poſt eum Gropperos, ex qua gente tres Gropperos Petrum, Caſparum, Patroclum ingenuarum artium Magiſtros, legum Baccalaureos filios Godefridi, nepotes Joannis avi & & Joannis patrui Cardinalis deſignati diſcipulos habuit, quibus 1573. Kalend. Junii librum ſuum inſcripſit. Cratepolius in Annalibus Archi-Epp. Colon. eundem ob ſuas dotes, declamationes ac elucubrationes eruditis annumerari ait pp. 174. edit. 2dæ. Mortuus eſt 1577. ſepultus in Parochia Divæ Virginis ad indulgentias. Edidit

1. *Definitio, quàm potens ſit veritas. in octavo Coloniæ.*

2. *Evangelia & epiſtolæ per annum hypotheſibus illuſtratæ.*

3. *Theologiæ communis & uſitatæ compendium recentiore ſtudio purè ac emendatè conſcriptum, & per dialogum propoſitum, in quo multæ quæſtiones ponuntur & explicantur.* Coloniæ Agrippinæ apud Petrum Horſt in 8vo 1573. pp. 262. ultra præfationem. Inſcripſit illud, ſicut dixi, Gropperis tribus diſcipulis ſuis.

GERARDUS HANSEN natione Germanus, patriâ Xantenſis in Clivia, religioſæ vitæ rudimenta in Societate poſuit Treviris anno 1608. ætatis 17timo, & votorum quatuor profeſſionem edidit. Quinquennium docuit humaniores litteras, quadriennium rexit Novitios, novennium Collegia Spiræ & Herbipoli. Bis totam Provinciam Rheni ſuperioris, quater venit Romam ad Congregationes Procuratorum, & Generales, octavam, decimam & undecimam. Vir magnæ prudentiæ & variarum linguarum gnarus, quarum adminiculo Italos, Gallos, Hiſpanos quampluri-mos in ſacro pœnitentiæ tribunali Deo reconciliavit. Affectâ jam ætate annuentibus Superioribus elegit ſibi domum probationis Moguntinam, cujus tantùm non Fundator extiterat, tanquam portum tranquilliſſimum, in quo ſe ad beatæ æternitatis aditum præpararet. Id quod eo fervore animi præſtitit, ut magnam temporis partem non ſinè lachrymis tranſigeret. Patientiâ inſigni fuit, & optimi omnibus exempli, adeóque omnibus amori & venerationi. Demum plenus dierum & bonorum operum migravit ad omnium Remuneratorem Moguntiæ die octavâ Auguſti 1669. Edidit verſu

Auguſta pacis.
Leones Gentilitios Horſtiorum familiæ equeſtris.

Sotuellus Bibliotheca Scriptorum S. J.

GERARDUS HARDERWICK de Rota Gelder, Burſæ ac Domûs Laurentii Profeſſor, eligitur Decanus Facultatis artium Colon. primùm anno 1476, tum 1480, tertiùm 1486. Ternis pro more illo ſemeſtribus, rexit eandem Burſam. Theologiæ Licentiatus eligitur à quatuor Facultatum intrantibus Magiſtris pridie Ss. Petri & Pauli anno 1500. Rector Univerſitatis, quos ſupremos faſces geſſit uſque ad diem 9nam Novembris anno proximo. Parochiæ S. Columbæ (*non S. Columbani, ut Deſſelius ſcribit*) Rector obiit 1503. Scripta ejuſdem:

1. *Com-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1. *Commentarii in omnes tractatus parvorum Logicalium Petri Hiſpani, junctis nonnullis modernorum, proceſſum Burſæ Laurentianæ in Univerſitate Colonienſi continentes incipiunt feliciter. In fine. Commentarii in omnes tractatus Petri Hiſpani, & nonnullos modernorum in Agrippin. Coloniæ florentiſſimo Gymnaſio ex D. Alberti M. Commentariis per ſcientiſſimum virum M. Gerardum Harderwicenſem artium liberalium Magiſtrum, nec non ſacræ paginæ Licent. in eodem regentem elaborati & emendati, & nunc priſtinæ veritati caſtigationis lineâ redditi per Ulricum de Zell prope Lyskirchen artis impreſſoriæ Magiſtrum & Civem Colon. anno MCCCCXCIII. in profeſto Corporis Chriſti ad finem optatum ſunt perducti. in folio.*

2. *Commentum libri primi Hermenias Ariſtotelis, ſimiliter & aliorum librorum veteris artis, ſtudioſè ex diverſis Doctorum dictis, maximè ex ſcriptis venerabilis Domini Alberti Doctoris magni, ſummi Philoſophi, pariter Theologi profundiſſimi in alma ac florentiſſima Univerſitate Colonienſi per famoſum virum Gerardum Harderwick de rota artium Magiſtrum, & ſacræ Theologiæ Licentiatum actu in eadem regentem anno 1486. in folio.*

3. *Commentum ſupra veterem artem Ariſtotelis ſecundùm viam Albertiſtarum..... Sex principia Gilberti Porretani..... Primus & ſecundus Perihermenias. In fine. Commentum libri Peribermenias Ariſtotelis, ſimiliter & aliorum librorum veteris artis ſtudioſæ ex diverſis Doctorum dictis, maximè ex ſcriptis venerabilis Domini Alberti, Doctoris magni, ſummi Philoſophi, pariter & Theologi profundiſſimi in alma ac florentiſſima Univerſitate Colonienſi per famoſum virum Gerardum Harderwick de rota, artium liberalium Magiſtrum, & Ss. Theologiæ Licentiatum actu in ea regentem finit feliciter anno 1486. in folio.*

4. *Commentaria in ſummulas Petri Hiſpani, Alberto-Centonas continentia, quæ ſunt quædam progymnaſmata in libros Philoſophi ſecundùm proceſſum Burſæ Laurentianæ Colon. ad unguem caſtigata, & è mendis, quibus ſcatebant, erepta. Incipiunt ad laudem Cunctipotentis, gloriosiſſimæ Virginis, & divi interpretis Hieronymi. In fine. Commentarius in ſex tractatus Petri Hiſpani, & alium libro poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis correſpondentem ex ſcriptis diverſorum, & potiſſimùm Alberti M. dum vixit, Ratispon. Eccleſiæ Epiſcopi in florentiſſima ſanctæ Coloniæ Agrippinæ Univerſitate per acutiſſimum in artibus liberalibus Magiſtrum Gerardum Harderwicenſem illibi Regentem abſolutus anno Virginitatis partûs MCCCCLXXXVIII. Extrema appoſita eſt manus, quæ rurſus quarto ſupra ſcriptum numerum anno propter nonnullas mendas dormitantiâ Orthoſynthetici admiſſas ex amuſſim recuſa per providum virum Ulricum Zell prope Lyskirchen, inſignis civitatis Colon. civem. Calendas Decembris ad finem uſque deducta ſunt, de quo benedictus ſit DEUS & ſancta Chriſto Tocos, nec non Hæreticorum malleus glorioſiſſimus Hieronymus cum omnibus cæleſtis Hieruſalem civibus. Amen. in folio.*

5. *Textus trium librorum de anima Ariſtotelis cum Commentario ſecundùm doctrinam Domini Alberti Magni. In fine. Commentarii trium librorum Ariſtotelis de anima intitulati, adjectis in calce duobus epitomatibus, non paucis lucubrationibus, in famoſiſſima Agrippinenſium Coloniæ Academia per Gerardum Harderwicenſem, artium liberalium Magiſtrum, & ſacræ Theologiæ in eadem Licentiatum Regentem, proceſſum Burſæ Laurentianæ continentes abſoluti ac accuratiſſimè caſtigati operâ & impenſis honeſti viri Henrici Quentel Colon. civis, impreſſoriæ artis calotecnis characteriſati anno gratiæ milleſimo quadringenteſimo ſupra nonageſimum ſeptimo, ſexto Kal. Junii ad finem optatum ſunt perducti, de quo ſit benedictus JESUS Mariæ Filius cum omnibus cæleſtis Hieruſalem civibus. Amen. in folio.*

6. *Opus quadripartitum poſtillarum Divi Alberti Magni, viri tum in omni arte, tum maximè in divinis litteris illuminatiſſimi & profundiſſimi, qui, etſi in aliis ſuis editionibus cæteros vicerit, in hoc tamen opere ſpiritu eum divino agente ſe ipſum viciſſe & ſuperâſſe videtur. Ad omnium doctorum virorum, & præcipuè Evangelicæ veritatis & Chriſtianæ fidei amatorum utilitatem & profectum in felici ſtudio Colonienſi per miſericordiæ & pietatis virum venerandum Magiſtrum noſtrum, artium & Ss. Theologiæ Profeſſorem eximium Gerardum de Harderwick, Ædis Divæ Columbæ Paſtorem, dum vixit, cujus nunc anima in bona pace quieſcat 1504. in oppido imperiali Hagenaw.*

7. *Eodem modo, anno, typo, urbe, typographo, operâ Gerardi de Hardewick & Profeſſorum Burſæ Laurentianæ eodem fine prodiit Poſtilla Alberti M. ſuper Lucam.*

GERARDUS HENRICUS von SCHONEBECK Conſiliarius Ducis Juliacenſis, Electoris Palatini, Filius erat Petri Theodorici, Conſiliarii Cameræ Electoris Palatini, & bellicæ rei Commiſſarius.

GERARDUS ab HORREO, à SCHEWREN vel SCHUREN Xantis natus, fuit Cæſareus Notarius publicus, Secretarius Cliviæ Ducum Adolphi & Joannis, Patris & filii, 1450, ut teſtatur ipſe, à Joanne Duce Cliviæ miſſus fuit Neoſtadium in Styria ſitum ad Cæſarem Fridericum, eidem ſignificaturus mortem Adolphi. Imò eodem anno 7timâ Aprilis interfuit diviſioni factæ inter Ducem Cliviæ Joannem & Adolphum Dominum Ravenſteinii, in qua nominatur diſcretus, vir magnus. Idem juxta proprium teſtimonium juſſu ſui Domini Joannis Ducis Cliviæ Germanico idiomate collegit in unum librum

Geſta Comitum de Altena, Marchia & Clivia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

via, & alia quædam non inepta ad historiam illorum Comitatuum illustrandam; sed manuscripta ultra paginas 30. Liber ille excurrit ad annum 1478. In eodem descripsit etiam *Joannis Ducis vitam eo tempore regentis;* sed parcè & breviter, non enim conveniens esse ducebat, prolixiùs in laudes adhuc viventis excurrere.

Initium Chronici Schuirenii: *Dem Durch leuchtigen Hoch-gebohrnen Fürsten und Herren Herren Johann Hertzogen van Cleve und Graven van der Marck Gerhard van der Schuiren uvver Gnaden Haußgesind und Secretarius mit dienstlichen Pflichten. Dieselbe uvver Gnaden hebben begehrende my bevvogen, dat ick uvver Hochheit und uvver Vorelderen to Ehren, &c. J. D. von Steinen in origine Westphal. Extat MS. apud hæredes perillustris Godefridi Redinckhovii.*

Idem Dominus von Steinen affirmat penes se esse MS. Latinum h. t.

Cliviæ, Marchiæ, Juliæ, Montis & Gelriæ historia, collectore Gerardo von der Schewren in usum Bonaventuræ Brunninghausen, propriâ manu scripta anno 1619. mense Augusto.

Quod cùm contulisset cum genuino Chronico Schuirenii extantis apud perillustrem D. Baronem von Reck zur Reck, observavit ex eo multa excerpta & translata à Brunninghausen in suum usum: cæterùm hanc historiam esse Brunninghausen collectoris opus proprium, non verò Schuirenii.

Idem D. von Steinen contendit Chronicon Latinum Schuirenii, quod apud D. Dithmarum Teschenmacheri auctioris editorem extitit, esse aliud à genuino Schuirenii: primò hic Germanicè, ille Latinè scripsit. 2dò, quia hic Altenæ, Marchiæ & Cliviæ, ille solorum Cliviæ Ducum vitas continet.

Incipit Vocabularius, qui intitulatur Teutonista, vulgariter dictus der Teutschländer, eâ ratione, quòd termini in capite rigarum à Teutonico sint incepti, editióque completa est de anno Domini MCCCCLXXV. de mense Martii. . . . . In fine. Explicit præsens Vocabularium materia a perdocto elegantissimóque viro Gerhardo de Schevren, Cancellario illustrissimi Ducis Civensis ex diversorum Terministarum voluminibus contexta, propriisque ejusdem manibus conscripta & correcta. Colonie per me Arnoldum Therhoernem diligentissimè impressa, finita sub anno Domini MCCCCLXVII. die ultimo mensis Maji, de quo Christo Marie Filio sit laus & gloria in seculorum secula. Colonie 1477.

Mattaire Tom. 1. Annalium Typographicorum edit. 2da pag. 381.

GERARDUS HUTTINGHIUS Dottinchemensis, Decanus Facultatis artium eligitur anno 1559. Ss. Theologiæ Licentiatus, Gymnasii Montis Profectus Coloniæ. Discipulum in Republica litteraria illustrem habuit Guilielmum Eisengrein Spirensem, qui confutandis Matthæi Flacci Illyrici Commentariis egregiam operam navavit *catalogo testium veritatis* orthodoxæ publicato; ad cujus annum 1565. hunc & Matthisium Professores suos imprimis colendos laudat. Scripsit

1. *Vitas quatuor Evangelistarum.*

2. *Parabolas & miracula ex D. Hieronymo Theophylacto & PP. collecta.*

3. *Orationem D. Basilii adversùs ebriosos carmine elegiaco Latinam fecit.*

4. *Synopsin utriusque instrumenti.*

5. *Querimoniam Ecclesiæ ad Christum pro liberatione à malis impetranda. Cratepœlius.*

GERARDUS KLEINSORGIUS natus Lemgoviæ 1530. & LL. Licentiatus, septem Archi-Episcoporum Colonienſium sibi succedentium Consiliarius fuit. Hamelmannus meritò illum nominat virum ornatissimum, doctissimum, eloquio, judicio, consilio, acumine & authoritate in Westphalia magnum, laboriosum, fidelem, diligentem, & multæ lectionis LL. Licentiatum disertum. Hic Gerardus Officialis fuit Werlensis; sed suo se abdicavit officio, & uxorem duxit Mariam Brandis tredecim liberorum matrem. Quòd insignem impenderit diligentiam in annorandis illis gestis, quæ in sua patria contigêre, scripta ejus monumenta testantur.

1. *Historia Westphaliæ Ecclesiastica, quæ decem constat libris ab anno 700. ad annum 1583. (non ad annum 1577. ùt scribit Meibom) porrecta, Germanicè scripta. Extat in Bibliotheca Collegii Colonienſis Soc. J. exemplum manuscriptum.*

2. *Gerardi Kleinsorgii Licentiati historischer Layen-Spiegel pro Communione sub una specie, aus H. Bibel, Concilien HH. Lehreren und Historien, wie auch Prædicanten-Bücher, nach historischer Ordnung eingerichtete Verthätigung dem Churfürsten Salentino dedicirt 1572. Extat MS. in Biblioth. Gymn. Laurent.*

3. *Genuina relatio ex ipsa origine de Gerardo Truchsesio deposito de Archi-Episcopatu Colonienſi. Imprimis de inducta perquam difficulter hæresi in Westphaliam, & natis inde perniciosis patriæ bellis, & quâ ratione talis hæresis per Serenissimum Principem Ernestum Electorem Colonienſem, DEO evidenter auxiliante, sinè effusione sanguinis in Westphalia fuerit profligata. Extat MS. in Coll. Colon. S. J. Germanicè scripta.*

4. *Historia de Comitatu Lippienſi, cujus Piderit. l. c. p. 11. P. 464. & Meibom in Irminsula C. XIV. meminerunt.*

Epitaphium ejus Werlæ in templo primario sequens vitæ exitum docet:

GERARDO KLEINSORGEN
claris parentibus Lemgoviæ orto,
S. L. L. septem Archi-Episcoporum
Colonienſium cum laude Consiliario, Werlæ piè mortuo è regione sepulto dulcissimo Patri, similiter Mariæ Brandis tredecim liberorum honestæ matri lugentes liberi

liberi posuerunt. Pater obiit VII. Idus Februar. anno Domini MDCI. ætatis anno LXIII. mater verò VII. Idus Januarii anno Dni MDLXXXII. ætatis XXXVIII. mense II. die IX.

J. D. von Steinen in originibus Westphal.

GERARDUS MATTHISIUS Geldrienſis, Latino ſtilo commodo uſus eſt. Græcè doctiſſimum ſe oſtendit multiplici Commentario in Porphyrium, Ariſtotelem & Paulum. Gymnaſii Montis diſcipulus, tum Magiſter docens, dein Decanus Facultatis artium annis 1552. 1555. Primùm Canonicus fuit ad Ss. Apoſtolos, dein circa 1574. in tabula diſtributionis Canonicatuum & præbendarum ſecundæ gratiæ in Collegiatis Eccleſiis civitatis Colonienſis hæc lego: Nos Decanus & Capitulum majoris Eccleſiæ Colonienſis deputamus Canonicatum & præbendam de ſecunda gratia in Eccleſia noſtra pro Theologo hujus almæ Univerſitatis, qui in ſcholis Theologorum Eccleſiæ noſtræ contiguis poſt hæc juxta privilegii noſtri tenorem (Eugenii IV. ut conferrentur eodem modo, quo primæ gratiæ occlamantibus Capitulis Nicolaus V. contulit, ut hanc dererminatam præbendam Capitula conferant Coloniæ promoto, & non alii. Hæc gratia eſt perpetua) publicè & ordinariè profitebitur epiſtolas diviniſſimi Pauli Apoſtoli aliorúmque Ss. Apoſtolorum, quæ Canonicæ vocantur, utì jam vir pari doctrinâ & pietate Magiſter Gerardus Matthiſius Geldrienſis Ss. Theologiæ Licentiatus (cui eadem præbenda per nos ea de cauſa collata eſt) epiſtolam ad Romanos primam inter Paulinas feliciter profiteri & interpretari cœpit. Porterea munere Regentis in Gymnaſio Montanorum ab anno 1557. 12. Novembris ad mortem functus eſt. Præter opimam fundationem Alumnorum donavit Gymnaſio duas ædes contiguas eâ lege, ut perpetuis temporibus eidem incorporatæ manerent. Rector Magnificus eligitur pridie Thomæ anno 1562. quem Magiſtratum geſſit ad 24. Martii 1564. Mortuus 1574. undecimâ Aprilis. Scripſit

Tomus primus Ariſtoteleæ Logicæ, in quo inſunt quinque vocum inſtitutionum liber 1, Categoriarum lib. 1. De interpretatione liber unus. De ratiocinatione libri 2. De demonſtratione libri 2. partim Joachimo Perionio Carmovenaceno, partim Nicolao Gruchio Rothomagenſi interpretibus, unà cum Commentariis Gerardi Matthiſii Geldrienſis nunc multò quàm ante accuratiùs conſcriptis & editis. Editio 2da. Coloniæ excudebat Petrus Horſt 1559. in 4to pp. 722. Præfixæ ſingulis libris tabulæ, expanſæ materiarum, & introductio prolixa in librum; tum capitibus ſingulis adnotationes ſubjungit, Græcâ & Latinâ omniúque Philoſophicâ eruditione refertas.

Alter Tomus Ariſtotelicæ Logicæ, in quo inſunt Topicorum libri VIII. 2da editio. Prima eſt anni 1561, in cujus præfatione lectori promittit abſolutiorem & perfectiorem. Joachimo Perionio Comeveriaceno Benedictino interprete de reprehenſionibus Sophiſtarum lib: 1. Nicolao Gruchio Rothomagenſi interprete, unà cum adnotationibus Gerardi Matthiſii Geldrienſis, partim nunc recèns editis, partim de integro recognitis & locupletatis. Additus eſt memorabilium & rerum & verborum index.

Adjicimus præterea librum de natura & eſſentia, authore quidem D. Thomâ Aquinate; at nunc recèns paraphraſticè translatum, & Commentariis præterea nonnullis adjectis illuſtratum per Gerardum Matthiſium. Coloniæ excudebat Petrus Horſt 1566. in 4to pp. 505.

Præfatio ante hanc 2dam editionem VIII. LL. Topicorum inſcripta eſt reverendo & illuſtri Domino D. Henrico Comiti in Seyne, Domino in Homborch, &c. &c. Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Decano.

2. *In Epiſtolam B. Pauli ad Romanos Commentaria nunc recèns conſcripta ac edita, authore Ger. Matthiſio, ſacrarum litterarum apud Colonienſes Profeſſore. Coloniæ 1562. in 8. pp. 758.*

3. *Epitome Logicæ Ariſtoteleæ Græco-Latinæ. Coloniæ 1569. apud Petrum Horſtium.*

4. *Epitome librorum Ariſtotelis de cœlo, quorum analyſin dedit. ibid. 1568.*

5. *Epitome librorum Ariſtotelis de rerum principiis. ibid. 1570.*

6. *Pythagoræ & Phocillidis carmina aurea Latio donavit.*

7. *Oratio paræneticа de extremo Domini adventu.*

8. *Volumen concionum de adventu, typis Horſtii.*

Epitaphium ſibi vivus cecinit & ſcripſit:

Quod ſatìs eſt, vixi: jam quina decennia natum
Mors rapit: heu! nullus ſum, niſì CHRISTE juves.

Bibliotheca Belgica Foppenſ. Annal. Facult. AA.

GERARDUS MERCATOR parentibus Juliacenſibus naſcitur Rapelmundæ in Flandria 1512. Sylvæ Ducis in Brabantia Grammaticam & Dialecticam diſcit ſub Georgio Macropedio. Lovanii in pædagogio Porci magiſterium adeptus, tantâ contentione Sophiæ conjugavit matheſin, ſæpè ut nec cibum interdiu, nec ſomnum noctu capeſſeret, eo fructu, ut inſtrumenta quævis mox ſuâ Minervâ fabricaret, in ære tabulas geographicas ſculperet, globíſque artificioſè radio dimenſis cælum & terram interius, quà licuit, demonſtraret.

Gemmæ Friſio, quem privatim Doctorem nactus eſt, operam primùm, tum Abrahamo Ortelio orbíque erudito probavit adeò, ut ab illo Mathematicorum ſui temporis facilè Princeps & Geographorum ſæculi noſtri Coriphæus audierit. A Carolo quinto inter domeſticos aulæ ſuæ, à Guilielmo Juliacenſium ac Clivenſium & Bergenſium

sium Duce in *Cosmographum* adlectus fuit. Erat singularis in eodem pingendi, cælandi scribendique peritia. Mortuus Duisburgi Clivorum 1694. 4. Non. Decembr. Scripsit

Chronologiam à mundi exordio ad annum Christi 1568. ex eclipsibus & observationibus astronomicis ac Bibliis sacris. Opus Onuphrio Panvinio probatum, qui epistolâ Coloniam scriptâ ad I. Metellum integrum librum ab Arnoldo Birckmanno sibi mitti imperat, cujus terniones aliquot magnâ voluptate præguſtaverat. Coloniæ in folio apud hæredes Arnoldi Birckmanni. Dedicat opus suum Barsio Oliferio Cancellario Clivensi ex Teutoburgo 16. Kal. Septembr. 1568. Basileæ 1577. in 8vo, typo Thomæ Guarini: damnata in indice Romano, nisi emendetur.

Harmoniam Evangelistarum adversùs Carolum Molinæum ſCtum Gallum. Duisburgi 1592. in folio. Eadem in folio præmissa fuerat Cosmographiæ anno 1569. Colon. editæ.

De ratione scribendarum litterarum Latinarum, quas Italicas cursoriásque vocant. Antverpiæ.

De usu annuli astronomici. Lovanii 1552.

De globi cælestis sculptura ad Nicolaum Perennottum 1541, & ad Georgium ab Austria Episcopum Leodiensem. 1551. Lovanii.

Editus ab eodem Atlas, quo libro colliguntur sparsim olim diversis temporibus editæ tabulæ & descriptiones geographicæ orbis universi, Palæstinæ, Europæ, Germaniæ, Galliæ, Britannicarum Insularum. Præmisit librum de creatione & fabrica mundi, cujus capiti insperſit errorem suum circa peccatum originarium. Duisburgi 1594. in 4to. Immortuus est labori huic Mercator ùt Apelles Veneri. Successit alter instar Herculis Jodocus Hondius, qui Atlantem Mercatoris recentiùs edidit, adjecit, quæ tabulæ Europæ deerant, Hispaniæ, item Asiæ, Africæ, Americæ, earundémque Eclipseis Amstelodami 1607. 1611.

Gualterus Gymnicus alia recenset in hujus vita, puta Commentaria in Epistolas Pauli ad Romanos, in Ezechielis capita aliquot, & in Apocalypsin; sed quæ redoleant hæresin in quibusdam articulis. *Biblioth. Belg. Foppens.*

GERARDUS à PILGRUM illustris Capituli S. Gereonis Canonicus, Thesaurarius, subin Chori-Episcopus & Senior, obiit anno 1669. 16tâ Aprilis Coloniæ, Pater pauperum, divini cultûs Ampliator, munificus & augustus Mecœnas litteratorum omnium; sed imprimis Gymnasii Tricoronati, cujus alter Fundator dici posset, si ii, penes quos hæreditatis extradendæ potestas esset, pluris Deum, quàm aurum feciſſent. Scripsit

Sacra fœderum norma, juxta quam & prudenter in periculis paciſcamur, & feliciter in prælis triumphemus, tota ex DEI scripturis desumpta, ante in Gallis impressa, nunc à Rev. & Nobili D. Gerardo à Pilgrum separatim typis mandata cum adjunctis notis. Coloniæ 1638. typo Henrici Krafft in 18vo pp. 84.

GERARDUS ROEN Juliacensis, von der Lanch, prope Hinsbergam, ingressus Cœnobium Knechtstedense Ord. Præmonstrat. primum Catechiſten domi egit magno zelo & fructu, alliciebat enim ad elcam divini verbi cujuſvis ætatis homines, atque, ut æmulationem accenderet, nomina sedulorum auditorum publicas in tabulas referebat, ut pigriores hoc exemplo inflammaret: nec segnior manu, quàm linguâ erat, ultrò seſe offerens ad infirmis obsequia omnia exhibenda, quæ charitas Christiana suggerit & adinvenit. Extra Cœnobium destinatur Parochiæ in Simpelfeld excolendæ, & subin in Hoengen insigni cum laude sacræ facundiæ. Ingruentibus in Germaniam hostium copiis non dubitavit bonus Pastor, calcato vitæ propriæ periculo, Præmonstratum proficiſci, cum Reverendiſſimo D. Generali de communi bono procurando acturus. Strenuus domi Oeconomus parochianam domum è lateritio lapide solidam & decentem exstruxit, cujuſmodi paucas numeres. Demum annos viginti Apostolicum Parochi munus invicto spiritu, vitæ sanctæ exemplo, zelo verbi divini seminandi, & evellendi hæreseon zizania, cùm explêſſet, plenus meritorum abiit ad Principem Pastorum anno 1679. 8. Aprilis, ætatis 47. in sua Hoengensi Parochia tumulatus.

Ex Commentariis MS. Abbatiæ Knechtstedens.

GERARDUS TERSTEGEN natus in vico Heerenberg, unde cognominatus *de monte Domini*. Coloniam advectus in Gymnasio, quod ab eo post *Montanum* dictum fuit, Philosophiam profeſſus est, & Decanus Facultatis artium ultimo semestri anni 1427. eligitur, rursum anno 1433. pridie Annuntiationis idem Magistratus Academicus eidem defertur, obtinuit Canonicam præbendam in Collegio Andreatico & perilluſtri Ursulano, Theologiæ Doctor renuntiatus, gessit munus Pro-Cancellarii & Regentis secundi ejus Gymnasii, quod à tam insigni Benefactore Montanum in hunc diem claret, & audit; cui ab 1431. ad 1480. 9. Novembr. magna cum laude & munificentia præfuit. Nominato Successore Lamberto de Monte Domini ex sorore nepoti, quem collegam habuerat, obiit in Domino, ad D. Andreæ sepultus, hoc epitaphio:

Epitaphium Magiſtri Gerardi de Monte artium ac sacrarum litterarum Profeſſoris eximii, Gymnaſiarchii Burſæ Montis Achademiæ Colonienſis, quam primum tam nobili támque præcelſo insignivit honoris titulo: cujus anima carnis habitaculum egreſſa est anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo, menſis Novembris die nonâ. Corpus insuper humus hujus insignis Eccleſiæ sancti Andreæ Apoſtoli intrà muros Colonienſes quoque ſolemni lugubri ingreſſu ſuſcipit.

Concipe nunc lachrymas mea Muſa, Minerva, juventus,
Aggredere extincto triſte miniſterium.

Qui

Qui modò lumen erat, nunc eſt ſinè
luce cadaver,
Et corpus vires officiúmque negat.
Procubuit fato, dedit hoc ſententia
Divûm:
Immortale jubar maxima verba to-
nant.
Ingentes animos & vivida dona reli-
quit,
Spiritus aſtra tenet; ſed premit oſſa
lapis.

Requieſcat in pace, Amen.

Icon eximii viri exrat in Gymnade Montana & in Cartuſiis. Scripſit

1. *Tractatus Gerardi de Monte, artium & S. Theologiæ Profeſſoris, ad favorabilem dirigens concordiam quædam problemata inter S. Thomam & Ven. Albertum Magnum in folio impreſſum Coloniæ ſinè anni & typi nomine.*

Hic liber cùm impugnaretur, edita fuit;

2. *Apologetica ſive reſponſiva venerandi Magiſtri Gerardi de Monte artium & S. Theologiæ Profeſſoris eximii ad quandam invectivam à nonnullo recenti & opulento Philoſopho, licèt tunc temporis inopi Theologo editam, ùt idem dictator de ſe ipſo aſſerit in eadem invectiva, quæ oſtenſorem concordiæ inter S. Thomam & venerabilem Dominum Albertum Magnum impugnat opprobriis, authoritatibus & rationibus omiſſis, in fol. Colon. impreſſum ſinè anni & typi mentione.*

3. *Tractatus aureus S. Thomæ Aquinatis de ente & eſſentia, ſeu de quidditatibus rerum intitulatus. In fine. Commentatio venerabilis viri artium Magiſtri, nec non ſacræ Theologiæ Profeſſoris eximii D. Gerardi de Monte, à quo famoſiſſimum Gymnaſium, quod Burſam Montis appellant, ſuam primævam ſumpſit denominationem, mirâ verborum claritate & ſententiarum ſublimitate compilatâ circa compendium, quod edidit S. Thomas de Aquino inſignis peripateticæ veritatis interpres de eſſentiis & quidditatibus rerum. in folio. Coloniæ ſinè typi & anni mentione.*

4. *Sermo Gerardi de Monte MS. Extat Pariſ. in Bibliothecæ Victorinæ codice. 68. fol. 165. Dictus in domo Capitulari anno 1438. Principium. In omnibus exhibeamus nos. Finis. fol. 171.*

Alva & Altamura Collectores Bibliothecæ Scriptorum Ordinis Prædicatorum hunc Gerardum Prædicatoriæ familiæ adſcripſerunt; ſed Echard. & Quetif. errorem detexerunt. *Tom. I. Biblioth. Script. Ord. Præd. pag. 908.*

Ex libris Authoris & faſtis decanalibus Facult. artium.

GERARDUS DU VIVIER Gandavi natus ab anno 1563. linguæ Francicæ & Arithmeticæ docendæ ſcholam aperuit Agrippinenſibus permiſſu Senatûs ampliſſimi, quem in finem ediderat Grammaticam Francicam: Primam editionem nondum vidi; ſecunda auctior Franco-Germanica, Conſulibus & civibus Agrippinenſibus inſcripta, hunc titulum præfefert:

Brieve inſtitution de la langue Françoiſe expliquée en Alleman, per Girard du Vivier Gantois. Kurtze Unterrichtung der Frantzöſiſchen Sprach in Teutſch ausgelegt durch Gerhardum Vivier, Frantzöſiſcher Schulmeiſter in Cöllen. Zu Cöllen bey Wilhelm von Lutzenkirchen, im Jahr 1568. 2da editio 1596. in 8vo pp. 99. prater præfationem & indicem.

GERARDUS WESTENBERG Agrippinenſis, 1545. Argentorati vulgavit *Satyram Lucianicam* in Lipſana Sanctorum Agrippinenſibus culta. Argentorati apud Wendelum Richel. Comparat divinum cultum Coloniæ cum Hieroſolymitano C. XVI. Ezechielis, Scopus eſt libri totius, probare omnem Catholicorum religionem, quæ Eccleſiæ officiis, ſacrificiis & ritibus exercetur, idololatriæ veterum Judæorum ſimilem eſſe. Confutat inſulſam & puerilem declamationem eruditè, hiſtoricè & dogmaticè Cornelius Schultingius ex patriæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentis.

Schulting. Biblioth. Tom. V. P. II. p. 161.

GERARDUS ZUTPHANIENSIS ab urbe & loco natali ſic dictus, alius à Gerardo magno Daventriæ (quanquam Eiſengrein ad annum Chriſti 1406. videatur Gerardum Zutphanienſem cum Daventrienſi confundere) liberalium artium & Ss. Theologiæ Profeſſor in clariſſimo univerſali ſtudio Colonienſi, anno 1497. 17. Martii eligitur Decanus Facultatis artium primo ſemeſtri. Scripſit

1. *De reformatione virium animæ.*

2. *De quatuor, in quibus DEO ſervire incipientes cauti eſſe debent.*

3. *De ſpiritualibus exercitiis ſive aſcenſionibus.*

Extant in Cartuſia Colon. HHH. 199. HHHH. 391. 392. & ſæpiùs.

4. *Tractatus de cadaveribus maleficorum morte punitorum ad conſiderationem Alemanniæ Principum & aliorum Judicum per Gerardum de Zutphania liberalium artium & ſacræ Theologiæ Profeſſorem pro honore patriæ in clariſſimo univerſali ſtudio Colonienſi compilatus. in 4to 1508.* Scriptus eſt contra Petrum Ravennatem J. U. Doctorem & Equitem, qui Principum judicia carpſit relinquentium corpora damnatorum morte in furcis & rotis.

5. Eidem Gerardo de Zutphen videtur adſcribendus *Sermo Synodalis clariſſimi viri Gerardi Groten per omnia diligenti lectori perfructuoſus & ſalutaris, non ſinè ſumma ratione purgatorium Sacerdotum appellatus. in 4to pp. 8.* In fine explicit ſermo Reverendi Magiſtri dicti Groet de Focariſtis. Obiit 1598. ætatis 31. ùt ſcribit *Valerius Andreas Deſſelius in Gerardo Zutph.* Alius ejuſdem nominis Theologus an idem ſit Colonienſis, quem *Quæſtiones ſententiarum notabiles*, itémque *quodlibetarias* reliquiſſe, memorat Trithemius *de Scriptoribus Germaniæ*, dubitatur.

GERLACUS VINITORIS Coloniæ Agrippinæ Baſilicæ S. Urſulæ, dum viveret, Vicarius. Scripſit Germaniè

Monat der Göttlichen Liebe oder Ubungen eines Monats von der Liebe GOttes in Lateinischer Sprach geschrieben von dem wohl ehrwurdigen P. Joanne Nadasi S. J. jetzo aber ins Teutsche versetzt, und der andächtiger, hochlöblicher und weit-berühmter beyden Geschlechts in S. Ursulæ Kirchen zu Cöllen approbirter Gesellschafft zum geistlichen Gedeyen an statt eines glückseeligen Neu Jahrs vorgestellt durch Gerlacum Vinitorem bedienten Priester gemelter Gesellschafft. Cöllen bey Peter Hilden 1668. Sumptibus Sodalitatis in 12mo. pp. 76.

Alterâ vice correctiùs editum Compendium de Sacramentis Ecclesiæ Catholicæ, eorum administratione & susceptione, ex constitutionibus Apostolicis, sacris Conciliis & probatissimis Authoribus collectum, operâ R. D. Gerlaci Vinitoris Basilicæ S. Ursulæ Coloniæ, dum viveret, Vicarii. Coloniæ Agrippinæ sumptibus viduæ & hæredum Joannis Antonii Kinckii in 8vo minore. Dicatum opus illustrissimo Suffraganeo Joanni Henrico D. Anethan pp. 992. præter duos prolixos indices & statuta Maximiliani 1680. Prima editio & approbatio facta fuerat 1654. 3tia 1693. in 12.

Compendium sacrorum rituum & cæremoniarum, in 12mo 1721. Coloniæ.

GERWINUS HAVERLAND Conventualis Fratrum Minorum S. Francisci Westphalus, Ss. Theologiæ Doctor, Provinciæ Colonienſis Custos, ac postmodum Minister Provincialis, vir pietate insignis, frequenti utebatur suspirio: *O JESU, sis mihi JESUS.* Conventum Susatensem, cujus olim Guardianus, plurimâque vitæ parte incola fuit, nitido exornavit ambitu. Urbe Susatenſi ad Neoterismum conversâ scripsit opus sub ficto nomine *Danielis Susatensis*, in cujus prima parte 1534. compilata omnem introductæ hæreseos historiam & Apostatarum nomina & facta idiomate patrio & stylo rythmico graphicè depingit. In altera parte, quam 1537. composuit, tractat ad urbem Susatensem ex illo Isaiæ: *Quomodo facta es meretrix civitas fidelis? &c.* Utraque autem pars 1539. insimul typo vulgata est, loco typi omisso. Exemplaria tamen impressa mox ab Hæreticis suppressa sunt; unde pauca MS. supersunt. Subinde à quodam sæculari varia minùs concinnè inspergente corrupta. Titulus talis est: *Ein gemeine Bicht oder Bekennung der Prædicanten tho Soſt bevvyſet, vvo und durch vvat mannen ſe dar torſtede dat Wort Godes hebben ingevört up dat aller kórſteſte durch Daniel von Soſt beſchreven im Jar MDXXXIV. gedruckt im Jar 1539.* Franciſci Miloti Luneburgensis Poëtæ laureati in Rythmos Teutonicos Danielis Susatenſis carmen Phaleucium opusculis appressum hoc est:

Hoc nil verius est libro, secundent
Dii tentata viri, probéque facta
Authoris, mihi cujus haud apertum est.
Nomen; sed faciant, ut edant ipsum
Cælorum Domini; deinde dignus
Dicetur bene laureâ corona
Doctis laureisque laureatis
Dicetur fore sanctus ô Poëta.

Supremam tandem diem obiit Duisburgi, incertum, quo anno: quia Necrologia Conventûs illius perierunt, ubi Bibliothecam construxit.

Ex Commentariis Conventûs Colonienſis Conventual.

GISBERTUS BLOCHOVIUS Trajectenſis, Cartusianus Colonienſis. Scripta ab eodem

Apologia brevis pro opusculis Petri Leydenſis, cognomento Blomevennæ, & subjicitur Leydenſis libello *de bonitate divina.* Coloniæ 1538.

GISBERTUS LONGOLIUS Ultrajecti nascitur anno 1507. Bonas artes & scientias politiores in patria schola edoctus, in Italiam peregrinatus est, ubi linguarum physices & medicæ rei pleniorem notitiam indeptus, Doctoris laureâ insignitur: redux in Germaniam inferiorem, Daventriæ scholarum Rector constituitur. Inde Coloniam abiit, ubi cùm Græcæ & Latinæ linguæ in schola artium publica professione praxin medicæ rei exercebat, & laudem haud modicam in fastis Academicorum utroque nomine meruit, ut ab Hermanno Wedano Archi-Episcopo Archiater delectus fuerit. Cogitavit tamen de sede mutanda Rostochienſi in Academia eam fixurus; forsan ea de causa, quòd Colonienſium Civitas & Universitas tenacissimæ essent avitæ Catholicæ religionis, & Bucero ac gregalibus quantocunque verborum apparatu purum putum Dei verbum crepantibus aures & portas omnes occluderent. Sanè Longolius Novatorum licentiâ usus, jam sub utraque specie Synaxin suo judicio celebrabat, & Catholicæ Ecclesiæ contemptum non uno indicio prodiderat: quare vitâ defunctus, 31. Maji anno 1543. excluditur omnibus Catholicorum Ecclesiis & Cœmeteriis, coactíque fuêre amici exuvias Bonnam bajulare, ubi à Bucero novi Evangelii & Fabro & Præcone in Ecclesia quapiam tumulatus fuit. Scripsit permulta, quæ, cùm ad religionem non pertineant, sinè periculo fidei tolerantur.

Scholia brevia in Desid. Erasmi libellum de civilitate morum puerilium. Colonia 1530. Parisiis & alibi.

Philostratus de vita Apoll. Thyanæi, interprete Alemanno Rhinaccino ad Græcum exemplar emendatus, annotationibus etiam ad marginem adjectis, in 8vo 1532.

Lexicon Græco-Latinum. Colon. in 8vo apud Joannem Prælium 1533.

Annotationes in metamorphosin Ovidii. Colon. apud Gymnicum 1534.

Annotationes ad loca difficiliora Rhetoricorum ad Herennium 1535.

Scholia quædam in Plautum. 1538. Colon.

Scholia in libros elegantiarum Laurentii Vallæ 1539. Colon.

Scholia ad vitas Imperatorum Græcorum Æmilii Probi. Colon. in 8vo.

Concilium Nicænum è Græco in Latinum fecit 1540.

Plutarchi opuscula aliquot moralia. in 8. 1542.

Dialogus de avibus, quas pulveratrices vocant, & earum nominibus Græcis, Latinis & Germanicis. Adjectum carmen elegiacum protrepticum ad bona studia. Colon. 1544. in 8vo.

GLADBA-

GLADBACENSIS Monasterii Ord. S. Benedicti anno DCCCCLXXXIII. cœpti ab Gerone Archi-Episcopo Colonienſi Hiſtoriographus Anonymus ejuſdem Monachus. *Editus eſt ab LUCA D'Acherio Spicilegii Tomo XII. ex quo B. Sandradi primi Gladbacenſis Abbatis è San-Maxminianæo Trevirenſi Cœnobio acciti elogium & hiſtoriam dat D'Acherius & Mabillio ſæculo V. Actorum Ordin. S. Benedicti p. 642. 643. 644. ubi & hujus Anonymi mentio fit. Hiſtoriographus hic deſinit in Abbate Gladbacenſi Fulrado, cui coævus fuiſſe videtur.*

GOBELINUS CARMELITA Colonienſis ac juris Canonici peritiſſimus. Anno 1303. cùm occaſione Provinciæ Angliæ in tres Provincias Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ dividendæ diſſenſio orta eſſet inter præcipuos Magiſtros & Doctores Ordinis, mittitur authoritate Apoſtolicâ in Angliam ad controverſiam illam decidendam circa annum 1305. Erat Alemanniæ totius Provincialis. Mortuus & ſepultus eſt Coloniæ. In antiquo libro Anniverſariorum Conventûs Colonienſis ſic legitur: 6tâ Idus Decembris erit Anniverſarium F. Gobelini cum vigilia, Miſſa, & ſepulchri ejus viſitatione. Eâ occaſione, quâ in Angliam miſſus fuit, ſcripſit

Statuta quædam arbitraria.
Diſputationes quaſdam.
Librum de Pœnitentia.
Ex Comment. Eximii Brunonis Thevvis Carmel. Provinc.

GOBELINUS Cartuſiæ Colonienſis Alumnus, poſtmodum Prior Moguntiæ factus ſcripſit

Exercitium, quod baculus ſuſtentationis ſeu devotionis pro attentione dicitur, in Matutinis & Agenda defunctorum.

Extat inter MSs. Cartuſiæ Colonienſis. OOO. 99. 100. 101.

GODEFRIDUS ADRIAN J. U. D. & Conſul Unnæ, qui 1688. 30. Octobris anno vitæ ſuæ 57timo defunctus eſt. Hic ſingulari ſtudio, quæ ſuis temporibus & ante ea contigerunt Unnæ, conſignavit, & deſuper librum memorialem confecit.

J. D. von Steinen fol. 91. in origine hiſtoriæ Weſtphalicæ.

GODEFRIDUS CANDELARIUS in Carmelo Colonienſi ab anno 1460. ad 1479. Philoſophicis & Theologicis prælectionibus verbi divini prædicationem magnâ nominis famâ & auditorum fructu conjunxit. Scribendis libris annos aliquot ſacri otii impendit, dum Cœnobii Aquenſis Prior conſtitueretur, quod officium, morbis & ingravescente ſenectâ afflictus, ultrò abdicavit, &, quas ſupererat, ſacris ſtudiis dicavit vitam, quam ſancto fine clauſit apud Grani Aquas anno 1499. Scripſit

In librum Sapientiæ.
Sermones de tempore & Sanctis.
Orationes ad Clerum.
De conceptu immaculato B. V. Mariæ.
Pro coronatione Reginæ Mariæ Blancæ, quæ conjux Maximiliani Romanorum Imperatoris Auguſti anno 1496. coronabatur.
Oratio in Vigilia Aſſumptionis habita ad Academicos Colon. MSs. extat in Carmelo Aquenſi.

D. Matthæus Herbenus ſcripta ad Candelarium epiſtolâ inſertâ operi chronologico Joannis Paleonydori egregium antiquitatis & præcellentiæ Ordinis Carmelitarum teſtimonium tribuit.

Trithemius, Geſner, Poſſevinus, Eyſengrein, Svvertius.

Ex ſchedis Eximii Brunonis Provincialis Carmelitarum.

GODEFRIDUS CHRISTIANUS FROHN Coloniam Agrippinenſium natalem habuit anno 1637. 22. Aprilis. Ordinem Præmonſtratenſem in Eccleſia Knechtſtedenſi ſolemni voto complexus fuit anno 1661. 11. Julii. A Supprioratu Cœnobii ſui transfertur ad officium Confeſſarii perilluſtrium Monialium in Hinsberg, ubi controverſiâ, neſcio quâ, enatâ, Præpoſituræ Adminiſtrator ad tempus extitit. Inde accitus ad Prioratum Knechtſtadienſem novennio geſtum, Superiorum imperio tranſit ad regundam Parochiam Greveradienſem; unde iterum obedientiæ ſanctæ nutu redit ad Prioratum nuper depoſitum. Abiit ad plures 8. Jannarii 1712. Scripſit

Sermones funebres de quatuor noviſſimis hominis per R. D. Jacobum le Clerc Atrebati S. Nicolai Paſtorem Gallicè concinnati, latinitate donati per R. D. Godefridum Chriſtianum Frohn, Ord. Præmonſtrat. Canonicum, & in Abbatia Knechtſtedenſi p. t. Conventûs Priorem & Seniorem. Coloniæ Agripp. ſumptibus D. Juſti Maximiliani Frohn J. U. D. 1699 in 8vo pp. 278.

Ex catalogo domeſtico Knechtſtedenſ. D. Kochs Prioris.

GODEFRIDUS GRYN de Aldenhoven perſonæ Præpoſitus de Vrelenberg, ſepultus in Eccleſia Patrum Cartuſianorum Cantavienſium, dicitur ſcripſiſſe *de juſta venatione, pluralitate beneficiorum, & contra concubinarios* Vide litt. G. cod. 42. in folio Cartuſiæ Cantavienſis.

GODEFRIDUS HAGENE Secretarius, Scriba erat urbis Coloniæ Agrippinenſium 1272. quo ejuſdem hiſtoria deſinit.

Apud Canonicos Regulares Auguſtinianos in Eccleſia *Corporis Chriſti* dicta extat manuſcripta *Hiſtoria metro Germanico antiquo jambo trimetro in 4to*: deſinens in annum mundi 1272. cujus ultimis verſiculis ipſe Godefridus Hagene ſe Magiſtrum & urbis Lectorem vel Scribam nuncupat, séque libri Authorem fatetur coævum.

Eâdem compacturâ continetur *der Wever Klag.*

Fragmentum hujus Chronicæ hiſtoriæ Germanicæ citatur ab Authore: *Der Cronica von der hilliger Stadt Cöllen. pag. CCXXXIII. & IV.*

Unde ſequitur, Godefridum ab Hagen vel non fuiſſe Authorem Chronicæ Colonienſis: ut quæ ad finem ſæculi XV. perducitur, vel ſi fuit, non fuiſſe, niſi verſus finem ſæculi XIII. perductæ Chronicæ; reliquam verò partem ab alio ſuppletem, quod iterum difficile videtur creditu: cùm ſit magna ubique ſtili ſimilitudo.

Finis carminum Godefridi Hagene, ex cujus autographo in Canonia Corporis Chriſti hæc deſcripſi 1726. 21. Novembr.

Die Sone Meiſter Godefrid Overlas,
Die der Stede Schriver waß.
Die Sone ward alſo geleſen,
Dat ſy binnen gewunde ſolden weſen.

Det

Det gonne uns Gott vam Himmelrich,
Des biddet beide Arm und Rich.
Nu Godes Geburt duysent Jair,
Zwei hondert ond sievintzig, dat ist war,
Meister Godefrid Hagene machte mich allein,
Nu biddet myner Seelen gudes Gemein.

GODEFRIDUS HITTORP vel GOTTHARDUS aut GÔDDERT HITTORP natus anno 1485. teste Pantaleone à teneris annis litteris operam dedit, & ob felicem ingenii indolem egregiam eruditionem nactus est. Ut bona studia juvaret, typographicam artem exercuit, & optimos quosque Authores Coloniæ edidit. Præterea cùm magnâ prudentiâ & singulari vitæ integritate præditus esset, electus fuit in locum Lommerschheim ob senii gravitatem consularibus fascibus nuntium mittentis, 1557. electus eos primùm capessivit; at quintùm subin eosdem gessit tantâ moderatione animi, ut à cunctis amaretur plurimùm. *Ex Arnoldo Birckmanno Pantaleo.*

GODEFRIDUS KEMPENS Agrippinensis Benedictinum habitum induit in Cœnobio S. Viti in Gladbach. Ejus opus est

Microcosmus reparatus, sive de humani generis per passionem Christi reparatione Conciones XL. Authore Ven. F. P. God. Kempens Agrippin. Ord. S. Benedicti Gladbacensium Ecclesiaste. Coloniæ typo Arnoldi Kempensis 1614. in 8vo pp. 624. Dicavit Rmo ab Huickelhoven Abbati suo Gladbacensi.

GODEFRIDUS KROSCH honestâ parentelâ oriundus in prædio Dickmanshoff in Rommerskirchen. Humaniora studia absolvit in Gymnasio Tricoronato sub Magistris Francisco à Pampus, Hermanno Flender, Henrico Reipkens. Philosophiam sub Hermanno Flender, Theologiam sub Eximiis Nicolao Mocking & Antonio Bleser, omnibus è Societate Jesu Doctoribus Theologiæ, Philosophiæ & artium. Sacerdos creatus annis octo vicatiam operam navavit patriæ Ecclesiæ in Rommershirchen. Inde translatus ad regendam Ecclesiam in Nivenheim Pastor fuit annis XXVIII. zelo domûs Dei & bonis erga oviculas meritis celeberrimus. Nam sacellum novum & templum novum ære suo à fundamentis excitavit, tum imploratâ potentiorum munificentiâ altaria, organum, cathedram, tribunalia pœnitentibus audiendis, fenestras fieri curavit. Demum anno MDCCXLIV. fatali morbo oppressus, sponsæ suæ decorem, quantum diligeret, iterum declaravit, fundato perpetuo sacrificio Sabbatino, & quidquid frugum proveniret suo usui, novæ turri extruendæ legavit. Atque ità meritis gravis, ad Superos abiit eodem anno XXIV. Junii maximo suî apud omnes relicto desiderio. Scripsit

Hülff über alle Hülff zu suchen und zu finden bey dem vvunderthätigen Bild unseres mildreichsten Heylands JESU Christi zu Nivenheim. Colon. typo Gussen 1729.

Hæc ex Commentariis D. Michaelis Görges Pastoris in Hochsten.

GODEFRIDUS Monachus Ordinis sancti Benedicti, Cœnobii primarii intrà Coloniam sancti PANTALEONIS dicti, scribebat sæculo XIII. Annales suorum temporum ab anno 1162. ad 1237. accuratus & modestus Scriptor, cujus nomen quidem nôssemus, nisi Trithemius in præfat. ad Chronicon Hirsaugiense illud prodidisset. Quæ idem ex Godefrido decerpsit ad annos 1162. 1164. conveniunt prorsus cum eo codice, quem clarissimus vir Stephanus Broelmannus Syndicus Agrippinensis membranaceum MS. commodavit Marquardo Frehero Consiliario Palatino. Hic eum manu suâ descriptum vulgavit typo Francofordiensi And. Wecheli anno 1600. inter Germanicarum rerum Scriptores. Montfaucon in bibliotheca Alexandri Petavii, in Vaticana num. 187. MS. Godefridum extare docet *in Bibliotheca MSt. pag. 81.* Coævi Godefrido Scriptores historici intrà nostram Archi-Diœcesin Oliverius Scholasticus Metropolitanus, Cæsarius Heisterbacensis, Biographus S. Hermanni Josephi, Albertus Canonicus & Custos Aquensis, Godefridus Hagen, de quibus suis locis.

Vossius de Hist. Latinis. Freher. l. cit.

GODEFRIDUS RICHMAN Ss. Theol. Doctor, Canoniam Norbertinam in Wedinghausen professus, Abbas ejusdem Canoniæ prope Arensbergam, Commissarius in spiritualibus Archi-Episcopi Colonienſis per Ducatum Westphaliæ. Scripsit

Trost- und Lehr-Buch für die Scrupulosen und Kleinmüthigen zu Unterweisung aller, welche sich eines guten Gewissens befleissen, durch den wohlehrwürdigen in GOtt ruhenden Vatter und hochgelehrten Herrn Godefridum Richman der Schrifft Doctoren, des GOttes-Hauß Wedinghausen Abten und Churfürsten Cöllnischen geistlichen Commissarien in Westphalen. Gedruckt zu Cöllen bey Peter Henning 1627. Approbatum ab Eximio Henrico Sierstorffio in 18vo pp. 429. Dicatum Monialibus Premonstratensibus in Rumbeck, quarum Pater Abbas erat.

GODEFRIDUS SITTARTZ Kempenæ Electoratûs Colonienſis notâ urbe nascitur 1650. 21. Septembris. Absolutis Coloniæ mitioribus & severioribus artibus, inter 29. Magistros Gymnasii Tricoronati nono actu promovetur, 1670. 17mâ Martii à P. Petro Nutten & Treviros ad tyrocinium Societatis Jesu, quod optârat, mittitur 7. Maji, ubi fundamenta laboriosissimæ, quam ducturus erat, vitæ necessaria, cælo aspirante, jecit. Juliaci & Embricæ cùm bonas litteras doceret, cohiberi vix potuit, quin & in schola Magistrum, & in urbe venatorem animarum à fide vera aberrantium ageret, quasi solas musas dedignaretur hausturus cælo spiritus. Excelluit subin facilitate & capacitate scientiæ Theologicæ imbibendæ; unde quatuor votis Professorum numero adscribitur 1684. Viderant jam Superiores factum virum ad munus Evangelium prædicandi. Quare destinatur ad missionem Arensbergensem Electori Colonienſi subjectam, in eáque cum frigore & æstu, cum glacie & nivibus, cum catenatis & præruptis montium jugis strenuè luctatus, plurimas ab Ecclesiæ stabulo aberrantes oviculas revocavit. Senio impeditus à suetis missionum excursionibus mittitur ad Grani Aquas, ubi Sodalitium sanctæ Ursulæ patrocinio collectum ignitis alloquiis rexit & ampliavit. Residuas horas scribendis contra Ecclesiæ lupos hæreticos commentariis aut limandis orationibus sacris tribuebat. Obiit 27. Novembr. 1725. Aquisgrani. Scripsit

1. Ca-

1. *Catholiſches Felſenburg, Lutheriſch Spinngeweb in Verthätigung der heiligen Kirchen Seegen wvider die Borgelendiſche Schmäh-Schrifft, von P. God Sittartz. Cöllen bey Servat. Noethen 1703. in 8vo pp. 282. Sive Apologia benedictionum Catholicis uſitatarum contra calumnias Suſatenſis Miniſtri in Bergelen. Liber inſcriptus Clero Catholico Ducatûs Weſtphaliæ, cujus Miſſionarius erat P. Sittartz.*

2. *Trutz Mayer*, das iſt: *Tridentiniſche Glaubens-Bekantnus wvider den Mayer von Hamburg, wvider alle Lutheraner, Ketzer, Juden, Türcken, Abgötter und Atheiſten aus der H. Schrifft, Antiquitæt, und Lutheriſchen Geſtandnuß, und gemeinen Kirchen-Zeichen behauptet durch P. God. Sittartz 1703. in 8vo pp. 683. præter indicem & præfationem, typo Servatii Noethen. Sive Apologia confeſſionis fidei Tridentinæ contra D. Mayer Miniſtrum Hamburgi ad D. Jacobi.*

3. *Chartam Topographicam accuratam Ducatûs Weſtphalici in Dynaſtias & Præfecturas diviſi. Hanc ex Commentariis MS. hujus Miſſionarii Apoſtolico curſu identidem eam obeuntis Batavi primùm, dein Seutterus Auguſtæ Vindelicorum excuderunt iteratis typis.*

4. *Conciones MSs. in ſymbolum Apoſtolorum per omnes annt Dominicas explicandum populo.*

5. *1707. Helmſtattiſche Bekantnus*, hoc eſt: *Helmſtadienſis confeſſio, quòd quivis in Catholica fide ſalvari poſſit, ſuccinctè propoſita & impugnata. Ex annuis Coll. Aquenſis S. J.*

GODEFRIDUS WEYER ex Paffrath Ducatûs Montenſis vico oritur 1610. 9. Auguſti. Humaniores & graviores ſcientias doctus in Gymnaſio Agrippinenſium Tricoronato ad Societatem adoptatur 1628. 9. Aprilis. Neoburgi ad Danubium quatuor vota profitetur 3. Maji 1648. Vir conſtans ſibi in tenore vitæ innocentis & hiſtoriarum omnium, quas vel experimento ſuo didicerat, vel multa lectione collegerat apprimè tenax, & togâ & ſago clarus. In Toga Rectorem egit Duſſeldorpii, Præfectum ſcholis Confluentinis, plurium variis in locis Sodalitiorum Latinorum & Germanicorum Præſidem, & ſub ſanctæ Urſulæ titulo erectæ Bonnenſis Sodalitatis Authorem. In ſago plerumque extra ſepta Provinciæ apud milites ſub Bavaricis ſignis. Audiebat apud eos *Pater* à charitate verè Chriſtiana, tum in corporeis miſeriis ſublevandis, tum in juvandis extremo in diſcrimine luctantibus; quâ occaſione jactabatur per caſtra *pulveris nitrati tolerantiſſimus Pater.* Subſiſtebat circa Auguſtam Vindelicorum Dux ſubſidiarii exercitûs Melander & conflictu orto integræ non lineæ tantùm, ſed ordines vi bellicorum tormentorum ſternebantur. Vidiſſes hîc Godefridum impavidum, diſcurrentem per ſtratorum catervas & accubantem moribundis ſuprema verba & beneficia impertiri; veluti nullum periculi ſenſum habuiſſet. Quæ conſtantia fecit, ut Maximilianus Bavarus videre & coram laudare voluerit virum, cujus intrepidam charitatem omnium ore prædicari audiebat. Inde translatus eſt ad Præſidiarios arcis Leodienſis 23. annis ad difficillimam ſpartam citra hominis ſubſidium Dominicis ac feſtis concionibus quotidianâ inſpectione miſerorum & conſolatione undique procuratâ. Ad Aquas Grani redux, & noſtrorum & variorum Aſceteriorum ſpiritum eo, quo flagrabat, igne cæleſti accendit. Imminente ſancti Stanislai die, quocum migrationem ad Superos iteratis votis penetrat, Sacramentis omnibus procuratus fuit, præmiſſâ iterum exomologeſi peccatorum generali, & inter affectus tenerrimos erga vulnera Chriſti, Divos Tutelares, Urſulam imprimis, quam cum glorioſo virginum exercitu, explicatis vexillis, occurſuram ſibi ſingulari fiduciâ ad extremum uſque ſpiritum affirmabat, ſpiritum in manus Creatoris dedit 19nâ Novembr. 1682. hoc unum queſtus, quòd non in acie ſtans, aut decurrens, aut ægroto allidens; ſed ignavo in lecto occumberet. Scripſit

Ephemerides oder kurtze Jahr- und Tag-Geſchichten vom Auff- und Untergang des Lutheriſchen erſten Evangelii und des Melanchtonis Augſpurgiſcher Confeſſion wvider des Johannis Schleidani Unwvahrheiten zum Beſten, Authore G. W. S. J. Philo-Germano 1679. cum permiſſu Superiorum, in 12mo pp. 294. Subjicitur huic parti Epiſtola Georgii Saxoniæ Ducis 1526. feriâ 5tâ Innocentum ſcripta ad Martinum Lutherum, novi Evangelii fœdiſſimos fructus exprobrantem. Eadem extat Tom. IX. p. 231. editionis Wittenbergenſis 1569. operum Germanicorum Lutheri, & legenda omnibus Catholicis, juxta ac miſerè ſeductis & deceptis Lutheranis. Altera Epiſtola eſt Joannis Friderici Saxoniæ Ducis ſcripta ad Duces Bavariæ, quæ eos informat de Catholico obitu Joannis Electoris Saxoniæ, & revocatis ante mortem omnibus pro Lutheri decretis ſcripta 1532. 24. Auguſti. Hoc primo tomulo continentur Ephemerides ortûs & occaſûs Lutherici Evangelii ab 1483. ad 1550.

Ephemerides Pars II. authore G. W. S. J. Philo-Germano 1679. cum permiſſu Superiorum in 12mo ab 1555. ad 1617. pp. 228.

1680. Gelinde Antwvort auff die ungründliche Vorſtellung des Herrn Hieronymi Bruckners Fürſtlichen Durchl. Friderici, Hertzogen in Sachſen, Lehen-Secretarii (wvie er ſich nennet) zu Gotha, in wvelcher er vermeynet, die hiſtoriſche Warheit vom Auff- und Niedergang des Lutheriſchen Evangelii und der Augſpurgiſchen Confeſſion virdunckelt zu haben, velut baculo ſolem. obwvohl ſelbige Warheit am hefftigſten von den Sachſiſchen uncatholiſchen Theologis ſeinen Nachbaren in offentlichen Colloquiis zu Wormbs, Altenburg, &c. bekräfftiget und teſtiret iſt wvorden, und deswvegen ihm nicht unbekant ſeyn muß, auth. R. P. G. W. S. J. gedruckt zu Cöllen 1680. in 12mo pp. 72. Habes in hoc libello authenticum documentum palinodiæ agonizantis Saxonis Joannis Friderici.

Ex annuis litteris Collegii ad Aquas Grani.

GODESCHALCUS Præpoſitus Aquenſis à ſacris Henrico III. Imperatori. Scripſiſſe narratur ab Eiſengreinio ad annum Chriſti 1039. *in catal. teſtium veritatis*

Multas ſequentias Miſſarum.

Teſte Schultingio *Bibliothecæ Eccleſ. Tom. 1. p. 11. p. 164. & 5.* Scripſit:

Cæli enarrant gloriam DEI. In Diviſione Apoſtolorum ſequentia canenda, elegantiſſima & pulcherrima tam in verbis, quàm ſententiis.

Dixit Dominus ex Baſan: Convertam. Hæc ſequentia in feſto Converſionis S. Pauli habet, ſolutæ orationis compoſitionem, nec lege rythmicâ

tenetur, ideóque etiam antiqua & comptiſſima eſt proſa.

Laus Tibi Chriſte, qui es Creator & Redemptor, in feſto Mariæ Magdalenæ. Hæc ornatiſſima doctiſſimáque proſa eundem Godeſchalcum Præpotum Aquenſem agnoſcit Authorem.

GODESCHALCUS DE GRÜE, dictus de Colonia, Carmelita Colonienſis, Doctor Theologus Pariſienſis, Provinciæ Alemanniæ inferioris Provincialis. Vir, teſte Segero, magnæ doctrinæ & pietatis ad promovendum cultum Deiparæ totâ vitâ zeloſiſſimus. Fabricam templi & Monaſterii Colonienſis ad eam ferè magnificentiam & amplitudinem, in qua nunc cernitur, incredibili induſtriâ deduxit. Moritur Coloniæ 1373. 16. Junii, ſepultus in choro ante majorem aram, ſitque de eo mentio in antiquiore Conventûs Colonienſis anniverſariorum libro. Scripſit

Quæſtiones ſententiarum libros VII.

Determinationum librum I.

Ex Comment. Eximii Brunonis Tevvis Carmel. Friſio, Geſnero, Poſſevino.

GODESCHALCUS DE MESCHEDE oppido Archi-Diœceſis Colonienſis, patriâ Weſtphalus, vir in divinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſæculari Philoſophia egregiè doctus, acer ingenio, vir præclarus, Doctor Ss. Theologiæ profundus, qui multis annis in Gymnaſio Erphurdenſi docuit gloriosè, & magnam eruditionis ſuæ laudem ab omnibus commeruit, ſcripſit & legit in eadem Univerſitate

Quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit, è quibus feruntur

Quæſtiones ſententiarum libri IV.

Sermones & collationes lib. I.

Quæſtiones variæ diſputatæ lib. I. & alia complura.

Trithemius L. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Serarius Moguntiacarum rerum lib. 1 c. 40.

GOSWINUS HENRICI Belga natione, patriâ Venlonenſis, at profeſſione Colonienſis, Provinciæque Teutonicæ Alumnus, Ordinis Prædicatorum Theologus, miro in Deiparam affectu, ejúsque per roſarium cultûs ubique promovendi zelo ductus obiit in Monaſterio S. Catharinæ prope Darſan Solian in Germania 19. Januar. 1640. uti habet Tabularium ſeu Necrologium MS. Conventûs Colonienſis. Laudatur à *Svvertio in Ath. Belg.* & *Valerio Andrea in Biblioth. Belg.* Scripſit hoc titulo:

Hortus concluſus cunctis Deiparæ Virginis cultoribus in Ss. Roſario reſeratus. Coloniæ Bernardi Gualteri 1635. in 12mo pp. 416.

Aurea corona anni in Ss. Roſario per ſingula Evangelia Dominicalia variis figuris, allegoriis, hieroglyphicis & exemplis celata Prædicatorum tum aliorum, tum præcipuè Ss. Roſarii. Coloniæ Conſtantini Münich 1634 in 8vo.

Manuale, in quo vita Chriſti & Mariæ variè illuſtratur. Tom II. Coloniæ 1634. in 8vo.

Juſtinus Mechovienſis Ord. Prædicat. Tom. II. ſuper Litanias Lauretanas pag. 389. citat quendam F. Henricum Goſwini, ſed inverſo nomine. Veroſimiliter idem eſt huic jam laudato.

GOSWINUS NICKEL natione Germanus, patriâ Juliacenſis ex Coſſelaer, nobili ac locuplete genere natus 1584. Calend. Maji à Patre Joanne Nickel mortuo 1. Martii 1624. & matre Margarethâ von Hall mortuâ 24. Septemb. 1625. Emenſis Philoſophiæ in Gymnaſio Tricoronato ſpatiis, & magiſterii in artibus laureâ donatus, 9. Martii 1604. Promotore Gualtero Zevener S. J. dedit nomen Societati proximo die 3. Aprilis, & votorum quatuor profeſſionem quatuor emiſit 1624. 19nâ Maji apud Grani Aquas univerſâ Theologiâ in Univerſitate Moguntina theſibus multis propugnatâ. Claſſes omnes inferiores docendo percurrit. Philoſophiam Coloniæ tradidit, ſtudiis ſuperioribus præfuit, & Regens Gymnaſii Tricoronati annis 1620. & 21. Eccleſiaſten & Confeſſarium in templo egit, domeſticos in ſpiritu direxit. Applicatus deinde regendis noſtris Aquisgrani ea ſtatim prudentiæ, charitatis & obſervantiæ regularis & conjunctionis cum DEO ſpecimina dedit, ut reliquum ferè vitæ tempus per 40. annos in gubernatione tranſegerit. Rectoris officio quater, bis verò Provincialis functus eſt, & quidem tempore difficillimo, quo in viſceribus commiſſæ ſibi Provinciæ graſſabatur bellum Suecico-Haſſicum; quin & diutiùs præter morem protractus illi eſt Magiſtratus. Interim à Comitiis ſuæ Provinciæ miſſus eſt ſemel Romam ad congregationem Procuratorum, bis ad Comitia generalia: à Congregatione generali octava delectus eſt Definitor; à nona cooptatus in Aſſiſtentem pro Germania; à decima confirmatus in eodem munere, à Rev. P. Franciſco Piccolomineo Generali ante obitum ſuum nominatus, inſigni cum elogio in Vicarium Societatis Generalem, dein ſublato è vivis R. P. Alexandro Gottifredo Generali ab eadem Congregatione undecima, quæ P. Alexandrum elegerat, ſubrogatus eſt in illius officium die 17. Martii 1652. In munere porrò Præpoſiti Generalis veſtigiis Anteceſſorum religioſè admodum inhæſit, nihil ab inſtituto noſtro peregrinum, aut à conſuetudinibus Societatis alienum in eam irrepere permittens; ſeveritati in cuſtodia diſciplinæ manſuetudinem temperamento excellenti admiſcuit. Exemplo pietatis omnibus præluxit. Ob præclaram opinionem, quam de eo habuerunt Sereniſſimi Principes, Elector Colonienſis, Dux Neoburgicus & alii, in graviſſimis ſæpè negotiis conſultus fuit. Certè ipſe Alexander VII. Pontifex maximus, cùm Nuntium Apoſtolicum ageret ad Tractum Rheni, contractâ cum P. Goſwino notitiâ Coloniæ tanti illum ſemper poſtea fecit, ut, cùm ageretur de eligendo Præpoſito Generali, & ipſe tunc S. R. E. Cardinalis Innocentio X. à ſecretis eſſet, non dubitavit fidenter ſuadere aliquibus ex pp. Electoribus, quos familiariter noverat, ut P. Goſwino ſua ſuffragia darent. Hinc aditum facilem ad Alexandrum evectum ad Pontificatum ſemper habuit, & opportunâ uſus eſt gratiâ quoad potuit, permovit ſuam ſanctitatem ad procurandam reſtitutionem Societatis in ſtatum Venetum, id quod tandem feliciſſimè obtinuit. Aliquot annis ante obitum placuit DEO exercere illius patientiam, privando ipſum omni uſu pedum ità, ut nec ad modicum tempus aut illis inſiſtere, aut greſſum figere poſſet. Ingentes præterea dolores propter inflammationem renum & ſymptomata calculi, quo identidem cruciabatur, invictâ animi fortitudine tolerabat, & ne fortè inter continua cruciamenta flaccesceret virtus & mentis vigor,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

got, conscriptam suâ manu oratiunculam tenebat ob oculos super pluteum in hæc verba: *Fiat, Domine, in me, de me, per me, circa omnia mea sanctissima voluntas tua in omnibus & per omnia, nunc & in æternum. Amen.* Deficientibus tandem viribus adulto Julio anni 1664. & accedente febri, Sacramentis & Pontificiâ benedictione præmunitus, ipso die, quo in cælum abiit S. Ignatios, migravit & ipse ad complexum sui sancti Patris (ùt fas est sperare) cujus cultûs fuerat studiosissimus, anno ætatis suæ 82, Societatis aditæ 61, supremæ præfecturæ in Societate 13. Scripsit Epistolas binas paræneticas ad omnes in Ordine socios, scilicet

1. *De sancta paupertate & accurata illius observantia anno 1653. Romæ typis Manelphi Latinè & Italicè 1654. in 8vo.*

2. *De nationali Provinciali que pernicioso spiritu in Societate vitando anno 1656. Romæ typis iisdem 1656. in 8vo.*

GREGORIUS JORDANUS Venetus, Serenissimi Principis Ernesti utriusque Bavariæ Ducis, Archi-Episcopi & Electoris Colonienſis Elcëmosynarius & Cosmographus. Scripsit *librum*, in cujus præfatione ad candidum Lectorem prædicit (cùm Prophetiæ Joachimi Abbatis, sanctæ Birgittæ, aliorúmque Astrologorum ipsi admodum placerent) anno 1595. vix tertiam hominum partem superstitem futuram. Gregorio XIII. summo Pontifice, sub quo scribebat, sedente jam natum Antichristum fuisse non dubitabat; octo ei nec plures surrogabat Pontifices, póstque hos Antichristi regnum inchoandum. Ratio credendi erat: quòd 1572. sub Gregorio XIII. in configuratione Andromedæ nova stella apparuerit; nova autem stella novi Regis nuntia sit. Idem congruere ajebat cum dicto S. Birgittæ præsagientis hujus Papæ tempore ultimam bestiam nasciturum, quæ non est alia ab Antichristo, &c. Sed falsum & delirum fuisse hunc Jordanum, satis patet ex ipsa argumenti narratione.

GREGORIUS DE NOVO FORO Carmelita Colonienſis, ejusdem Carmeli multis annis Theologiæ Lector & Prior. Eum inter viros & Scriptores illustres recenset *Segerus Pauli*, cujus etiam meminit *Joannes Weis in suis Collectaneis*, quémque vocat Theologum pium ac eruditum. Scripsit anno 1392.

De beneficio Christi lib. 1. Item anno 1395.

In orationem Dominicam lib. & alia Theologi illius manuscripta extant in Bibliotheca Boppardensi.

Ex Comment. Eximii Brunonis Provincialis.

GUALTERUS SCHMACKERT Coloniæ Agrippinæ in Gymnasio Montis. Anno 1650. erat Professor Philosophiæ, & Ss. Theologiæ Licentiatus. Scriptus ab eodem editúsque

Nucleus Philosophiæ ex Aristotele, Porphyrio, aliisque Peripateticis juxta Angelici Doctoris sancti Thomæ de Aquino, ejusdemque schola doctrinam eruitus a G. Schmackert, Ss. Theologiæ Licentiato, & in Gymnasio Montis Professore Philosophiæ. Coloniæ imprimebat Wilhelm Friessem in 8vo 1650. pp. 130.

GUALTERUS TANGERIUS Sylvæ Ducensis JC. Coloniæ Agrippinæ bonarum artium Professor, discipulus quondam celeberrimi nominis JC. Petri Ravennatis Itali. Ejus quædam leguntur

Poemata Coloniæ edita 1507.

Edidit quoque *Summulam Raymundi à se correctam*, uti præfando ad Guilielmum fratrem suum testatur. *Typis Quentelianis Coloniæ 1508.*

GUERNERUS CARTUSIANUS olim Coloniæ scripsit

De venerabili Sacramento Missarúmque valore paradoxa undecim. Chartæ sunt quatuor excusæ Coloniæ apud Petrum Quentel 1535. cum Algero de Eucharistia. Typographus in fine libelli promittit se alia etiam hujus Authoris edituruin.

GUILIELMUS BOYS nascitur patre clarissimo utriusque juris Doctore Matthæo Boys. Ingressus fuit Societatem JESU. Ante aditam Societatem scripta ab eodem editáque

Aurea dicta sive sententiæ juris selectissimæ ex universis Pandectarum libris collectæ omnibus tam practicis, quàm juris studiosis ad legum promptitudinem apprimè utiles & necessariæ, operâ & studio Guilielmi Boys. Coloniæ Agrippinæ apud Henricum Falckenburg 1597. in 8vo pp. 16.

Sententiæ aliquot sive regulæ criminales ex Matthæi Gribaldi communibus opinionibus selectæ, in alphabeticum ordinem dispositæ, & huc in favorem studiosorum asscriptæ per Guilielmum Boys. Eodem loco & anno typis Lamberti Andreæ.

GUILIELMUS COLONIENSIS Ordinis Prædicatorum. Laudatur à Laurentio Pignon, qui vixit ante annum MCCCC. catalogi num. 62. his verbis: *F. Guilielmus Colonienſis.* Dictavit

Sequentiam de Ascensione: Omnes gentes plaudite. Imò creditur vixisse ante annum 1254.

Quetif. & Echard. in Scriptoribus Ordin. Prædicatorum.

GUILIELMUS HAMERUS Novesii in ditione Archi-Diœcesis Colonienſis natus in Cœnobio Gamunde (Sueviæ est oppidum) ad Ordinem Prædicatorum adiectus. Vir fuit sacris profanisque litteris egregiè institutus, Græcè, Hebraicè Latinéque doctissimus, qui Græcos Oratores & Philosophos Poetásque veteres ità familiares habuit, ut in numerato tenuisse videretur; ità dum scriberet, iis appositè faciléque utebatur. Stilus ei fuit omninò purus & comptus, non cothurnatus aut tumidus, sed nitidus, elegans atque facundus. Totus vir pietati litterisque natus, ob idque eruditis & religiosis notus & carus, dolendúmque tanti viri támque gravis, quæ præclarè gessit, scripsítque opera & decora posteris excidisse. Non diu post MDLXIV. è vivis abiit. En! quod superest.

Commentationes in Genesin doctæ & utiles & lectu jucundæ plurimis clarissimorum Hebrææ, Græcæ & Latinæ linguæ Authorum sacrorum & profanorum sententiis adeò ornatæ, ut ab æquo candidoque Lectore non sinè magno fructu & utilitate legi possint. Authore R. P. Guilielmo Hamero Novesiano Ss. Theologiæ Doctore, Ord. FF. Prædicatorum. Dilingæ apud Sebastian. Mayer in folio pp. 535.

In cæteros Moysis libros eâdem methodo scripserat, ùt ex epistola nuncupatoria colligitur; sed periisse videntur.

Echard. & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicatorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

GUILIELMUS INSULANUS patriam habuit Grevenbrocum, seu, ùt alibi nominat, Grevibrugum in Menapiis, quos ipse Juliacenses facit. In patria studiis adolescens operam navavit egregiè. Post in Italiam lustrandæ regionis parandæque prudentiæ gratiâ profectus, Patavii Nicolaum Leonicum Tomæum jam senem profitentem audivit, nec à medicinæ studio alienus fuit. Romam inde contendens, ùt erat elegantiæ sermonis Latini perstudiosus, in familiam se dedit, fuítque ab epistolis Raymundo Vichiano Cardinali, florente tum eloquentiâ Ciceronianâ Jacobo Sadoleto Cardinali, & Carpentoracti Episcopo; qui cùm ejus epistolam fortasse vidisset, vario dicendi stilo (ùt tum obtinebat) delectari deprehendit, monuítque, quo iste stimulo incitatus, gloriæque ac famæ aculeo ad Ciceronis se lectionem, alios ad idem scriptis invitando familiares, contulit, diuturnam ut sitim expleret. Scribit Cratepoel. ipsum in magna authoritate fuisse apud Pontificem. Tandem in patriam natu grandior, aulicæ pertæsus vitæ, revertit: Præpositus Ecclesiæ sancti Adelberti Aquisgrani renuntiatus, vixítque ad annum MDXLVII. decem ampliùs annis Erasmo superstes, qui ejus sæculi anno 36. extinctus est.

Varia ab eo scripta sunt editáque

1536. *Laudatio funebris Desid. Erasmi. Basileæ in 8vo, typo Roberti Ninter.*

1539. *Aula. Quo libello refelluntur & attenuantur criminationes in aulam Æneæ Sylvii ab Ulrico Hutteno conjectæ. Coloniæ & Francofurti 1606. in 8vo cum Aulico Balth. Castalionis.*

1540. *Ratio victûs salubris & sanitatis tuendæ. Coloniæ in 4to.*

1541. *Idem libellus ratio victûs, &c. Basileæ in 8vo.*

1541. *Ratio curandi febrim quartanam. Basileæ apud Oporinos in 8vo.*

1542. *Encomium febris quartanæ. Basileæ per Joan. Oporin.*

1542 *Dialexis de sacra Eucharistia. Coloniæ apud Joannem Gymnicum.*

1537. *Oratio suasoria ad Carolum V. Cæsarem & Franciscum Galliæ Regem pro pace concordiaq; statuenda. in 8vo.*

1547. *Statera Chalcographiæ, quâ bona ejus & mala appenduntur. Coloniæ 1617. in 12mo cum ejusdem Menapii observationibus.*

1549. *Divinatio extremorum mundi temporum. Coloniæ. Sylva seu miscellanea observationum Latinæ linguæ.*

1617. *Historicæ observationes Guil. Insulani Menapii. Colon. sumptu Bernardi Gualteri in 12. pp. 249.*

His præfixa est vita, quam hîc descriptam legis. Scribebat has observationes non tam historiæ, quàm linguæ Latinæ excolendæ, & popularibus à barbaro & solœco usu vocum Latinarum revocandis Coloniæ 1533. V. Kal. Decembris. Unde eas Guilielmo juniori Juliæ, Cliviæ, Montium Principi Domino suo inscripsit: quare rectiùs vocarentur linguæ Latinæ excolendæ observationes, & fugandæ barbariei parata cautela. Orationes nostri Insulani, præter historicas observationes jam dictas seu elegantias, sex ferè typis editæ circumferuntur, leguntúrque à studiosis cupidè in Ubiis. *Aubertus Myræus. Cratepœlius. Bibliotheca Belgica Foppens.*

GUILIELMUS LAURUS Anglus educatus in hæresi, divite familiâ; sed ob fidem Catholicam exul per 20. annos Belgium, Italiam, Hispaniam pervagatus Poëta, ùt describit eleg. XV. tandem Coloniæ resedit, ubi illustrem D. Lucam Opalinski à Brin Capitaneum Lezelscienscm videtur Mecœnatem sensisse: cùm ejus musa crebrò eum canat. Circa finem sæculi XVI. vivebat Coloniæ domicilio fixo. Carmine elegiaco non inepto solabatur fata sua & amicos, quorum ope vitam ægrè trahebat, demerebatur. Carmina varia inciderunt in manus nostras.

Elegia de Nihilo Nemini exulantium & afflictarum Musarum Mecœnati unico à Guilielmo Lauro Anglo exule & afflicto nuncupata. 1594. apud Lambertum Andreæ.

Mnemosynon miserantibus exulum sortem 1595. Dialogus elegiacus Ferdinando Coeoz. Colon. 1596. Omnibus Academicis Colon. Mnemosynon apud Mertzenich 1596. Stylum metire ex adjecto epigrammate:

Quæris, cur pauper sit Laurus, plenus & annis,
Et plenus experientiâ?
Dicam: sincerus fidei sum cultor avitæ,
Duobus haud inservio.
Præfero dilectæ patriæ, pietatis avitæ
Zelum, vis dicam ampliùs?
Cor omni sinè fraude mihi est. Vis omnia pauci.
Poëta sum, haud Politicus.
Qui legis hæc, faustam Lauro sortémque beatam
Exopta, & felix vive, diúque vale.

Guilielmi Lauri Elegiarum liber unus. Coloniæ apud Joannem Mertzenich 1597. pp. 64. in 4to, ùti reliqua omnia. Continet elegias XVII. præcedunt elogia Nanusii, Fevardentii, D. Theologi Roberti, Furneri Ss. Theol. D. Guilielmi Salmanni Canonici ad Ss. Apostolos, & Poëtæ laureati coævi, Joannis Politi Secretarii & Historici Serenissimi Ernesti.

GUILIELMUS MARIA LOHRER Ordinis B. M. V. Servita in Monte S. Crucis juxta Bonnam, Ss. Theologiæ Lector, Definitor perpetuus Provinciæ Bohemiæ. Vertit

Anreden und Sendschreiben JEsu Christi an eine jede Christliche Seel, erstlich von Joanne Justo Landsbergio Cartusiano beschrieben, anjetzo von neuem aus dem Lateinischen in das reine Teutsch übersetzt von R. P. Guil. Maria Lohrer. 1742. Cöllen und Franckfurt in Officina Noethen. in 8vo pp. 329.

GUILIELMUS STADEN Agrippinensis, adscribitur familiæ Benedictinæ in Cœnobio B. M. Virginis, quod Luxemburgi mœnibus subjectum est; subin Pastor in Sponheimb & Buckenaw. Scripsit

1. *Trophæa Verdugiana pace & bello ab Illustrissimis Verdugiani stemmatis Proceribus immortalitatis cedro appensa, historiis verè memorabilibus, eventibusque miraculosis, rerumque olim & nuper-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nuperrimè gestarum narrationibus elucidata. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1630. in 4to.

2. Oratio funebris dicta Guilielmo Verdugo Mecœnati defuncto Crucinaci 1629. 25. Januarii.

Plura dicuntur scripta nondum edita.

Ex Commentariis D. Seil Canonici Cunibertini.

GUILIELMUS, aliàs WILHELMUS TEXTORIS Tzewers de Aquisgrani, Ss. Theologiæ Doctor, & in Erphurdensi Gymnasio Professor fuit. Subin Ecclesiastes in Cathedrali (Metropolitana, ait erroneè Sixtus Senensis) Ecclesia Basileensi vigilantissimus, eruditione & conversatione præclarus, eloquio & genere dicendi scribendíque Scholasticus, Deiferæ B. M. Virginis Ecclesiæ Collegiatæ apud Aquasgrani Canonicus, claruit MCCCCLXXXV.

Eisengrein, Sixtus Senensis, Trithemius, Petrus à Breck

Ejus MSs. nondum typo edita sunt, quod sciam.

In Evangelium Joannis.

In Canonem Missæ.

Quæstiones disputatæ.

Itinerarium terræ sanctæ. MS. in Bibliotheca Tigurina apud Regulares Tongrenses extant sermones varii in Ecclesia Basileensi habiti.

Inter impressa extat in Collegio Colonienſi S. J. hic liber:

Eyn seer vruchtbars Boexken, genant Migrale dienende vur alle Gesunden und Krancken ader syeichen Christen Mynschen, und ouch eygende Unterwesonge der Brechtvaders und Dieners in der Firmerie, &c. Ist overgesatzt worden uis dem Latin in Duytzschen durch Lieffden des devoten Vaders und Prioris tzo Basel in der Cartuis, genant Sant Margarethen Dael.

Subjiciuntur icones agonizantium formis ligneis excusæ.

In fine libri lego:

Also endet sich dat gulden Sterffboich Migrale Von Tzobereydungen uis desen elendigen Daele, Gemacht und vergadert uis der heilger Schrifften Van der furleuchtede Doctor Wilhelm van Auch verfichten Ouch dar wesende eyn Chorher Tu uns Vrowen Munster Dem Godt dair vur den hemelschen troyn Muyss deilhafftich machen vur synen ewigen Loyn.

Finit Migrale de dispositione & modo bene moriendi sudorosè comportatum per venerabilem ac laude dignum Doctorem Theologiæ doctissimum Magistrum Wilhelmum Tzewers de Aquisgrano anno Domini MVCIII. decimâ quintâ mensis in profesto Paschæ Coloniæ impressum feliciter.

Gedrucks tzo Coellen up dem Aldemart tzo dem wilde Mann by Hermannum Bongart. Idem liber Latinè extat in Cartusia Colonienſi pulpito CC. n. 19.

Præparamentum saluberrimum Christiani hominis ad mortem se disponentis, quod collegit honorabilis vir Magister Wilhelmus Tzewers Ss. Theologiæ Doctor eximius, ac Deifere Mariæ Canonicus in majori Ecclesiâ Regiæ Sedis Aquisgrani. Impressum in 4to 1502. Coloniæ per me Hermannum Bongart.

Sermo devotissimus & magistralis de passione Domini, editus per eximium Ss. Theologiæ Doctorem Guilielmum Textoris de Aquisgrano, tunc Prædicantem in Basilea, virum quidem moribus & rerum experientiâ ac contemplatione maximum, & ad instantiam excellentissimi Doctoris Guilermi de Rupeforti Cancellarii Regis Franciæ ingenii & sanctimoniæ non minoris impressus. in 4to.

Extat in Cartusia Colon. DD. 217. 218.

GUILIELMUS WOLFF METTERNICH de Gracht in Diœcesi Colonienſi equestri genere natus 1563. Absolutis humanioribus litterarum studiis, Romæ à Collegio Germanico in Societatem JEsu cooptatus 1587. tantis illicò capitis doloribus conflictatus est, ut de eo dimittendo deliberaretur. Sed ille, quâ erat in susceptо consilio constantiâ, quamvis jam Sacerdos præoptâsset infimis Coadjutorum muneribus fungi, quàm abscedere. Philosophiâ & Theologiâ excultus, in Germaniam remissus est, ubi Ministri partes Moguntiæ, Rectoris Spiræ & Trevitis obiit. Variorum Provincialium socius, itinerum & curarum comes fuit: demum nostris spirituali institutione formandis diu cum laude operam dedit. Fuit in eo continuum prope orandi studium ac divina meditandi, ex quo tam uberibus de cælo deliciis abundabat, ut à lacrymis sibi temperare non posset, præsertim inter sumendum Ss. Eucharistiæ Sacramentum. Ardenter optabat Domini sui pro se mortui amore vitam profundere, si non posset cum sanguine, at certè in pestilentium obsequio aut simili munere charitatis. Tametsi corpus haberet laboribus, cauteriis, senio satis perdomitum, admovebat illi tamen quotidie cilicia, flagella, & alias afflictationes. Collegium Spirense annis 22. gubernavit, quo tempore viros natalibus & muneribus Ecclesiasticis, politicis & militaribus conspicuos, spiritualibus exercitiis excoluit, iisdem cùm Lotharium à Metternich Archi-Episcopum Trevirensem probè informâsset, in alium prorsus virum mutavit, habuítque illum post illa seu filium obsequentem tanto populorum subjectorum bono, ut Ernestus Mansfeldius, qui infestis copiis urbi imminebat, sola hujus Principis apud DEUM gratiâ crederetur repentè aversus fuisse. Postremis quatuor annis, quibus Coloniæ arma Suecica fugiens versatus est, plurimum operæ posuit in adeundis sacratum virginum domiciliis, quas Sacramentis refectas concionibus informabat, habebátque binas quotidie, & diebus sacris ternas. Dum ob plures, quos in se susceperat, labores moneretur, ut ætati & valetudini parceret, respondebat illud Apostoli: *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Demum laboribus succumbens, obiit Coloniæ trigesimâ Martii 1636. Edidit pios in orationem Dominicam Commentarios sub alieno nomine. Hoc titulo:

Iter vitæ seu oratio Dominica triplici sanctorum Patrum stellâ ac Commentario præeunte. Coloniæ typis Kinckii 1637. in 12mo.

Schedas varias ad pietatem inflammandam compositas de actu contritionis, examine conscientiæ, oratione pro defunctis, antidotis contra ebrietatem, juramenta & blasphemias, & aliis id genus, quas passim ad frugem faciendam in stineribus dispertiebatur.

Ex annuis Collegii Colon. S. J. tum vita edita à Collegio Paderbornensi S. J.

H.

HARINGUS SIFRIDUS SYNNAMA nobilibus parentibus in Hagis Frisiæ natus (Trithemius scribit Coloniæ vulgò fuisse appellatum Hermannum) fuit celebertimus juris utriusque Doctor in Universitate Colonienſi & Professor publicus, docuit ibidem cum magna gratia: cùm ad juris explicationem adferret subsidia Logicarum artium, & maximè lumen Dialectices, quo prælucet illis, qui methodi studiosi sunt. Subin fuit Consistorii Imperialis Spirensis Assessor. Floruit circa annum 1494. Ob singularem prudentiam, quam in consultationibus declaravit, perquam gratus fuit non vicinis solùm Principibus, sed etiam Imperatori Maximiliano I.

Scripsit ea, quæ recenset Trithemius, qui tamen singulis toto juris corpore singulos titulorum libros metitur, & totidem expositionum libros illi adscribit, quot sunt in universo corpore tituli, quod & Bibliothecæ postea secutæ sunt.

Operis editi frontispicium simpliciter hoc est:

Expositiones sive declarationes titulorum utriusque juris. Versâ deinde paginâ titulus hic habetur: *Expositiones sive declarationes titulorum V. I. cum continuatione secundùm mentem glossæ & DD. & aliquali ac compendioso intellectu Nigri, adjunctis extravagantibus, de pace scilicet Constantiæ, & aliis constitutionibus Friderici II. Henrici VII. Caroli IV. sub aurea Bulla, ac etiam Friderici III. Imperatoris collectæ per egregium virum M. Haringum Sifridum Synnama de Hagis Frisiæ, Pontificii ac Cæsarei juris Doctorem in florentissima Universitate Colonienſi ad profectum cupientium in jure habere notitiam.*

Excusum est hoc opus in folio Coloniæ per Joannem Koelhoff Lubecensem 1400. Scripsit præter hoc opus & alia quædam, teste Trithemio, quæ Petrus Suffridus scribit à se videri non potuisse.

Ex Suffrido Petro Leovardiensi utriusque JC. historico Frisiæ Canonico ad Ss. Apostolos in libr. de Scriptoribus Frisiæ decad. 8. C. 9. Bibliotheca Belgica Foppens.

HARTMANNUS MAURUS legum Professor, Consiliarius Hermanni à Weda Archi-Episcopi Electoris Colonienſis, à quo anno 1520. Aquisgranum præmissus fuit cum Florentio de Yselstech Regio Magistro Equitum, ut omnia ad coronationem necessaria præpararentur, & difficultates expedirentur. Dicavit Ferdinando Archi-Duci libellum hoc titulo:

Coronatio Caroli V. Cæsaris apud Aquisgranum per Hartmannum Maurum Hermanni Archi-Episcopi Colonienſis Consiliarium, qui ei coronationi interfuit, descripta. Coloniæ Henricus Mameranus excudebat 1550. in 12mo pp. 9.

HEIMERICUS DE CAMPO natus est in oppidulo prope Buscum-Ducis, dicto *Sol*, teutonicè *Sonn*, ùt ipsus manu suâ notavit in libro Decanali Facultatis artium Colon. In Bursa Laurentii Colonienſi Philosophiam docuit, & creatur concorditer Decanus anno 1418. in profesto beati Thomæ Apostoli apud Carmelitas (solebat enim eo ævo Rector Universitatis & Decanus Facultatis artium loco uno & eodem eligi) rursum 26. Maji 1424. in claustro Prædicatorum continuatur in Decanatu Facultatis artium, absens licèt, quia erat Ambasciator Universitatis Colonienſis pro rotulo præsentando D. Papæ, assumptus unà cum alio Ambasciatore ad Concilium Basileense. Jam dudum Baccalaureus sacræ paginæ & Presbyter Diœcesis Leodiensis (ad hanc enim eo sæculo spectabat Buscum Ducis) demum Regens Burſæ Laurentianæ & Vice-Cancellarius Universitatis fuit. Doctrinam Alberti Magni, quæ suo in Gymnasio florebat, strenuè voce & calamo propugnavit contra Thomistas Burſæ Montanæ. Cùm anno 1426. fundaretur à Joanne Brabantiæ Duce, Academia consentiente Eugenio Papâ, Magistri ex Universitate Colonienſi postularentur, unus è multis Heimericus delectus, & post 1429. Lovanium profectus fuit, qui quindecim annis nascentis Universitatis Theologicam Cathedram rexit & moderatus est: creatus subin Canonicus Collegiatæ Lovanienſis D. Petri, itémque Anderlechti. Magnas ferat Lovanienſis studii apud religiosos Bethlehemitas haud procul Lovanio transigere amabat sacro in otio, imò negotio laboriosissimo: nam eos Ascetas docebat *Complementa artis & scientia Raymundi Lulli*, quod *omne scibile* prænotabat. Difficiles has quæstiones pertæsus Joannes Cornelii, ejusdem domûs Religiosus scripsit libellulum hoc titulo: *Omne scibile pauperis.* Diem obiit supremum Lovanii anno 1460. Scripsit

1. Circa 1420. *Problemata de doctrina universalium ex mente Alberti Magni contra S. Thomæ sententiam:* quæ post typum eo sæculo inventum Coloniæ impressa fuêre 1490. Teste Mattaire in Annal. Typographiæ hoc titulo:

Problemata inter Albertum Magnum & S. Thomam ad utriusque opinionis intelligentiam multum conferentia, edita à disertissimo viro Heimerico de Campo, artium & Theologiæ Professore eximio.... In fine... *Acerrimi Argumentatoris atque acutissimi difficilium nodum in Philosophia, sed & in Theologia materiarum Resolutoris Laurentii Burſæ Agrippinæ Coloniæ Gymnasii olim Regentis, artium & sacræ Theologiæ profundissimi Professoris Heimerici de Campo problemata accuratissime per Arnoldum Dammonis, alias de Remmertzvallis artium Magistrum & Ss. litterarum Licentiatum castigata, omni penè studenti nodum utilia, verùm necessaria. Operâ & impensis Joannis Landensis civitatis Coloniæ incolæ intrà sedecim domos moram ducentis impressa. Finiunt virginalis partus millesimo quadringentesimo supra nonagesimum, sexto decimo Calendas Aprilis Re-*

cusa

cusa 1517. teste Eisengreinio & Trithemio sequentia:

2. *Promptuarium argumentorum disputatorum inter Lilium Albertistam & Spineum Thomistam*

3. *Reparationes naturalis Philosophiæ secundùm. processum Albertistarum & Thomistarum. in 4to Coloniæ 1492.* Hi duo libri nonnisi hoc anno, quod sciam, typo vulgati fuêre: sed videntur ejusdem Heimerici & 60. aut 70. annis ante scripti.

4. *Compendium quæstionum.* Incipit: *Post pleraque occasio.*

5. *Super sententiarum Magistri libros IV.* Incipiunt: *Ut dicit Augustinus.* In Parisiensi Cœnobio extra Lovanium Autographum extare dicitur.

6. *De esse & essentia.* Incipit: *Esse non esse repugnant.*

7. *Compendium Divinorum Lib. IV.* Incipit: *In hoc opusculo.*

8. *De authoritate Concilii tractatum*, in quo Eugenii factioni adhæsit, & sui consilii rationes reddit, scripsit inductus ab Nicolao Cusano Cardinali

9. Eodem tempore scripsisse fertur *Apologiam, cur recesserit à Concilio Basileensi, & Eugenio IV. Papa adhæserit.*

10. *Disputatio de controversiis fidei inter Bohemum & Catholicum.* Extat MS. apud Regulares Tungrenses.

11. *Compendium Ethicorum Aristotelis.*

12. *Compendium ejusdem super librum: Flores Philosophiæ.* Extat MS. in Cartusia Colonienſi.

13. *Sermonum Doctorum & elegantium penè infinitum numerum.*

Teste Joan. Impens in Chronico Bethlehemitico Manusc. libro V. art. XIII. §. 8. contulit huic Conventui.

14. *Duas partes expositionum in Apocalypsin.* Scripsit adhuc Heimericus eodem teste

15. *Tractatum de laude solitudinis.*

16. *Pro inclusione Canonicorum Regularium.* Teste Molano L. IV. de Picturis C. XII.

17. *Tractatum de imagine Christi, è cruce depositi, & in sinu Matris funerali linteo involuti.*

18. *Judicium de pueris anno 1458. catervatim euntibus ad S. Michaelem*, quo scripto respondet Dionysio Cartusiano de hoc mirabili eventu ad Heimericum scribenti, teste Joanne à Marhout L. MS. de mirabilibus eventibus Cap. CXXIX.

Foppens Bibliotheca Belgica.

HELIAS MARCÆUS Juliacensis, à Domino Antonio Abbate Werthinensi Monasterii Divorum Machabæorum in Colonia per Reverendissimum Archi-Episcopum Colonienſem Commissario constituto Rector & Moderator Monasterii Machabaici fuit positus. Anno 1505. cum Joanne Trithemio Abbate tum Coloniæ præsente amicitiam contraxit, ùt ipse narrat Trithemius in epistola quadam. Profusam liberalitatem viri hujus in templo Machabæorum restaurando, ornando, intus, deforis epistolâ justâ descripsit Ottwinus, Gratius coævus. Scripsit:

Sent Salamone Martyr mit seben Kinder Macabeen figuren die Schmertz und Druck Mariæ und Lyden ihres Kindes JESU. Inscriptio: *Der Durchleuchtiger hoch-geborener Furstinne und Frawen, Frawen Sibillen geborene Marckgraffinne von Brandenburg, Hertzoginne zu Julich, zu dem Berge, und Graffinne zu Ravensberg. Wedùwen, geschreven und affgeverdicht in Colne by den selvigen hilligen Macabeen. Int jaer uns Herrn dusent vunffhondert und seventzein up den XVIII. Daig des Moyntz May geendet. Helias Mertz V. F. G. geborner Underdaen. in 4to pp. 7. Funfftzehn Bilder der Martyrer Macabeer. Extat apud D. Canonicum Seil.*

Carmen de divis Martyribus Maccabæis patrio rythmo descripsit, figuris pictis ornatum, & venustè excusum contexuit, & Illustrissimæ Dominæ Sibillæ quondam Guilielmi Ducis Juliæ uxori dicavit.

Latinum id Joannes Cincinnius Lippiensis, integerrimus Christi Sacerdos, & Reverendi Patris ac Domini insignis Cœnobii Werthinensis à sacris vir sæcularis, *ex Alemannico idiomate fecit.*

Edi idem Helias curavit *varia ad Maccabæorum historiam pertinentia*, & Erasmi ope Latinum fieri curavit *Flavii Josephi libellum de rationis imperio:* quo historia martyrii Maccabæi diserte exponitur. Hanc versionem suam Erasmus Heliæ Marcæo dicat anno MDXVII. typis Eucharii Cervicorni. Addi voluit Helias eidem typo, quæ Usuardus, Rabanus, Bernardus, Petrus Comestor Alcimus, Joannes Balcth, Hugo Cardinalis, Antoninus liberaliùs, quàm fundatiùs suggesserunt.

HELMICUS AMORIS de Zutphania, professus est inclytum Ordinem Crucigerorum in Conventu nigræ paludis Diœcesis Colonienſis, qui & Venlenſis Conventus dicitur. Subinde Prior datus fuit Conventui Namurcenſi, ac Definitor Ordinis creatus, demum in Priorem Generalem totius Ordinis Crucigerorum eligitur circa annum 1415. fuitque tertius à reformatione, sed decimus nonus Generalis ab exordio, vel, ùt volunt, ab ejusdem in occidente renovatione. Tam feliciter impositum munus auspicatus, instituit Conventuum reformationi, Martini Papæ favore suffultus, qui eidem plenariam authoritatem rebelles & fugitivos excommunicandi ac capiendi cùm per se, tum per alios atque incarcerandi concedebat. Datum Romæ apud sanctum Petrum 13. Kalend. Maji, Pontificatûs sui anno 7. Nec Pontificio contentus tutamine, etiam imperiale sibi asciverat præsidium; impetrato à Sigismundo Imperatore diplomate, quo ordinem & domos, & bona omnia in suam & imperii protectionem sumit. Extat utrumque diploma apud Henricum Russelium. Has imperialis protectionis litteras renovavit anno 1456. Fridericus Imperator, & postmodum Maximilianus atque Carolus V. itidem Imperatores, quorum posteriorum litteræ extant Namurci. Jam firmis munitus præsidiis, R. Pater præcipuos Germaniæ Conventus Colonienſem Vallis sancti Matthiæ, Aquenſem, Asperenſem, &c. reformavit, inde in Franciam profectus, cum adjutorio regalis providentiæ Parisienſem quoque reformavit Conventum, quem cæteri tandem sunt secuti. Rursus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sus ad Angliam conversus, assumptis è Conventu Huensi honestis ac devotis Fratribus, Henrico de Vyaria, Wilhelmo & Joanne de Landorp generis animique nobilitate præstantibus. Item F. Henrico de Arschot & F. Joanne de Grimmen converso anno Domini 1430. visitandis ejusdem regni Monasteriis se exposuit, ubi variis rebellium insidiis ac molestiis superatis, socios per diversa Cœnobia distribuit, qui suo cæteros ad vitam spiritualem informarent exemplo, qui & ibi omnes feliciter obierunt. Rev. autem Pater Huum reversus, suam Basilicam aliquot altaribus decoravit, sicque, cùm dilexisset decorem domûs DEI in terris ad decorem domûs cælestis aspirans anno 1433. in Capitulo generali cum decem & octo annis verè paterno præfuisset amore, cessit officio, elegitque sibi locum specialem quietis & tranquillitatis Conventum Asperensem, sed anno sequenti electus in Priorem Vallis S. Matthiæ, eique Conventui incorporatus, cùm solitariam vitam in mediis sylvis se speraret adeptum, absolutionem ab omni onere propter quorundam Fratrum molestias petens, à suo Successore in officio Generalatûs Ivodium transfertur, ubi in ejusdem domûs regimine vitam cum morte commutavit temporalem incarnati Verbi anno 1441. 5. Kalend. Augusti. Scripta ab eo

Anatome seu medullata & exactissima explicatio parabolarum seu proverbiorum sapientissimi Salomonis juxta quadruplicem sacræ Scripturæ sensum, per Reverendissimum D. Helmicum de Amore Zutphaniensem, Ordinis S. Crucis à restitutione decimum nonum, à reformatione verò tertium Magistrum Generalem, Domûs Nigro-Paludanæ Professum circa annum 1420.

Extat MS. in Conventu Colon. S. Crucis.

Henricus Kusselius in Chronico Ordinis Cruciferorum.

HENRICUS Præpositus Ecclesiæ B. M. V. de Gradibus Coloniæ, & Scholasticus S. Gereonis, magnus sui temporis Theologus.

Gaude felix Agrippina. Hæc sequentia de Patronis Colonienſibus pulchra quidem est & devota; sed non ubique satis Latina. Si conjectura aliquid valere potest, existimarem hujus sequentiæ Authorem esse Henricum Præpositum B. M. V. ad Gradus

Sequentiam de S. Gereone idem scripsit.

Majestati sacrosanctæ
Militans cum triumphante
Jubilet Ecclesia.

Sequentiæ in festo S. Gereonis in Ecclesia Colonienſi tantùm:

Rex sempiternæ lucis Author unice.

Censet Henricum dictum Authorem esse *Schultingius Bibliothecæ Ecclesiasticæ Tom. 1. p. 2. pag. 163. & 165.*

HENRICUS ALDEGREVE Susati in Westphalia Diœces. Colon. anno 1502. natus, videtur ex Alberti Duren discipulis esse, qui eo sæculo nascentes inter Germanos vocabantur, *Kunstschneider*, *Cælatores*, quòd in æs aut lignum incidere figuras quasvis aptè scitè nôssent, & in Aldegravii figuris multa lineamenta artis Durenæ & vestigia Magistri observantur. Fama est Norimbergæ eundem resedisse. Insignis delineator, vasto ingenio: cujus picturæ accuratæ & magni pretii, paucæ ex iis extant: icones æri incisæ ab eodem ab 1525. ad 1555. numerantur 279. sed inferiores picturâ. *Opmerus in Chronico pag 470.* affirmat, eum adeò excelluisse arte pictoriâ & incisoriâ, ut in Germania parem non habuerit. Obiit Susati, teste *Stangefolio L. IV. Annal. Circuli Westphal.*

Joachimus von Sandrart Tomo II. P. II. pag. 79. Teutscher Academie von Bau - Bild - und Mahlerey - Künsten.

HENRICUS DE ANDERNACO natione Teutonicus Colonienſis Diœcesis, vir tam in scripturis divinis, quàm in sæcularibus scientiis studiosus & eruditus, ingenio promptus, & disputator acutus. Scripsit

Volumen insigne super sententiarum Lib. IV.

Sermones de Tempore Lib. I.

Sermones quoque de Sanctis Lib. I.

Quæstiones Philosophiæ. Sed & alia quædam composuit.

Daniel à Virgine Maria Specul. Carmelit. P. V. n. 3086. ex & post Trithemium. Consentit Eisengrein Catal. test. verit. ad annum Christi 1472.

HENRICUS ab AQUILA Carmelita & Prior Conventûs Colonienſis, Ss. Theologiæ Doctor Parisiensis, fuit unus ex illis Magistris & Doctoribus Parisiensibus, qui pro defensione Joannis XXII. Papæ acriter se opposuerunt contra N. Ministrum Generalem Ordinis Minorum, qui hoc tempore Lutetiam Parisiorum veniens, unà cum sui Ordinis Magistris opinionem illam & sententiam de DEI visione, scilicet fruitione beatifica non nisi post diem judicii animabus Sanctorum futura, tanquam à Joanne prædicto traditam & approbatam publicare & propugnare volebat, quem tandem Philippus inclytus Franciæ Rex palinodiam canere adegit: scripserat námque Pontifex ad Regem, conquestus rem sibi à malevolis affictam: quia ipse nihil ea de re statuerat, sed tantùm testimonia veritatis indagandæ causâ collegerat. Moritur Coloniæ 1345. Scripsit inter cætera

Contra Petrum de Crosa librum unum.

In Cantica Canticorum librum unum.

In quodlibeta libros duos.

In quæstiones ordinarias librum unum.

Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta. Possevinus in apparatu sacro. Frisius, Metius, Gesnerus, &c. Commentarii Eximii Brunonis Provincial. Carmel.

HENRICUS BALTHASAR BLUM Kempensis, absoluto curriculo elegantiorum literarum, Justiniano se addixit, & ab Excellentissimo Domino Comite Virmondio Wetzlariensis Cameræ Augustæ Præsidi accitus fuit, ut ab epistolis secretis esset.

Scripsit in nuptias Excellentissimi Domini sui & Elisabethæ Mariæ Comitis Nesselrodiæ anno MDCCXLI. *Epithalamium* elegiaco numero, typis Winckelerianis Wetzlariæ publicatum hoc titulo: VENUS PLACATA.

HEN-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

HENRICUS BLYSSENIUS Colonienſis Romam ad exordia Collegii Germanici 1552. miſſus, ibi annos natus 15. in ſociorum JESU numerum adſcribi voluit & impetravit. Deinde & ad noſtrum inſtitutum conformatus, & bonis literis feliciter inſtitutus, ſacræ Theologiæ Doctor in Romano Collegio primus Sociorum Martino Olavio creatus eſt 1556, & mox ad nova Collegii Pragenſis fundamenta cum aliis undecim jacienda à S. P. N. Ignatio deſtinatus eſt. Ibi, emiſsâ profeſſione votorum quatuor, & ſacram Theologiam cum laude docuit, & 1661. Collegii Rector conſtitutus eſt, quo per novem annos adminiſtrato, Græcenſe poſt etiam primus toto quinquennio gubernavit, & totius deinde Provinciæ Auſtriæ præpoſitus Provincialis fuit. Demum, cùm Græcenſis Collegii & inſtitutæ tum primùm in eo Academiæ Rector eſſet renuntiatus, vir domi forisque rari admodùm exempli migravit è vita Græcii die 24. Aprilis 1586. Edidit

Defenſionem aſſertionum Theologicarum de vera & ſacroſancta Chriſti, quam habet in terris. Eccleſia militante contra diſputationem oppoſitam Herbrandi, Tubingenſi Hæretici. Ingolſtadii apud Davidem Sartorium 1577. in 4to.

Tractatum de uno geminóque ſacræ Euchariſtiæ Synaxeos ſalubriter percipiendæ ritu & uſu, contra graviſſimos adverſariorum errores. ibidem in 4to 1586.

Prodiit 1672. liber: *Gloria Univerſitatis Carolo-Ferdinandeæ Pragenſis*, cujus pag. 27. Henricus Blyſſenius dicitur primus inter ſocios JEſu creatus Doctor Theologiæ, primò Theologiæ roſtra Pragæ conſcendiſſe: idem elogium ejuſdem iconi in æs inciſæ encomio XXIII. p. 110. legitur; verùm, ùt ait *Author criticæ Miſcellaneæ Francofurti* 1692. apud Fievet editæ in 8vo p. 1. 2. 3. fallitur Philippus Allegambe in Bibl. Scriptorum S. J. nisì intelligatur de ſociis Romæ creatis ab Martino Olavio, quos inter primus fuit Blyſſenius anno 1556. qui fuit ultimus vitæ ſancti Ignatii.

Cæterùm tres magni viri & ſocii Alphonſus Salmero, Claudius Jajus, & Pragæ minimè tacendus Petrus Caniſius ſeptennio ante 1549. ipſo S. Franciſci Seraphici die renuntiati fuêre Doctores Ss. Theologiæ, jubente & volente ſummo Pontifice, ab Eximio Ambroſio Catharino celeberrimo Ss. Ord. Prædicatorum Theologo Bononiæ, cui ſacro Ordini vicem reddere viſus eſt Caniſius, dum ex eadem S. Dominici familia eximium virum Joannem Fabrum Ingolſtadii Doctorem creavit. *Vide Raderum L. 1. vitæ Caniſii C. IX.*

HENRICUS BODEKER Dringenbergæ in Diœceſi Paderbornenſi mundo datus 1640. 1mâ Octobr. Societati JEſu 1661. 15. Novembr. in qua profitetur quatuor vota 1676. Monaſterii Weſtph. Poſt humaniorum litterarum doctrinam Romano ſermone ad Academicos, ſubin patrio Monaſterii Weſtphalorum, demum ad Cathedram Ædis Metropoliticæ Colonienſis accitus, annos undecim civitatem ab ore ſuo pendentem habuit, Operarii Ignatiani vera idæa; quandoque agente intus ſpiritu hebdomade unâ ſexies, die uno bis dicebat ad famelicam turbam verbo divino paſcendam. Nec interea ægrotantibus per urbem, nec confeſſuris peccata ſuo in tribunali deerat, febrisque aut diarrhææ dolorosa indicia jejuniis aut laboribus velut præſenti medicinâ fallebat aut depellebat: legimus enim (id quod coævi oculis uſurpabant) in defuncti ſcediaſmatis Deiparæ ope ante orationem imploratâ ſupra vires & tempus longè protractas fuiſſe ſacras conciones, & vegetiorem deſuiſſe, quàm cœpiſſe. Erat eidem acies oculorum ab initio debilior, voto nuncupato per Xaverium Patronum nihil per omnem vitam ſequentem moleſtiæ expertus eſt. Eâ fuit prudentiâ, ut à conſiliis toti Provinciæ annos multos fuerit. Triduo ante finem vitæ univerſæ vitæ noxas confeſſus, animam expiatam Creatori reddidit Coloniæ 25. Novembr. 1688. magno ſuî apud omnes relicto deſiderio, & odore boni exempli in Societatem redundante. Scripſit Germanicè & Latinè

Guldener Rauch-Altar, oder guldenes Bett-Buch wohl verſehen mit heylſamen Unterrichtungen aus den Gebettern der Kirchen, der heiligen Vättern und Pſalmen Davids. in 8vo Cölln bey J. Poll mit Kupffern.

Altare aureum incenſi, ſive libellum aureum exhibentem inſtructiones, documenta, preces ex Eccleſiæ Patribus & pſalmis collectas, operâ P. H. Bodecker, Coloniæ in 8vo minore impreſſum 1685. Recuſum tertiò 1737. in 8vo Coloniæ ſumptu Joannis van der Poll pp. 629. ibidem 1734. in 12 Eodem anno in 18vo. Idem Latinè 1735. in 12. in eadem typographia.

1686. *Mors beata conformis morti Salvatoris. Coloniæ typo Kinckii.*

HENRICUS BOCK ex nobili Bockiorum familia, Carmelita Conventûs Colonienſis, floruit circa annum Chriſti 1320. in Carmelo Spirenſi, Lector ſententiarum. Anno 1426. à Rabano Helviſtar. Epiſcopo & Principe Spirenſi aſſùmitur in Suffraganeum, & à Martino Papa V. creatur Epiſcopus Myrenſis, de quo Romæ in regeſtis Pontificalibus ſic legitur: "Henricus de Colonia Ordinis Carmelitarum electus eſt Epiſcopus Myrenſis undecimo Kalendas Maji anno 1426." Factus Epiſcopus omnem exteriorem pompam & ſplendorem modeſtè declinans, in Monaſterio Ordinis ſui inter Fratres reſedit, ibique ad plurimorum quà Eccleſiaſticorum, quà ſæcularium deſideria & vota, Confraternitatem ſancti Sebaſtiani Martyris inſtituit, novo ſacello cum altari erecto, & ab ipſo conſecrato. Moritur in Carmelo Spirenſi anno 1443. die 14. menſis Octobris. Ante majorem aram ſepultus ſub lapide, totam ejus perſonam pontificaliter ornatam exhibente. Cernitur ejus depicta effigies in aula hoſpitum Carmeli Colonienſis inter plures alios viros illuſtres, cum hac epigraphe: *R. D. Bock Epiſcopus Myrenſis, Suffraganeus Spirenſis Magiſtrum ſententiarum doctiſſimis Commentariis illuſtravit.*

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitæ.

HENRICUS BOICK de Wilſtein, natione Weſtphalus, Carmelita Colonienſis, vir pietate, religione & ſcientiâ illuſtris, quam proinde ob

causam insulâ episcopali donatus, Croatiensis Episcopus ordinatus est tempore Innocentii Papæ VI. Obiisse creditur 1366. post illum siquidem annum nulla ejus reperitur memoria in libris antiquis Provinciæ. Varia scripturarum monumenta posteritati consecravit.

De celebratione Missarum lib. 1.
Epistolarum familiarium alterum.
Ad Joannem Hildesheimensem tertium.
Ex Commentariis eximii Brunonis Tevvis Carmelit. Daniel V. Maria Specul. Carmeli parte V. Gesnerus, Possevinus, Metius.

HENRICUS BOMELIUS patriâ Geldriensis, alius videtur ab Henrico Bommelio *in Bibliotheca Belgica Foppens*, & alius ab eo, qui libro 1. Decanali Facult. artium Colon. legitur Magister Henricus Bomel de Xantis Licentiatus in Decretis interfuisse reformationi Facultatis artium Coloniæ anno 1440. die S. Matthiæ conclusæ, Concionator Vesaliensis, claruit 1546. Scripsit

Pravæ notæ librum.
Lamentationes Petri sive Novum Esdram.
Gesner. Bibliotheca.

HENRICUS de BOSCO DUCIS Ordinis Fratrum S. Crucis Colonienſis, Scriptor, Theologus & Ecclesiastes. Geminum indicem confecit, alterum Theologicum, alterum concionatorium.

Postillatio super psalterium 1464. scriptum seu compositum continet quatuor volumina in folio.
Ex Commentariis Conventus Colonienſis sanctæ Crucis, ubi MS. extant.

HENRICUS BREWER Julias. In Tricoronato Gymnasio hausisse eundem bonas litteras, probo ex Kinckii epigrammate, quo in tres historiæ profanæ Scriptores vel Epitomatores lusit.

Triplicis Authoris studio fabricata theatri
In lucem moles prodiit historici:
De trino Ubiaco descendat Alumnus in illo,
Gymnasio Brachel incola Montis adest.
Laurigerâ Thuldenus adest de Gymnade; Brewer
E Tricoronatâ (sic jubet ordo) scholâ.

Fuit Ss. Theologiæ Licentiatus, Monialium Ecclesiæ majoris Nazareth Rector, post Parochus sancti Jacobi apud Aquas Grani. Scripta ab eo

Historia rerum notabiliorum, quæ ex anno 1661. in annum 1671. in terris utriusque Imperatoris, Electorum, Principum ac Statuum utriusque Germaniæ accidêre. Breviter ac succinctè per Henricum Brewer Juliacensem adornata enarratio, sive historiæ Brachelio-Thuldenianæ continuatæ pars VII.

Adjiciuntur seorsim ad majorem elucidationem *Memoralia, litteræ, transactiones, pacta, fœdera, pacificationes, aliáque publica scripta. Coloniæ sumptu Joannis Antonii Kinckii 1662. in 8vo pp. 356.*

Tractatus politici continentur pp. 224. & additamento pp. 79.

Historia rerum notabiliorum, quæ ex anno 1661. usque ad annum 1673. in regnis terrisque Christianis extra Germaniam, puta in Italia, Hispania, Gallia, Anglia, Suecia, Polonia, Lusitania, Dania & Moscovia contigêre, enarrata brevite & succinctè pro historiæ universalis Brachelio-Thuldenianæ continuatione per Henr. Brewer Ss. Theologiæ Licentiatum cum scriptis & tractatibus publicis huc facientibus. Coloniæ sumptibus Joannis Antonii Kinckii 1675. in 8vo pp. 203. Tractatus pacis seorsim suis cifris singulæ, uti accessêre, impressæ, non sub uno numero.

Lusit in ejus historiam non inerudito epigrammate Joannes Buecken Ss. Theologiæ Licentiatus, Pastor & Canonicus Bonnensis sumpto ex etymo nominis teutonici *Brevver.*

Quid hôxti? Brewere boni? proba ais? probo, laudo:
Non es cervisiæ coctor, at historiæ:
Hanc sinus Lector Pitisset, & ante malignè
Expiere abstineat, quàm meliora coquat.

Præterea ab eo editum opusculum pœticum Chronicis mixtum, cujus titulus: *CrInItVM poLI sIDVs*, dictum Archi-Episcopo Colonienſi ab eodem scriptum, cùm esset Bonnæ Vicarius Collegiatæ Ecclesiæ, & Patochialis Sacellanus. Bonnæ 1668.

Der in der Reliquien Verehrung rechtschaffen Catholisch und wahrhafftig grosser Käyser Carl bey gewöhnlicher Eröffnung der Aachischen Schatz-Kammer Heiligthumbs durch Henricum Brewer, Ss. Theol. Licent. und Pastorn zu St. Jacob hieselbsten. 1685. zu Aachen bey Johan Henrich Clemens gedruckt in 12mo pp. 51.

1681. edidit Thomæ à Kempis Biographiam. Coloniæ in 8vo pp. 79. typo Alstorff. Dicatus Innocentio XI. PP. & Maximiliano Henrico Arch. Conatur hoc libello Brewerus librum de imitatione Christi Thomæ nostro vindicare, æmulatus Rosweidum & Werlinum causæ ejusdem Patronos anteriores.

HENRICUS von der BROKE 1375. 29. Novembris regimen suscepit Capellæ sancti Benedicti Tremoniæ, & (ut refert D. Mulherr) etiam Pastor fuit Ecclesiæ sanctæ Mariæ in urbe Tremonensi, verosimiliùs sancti Reinoldi. Scripsit

Chronicon excurrens ad annum 1391. cujus titulus: Historia sui temporis.
Ex originibus historiæ Westphalicæ J. D. von Steinen.

HENRICUS COLENDAL natus Coloniæ 1672. 15. April. in Universitate Colonienſi Magister artium promotus accessit Societati Trevitis 1690. Junii 16. votis factis post biennium, lustro uno mansuetioribus musis juventutem imbuit. Theologiam universam quantâ ingenii felicitate propugnârit, loquuntur scripta polemica, quibus ille Hæreticos & provocavit non semel, & exagitavit acerrimè. Simul ac Geistæ ascesi Ignatianâ animum pavit, dictis quatuor votis solemnibus 1705. 15. Augusti ingenti siti divini honoris propagandi æstuare cœpit. Progressus ad rostra Osnabrugensis Cathedraticæ rapuit in se oculos ac animos omnium facundiâ cum intima Theologiæ scientia conjunctâ. Simili admurmuratione Dresdæ Capellanus Regius sexennio coram Augusto Poloniæ Rege & Electore Saxoniæ, ac demum Coloniæ in Capitolio Ecclesiastes fuit. Secessûs causam è Saxonia R. P. N. præpositus Generalis Tambu-

Tamburinus litteris datis gratulatus est: quod pro Catholicorum libertate excellentissimo Comiti de Flemming Lutherano palàm obsistere non dubitârit. Cederet modò tempori & Evangelii ergo lucro apponeret migrationem. Eloquentiæ haud modicum decus addebat suave ac placidum Patris Henrici ingenium fuci ac duplicitatis nescium. 1719. affectus catharro apoplectico, ne concionandi æstu ingravesceret malum, ad Socios Essendienses & excellentissimæ Dominæ Comitissæ de Rittberg S. R. I. Principis Abbatissæ conscientiam gubernandam missus fuit. Subin Dusseldorpii, demum nostræ domûs Colonien sis Rector & verbis zelo DEI plenus, &, quo licuit, obsequiorum genere subditos sibi devinxit. Incredibile est, quot stimulos subderet adolescentibus ad ingenuas artes, quàm in omnibus Academicorum congressibus triumpharet, omnésque officii partes explere sibi videretur; si cum summo splendore templi & Gymnasii incrementa ipse aut excogitâsset, aut ab alio profecta intelligeret. Sub extremum Rectoratum catharris iteratis obrutus, ad mortem se accinxit, quam sanctè obiit 23. Januarii 1729. Edidit sequentia:

Nullitas Sacerdotii Lutheranorum. in 8vo Coloniæ apud Servatium Noethen 1713.

Amica confabulatio Catholicum inter & Lutheranum de existentia Sacerdotii inter Lutheranos. ibidem eâdem formâ 1710. *& Osnabrugi typo Kislingio.*

Osnabrugensis rusticus edoctus à Catholico Ecclesiaste methodum, quâ facillimè demonstrat inanitatem Sacerdotii Lutheranorum. ibidem eâdem formâ. Hic libellus ob mirum, quo conditus est, leporem plus vice simplici recusus. Osnabrugi 1711. *prodiit.*

Epistola ad Magistrum Henricum Christianum Meyer Ministrum Lutheranum Osnabrugensem in æde B. Virginis, quâ ineptum ejusdem Bubulcum excutit & relegat. Coloniæ eâdem formâ. Tria hæc opuscula bis ante edita fuerant in 12mo Osnabrugi.

Funebris laudatio Germanica Josephi primi, Augusti Regis Romani in Ecclesia Cathedrali Osnabrugensi, dicta 7. Julii 1711. *impressa Osnabrugi in folio apud Godefridum Risling.*

Oratio funebris in exequiis Josephi Lotharingiæ Ducis Generalis Cæsarei mortui in Italia ex vulnere, sub titulo: Senex juventus post fata. in folio 1706. *Osnabrugi typis Gerardi Schorlemmer.*

Methodus eliciendi contritionem ex fide firma, spe ac charitate perfecta unà cum motivis 25. *idoneis ad fugam peccatorum excitandam Germanicè suppresso nomine. Coloniæ in 8vo* 1719. *apud Joannem Engelert.*

1711. *Osnabrugi abominatio blasphemi mendacii contra Gerardum Meuschen, qui in edito libello sacrosanctum Missæ sacrificium appellârat abominationem abominationum. Eodem hoc anno*

Translatus Germanicè Thomas de Kempis cum additamento post quodvis capitulum, praxeos doctrinæ in præcedenti capitulo contentæ & orationis, quem Gallicè primùm edidit R. P. Gonnelieu S. J. Editus Coloniæ typis Servatii Noethen, & eodem anno in alia forma recusus.

Curavit præter hoc, ut ederentur Coloniæ denuò primò Vita Eleonoræ Magdalenæ Theresiæ Augustæ.

2dò Lux in tenebris seu veritas Catholicæ doctrinæ methodo clarâ & facili confutandi sectas contrarias per hominem è Societate Argentorati, hic cum augmento iterato impressa.

HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA natus est intrà Coloniæ mœnia anno 1486. 14. Septembris, quod de se testatur Epist. XXVI. Lib. VII. inscripta Coss. & Senatoribus Colonien sibus. Familiâ equestri in Nettesheim quarto ab urbe milliari originem ducebat. Primæ puritiæ disciplinis in patria institutus, deinde omnem ætatem usque adhuc (MDXXXIII. XI. Januarii hæc Bonnæ scribebat in Epistola laudata) in externarum regionum exploratione, etiam cum patrimonii mei jactura exercens, ultroneúmque exilium amplectens, sic me & litteris, & militiâ, & variarum linguarum, gentium, nationum, morum, consuetudinum notitiâ & experientiâ præparavi, ut patriæ aliquando non tam necessarius, quàm utilis essem. Sed quoties reversus sum in vestram urbem, meam autem patriam, tanquam Ulysses, domum reversus, & cognitus à nemine, vix inveni minùs etiam inter sanguine propinquos, qui mihi diceret: AVE. Hæc de se ipsus, quæ enucleabimus.

Jam ante juris utriusque & medicinarum Doctor laureatus, utriusque Palladis insignia retulit: Epist. XXI. Lib. VII. linguarum octo mediocriter doctus, sed illarum sex adeò peritus, ut singulis non loqui modò & intelligere, sed & eleganter orare, dictare & transferre noverim: *Eâdem Epistolâ* Majores mei ab Avis Atavísque Austriacis Principibus semper addicti virtutum suarum præclara insignia fortunásque reportârunt. Horum nixus vestigiis MAXIMILIANO aliquamdiu à minoribus secretis fui, deinde in Italicis castris septennio illius stipendio militavi, à quo Equitis Aurati titulum retuli. Defuncto Maximiliano sub variis Principibus, rebus publicis in Italia, Hispania, Anglia, Gallia, nunc militiâ, nunc litteris famam quæsivi. In Dola Burgundiæ publicâ lecturâ sacras litteras professus sum anno MDIX. ob quam ad hujus studii Doctoribus in Collegium receptus, insuper regentiâ & stipendiis donatus. Dolâ in Angliam profectus, commentatus est epistolas sancti Pauli: Coloniam redux quodliberticam orationem habuit. Avenione etiam pedem figere meditabatur, sed prætulit oblatam à civitate Metensi Syndici & Oratoris publici spartam anno MDXVIII. Anno MDXX. Coloniam denuò repetiit, inde Genevam spe honorarii stipendii illic consequendi in medica exercenda: id cum parùm succederet, Friburgum Helvetiorum 1523. eodem fine: anno proximo Lugdunum, ubi à Rege Francisco primo salarium obtinuit, & Reginæ Matris Physicus nuncupatus: nec hîc fortuna affulsit misero: quare Antverpiam anno 1528 venit, anno 1529. cùm ab Henrico Rege Angliæ ab Imperatoris Cancellario, à Mantuano Italo, ac demum à Margaretha Austriaca poscceretur, in hujus se

fidem & clientelam dedit: à qua Historiographi Cæsarei cathedram & minerval obtinuit: præluſit officio edendâ hiſtoriâ coronati Caroli V. at mox ratione funebri MARGARITÆ ARCHIDUCIS mortuæ. Anno 1530. edidit librum *de vanitate ſcientiarum*, nec longo poſt intervallo *de occulta Philoſophia* Antverpiæ & Pariſiis utroque ſcripto, tum crebris de aſtrologica divinatione, alchymia, magia, ſuſpicionibus de ſe jure olim excitatis, & Caroli V. & Catholicorum bonorum odium incurrit, adeò ut nec obolum ex delato munere Hiſtoriographi viderit. Meditabatur *librum de occulta Philoſophia* Coloniæ auctiorem edere typo Colonienſi Joannis Soteris. Eximius Conradus Kôllin de Ulma Ordin. Prædicat. Inquiſitor interpellat Magiſtratum, ut librum jam ſub prælo ſudantem ſiſtat & premat, accerſitur à Magiſtratu Soter, & folia jam excuſa Inquiſitori tradere jubetur. Officialis & Fiſcales Archi-Epiſcopi cenſurâ interminatâ eundem Typothetam percellunt: contra Agrippa Bonnæ præſens Archi-Epiſcopum vice & Magiſtratum Colonienſem litteris vehementer obteſtatur, ut permittant typum libri à Cæſare, ùt ait, & Theologis probatum. Quis exitus fuerit libelli, neſcio: Liber editus ſpargitur de occulta Philoſophia Coloniæ 1533. vero an ficto titulo exrat. Bonnâ Lugdunum reverſus, carceri traditur ob læſam ſcripto FRANCISCI I. Matrem, è quo amicorum precibus dimiſſus, Gratianopolin abiit, ibique anno 1535. diem obiit in ædibus Quæſtoris Provinciæ Delphinatûs, teſte J. Naudæo. Uxorem geminam habuit: ex prima filium, ex ſecunda tres filios & filiam habuit: hæc obiit 1529.

Libri ejuſdem ſemel & iterum Lugduni per Beringos Fratres in 8vo editi ſunt, in quibus arrogat ſibi ſcientiam infinitam omnium ſacrorum & profanorum dijudicandorum, ſed immaturo, impari & infelici conatu. Hinc proſcripti in prima claſſe damnatorum jure ab Eccleſia fuerunt; unde eos non recenſemus.

Foppens Bibliotheca Belgica.

HENRICUS CUPERUS natus in urbe Juliacenſi 1626. Societati adlectus 1649. Exacto ritè Novitiatûs biennio humaniora docuit Hildeſii, quatuor vota profeſſus, explicato Coloniæ Ariſtotele, ibidem doctorali pileo donatus eſt. 1679. 26. Septembr. Theologiam, & Monaſterii Weſtphaliæ & Coloniæ cum prima eruditionis commendatione explanavit. Singularis prudentia, eximia Juris Canonici peritia conjuncta id effecit, ut velut arbiter rerum quarumcunque intricatiſſimarum, non ab urbe Colonienſi modò & patria; ſed & à Principibus quibusvis vicinioribus in conſilium vocaretur. Quatuor non interruptâ ſerie ſeſe excipientium illuſtriſſimorum Nuntiorum Apoſtolicorum conſcientias moderatus eſt. Fuit Rector Collegii Colonienſis, & multis annis Regens Gymnaſii ab 1689. ad 1702. 21. Novembris, quo obiit. Eodem anno Kalendis Novembribus ex voluntate Reverendiſſimi & Celſiſſimi Principis Monaſterienſis Chriſtophori Bernardi ſcripſit

Explanationem in doctrinam Catecheticam, primùm procuſam Monaſterii Weſtphaliæ typis Raesfeldianis, dein recuſam Coloniæ apud Servatium Noetben.

HENRICUS DISSENIUS Oſnabrugenſis, ſed Cartuſiæ Colonienſis Profeſſus, tum Sacriſta & Pro-Præfectus (Vicarium nominant) ſcribendi non minùs, quàm legendi plurimorum annorum curriculo adeò ſtudioſus patiensque extitit, ut non ſolùm multa Ss. Patrum volumina in uſum hujus domûs manu ſuâ exaraverit; verùm etiam complures proprio marte tomos, licèt nunquam editos, compoſuerit, qui etiamnum in Colonienſi Cartuſia adſervantur. Obiit plenus dierum in domo profeſſionis ſuæ 1484. poſtridie ſanctæ Catharinæ Virginis & Martyris. Catalogus ſcriptorum ſequens eſt:

Faſciculi ſermonum Dominicalium volumina 4. Omnia propriâ Authoris manu.

Viridarii in pſalterium volumina totidem.

Poſtillæ in Evangelia de Sanctis. 2. Volum.

Expoſitiones in Evangelia Dominicalia aliæ & aliæ 4. libellis diſtinctæ.

Collationes 3. de Præſentat. B. V. M.

Collatio in Capitulo Generali de laude Ordinis Cartuſ.

Epiſtola 4. ad Monachum tentatum.

Epiſtolæ ad Principem quendam N.

Quo pacto Hæreticorum fraudes deprehendi queant.

De multiplici bonorum verecundia.

Sermones de Sanctis.

Homiliæ 40. in officium: Rorate cæli.

Conſolationum volumina 8. in Cantica Canticorum.

Sermones Capitulares.

Expoſitio in totum Miſſale.

Expoſitio Antiphonarum tribus contenta libris.

Elucidatio novem lectionum officii defunctorum.

In ſymbolum Athanaſii & orationem Dominicam.

De Sacerdotii dignitate.

Expoſitio in Apocalypſin.

Soliloquia quædam.

Pſalterium de Ss. Trinitate, B. Maria, Angelis, omnibus Sanctis, Venerabili Sacramento, pro defunctis.

De 15. manſionibus.

Sermo de Venerabili Sacramento, collectus ex dictis Sanctorum.

Petreius, Schultingius in Bibliotheca Eccleſiaſtica.

HENRICUS DOERGANGIUS penè annos 20. continuos extra patriam peregrinatus eſt, ut mundum videret, & ut à viris doctis addiſceret, quid de ejus authore, & quid de iis rebus, quæ in eo creatæ & factæ ſunt, ſibi tenendum. Linguarum trium Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ peritus, quas pro ævo ſuo exquiſito ſtudio didicerat, & apprimè callebat. Idem cum uxore teſtamento condito alumnum de ſororis & ſua cognatione in Gymnaſio Tricoronato fundavit: cujus ſancti & præclari inſtituti litteræ authenticæ apud Regentem Gymnaſii Tricoronati extant. Idem in Parochia ſancti Laurentii hîc Coloniæ anniverſarium perpetuum ſtatuit. Scripſit

Inſti-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Institutiones in linguam Gallicam admodum faciles, quales antehac nunquam visæ; quibus omnes ejus linguæ difficultates ad vivum quàm luculentissimè resecantur & dissolvuntur, adeò ut diligens ac generosus proprio eam marte ex his addiscere posset, Authore Henrico Doerganck apud Ubios Colon. Agripp. linguarum Gallicæ, Italicæ & Italicæ Professore. Coloniæ imprimebat Joannes Christophori, sumptibus Authoris 1604. in 8vo pp. 527. Dicavit opus Consulibus & Senatui Agrippinensium.

Institutiones in linguam Italicam admodum faciles, quales antehac nunquam visæ, Germanos, Gallos & Hispanos, qui ejus linguæ flagrant desiderio, repleturæ gaudio, & reliquas nationes valde refocillaturæ, Authore Henrico Doergangio. Coloniæ imprimebat Joannes Christophori, sumptibus Authoris 1604. in 8vo pp. 117. Dicavit easdem Serenissimo Ernesto Archi-Episcopo Colon. asserit in aula Electoris usum Italicæ linguæ ante omnes perstrepere, & Principem ejus studio & elegantiâ capi.

Institutiones in linguam Hispanicam admodum faciles, quales antehac nunquam visæ, Authore Henrico Doergangk apud Ubios Colon. Agrippin. linguarum Hispanicæ, Italicæ, Gallicæ Professore. Coloniæ imprimebat Petrus à Brachel 1614. in 8. pp. 310.

HENRICUS DOLLENDORPIUS seu de Dollendorp Carmelita Colonienſis, & ejuſdem Provinciæ Provincialis, Doctor Pariſienſis. Vir fuit ingenio acutus, & clarus eloquio, Declamator ſermonum celebertimus, & ad enodandas quæſtiones ſcripturarum ac ſcholaſticas Diſputator acerrimus. Moritur Coloniæ 1366. die 10. Februarii, ſepultus in choro ante altare majus, fitque de eo mentio in antiquo anniverſariorum Conventûs Colonienſis libro. Depicta ejus effigies inter alios viros illuſtres cernitur in aula hoſpitum Conventûs Colonienſis, cum hac ſubſcriptione:

Reverendus Magiſter Henricus Dollendorp, Doctor Pariſienſis, & Alemanniæ inferioris Provincialis.

Annum mortualem cenſet Poſſevinus ex Trithemio narrante, Dollendorpium anno 1370. vivum ſuperfuiſſe, proferendum ad 1375, quo currebat indictio III. quæ inter anni fatalis notas adſcribitur. Scripſit

In ſententiarum Magiſtrum L. IV.
In Philoſophiam moralem.
Sermones de Tempore & de Sanctis.

Trithemius, Petrus Lucius, Eiſengreinius, Poſſevinus, Geſnerus, Daniel à Virgine Maria, Speculi Carmelitarum parte V. num. 3087. Foppens Bibliotheca Belgica. Commentarii Eximii Brunonis Tewis Carmelit. Provincialis.

HENRICUS EGHER ab urbe patria Calcaria dictus Calcarienſis, naſcitur 1328. Pariſiis ſacræ Theologiæ Baccalaureus creatus fuit, & ſubin Magiſter cathedram conſcendit. Geminum Canonicatum in Eccleſia Collegiata ſancti Georgii Coloniæ, & in Cæſaris-Inſula ſancti Swiberti conſecutus dimiſit utrumque, & ſpes humanas omnes, complexus inſtitutum Cartuſianorum in Cœnobio Colonienſi ſanctæ Barbaræ annum ætatis 37mum agens vir reconditæ ſanctitatis & doctrinæ, quæ mirè Ordinem illuſtravit. Biennio à profeſſione facta nedum expleto, domui Monachorum prope Arnheimium præficitur, ubi Gerardum cognomento magnum diſcipulum vitæ interioris & Sanctorum ſcientiæ nactus eſt, eique viam pandit ad ardua myſteria, quibus guſtandis eum DEUS olim admoturus erat. Poſt quinquennium jubetur naſcentem ad Ruræmundam familiam ſacram paternâ curâ fovere, & annis quatuor educare. Ex hoc Prioratu avocatur ad natalem ſacram domum ſuam Colonienſem Cartuſiam gubernandam ſeptennio; iiſdem difficillimis temporibus Provincias Picardiæ & Alemanniæ ſciſſas fœdo ſchiſmate, quod & ipſum Ordinem ſacrum corripuerat, cum poteſtate moderabatur; inde ad Argentinenſem Cartuſiam, durâ egeſtate preſſam, & prolixâ beneficentiâ conſanguineorum Henrici auctam regundata translatus, duodecennio præfuit, tantâ inter negotia innumera pace ac modeſtiâ animi, nemo ut fuerit unquam, qui ejus Magiſtratum accuſaret, omnibus ſeſe uti parentem obvio ac paterno ſinu exhiberet. Totum charitate ſe fratribus ac filiis ſuis impendebat, & totum aſſidua oratio ac divinorum contemplatio affigebat cælo; effudit & unctionem ſpiritûs ſui in externos omnium ætatum & ſtatuum, quos litteris ſanctiſſimis ad perfectionem ſummam manuducebat. In Capitulis quinque Definitor, & in tribus ſacer Orator ſermone ad omnes dicto fuit, atque Galliam, Picardiam & Alemanniam duntaxat, idque uno & eodem anno; ſed & Pragam & Moraviam viſitando luſtravit peculiari poteſtate à ſummo Pontifice annos ipſos viginti munitus fuit ad ſolvenda Sedi Apoſtolicæ reſervata delicta & jura.

Tot curis pro DEI gloria & Fratrum ſalute exercitus poſtulavit, & ægrè obtinuit, ut à Prioratûs Argentinenſis onere liberaretur. Mox Coloniam reverſus, totum ſe orationi, totum demiſſionis obedientiæque exercitiis immerſit. Erga Deiparam ſingulari devotione ferebatur. Fertur famâ domeſticâ Cartuſiæ Colonienſis à Deipara conſpicua edoctum Henricum feciſſe pſalterium è CL. ſalutationibus Marianis, & quindecies interpoſitâ Dominicâ precatione compoſitum, quod velut quotidianum penſum offerebat Dominæ ſuæ. Ultimo vitæ anno paralyſi continuâ dejectus properavit è carcere corpuſculi migrare. Quæ migratio incidit in vigiliam ſancti Thomæ Apoſtoli anno 1408. ætatis 80. Monachatûs 43. ad Sancti uſque cognomen, cùm adhuc viveret, ore omnium celebratus & habitus.

Hæc ex manuſcriptis Cartuſiarum Colonienſis, Argentinenſis & libro Benefactorum ultra ea, quæ *Valerius Andreæ in Biblioth. Belg. poſt Trithemium de Script. Eccleſ. & inter illuſtres Germaniæ viros, poſt Arnoldum Boſtium de præcipuis aliquot Car-*

tusiana familiæ Patribus C. XII. post Petrum Dorlandum in Chronico Cartus. L. V. C. X. Petrum Sutorem de vita Cartus. L. II. Tract. III. C. VII. Petrum Canisium in Martyrol. German. ad diem XX. Decembr. Theodorum Petrejum in Biblioth. Cartus. Georgium Garnefeld in Catal. Ss. Ord. Cartusiæ addiderunt.

Meminère & Guilielmus Eisengrein in Catalogo tom. V. addens ad annum Christi 1390. *eundem scripsisse Exercitatorium ad Monachos. Thomas Bozius de signis Eccles. L.* 22. *C. III. Anton. Possevinus in apparatu sacro. Arnoldus Havensius in Histor. Martyrum Ruræmundensium. Josias Simlerus in Epitome Gesneriana. Franciscus Swertius in Athenis Belgicis. Hippolitus Maraccius in Bibliotheca Mariana.* Scripsit

1. *De ortu & progressu Ordinis Cartusiensis hactenus ineditum. Latet MS. inter codices Bibliothecæ Basileensis, qui in charta sunt litterâ K. Henrici Kabkar Ordinis Cartusiani de ortu & progressu sui Ordinis in 4to. (imò meis oculis eam vidi in Bibl. Cartusiæ Colon. O. n.* 197. 4o. *MS.)*

2. *Ejusdem epistola de rebus diversis tractans in folio. Ità Theophilus Spizelius, Scriptores Bibliothecarum arcanis retectis anno* 1668. *Augustæ Vindelic. in* 8vo.

Hactenus Michael Mörckens in sua Cartusiographia L. XIV. de Provincia Rheni C. IV. in Cartusia Colonienſi §. 5. de viris aliquot illustribus ejusdem Provinciæ.

Citati à Morckensio Authores hos libros insuper scriptos ab Henrico Calcarienſi recensent.

3. *Psalterium B. M. V. geminum MS.*

4. *Contemplatio, quæ dicitur Metrica Theoria MS.*

5. *Cantuagium.*

6. *Sermones Capitulares MS. in Cartus. Colon. OO.* 16.

7. *De continentiis & distinctione scientiarum MS.*

8. *Tractatus de quotidiano holocausto spiritualis exercitii. MS.*

9 *Scala sive tractatus de exercitiis spiritualibus MS.*

10. *Collatio pro eligendo Priore MS.*

11. *Adhortatio ad Petrum Monachum Confluentinum MS.*

12. *Responsio ad epistolam Gerlaci Prioris Cartusiæ Confluent.*

HENRICUS ELVERICH Embricæ in mortalem vitam gignitur 1582. 12. Aprilis, qua in urbe 1602. adlegi in Societatem orat & exorat. Post biennium votis sacris illigatur. Humaniores litteras, præsertim sacræ linguæ Græcæ Grammaticam universam & Dialectices præcepta rarâ felicitate docuit; nihil tamen perinde eum commendabilem fecit, atque in diuturnis ægrotantis corporis incommodis patientia singularis, & quantum affecta valetudo tulit, utilium studiorum labor in Bibliotheca purganda & locupletanda. Vocatus fuit ad patientiæ coronam III. Kalend. Martii 1636. Coloniæ. Scripsit

Radices linguæ Græcæ & Latinæ. Coloniæ typis Gualteri 1620. & aliàs cusas & recusas in 8vo.

Sotuellus. Bibliotheca Scriptorum Societ. JESU.

Wassenbergii Clivia.

HENRICUS ab EYCK Vicarius Ss. Cassii & Florentii Bonnæ reliquit

Processum judiciarium Belialis Christum coram Salomone accusantis, Moyse causam Christi DEI agente.

Volumen manuscriptum juridicum in folio. In Bibliotheca Collegii Societatis Jesu Colonienſis extat, quod refert ætatem sæculi XV. ùt patet ex fine, completum & scriptum per me Henricum de Eyck, Vicarium in Ecclesia sancti Cassii Bonnensi anno MCCCCXXXIX. in profesto Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis.

HENRICUS FABRITIUS Aquisgranensis vertit ex Latino Germanicè

1. *Historiam sui temporis à Laurentio Surio scriptam, vulgatam Coloniæ 1568. in folio.*

2. *Catechismum Romanæ Ecclesiæ ex majore Catechismo Tridentino excerptum.*

Gesner. in Bibliotheca.

HENRICUS FRIESSEM Canonicus Steinfeldensis mundo natus apud Ubios 1672. 27mâ Septembris, eidem per vota solemnia denatus 1691. 2. Julii Magisterio Novitiorum domi & foris in Conventu Niderehano ac Saynensi, quo communis Provinciæ Novitiatus translatus fuerat, ingenti cum fructu applicatus est. Animabus dirigendis variis in locis Glees, Eller, Dunwaldt, ac demum in Wehr Pastor præfuit & profuit. Vir totus ad pietatem fictus & factus. Interiorem conscientiæ puritatem prodebat exterior corporis nitor, dum in incessu, statu, habitu, atque omnibus motibus nihil apparebat, nisi quod religiosam deceret sanctitatem. Petiit aliquando intentissimè pati in mundo, ne necesse foret pati in purgatorio; atque ideò ad quæcunque toleranda se obtulit, etiamsi carnes toto corpore defluerent. Exauditus videtur; parte enim inferiore corporis vi ossibus hærente ipse interim in lectulo martyrii confessionibus suorum excipiendis occupabatur, donec animâ meritis gravidâ corpus laboribus & doloribus succumberet anno 1741. 7. Octobris. Edidit

Opuscula aliqua de S. Potentino & sociis.

Libellos Catecheticos plures impressos Coloniæ. Inedita asservantur in 4to Steinfeldiæ.

Ex Fastis Abbatiæ Steinfeldienſis.

HENRICUS van GERRISHEIM Ordinem Crucigerorum Dusseldorpii professus, vitam sancti Swiberti, ejusdémque canonizationem & elevationem Marcellino Presbytero vulgò attributam Germanicam fecit. Titulus libri est hic:

Een seer und vrochtbarlieck devott Boeck langer Zyt verborgen gevves is, inhabende die Historia des hilghen Bischofs sent Svvibertz der Frieſen in gantz Hassenland Apostel, in dem Munster zu Keysers-Werde côrperlich ruhende, darin man lesen kan, vvelche Zyt, in vvat Manieren die Landen van dem Berghe, Westphalen, Stifft von Utrecht, Frieſland, in gantz Hassenland van Callen an bis in die See zu dem hilgen Cristen gelouven erst-

erſtmahl gekommen ſye. Gedruckt in Coulen up dem Aldenmart tzo dem vvilden Mann van Hermann Bongart de Ketvvech in 4to 14 Bogen anno Domini MDXVI.

HENRICUS GOLTZIUS natus in Mulbracht, vico Ducatûs Juliacenſis anno 1558. menſe Februario patre Joanne Goltz vitris pingendis celebri; cùm patre Duisburgum migrante jam ſeptennis obvia quæque, cartas, libros, parietes variis lineamentis pingendis, ducendis implebat; verùm domeſticis anguſtiis & obſequiis matri plerumque ægrotanti navandis ab opera gratiſſima ſibi diſtinebatur: vicit tamen amor artis perficiendæ omnia obſtacula, excogitavítque marte ſuo, figuras æri incidi poſſe ope aquæ regiæ vel fortis, quod feliciter accedit. Profectus unà cum parentibus & Coornhardo ejuſdem artis inciſoriæ ſocio Haarlemium, ibi viduam quandam ſibi conjunxit, & plurimas formas incidit brevi per Europam vulgatas. Subin genio ſuo indulgens, & orbis ac artificum viſendorum cupidus, Germaniam, Lombardiam, Italiam peragravit, Romam venit 1591, & *Henricum von Bracht* ſe ſcripſit, ut faciliùs judicia omnium de formis à ſe inciſis expiſcaretur. Romæ degens menſibus aliquot, licèt eſſet eo tempore ibidem ſumma indigentia, morbíque graſſantes adeò, ut intrà breve tempus libitina multos tolleret è medio, eſsétque in plateis magna copia ægrorum, ſemi-mortuorum, putridorum, &c. Ille nihilominus pergebat per plateas urbis, hinc inde deſumpturus copias objectorum ſibi ob raritatem placentium, & arti ſuæ, cui erat perpetuò intentiſſimus, ſuo tempore & loco ſerviturorum. Exponebat etiam vænum locis publicis opera ſua, ſuum nomen velut Authoris reticens, ut ex tranſeuntibus, & ſæpè etiam ex curioſitate ſubſiſtentibus audiendo gloſſas eorum & criſes proficeret, hauritétque inde ſuum in arte profectum & emolumentum. Circa finem Aprilis diſceſſit cum Aurifabro *Jan Mathyſen*, & alio Bruxellenſi Philippo van Winghen, appulerunt Venetias, veſtiti miſerè, ut non exponerentur periculo Sbanditorum, ùt vocant ibidem, in viis publicis amore prædæ hoſpites peſſimè tractantium. Venetiis abierunt Neapolim per Terracinam, ubi & Puzzioli viderunt rariora artis ſuæ opera. Neapolis pinxit Goltzius, putem in palatio V. Regis, rariſſimum opus antiquum, juvenem Herculem ſedentem, quo facto, rurſus rediit cum ſociis ſuis primò Gaëtam ad triremes Pontificis, inde Romam, ubi venit in notitiam Patrum Jeſuitarum, utì & artis peritorum, ibique plurimorum paulatim notorum exprimens dextrè imagines & copias, id quod fecit, Florentiæ, Venetiis, & frequenter per Germaniam; diſcedens Româ tertiâ Auguſti 1591. non vacuus, utì ſæpè accidit junioribus, ſed bene nummatus: Profectus Bononia Tridento, attigit Monachium, ibidem utì & aliis locis viſitans amicos, atque artis ſingulariter amantes; rediit tandem in patriam ſalvus & incolumis. Conatus eſt imitari expertiſſimos HEEMSKERCKEN, FRANS FLORIS, BLOCKLANDTS, FREDERICKS, & excellentiſſimum SPANGERS, propter rara opera ſua, quæ videntur Harlemii, & anno 1580. Brugis in Flandria. Varia operum ſuorum dedicavit Duci Bavariæ, à quo honoratus eſt catenâ aureâ, cum appendente aureo numiſmate. Anno 1597. prodiit ab ipſo in publicum opus aliquod pulcherrimum, *Paſſio* nempe *Chriſti Domini*, ad imitationem celebris Lucæ Lugdunenſis, item Virginis Mariæ, geſtantis in ſinu Chriſtum mortuum, modo ſingulari & methodo excellentis Alberti Dürer, quod ſingulare opus Harlemii eſt videre apud Dominum Berenſtein artis amantem. Summa, Goltzius noſter probavit ſe Mercurium, omnia rara capacem imitari dexterrimè. Obiit 1583.

Carolus van Mandev. Vitæ Pictorum. Sandrart. Felibien.

HENRICUS de GORRICHEM (à Gorcomio Hollandiæ oppido, quod in litteris publicis vetuſtioribus Gorrichem dicitur) Doctor fuit ſeu Magiſter in Univerſitate Pariſina (Valerius Andreæ in Biblioth. Belg. eum anno 1420. renuntiatum ait, ſed errat, cùm jam Magiſter creatus Pariſiis 1418. migrârit) Coloniam venit 1419. ut rem literariam illic promoveret. Ædes primùm conduxit ære ſuo è regione templi Machabæorum, ibidémque Philoſophiam docere cœpit; haud multò poſt alias ædes conduxit in vico ſedecim ædium dicto, ubi nunc quoque extat Gymnaſium celebre Montanum, cujus Henricus primus Regens fuit ab anno 1420. ad 1431. moriens teſtamento deſignavit ſucceſſorem regundo Gymnaſio Gerardum Terſtege à Monte Domini; unde Montanum dictum. Ipſe Henricus Canonicatum in ſanctæ Urſulæ Baſilica obtinuit, & Univerſitatis Pro-Cancellarius à Præpoſito ſummæ ædis Metropoliticæ Colonienſis nuncupatus fuit. Scripſit

Tract. de caſibus ſeu cæremoniis Eccleſiaſticis. Coloniæ 1503. in 4to.

De celebritate feſtorum. ibidem eodem anno in 4to.

Concluſiones & Concordantias Bibliorum ac Canonum in libros Magiſtri ſententiarum, additis ad diſtinctiones ſingulas ſummariis, itémque erroribus Magiſtri Pariſiis & in Anglia damnatis. ibid. 1502. & 1513. & Venetiis 1506. in folio.

Poſitiones in libros Ariſtotelis de cælo & mundo. Coloniæ 1501. apud Henr. Quentel.

Quæſtiones metaphyſicas de ente & eſſentia. ibid. 1502.

Eidem adſcribitur in appendice Gerſonis Tomo II. operum ejus Tractatus de puella apud Francos olim in armis equitante.

Præter hæc enumerata à Valerio Andrea attribuit eidem Joannes Bunderius in indice MSS. codicum per Belgium ſequentia:

De ſuperſtitionibus MS. olim Ninivis in Flandria in Cart. Col. II. 50.

De modo conjurandi dæmones. ibid. OO. III. Cartuſ. Colon.

De ſepultura & proceſſionibus. ibid. OO. IX. Cartuſ. Colon.

An practica ejiciendi dæmones ſit licita. MS. olim in Cartuſ. Gandenſi & Colon. OO. III. Cartuſ. Colon.

Contra Huſſitas & Bohemos. MS. Averbodii apud Brabantos, & Gandavi olim in Cartuſia. Eſt editus typo Colonienſi 1503.

De

De Sacramento Eucharistiæ & efficacia Missæ. MS. in viridi valle apud Bruxellam OO. III. in Cart. Col.

Summam MS. olim in Monasterio 7 fontium apud Bruxel.

Complementum tertiæ partis D. Thomæ. ibid.

De prædestinatione MS. olim in Trajecto superiore, & Zutphaniæ apud Dominicanos. OO. III. Cartus. Colon.

De divinis nominibus. ibid. OO. III. in Cartus. Colon.

De simonia ibidem.

De bello justo ibid. OO. III. in Cartusia Colonienſi.

De obligationibus MS. olim Zyricæ in Zelandia.

In libros Physicorum Aristotelis MS. olim Antverpiæ apud Dominicanos. in Cartus. Colon. OO. III. MS.

In libros Ethicorum ejusdem MS. olim Bruxellæ apud Tertiarios.

Quæstio & determinatio, an Sacerdos possit cantare, aut alia officia exercere pro denariis. in Cartus. Colon. 109.

Foppens Bibliotheca Belgica.

HENRICUS HILDEN patriâ & professione Ordinis Prædicatorum Colonienſis, ejúsque Universitatis in sacra Facultate Theologica Magister & Professor publicus, cum omnium laude cathedrali, cùm munus implebat teste oculato & aurito Jacobo Quetif. Coloniam XII. Junii anno MDCLXXII. invisente. Vir erat acuti ingenii, morum probitate & facilitate, utriusque juris & Theologiæ, quà positivæ, quà Ecclesiasticæ peritiâ conspicuus, obiit II. Novembris MDCLXXII. Argentinæ Principis Episcopi & Domini Guilielmi de Fürstenbetg tum Vicarius Generalis, ibidémque sepultus. Monumenta ingenii hæc posteris reliquit:

1. *Maria domus sapientiæ, septem liberalium artium columnis liberam virtutum sapientiam firmans. Coloniæ Henricus Kraefft 1650. in 16. pag. 94.*

2. *Mysticus ignis Dominici, id est, cultus sanctissimi Rosarii. Friburgi Brisgoiæ 1664. in octavo.*

3. *Resolutiones Augustino-Thomisticæ de physica prædeterminatione, sub præsidio P. F. Henrici Hilden Ord. Præd. sacræ Theol. Licent. Coloniæ typis Linsilensibus 1667. in 8vo pp. 45.*

4. *Tractatum de approbatione & authoritate doctrinæ angelicæ D. Thomæ Aquinatis à Fratre Joanne à S. Thoma scriptum, Epistola nuncupatoria dicavit Colonienſis Academiæ Professoribus. 1668. in 8vo apud Joan. Busæum.*

Selecta in sancti Thomæ summam Commentaria.

Quindecim principia Thomistica.

Tractatus specialis de ideis divinis.

Orationes sacræ de Sanctis Ordinis Prædicatorum.

Hactenus Quetif. & Echard. in Scriptoribus Ord. Prædicat.

Mihi sequens liber in manus venit:

Summa veritatis angelicæ, id est, universa prope totius Thomisticæ scholæ doctrina ex inventione ac collectione A. R. & Eximii P. M. F. Henrici Hilden Ord. Præd. Ss. Theol. Doct. & in Univ. Col. Prof. ord. & publ. Coloniæ Bernardus Henningius 1672. in 12mo pp. 360.

HENRICUS HINSBERG 1673. patriâ gente Coloniæ Agrippinenſium natus, filius Cornelii Hermans ab Hinsberg, Sereniſſimi Neoburgici Juliæ Ducis Joannis Wilhelmi Electoris Palatini Camerarii & Quæstoris Ducatûs Juliacenſis, & Mariæ Alexandrinæ Zumbach, conditæ Coesfeldt, novennis puer Gymnasium Tricoronatum Societatis, cùm fratres natu-majores alio in Gymnasio instituerentur, delegit: quod olim se adscribendum Societati speraret. In eodem Magister Philosophiæ dictus 1690. illibarum, uti gravibus indiciis comperimus, animum ab omni graviore noxa intulit Novitiatui Trevirico victor jam carnis & sanguinis. Humaniora & Philosophica ibi docuit, ubi didicerat, & vota quatuor professus est 1606. Sodalitio Latino Dominorum Academicorum, Gymnasio Aquenſi, Convictui Xaveriano & Gymnasio Tricoronato demum regundo ad mortem usque præfectus fuit. Dederat natura firmum corporis habitum, candidum pectus, ingenium promptum ac facile. Linguarum variarum notitiâ usus est ad sacros libellos plurium bono in alienum idioma vertendos. Indigentium præcipuè discipulorum tantâ commiseratione tangebatur, ut ipse ultrò pro iisdem stipem corrogaret, & quæ sibi honoraria dona aut deliciæ offerebantur, ea laudantibus Superioribus in usum pauperum effundebat. Abundantiâ charitatis divinæ fiebat, ut in obviis colloquiis, quæ scitè de DEO miscere noverat, ægrè sibi temperaret à lachrymis, ex facili & tenero sensu eorum, quæ ad optimi Domini gloriam quoquo modo facientia narrabantur. Malignæ febri, quâ absumptus fuit, occasionem creditur dedisse charitas semper prompta omnibus P. Henrici, excipientis exomologesin personæ eodem morbo prostratæ, lætus hoc oblato præmio, quo nullum magis invidendum est socio JESU, munivit se jugibus precibus ac suspiriis contra vehementiam dolorum, ac demum Sacramentis omnibus, plenúsque fiduciâ, virgineam, uti confidimus, animam Creatori reddidit XV. Kal. Majas 1717. Scripta

Solitudo sacra P. Camilli Hectorei ex Italico Latina facta à P. H. Hinsberg. Coloniæ in 8vo 1718. Typothetâ Wilhelmo Metternich.

Oratio panegyrica & carmen Horatianum heroicum & elegiacum in laudem S. Pii Papæ V. nuper in Sanctorum albi relati. in 8vo typo Arnoldi Metternich 1712.

Onocephalus sive vindiciæ sacræ Facultatis Theologicæ Colonienſis tecto nomine scriptæ contra Jansenistas confines, qui ulturi obedientiam nuper ab Universitate Colonienſi delatam Bullæ dogmaticæ UNIGENITUS tenebrionum more sparserant libellum, quem epistolas eloquentorum virorum baptizarunt,

zârunt, imitaturi eos, qui olim obſcurorum virorum epiſtolas conſarcinarunt contra hanc eandem Catholicam Univerſitatem, eò quòd ſe Luthero & Rabbinizantibus Neotericis oppoſuerat.

HENRICUS JOANNIS Batavus, Lector publicus fuit Coloniæ Agrippinæ, teſte Val. Andr. Scripſit

Commentaria in tres morales Præfationes Plinii. Coloniæ typis Cornelii Zierizei 1514.

HENRICUS JONGHEN de Colonia Carmelita Colonienſis, Alemanniæ totius Provincialis, Epiſcopus Rhedeſtonenſis, Suffraganeus Colonienſis. Anno 1287. interfuit Capitulo Generali in Conventu Montis-Peſſulani, in quo authoritate Apoſtolicâ decernitur, ut pro palliis barratis & albo & nigro colore variis diſpoſitis, pallia alba & candida aſſumant Carmelitæ; ſed quia populus in iſto amictu candente eos videns vocitabat albos Fratres, & quia hâc ratione à titulo Fratrum Mariæ ſeu Dominæ noſtræ deſueſcebat, Henricus à Sifrido Archi-Epiſcopo Colonienſi hujuſmodi obtinuit decretum:

Sifridus &c. &c.

CUM dilecti nobis in Chriſto Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo ex indulto Papæ & ex ordinatione ſui Generalis Capituli Barratum pallium ob indecentiam clericalis habitûs depoſuerint, album pro ſigno ſuæ Religionis aſſumendo, ſicuti in litteris dicti Capituli vidimus contineri, vobis eoſdem Fratres commendamus, in Domino exorantes, quatenus eos promovendo, quantum in vobis eſt, faciatis ſuo proprio titulo Fratres B. Mariæ, ſeu Fratres Dominæ noſtræ vulgariter appellari. Nos vero pietatis affectu omnibus Chriſti fidelibus contritis ac confeſſis eorundem Fratrum fautoribus, ac ipſo ſuo titulo prædicto devotè nominantibus tam in noſtra, quàm in Suffraganeorum noſtrorum Diœceſibus decem dies indulgentiarum authoritate omnipotentis DEI, & eâ, quâ fungimur, miſericorditer elargimur. Datum anno Domini 1287. in feſto Exaltationis S. Crucis.

Anno 1298. creatur Epiſcopus Rhedeſtonenſis, quæ urbs in Thracia, & aſſumitur à Wichboldo ex Baronibus ab Holte Archi-Epiſcopo Colonienſi pro adminiſtrandis Pontificalibus. Anno 1304. die 4tâ menſis Decembris authoritate Decani & Capituli Metropolitani Colonienſis Sede per mortem D. Wichboldi Archi-Epiſcopi vacante ſolenniter benedixit venerabilem Crucem in templo ſanctæ Mariæ in Capitolio Canoniſſarum nobilium ſub Domina Hadelwige Abbatiſſa in medio templi publicæ venerationi expoſitam, miraculis claram, conceſſitque Crucem illam viſitantibus, & ejus patrocinium implorantibus 40 dierum indulgentias. Eadem Crux etiamnum eſt in magna populi veneratione. Anno 1310. decimo Kalendas Decembris conſecravit Coloniæ Capellam in loco, ubi ordo Templariorum tunc extinctorum ſuum habuerat domicilium, dicto ad Olivas. Modò ibi exiſtit Monaſterium Fratrum Minorum Recollectorum, qui inde vulgò vocantur Fratres Olivæ. 1311. fundavit Beginagium ſeu domum quandam pro ſex Beginis alendis, ſub cura & inſpectione Prioris Carmelitarum Colonienſium, de quo extat inſtrumentum in Archivio Patrum Carmelitarum Colonienſium. Erat Henricus ille magnæ pietatis vir, & ſacrarum legum atque Theologiæ ſtudioſiſſimus inveſtigator, doctiſſimus interpres, præſertim Juris Canonici vehemens amator & aſſiduus relector. Moritur Coloniæ 1312, ſepultus in choro ſui Ordinis. Ejus depicta effigies cernitur in aula Hoſpitum, ùt vocant ejuſdem Carmeli cum hujuſmodi adſcriptione:

R. D. Henricus Epiſcopus Rhedeſtonenſis, Suffraganeus Colonienſis.

Extant

Præclara quædam Juris Canonici volumina, quæ in pergameno pulchre ab eodem conſcripta habentur adhuc in Bibliotheca Carmeli Colonienſis.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelit.

HENRICUS KIRCHER Noveſii urbe Diœceſis Colonienſis naſcitur 1608. 23. Auguſti. Societati JESU pro voto inſertus 1629. 6tâ Sept. Colonienſi in Athenæo humaniora & Philoſophica Tricoronatis Diſcipulis explicavit rarâ eruditionis commendatione, quam ingenium perſpicax, fida memoria, expedita variarum linguarum notitia & polymathia viro pariebant. Miſſione Indicâ à Superiotibus exoratâ Salamanticæ, ubi vota quatuor profeſſorum dixit 1648. 8vâ Sept. cùm exteris aditus in Indias denegaretur, Rhetoricam biennio in ſancti Sebaſtiani Collegio docuit, & ſcholarum Præſes fuit. Redux in Provinciam Rhenanam inferiorem, Eccleſiaſten Germanicum, Gallicum, Latinum, ſcholarum & repetentium Præſidem, Miſſionarium in diverſis Aquilonaribus & Haſſnia ipſa demum magno Catholicorum iſthic degentium ſolatio. In tanta ſcientiarum & laborum Evangelicorum ubertate ne umbram arrogantiæ in Henrico vidiſſes. Imò primus ipſe non fucato ore ſe peccatorum maximum familiari in colloquio fatebatur & credi optabat. Varia inter viæ ac vitæ pericula familiaris erat cordato Joanni hæc: Si magno illi Domino placuerit, fiat voluntas ejus. Ultimo triennio cum chiragra, podagra, hydrope & aſthmate conflictatus, conficiebatur quotidianis decrementis ac doloribus, quos inter cum DEO ſuo conjunctus, & ſedi ſuæ inſidens, catharro ſuffocatur 29. Januarii 1676. biduo ultimo exomologeſi præmiſſâ, & bis divino epulo corroboratus. Edidit Gallicè

Luſciniam concionum. Coloniæ apud Guilielm. Frieſſem 1647. in 12mo

Prophetia Apocalyptica revelata. Coloniæ 1676. apud Petrum Alſtorff in 4to.

Pretioſum à vili ſeu exterminationem doctrinæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lutherica contra Ursinum Sectarium Germanicè. Coloniæ iisdem typis 1665. in 8vo.

HENRICUS HARGARDT natus in Eyberdingen, oppido Satrapiæ Vitensis, Ducatûs Luxemburgensis, ingressus est Eremum Augustinianam Colonien sem anno 1694. creatur Doctor, & subin Decanus Theologiæ in Universitate Colonien si, & profitetur eandem publicè à Serenissimo Archi-Episcopo constituitur Examinator Synodalis, Ordinis sui Provincialis tertium, & Fratrum Cellitarum per Germaniam Commissarius Apostolicus. Vir optimè meritus de Conventu suo Colonien si, cujus Ecclesiam novis altaribus & pretiosis ornamentis auxit. Obiit supremum diem Coloniæ anno MDCCXXIII. ætatis LVI. professionis XXXVIII. Sacerdotii XXXI. Doctoratûs XXIII. Scripsit

Examen Ordinandorum excusum typo Colon. 1725.

Varias theses eruditas.

Ex Commentar. Eximii Heuschen Provincialis Eremitarum Augustin.

HENRICUS HARPHIUS, aliis HERPHIUS, natus in Herph (qui pagus est Campiniæ Brabanticæ) Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci amplexus, vir verè doctus, ante divisionem Provinciæ Colonien sis ab illa, quæ dicitur Germaniæ inferioris, munere Vicarii Provinciæ Observantum & Guardiani pluribus Conventibus non modò præfuit, verùm etiam profuit, vitâ, moribus & doctrinâ. Adeò rerum cælestium contemplationi inhærebat, ut nonnunquam sex horas in Missarum sacrificiis salubriter occuparet. Denique Guardianus Cœnobii Mechlinien sis mortuus anno 1477. sepultus fuit ad dexteram candelabri in medio chori. Ejus vita præfigitur opusculo ab illo edito, cui nomen: DIRECTORIUM AUREUM. Scripsit in Monte Alvernæ in Etruria

1. *De Theologia mystica & speculativa, ac præcipuè affectiva, quæ non tam lectione juvatur, quàm exercitio pietatis obtinetur, libros tres.*

Editio Antverpiana anno 1513. in 8vo apud Henricum Eckertanum, & Coloniæ 1530. teste Wadingo.

Latina recensetur à Foppens in Bibl. Belgica; sed sub hoc titulo:

2. *Collationes III. accommodatæ pervenire cupientibus ad Christianæ Religionis perfectionem, sive Compendium Directorii.* Verùm *Compendium Directorii* videtur diversum à Directorio. Hinc

Editio Latina hujus libri non quidem prima, sed denuò studio multò attentiori, quàm hactenus unquam ad sua archetypa castigatior, adeóque secunda aut tertia est facta Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni in folio anno 1555. curâ Domni Loherii Cartusiæ Colon. Procuratoris, qui eam R. P. ac D. Ignatio Societ. JESU Præposito tunc viventi dicavit. *Extat exemplar in Bibl. Coll. Col. S. J.*

Hujus Theologiæ mysticæ liber II. ante aliquot annos sub vulgari Teutonico repertus & impressus, fuit à Domno Petro Blomevenna Cartus. Colon. in Latinum versa, & cum instructione prævia hoc anno Coloniæ edita. " Non obstante hâc salubri cautelâ & introductione Petri Blomevennæ, liber fuit relatus inter prohibitos à Congregatione Romana, nisi repurgatus ad exemplar Romæ editum anno 1585, accurante Petro Paulo Philippio Ord. Præd. Juxta hoc exemplar tertia aut posterior editio *Theologiæ mysticæ facta fuit Coloniæ MDCXI. apud Arnoldum Quentelium in 4to, additis introductionibus Philippii & Blomevennæ.*

Consule judicium Possevini de hoc libro, quod Wadingus inseruit suæ Bibliothecæ Ord. Minor. " Miror tamen Wadingum & Foppensium distinguere *Directorium aureum contemplativorum* à Libro II. Theologiæ mysticæ, cùm hoc prorsus idem sit.

3. *Speculum aureum in decem præcepta Decalogi. Moguntiæ 1474.* In fine. *Opus præclarum in nobili urbe Moguntia, quam imprimendi arte ingeniosâ gratuitóque dono glorioſius DEUS plus cæteris terrarum nationibus præferens illustrare dignatus est: non atramento plumali, æreâve pennâ, cannâve, sed adinventione quâdam perpulchrâ per honorabilem virum Petrum Schœffer de Gerresheim feliciter est consummatum anno Dominicæ Incarnationis MCCCCLXXIV. mens. Sept. Idus quarto.* Editio 2da Norimbergæ 1481. Basileæ per Joannem Frohenium de Hamelburg 1496. Argentinæ 1486. & 1520. in 4to. Incipit: *Invenio aliam legem.*

4. *Speculum perfectionis.* Incipit: *Gratia Domini nostri JEsu Christi. excusum Venetiis 1524.*

5. *Sermones de Tempore & per Quadragesimam. L. I.*

6. *Sermones de Sanctis & per Adventum. L. II.*

7. *Sermones de tribus Pœnitentiæ partibus.*

8. *Sermones de triplici Adventu Christi, simul excusi Spiræ 1484. Hagenoæ 1509. in folio.*

9. *Tractatus de effusione cordis.*

10. *Schola divini amoris, & impedimenta.*

11. *XII. mortificationes necessariæ volentibus proficere in vita contemplativa. MS.*

12. *Explicatio succincta & perspicua IX. ruptum Susonis. Coloniæ 1533.*

Wadingus, Desselius, Foppens Bibliotheca Belgica.

HENRICUS HELMESIUS Germipolitanus, Provinciæ Saxoniæ Ordinis Minorum S. Francisci Ministet, in Ecclesia Metropolitana Colonien si Concionator. Scripsit

Tomos V. Homiliarum in Evangelia & omnes Epistolas Canonicas ex meris divinæ scripturæ sententiis miro artificio & eruditione concinnatos. Coloniæ anno 1550. & 1556. Parisiis 1557.

In Evangelia Quadragesimalia. Parisiis 1556.

De verbo DEi libros III.

Adversùs captivitatem Babylonicam Lutheri: hi duo libri excusi Parisiis 1553. apud Audoenum. Sermones ejusdem Lugduni 1574. & 1589. apud Guilielmum Rouillium.

Wadingus Scriptores Ord. Minor.

HENRICUS KISPENNING Venlonianus, fuit subin Pastor & Canonicus Ecclesiæ Santen sis in Clivia. Scripsit

De meditatione mortis, déque modis consolandi eos, qui mortem obeunt lentam, subitam vel violentam lib. VII. Coloniæ 1573. Antverpiæ 1574. in 8vo.

Pyr-

Precationes Christianas & admonitiones ad piè vivendum ex S. Scriptura & Ss. Patribus. Coloniæ 1581. in 12mo.

Foppens Bibliotheca Belgica.

HENRICUS LIDBERG nascitur in Ducatu Montis, vico Mulheim ad Rhenum, sacrarum legum Licentiatus, Examinator Synodalis, Pastor & Canonicus Collegiatæ Archi-Diaconalis sancti Cuniberti ab anno 1680. 20. Februarii ad litteras resignationis admissus; post sancti Severini Canonicus Capitularis etiam fuit: Archi-Diaconatûs Novesiensis Officialis, Cleri Coloniensis extranei Syndicus, idem Auditor Nunciaturæ fuit. Moritur 1718. 17. Novembr. ætatis anno penè septuagesimo. Scripsit

Heiliges Cöllen am Rhein in seiner uhralten Heiligkeit durch dreyfache Vorstellung gegen alle jetziger Zeit schwebende Anfechtungen gestärckt und befestiget, von den Meynungen der heiligen Vätteren so wohl, als anderen gelehrten Männeren, in 4to bey Cornelio Könen 1708; pp. 38, unà cum Germanica appendice prima: nam secunda Latina appendix Kargii Cancellarii Bonnensis est. Nomen primâ fronte paginæ non inscripsit; sed in approbatione Cornelius Brewer, Censor libri, sacræ Theol. Doctor refert, in 4to pp. 43.

Vindicias libelli contra Hæreticum Duisburgensem scripsit P. Franciscus Schmitz S. J.

HENRICUS LIEBLERUS ex patritia apud Agrippinates prosapia 1575. patre Thoma Liebler in lucem editus, Gymnasii Tricoronati Alumnus, & Magister promotus 1595. 6. Martii Doctore Conrado Ratingio Sophiæ lauream imponente. In sancti Martini majoris Cœnobio D. Benedicti institutum amplexus est 1599, ubi efflorescentibus deinceps meritis varia subivit officia, contiguæ & unitæ Monasterio Parochiæ sanctæ Brigidæ Administer subinde constitutus, ac demum ad Abbatialis dignitatis gradum 1622. die XI. Julii evectus. Primus ille usum mitræ & Pontificalium cum aliis vicinis Abbatibus à summa Sede obtinuit; quanquam enim hujus Diœceseos Abbates jam Sifridi Archi-Episcopi temporibus infulas habuisse ex actis Synodi ab eo circa annum 1280. celebratæ compertum sit; fuit tamen, ùt bene observat clarissimus Dominus van Espen in suppl. juris Ecclesiast. C. VI. ad num. 3, *Cùm Abbates Congregationis Bursfeldensis usum Pontificalium reprobarent, quod licet interdiu simplici animo rationabiliter ferri possint; tamen à lippientibus, & ad judicandum promis curiosæ magis vanitati, quàm religiosæ simplicitati deputari soleant, & Abbatibus superbiendi ansam præbeant.* His interim cohonestatus Henricus, non ad pompam vel gloriam; sed magis ad sacrorum majestatem & decorem sobrie usus fuit; idque unicè contendit, ut, quod ista suo designant mysterio, ipse probaret exemplo. Totus verò juxta primorum temporum religionis Benedictinæ fervorem utroque quasi cornu in id incubuit, ut generale Sodalitii Bursfeldensis studium Coloniæ seu in communi Lycæo juxta novissima Concilii Tridentini decreta instauraretur: quod institutum summis laudibus exornat Laurentius Beyerlinck in suo theatro vitæ humanæ: Verbo *Religio*.... optátque posteros id æmulari. Multis interea in suo regimine conflictatus tumultibus, nec parum à bene cœptis impeditus, tandem cùm annis XXXI. arcanâ prudentiâ sic habenas moderatus esset, ut mala vel nescirent, vel non sentirent subditi, rebus humanis exemptus est 1652. die 18. Augusti, ætatis septuagesimo septimo, sepultus in medio chori solo nomine lapidi sepulchrali inscripto, ut cui cui mors bona optimum fuerit epitaphium. Scripsit

Binas paraneses seu orationes, ùt vocant, Capitulares in congressu Abbatum à se habitas, literis etiam ad posteros derivavit, elegantes omninò & eruditas, in quibus liberali fronte & omni argumentorum genere sui instituti affectas ad sectanda bonarum artium studia patheticè cohortatur.

Ex Comment. Oliverii Legipont Benedictini.

HENRICUS à LIPPIA sancti Martini Coloniæ Abbas pars ipse virorum ejus loci illustrium non ingloria, annum supra trigesimum agebat, dum ex sæculari Clerico ad D. Benedicti castra confugit votis in inclyta sancti Ludgeri Werthinæ Abbatia nuncupatis, ab Adamo Meyer ejus loci tunc Administratore, & sancti Martini Abbate Coloniam accitus, Ecclesiæ sanctæ Brigidæ Rector 1481. est designatus, quo in munere annis octodecim insigni animarum lucro, monasticorum institutorum observantiâ, cæterisque ad unguem decorè gestis magnam sibi laudem peperit, ipsam Ecclesiam ædificiis caducam à fundo restituit, ampliavit, ac novis fulciit operibus. Tam præclaro omnibus tam externis, quàm domesticis prælucens exemplo, ut Adamo demortuo communi bonorum suffragio in ejus locum regimini admotus fuerit 1499, quod ille ea pariter cum laude gessit, ut inter illustriora familiæ Benedictinæ decora à Gabriele Bucelino censeri meruerit. Cæteris verò boni Præsulis dotibus addiderat comprimis liberalium disciplinarum culturam haud vulgarem, laudabile historiarum reconditæque antiquitatis studium, facundam perorandi & movendi artem, non mediocrem Ss. Canonum peritiam, & quidquid denique humanæ vel divinæ eruditionis palmam eâ ætate obtinebat, ideóque imprimis egit, ne sui mores haberent incultos aut illiberales. Et quia à Decessore didicerat mutuo nexu *hæc duo religionis bona sic esse colligata, ut, ubi acre studium divinarum litterarum animi puritate & ardore pietatis accensum viget, isthic ad penetralia sapientiæ & adyta Sanctorum non difficile sit pervenire,* perpetuum bonarum litteratum non modò subditis amorem instillabat, sed & ad Superiores solebat hæc crebrò inculcare: *Ignorantiam litterarum in Prælatis turpem, virtutum longè turpissimam esse.* E vivis sulatus est 1505 VI. Idus Januarii. Tumulum accepit, ùt ipse jusserat, inter Fratres sub ambitûs claustralis peristyliis, cum hoc epitaphio:

Hîc grandi ſub carne (*fors mole*) jacet, quem Lippia pavit
Henricus, templo Brigidæ qui præfuit annis
Biſſenis veri comptus Paſtoris honore,
Menſibus undenis quinque annis inſuper Abbas
Extitit, & renitens virtutibus exiit orbem.

Illud præ aliis memorabile, quòd tenerrimo in Deiparam affectu almam Ubiorum Univerſitatem ceu Judex, juriúmque ejuſdem Conſervator Apoſtolicus induxerit, ut ſanciret credendum docendúmque, ipſam ſinè labe originalis peccati fuiſſe conceptam. Quâ occaſione congeſſit

Denſiſſimam de Deipara elogiorum ſegetem, Variosque ſermones & homilias conſcripſit.

Ipſus quoque negotium univerſi per Germaniam Ordinis Benedictini ſub uno capite uniendi egregiè urſit in frequenti Abbatum Synodo apud Treviros 1501. celebrata, ubi *inſignem orationem* habuit

De unitate, charitate & diſciplina regulari nutrienda, corroboranda conſervandáque, quæ ſuperat in Bibliotheca S. Martini, quam ipſe pluribus libris luculenter auxit.

Ejuſdem cenſetur Tractatus memorabilis *de fovenda charitate & ſinceritate inter Profeſſores S. Religionis, hoc initio:* Monet nos Apoſtolus, quòd omnes in Chriſto unum corpus ſumus.

Item codice in folio ſign. F. 22. continetur ejuſdem *Apparatus de Tempore anno 1457. conſcriptus.*

Ex Comment. O. Legipont. Benedictini.

HENRICUS LORICUS Helvetus à pago Glarona Glareanus dictus, Philoſophiam doctus in Colonienſis Univerſitatis Gymnaſio, quod Montis dicitur. Præſentatur 1510. 11. Martii eximio viro Adamo de Boppardia, Vice-Cancellario hujus Univerſitatis, à quo licentiam impetrat capeſſendæ laureæ doctoralis, quam eodem anno à Facultate artium & Philoſophiæ retulit. Subinde Philoſophum & Poëtam Coloniæ egit. Edidit ibidem

Vitam D. Bernardi de monte Jovis Archidiaconi Auguſtæ Allobrogorum Latio donatam.

Cætera, quæ in patria ſua & alibi ſcripſit, ex Geſneri Bibliotheca à Simlero aucta reperies enumerata, obiit inſignis ævi ſui Mathematicus in avita Catholica fide conſtans Friburgi.

HENRICUS de MARIÆNAW (pagus eſt Diœceſis Hildeſienſis, ubi olim inſigne Carmelitarum extitit Monaſterium, cujus rudera adhuc viſuntur in pratis amœniſſimis; hujus Conventûs Henricus profeſſione erat filius) vir fuit moribus, pietate, religione atque dignitate ſpectatiſſimus. Fuit Epiſcopus Bornaxeugenſis, & per Cliviam tempore diſſenſionis Adolphi Cliviæ Ducis juſſu Sereniſſimi Domini Papæ EUGENII IV. ab anno 1440. & deinceps Epiſcopum egit, ac Sedem tenuit Calcariæ, & ità ſe legiſſe in libro Magiſtratûs Calcarienſis aſſerit Caſparus Munſterus in ſua Saxonia. De percelebri hoc viro agunt Jacobus Friſius in Biblioth. Tigurina, Antonius Poſſevinus S. J. in apparatu ſacro, Caſparus Munſterus &c. quo anno obierit, non ſatis conſtat. Scripſit

Contra Simoniacos Lib. 1.

De ordine ſuo Lib. 1.

De curſu ſiderum Lib. 1.

Ex Comment. Eximii Brunonis Tevvis Carmel. Provinc.

HENRICUS à Monte Carmeli, aliàs Forſt, Carmelita Colonienſis, & Provinciæ Alemanniæ inferioris Provincialis, Theologus profundiſſimus, & pro introducenda in Provinciam reformatione admodum fervens & zeloſus. 1667. ex ſpeciali commiſſione P. Generalis præſidet Capitulo Provinciali. Provinciæ Gallo-Belgicæ in Conventu Valencenſi 1671. authoritate Apoſtolicâ inſtitutur Commiſſarius & Viſitator Generalis Provinciæ Germaniæ ſuperioris cum plena poteſtate. Piè obiit Antonaci 1678. 8. Septembris. Edidit

Commeatus cæleſtis Latinè & Germanicè.

Vertit quoque ex Italico in Latinum Conciones Alexandri Carlamati.

Item Theologiam P. Vincentii Caraffa Soc. J. Præpoſiti Generalis.

Etiam unum Tomum Bibliothecæ moralis prædicabilis P. Joſephi Manſi.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitæ Provincialis.

HENRICUS de Monte Thabor, vulgò Montabour, Carmelita Golonienſis, ſtudia ſua exorſus eſt in Carmelo Colonienſi ab anno 1440. P. Generalis Faci Coloniæ tunc exiſtens, & ſublimitatem ingenii ejus advertens, dedit eidem facultatem ſtudia proſequendi, & gradus ſumendi Paduæ. Henricus favorem deprecans, manſit Coloniæ, ubi ſucceſſivè uſque ad annum 75. egit Informatorem, Lectorem & Regentem. Vixit uſque ad annum 1480. Scripſit

Lecturam in ſententias.

Item duo præclara opera concionatoria, unius titulus: de flagellis & plagis peccatorum. Alterius de homine viatore.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitæ Provincialis.

HENRICUS de ORSOYE Profeſſor fuit in Univerſitate Colonienſi, puto in Gymnaſio Montis. Decanus Facultatis artium electus 1465. primo ſemeſtri 23. Martii. Scripſit

Poſitiones in libros III. de anima; quæ ſimul impreſſæ ſunt cum poſitionibus Gerardi de Elten.

HENRICUS von dem BIRBAUM de Piro naſcitur Patre Brunone in Colonia Agrippinenſium. Poſt ſuſcepta inſignia Senatûs Juridici Coloniæ, Lovanium accitur MCCCCXXVII. naſcentem illic juris ſcientiam quadriennii doctione publicâ roboraturus. Obtigit eidem beneficium præbendæ Canonicæ, & Scholaſtici officium in Collegiata Leodienſi ſancti Pauli, & Officialatus Præpoſituræ Colonienſis; cùm Dominus illapſus caſto pectori afflavit ſcientiam Sanctorum ad rerum caducarum deſpicientiam. Quo authore 1435. ab-

didit

didit sese in eremum Cartusiæ Colonienſis, & cellam ſecundam occidentalis lateris ambitûs exſtruxit, quam Vicarius nunc inhabitat; & ecce ſit è Doctore publico diſcipulus Chriſti, è Canonico Monachus, ex opulento Prælato pauper & humilis Religioſus; virtus autem quò ſe condit magis, eò minùs plerumque latere permittitur. Cogitur ſuſcipere munus Prioris domûs Dieſtenſis primùm, dein Leodienſis, poſt Weſalienſis, inde Rutilenſis, demum Treviricæ, à quibus Fratribus multâ prece efflagitatus, prodeſſe potiùs, quàm præeſſe allaboravit. Tandem ſatiſcentibus ætate crebróque morbo viribus miſſionem infimis precibus oravit & exoravit, ut externis negotiis exſpoliatus, & liber totum ſe orationi & contemplandæ veritatis otio daret; reverſus Coloniam ſuam annis reſiduis inter continua religioſiſſimæ vitæ exercitia, & tanto viro digna negotia tranſactis vixit & devixit 1473. XI. Kal. Martii.

Criſis Morckenſii. Primò non fuiſſe hunc Henricum Priorem Colon. contra Petreium fratrem ſuum probat ex ſilentio Faſtorum domeſticorum Colonienſis Cartuſiæ, inter quos Henricus hic Prior non recenſetur. Unde ergo id aſſerit Petreius? Dubitat 2dò, num verum ſit, quod Theod. Loeherius *in fine Epiſt. dedicator. ad Cartuſ. Trevirenſes Tom. III. operum Dionyſii Cartuſ. in Magiſt. ſententiarum* aſſerit Trevericæ Academiæ ſub Nicolao V. fuiſſe Inſtitutorem hunc Henricum. Ratio juſta contradicendi eſt antiquitas Trevericæ Academiæ, Middendorpio laudante, quæ longè ætatem Nicolai V. excedit. Altera cauſa eſt, quòd anno poſt ſuſceptum ab Henrico habitum Cartuſianum duodecimo Nicolaus V. ſedere cœperit, puta 1447. Igitur cùm non nisi in ſæculo adhuc degens, inſtituerit Trevericam ſcholam, ſi eam inſtituit, certè ſub Nicolao V. inſtituere nequit.

Tertia criſis Morckenſii in Chriſtoph. Browerum Tom. II. Annal. Trevir. P. 18. §. 122. aſſerentem Conſtantienſi Concilio interfuiſſe Henricum hunc. Dubitat de eo aſſerto eruditus Criticus, eò quòd obierit Henricus de Piro Cartuſianus anno 1473, necdum 70. annis expletis; Concilium verò Conſtantienſe penè ſexaginta annis ante, putà 1414. inchoatum fuerit. Quare conjicit Patruum agnominem Henrici hujus interfuiſſe Concilio Conſtantienſi; Patruelem verò Henricum de Piro Trevirenſi in Academia docuiſſe. Fundatur hæc conjectura ex ſchemate genealogico gentis de Piro, quod ex Necrologio Colonienſis Cartuſiæ videtur hocce prodire.

Schema Familiæ Colonienſis von dem Birbaum, de Piro.

Wimmarus Birbaum.

Henricus Canonicus Leodienſis 25. Octobr.

Bruno de Piro.

Wemmarus,

Magiſter Henricus Canonicus Leodienſis 31. Martii.

Henricus de Piro Cartuſ. Colonienſis 19. Febr. 1473.

Scripſit

1. *In inſtitutiones Juſtiniani libros II. ante ingreſſum Cartuſiæ.*

2. *Contra eſum carnium quorundam Monachorum lib. 1. MS. in Cartuſ. Colon. ſcriptus 1427. cùm Licentiatus Decretorum doceret Lovanii. Extat etiam MS. in Abbatia Haſnonienſi.*

3. *De eſu carnium epiſtola grandis ad Bartholomæum tum Monachum, ſubin Priorem Cartuſ. Ruremund. qui fuerat in ſæculo Doctor Theologiæ, ſcripta 1434. ex Cartuſia Colonienſi.*

4. *Ad Novitios liber unus, Sutori viſus, Morckenſio non repertus, nisi fortè idem ſit cum ſequente.*

5. *Epiſtola ad Clar. D. Petrum Kinckium J. V. Doctorem, tum in Cartuſia Colonienſi Novitium, è qua ob crebras infirmitates medicorum judicio egreſſus fuit pedibus non animo, quem multis & prolixis beneficiis in Cartuſiam Colonienſem perpetuò benevolum præ ſe tulit.*

6. *Conſilia in diverſis caſibus, Trithemio Sutoríque memorata, indeprehenſa Morckenſio.*

7. *Sermones de Tempore.*
8. *Sermones de Sanctis.*
} *Ex Boſtio, Trithemio, Sutore extant in Cartuſia Leodienſi.*

9. *Defenſio pro immaculato conceptu B. Mariæ, Boſtio viſa, non Morckenſio.*

10. *Reſponſio ad quæſtiones Prioris Cartuſiæ Baſileenſis. Vidit hoc MS. Surius in Cartuſ. Colon. nunc deſideratur.*

11. *Excerpta ex malo granato MS. in Cartuſ. Colon.*

12. *Statuta Ordinis Cartuſiani redegit in Alphabetum, & dubia explicavit, teſte Boſtio C. 32. Latet hic liber MS. apud Cartuſianos Colonienſes, nec omnibus patet, quia amodò lex lata eſt, ne quis Cartuſianus præſumat ſtatuta gloſſare aut interpretari. Sed ſi quid dubietatis aut quæſtionis emerſerit, Capitulum generale aut Reverendus Pater ſuper annum conſuli debet. Statut. Cartuſ. P. II. C. 1. n. 8.*

Omiſit Morckenſius alterum ab Valer. Andrea adſcriptum Henricum partum hunc: *Quæſtiones III. de emptione redituum editas Oppenheimii 1514. in quarto.*

Invenio in catalogo Præpoſitorum ſancti Cuniberti Colonienſis Henricum de Piro Decretorum Licentiatum ab 1407. ad 1413. Præpoſitum. Videtur fuiſſe patruus hujus Scriptoris. *Ex Cartuſiographia D. Michaelis Mörckens Cartuſiani Colon.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

HENRICUS PUTZIUS natione Germanus, non Belga, ùt Deſſelus vult, patriâ Marcoduro Menapiorum oppido ortus, Matthiæ Putzii, cujus poſtea mentio fiet, Germanus Frater ſub vexillo Societatis JESU militare DEO cœpit 23. Decembris 1586. ætatis ſuæ 18, vitámque reliquit Coloniæ 6. Aprilis 1596. Fuit, ſicut & Matthias raro atque excellente ingenio ad miraculum. Probitate & pietate ingenium ſuperabat. Pervolutârant mirâ ingenii celeritate omne Scriptorum genus, ut nihil eſſet, de quo non in illo juventutis flore diſputare poſſent. Peregrinas linguas, nullo docente, ità didicerant, ut & Italica Latina facerent, & viciſſim Latina in Italicum transferrent. Scripſit

Tragœdiam Joſue, aliáque nonnulla carmine eleganti.

Ex annuis Coll. Colon. S. J. Foppens Biblioth. Belgica.

HENRICUS von der RECK zu Kemna, Præpoſitus ſummæ ædis Coloniæ reliquit

Deſcriptionem ſtemmatum familiæ von der Reck, in qua etiam cognati nobilium de eadem familia conſignantur. Totum opus conſtat præter propter pp. 10.

Ex originibus hiſtoriæ Weſtphal. J. D. von Steinen fol. 28.

HENRICUS REIPKENS natus anno 1674. Wachtendonkæ, tunc Geldriæ Hiſpanicæ, nunc Boruſſicæ oppido; Societatem ingreſſus 1694. quatuor votorum profeſſus Coloniæ apud Ubios Philoſophiam docuit, pro DEI gloria amplificanda, & procuranda animarum ſalute multa tulit fecitque, ſive enim regeret Collegium Embricenſe, ſive Præfectus eſſet variorum Gymnaſiorum, ſive Miſſionarius aut Concionator, ſive Collegiorum Miniſter, qualis ſub finem vitæ erat Monaſterii Eiffliæ, non modica agendi & patiendi pro DEI honore & utilitate proximi eidem materia eſt ſubminiſtrata. Placuit Domino univerſorum eundem morte inexſpectatâ ſubitâque ad patientiæ & laborum præmia evocare 1743. 4. Februarii Monaſterii Eiffliæ. Vertit ex Gallico, tacito nomine ſuo

Facilem methodum hiſtoriæ Biblicæ univerſæ diſcendæ, hoc titulo:

Leichte Weiſs die gantze Bibliſche Hiſtorie alten und neuen Teſtaments zu erlernen, aus dem Frantzöſiſchen ins Teutſche überſetzt, und Fragweiſs vorgetragen. Bonnæ ſumptu Leonardi Rommerskirchen in 12mo pp. 216.

Evangelica hiſtoria ex Francico idiomate verſa, quæſtionibus & interrogationibus accommodata omnium captui.

Evangeliſche Hiſtorie, oder das neue Teſtament Frag-weiſs vorgetragen, aus dem Frantzöſiſchen in die Teutſche Sprach überſetzt, die zweyte Auffiag verbeſſert, vermehret, erklâret, und in beſſere Ordnung gebracht. Bonn bey Leonard Rommerskirchen 1738. in 12mo pp. 648.

HENRICUS à ROSENTHALL natus eſt in Ducatu Montenſi, in quem juriſdictionem ſacram habet Archiep. Colon. Poſt Italiam & Galliam luſtratam omnigenæ ſcientiæ perficiendæ gratiâ anno 1589. conceſſit Spiram Nemetum, ubi tum ſupremum Germaniæ tribunal erat, inque ædes & familiaritatem Domini à Nerven Aſſeſſoris apud hoc Dicaſterium conceſſit. Hujus hortatu, Commentariis & Bibliothecâ adjutus edidit *pleniſſimi Tractatûs de re feudali capita novem priora*, quæ inſcripſit Auguſto. Ab anno 1600. vel 1601, Confluentiæ, dum reſiſteret itinerans, inſcripſit Julio Halberſtadenſi Epiſcopo ſecundam partem Tractatûs feudalis. Hæc ex libris hauſta ſunt. Reliqua fata tanti viri æternâ memoriâ digniſſimi quâcunque diligentiâ impenſa detegere non valui. Scripta ab eo

Synopſis totius juris feudalis, concluſionibus ſeu ſententiis in certa ac familiaria capita digeſta, Authore Henrico à Roſenthall ex Ducatu Montenſi Illuſtriſſimi Clivenſis Ducis Provincia Lugduni 1588. idibus Junii apud Euſtachium Vignon in 4to.

Extat in fronte commendatoria Epiſtola Clariſſimi Dionyſii Gothofredi ad Roſenthalium: magnum argumentum ſcientiæ tanto viro placuiſſe.

Tractatus & Synopſis totius juris feudalis, nunc mirum in modum auctus & locupletatus, Authore Henrico à Roſenthal JC.

Tomus primus Spiræ Nemetum 1597. in folio pp. 917. apud Joannem Lancellotum.

Tractatus & ſynopſis totius juris feudalis Tomus II. in folio Spiræ Nemetum 1600. ex eodem Typographæo Authore Henrico à Roſenthall. Precedunt ubique denſa & plena clariſſimorum Germaniæ JCtorum elogia de hoc opere in genere ſuo præſtantiſſimo & Archetypo.

HENRICUS RUPÆUS Monaſterio-Weſtphalus, Parochus Eccleſiæ Hinsbergenſis in Ducatu Juliacenſi, ubi, cùm Calviniſtæ invadere tentarent Eccleſiam, murum ſe pro domo DEI oppoſuit, & Catholicam rem reſtituit ac reſtauravit, utì ante fecerat Bilefeldiæ ſimili Apoſtolico zelo Catholica ſacra contra Hæreticos invaſores tuitus. Utrumque docet epitaphium, quod in Eccleſia Parochiali prope ſummam aram ſemi-eraſum extat:

Admodum Reverendi & Eximii Domini Henrici Rupæi W. Monaſterienſis...Canonicus & Paſtor quondam Bilefeld: ubi Religionem Catholicam poſt annos quinquaginta reſtituit; poſtea Hinsbergæ, ubi eandem verbo & libris editis acerrimè propugnavit.....

Ità Antonius Rupæus *nobilis Monaſt.* Hinsberg. Cellarius teſtatur manu propriâ.

Gerardus Hertenius Duranus Calvinianus Miniſter anno 1613. Duſſeldorpii vulgaverat typo Bernardi Buſii librum: *Hypomneſis Chriſtiani*, quâ, cùm Henricus Rupe Paſtor Hinsbergenſis oviculas nonnullas ex ſuo ovili ſeduci adverteret, edi-

dit

dit 1617. Coloniæ apud Joannem Christophori librum hunc:

Anacrisis, das ist: Erörterung und Besichtigung der neuen Weysen, der Bett-Form des Calvinischen Prædicanten Gerardi Hertenii Durani widerlegt durch Henricum Rupe Monaster. Westphalum Pastorem zu Hinsberg im Fürstenthumb Jülich in 4to pp. 128. Dicatus liber Wernero Hayn von Amstenradt Marescallo Juliacensi.

Anticrisin reposuit & vulgavit *Hertenius* contra quam à Rupæo edita

Controversiarum epitome, das ist, kurtzer Auszug, auch gründliche und beständige Erleuterung aller fürnehmsten Streit-Puncten zwischen den Catholischen und Calvinisten, welches ein Anticyra Anticrisis ist wider den Anticrisin Gerardi Hertenii in forma Apologiæ durch Henricum Rupe Monast. Westph. Pastorem in Hinsberg. 1620. Collen typo Joan. Kinckii in 4to pp. 490. Dicat Rupeus hanc epitomen Wolffgango Wilhelmo Sereniss. Duci Juliac. & Principi suo ac Domino clementissimo ex Hinsberg 6. Aug. 1619.

HENRICUS à SS. VIRGINIBUS, forsan Clericus, Vicarius aut Canonicus perillustris Collegiatæ Ss. Ursulæ & sociarum Martyrum. Scripsit

Historiam sanctæ Ursulæ ejusque Parthenii Sodalitii, quæ MS. extat in Bibliotheca Cartusiæ Coloniensis pulpito OO. Numero 103.

HENRICUS SCHÆVIUS Schalterlandinus prope Kloppenberg natus, Canonicus in Freckenhorst, felix fuit in scribendis versibus. De se solebat dicere: *Schævius ingenio, Schævius arte valet*, quod aliàs jocosè invertit: *Schævius ingenio, Schævius arte caret.* Scripsit 1521. Coloniæ

Multa epigrammata & epistolas ad diversos scriptas, ubi inter cæteros Joannem Mellinckhusium Emendensem postea Decanum ad sanctum Joannem Osnabrugi virum doctum & Mecœnatem studiosorum salutat honorificè. Puto illum in Freckenhorst obiisse.

Ejusdem Schævii *Carmina & Epistolæ MSs.* Coloniæ 1519. ad varios illustres & eruditos viros Ecclesiæ & civitatis Colonienſis extant in Coll. Colon. S. J. MS. in 8vo.

HENRICUS à SCHULTHEIS J. U. Doctor, Ferdinandi Bavari Archi-Episcopi Colon. Ducis Westphaliæ Consiliarius in Ducatu Westphaliæ. Idem Consiliarius Electoris Moguntini Joannis Swicardi auff dem Eichsfeldt. Scripta ab eodem

Impugnatio Adami Tanneri sententiæ, quòd à Deo dæmon permittatur repræsentari.

De sagis denuntiandis. A. D. Schultheis Doctore Consiliario Ducatûs Westph. inter MS. Coll. Colon.

1634. 27. Junii Ausführliche Instruction in Inquisitions-Sachen der Zauberey zu verfahren. Per modum dialogi Germanici & processûs criminalis. in 4to Coloniæ pp. 503. bey Heinrich Berchem auff dem Thumhoff in der Quenteley.

HENRICUS SEDULIUS Clivienſis, Cliviæ primariâ ejusdem nominis Ducatûs civitate natus, Ordinis Minorum sancti Francisci, totius Ordinis Definitor & Minister Provincialis, vir pius & eruditus, & in Ss. Patribus versatissimus, ùt scripta ejus loquuntur. Justo Lipsio Belgii Ocello amantissimus. Ejus extant

Sancti Bonaventuræ liber de vita sancti Francisci, erudito commentario illustratus. Antverpiæ 1597. in 8vo typo Plantiniano.

Præscriptiones adversùs hæreses. Antverp. typis Moreti 1606. in 4to.

Diva Virgo Mosæ Traject. seu beneficia ejus ac miracula anno 1609. in 8vo.

Apologeticus adversùs Alcoranum Franciscanorum pro libro: Conformitatum. ibid. in 4to 1607.

S. Bonaventuræ speculum disciplinæ ad Novitios de profectu Religiosorum, &c. ibid. 1597. in 8vo recensuit cum notis. Non esse hunc librum S. Bonaventuræ, sed B. Davidis Augustani postmodum comperit Sedulius; indicium veri Authoris demonstrante Marco Velsero Duumviro Augustano clarissimo.

Commentarius in vitam S. Ludovici ex Ordine Minorum Episcopi Tolosani. ibid. in 8vo 1602.

Imagines Religiosorum Ord. sancti Francisci in æs incisæ, additis brevibus elogiis. ibid. typis Gallæi in 4to 1602.

Historia Seraphica Sanctorum Ordinis sui vitæ cum notis, typis Nutii 1613. in folio.

Martyria Fratrum Minorum, Alcmarienſium, Gorcomenſium, & aliorum in Belgio interemptorum, cum figuris, in 4to Antverp. apud Nutium 1613.

Provinciæ inferioris Germaniæ Frasrum Minorum, in qua de Cœnobiis Fratrum Virginumque Monialium, de Martyribus & Scriptoribus. MS. Antverpiæ apud Franciscanos. His inserta beati Joannis à Capistrano vita nunquam excusa. Foppens Bibliotheca Belgica.

HENRICUS SIMONIS Mulhemii ad Rhenum natus 1589. 28. Octobris, instituitur Coloniæ artibus liberalibus in Tricoronata Gymnade, & Societati se dat 1608. 3. Aprilis. Conciones Latinas habuit ad Academicos Gymnasii Tricoronati. Dum vixit in Societate, stylo bene Latino scripsit

Historiam Collegii Colonienſis, quæ quidem anno 1621. unà cum Achatiana æde & Bibliotheca conflagraverat, sed ex residuis fragmentis veluti è ruderibus annuas collegit, & ab anno 1542. ad 1631. perduxit, quæ usque in hunc diem extant MSs. in Archæo Gymnasii Tricoronati, & apud Rectorem Coll. Colon. *in folio.* Hic idem Simonis libellum quendam edidit, postquam mutatâ mente Societatem deseruisset 1635. sed quâ occasione, patebit ex sequentibus.

Serenissimus Ferdinandus Archi-Episcopus commotus horrendo spectaculo miseriæ, Suecico & Hassico bello inductæ confugiendum putavit ad Deiparam ejusque dolores publico cultu honorandos collecto sodalitio, quod diplomate vulgato XII. Augusti anni 1633. instituit, Patrum Servitarum sacro in hoc genere zelo usus. Præluxerunt Antecessores Archi-Episcopi, quos inter Theodoricus

doricus à Mœrſa 1423. Huſſiticæ hæreſeos averruncandæ ergo feſto annuo Chori feriâ ſextâ poſt Dominicam Jubilate memoriam dolentis Virginis honoravit, cui peculiari officio Eccleſiaſtico ante ſæculum geminum ſcripto Collegium Fratrum & Sororum erexit. Simili de cauſa Ferdinandus Eccleſiam nuper à fundamentis extructam in Monte ſanctæ Crucis Bonnæ adjacente dicavit, diſpoſitâ intervallis ſerie ſeptem ſtationum, quibus adeuntes Eccleſiam dictam videant & recolant exhibitos ſeptenos Deiparæ dolores. Eum in finem Latini Germanicíque libelluli 1634. in 16to prælo ſubjecti fuêre, hoc titulo:

Faſciculi myrrhæ, quibus varia exercitia recolendis afflictionibus Dominæ noſtræ accommodata continentur. Hunc Hiſpanicum fecit Simonius 1636. *Real Origen de la Cafradia des los ſiete dolores de nueſtra Sennora la Virgen Maria Madre des Dios, Autor de eſte libro Henrique Simon natural de Molhemio. in 8vo Coloniæ typo Joannis Mertzenich pp. 88.*

HENRICUS SOMMALIUS natione Belga, patriâ Dionantenſis agri Eburonum, à S. P. N. Ignatio in Societatem 1551. admiſſus, eique ob morum candorem percarus fuit. Româ miſſus Lauretum, ut Græcas litteras profiteretur, inde in Germaniam ad ſtabiliendam in avita fide celeberrimam civitatem Coloniam X. Kal. Junii 1556. cum Franciſco Coſtero & Joanne Rhetio ablegatur: oſtium enim magnum Evangelio per Septentrionem propagando illinc aperiebatur. Delatum fuerat à Magiſtratu Rhetio Gymnaſium Coronarum: ex eo Henricus Baccalaureus promotus 1557. Kalend. Decembr. anno proximo Magiſter Metaphyſices & Phyſices prælectiones conjunxit habendis ſacris ad inferiores claſſes allocutionibus. Cùm Dionantenſes odore bono Gymnaſii Tricoronati allecti operarios ſibi depoſcunt litteris humaniſſimis; quibus cum ſocio Leonardo Villano Sommalius anno 1563. non tam datus, quàm reſtitutus fuit, ubi collectam juventutem bonis litteris imbuere cœpêre, ibidémque & per Belgium variis locis annos multos cum laude & pari fructu concionatus eſt. Primus cœptam à ſe patriam ſtationem Dionantenſem 1564. rexit, primus Duacenſe Collegium Rector gubernavit, cùm Maximilianus Capella, qui ei muneri deſignatus fuerat, Romam à Provincia Procurator eſt miſſus. Aliis quoque Collegiis non ſemel præfuit, mores & veſtigia ſancti Ignatii diligentiſſimè coluit & expreſſit. Paupertatis tam amans fuit, ut ne in graviſſimo quidem ſenio quidquam admitteret peculiare; nihil moriens præter roſarium & Lipſanothecam ſat vilem poſt ſe reliquerit. Obſervavit, dum vixit, ut nunquam ad ſociorum conſuetam recreationem accederet, nisi materiâ ad pios ſermones inſtructus. A Comite de Lumay Martyrum Gorcomienſium in Hollandia Tyranno deprehenſus aliquando in Monaſterio quodam hoſpes, lecto extrahitur, humi ſternitur, nudatur, cultro culinario admoto verendorum exciſio intentatur; ſed animi præſentiâ conſtantiâque, dum Tyrannum imperterritus intuetur, ferociam ejus fregit, & evaſit impune ſolo nudati corporis ſupplicio excepto: quod tamen fuit illi eò gravius, quo in omni vita pudoris cultor fuerat diligentior. Senio & quâdam vitæ ſatietate magis, quàm morbo victus occubuit Valencenis, 30. Martii 1619. ætatis 85., profeſſionis quatuor votorum 50mo, vir in erudiendis caſtigandísque ſacrorum Authorum ſcriptis diu multúmque verſatus. Edidit ad veteres membranas emendata

Thomæ de Kempis opera. Antverpiæ typis Martini Nutii 1600. in 8vo, & alibi ad veteres codices & autographum emendata.

B. *Anſelmi de excellentia B. M. V. item ejuſdem ſimilitudinum librum & epiſtolas. Colon. apud Joan. Huntem, & Duaci apud* Bellerum *1605. in 16.*

Joannis Trithemii Abbatis Commentarium in regulam ſancti Benedicti. Duaci apud Bellerum *1608. & Valencenis per Joan. Verulut eodem anno in 8vo.*

Divi Auguſtini confeſſionum libros XIII. item ejuſdem meditationes, ſoliloquia, manuale. Duaci apud Bellerum *1608. in 12mo.*

Alberti Magni paradiſum animæ ſeu de virtutibus, quem etiam ſcholiis illuſtravit. Antverp. apud Joan. Moretum.

D. Anſelmi Cantuarienſis Archi *Epiſcopi tractatum de XIV. dotibus* Beatorum. *ibid. in 12.*

Faſciculum divini amoris atque devotionis ex ſanctorum Patrum ſcriptis. Duaci typis Belleri *1608. in 16to.*

Hiſtoria Gymnaſii Tricoronati. Foppens Bibliotheca Belgica.

HENRICUS STAPEDIUS Agrippinenſis, Medicus Lugdunenſis. Edidit

Decades duas paradoxorum Laurentii Joubert. Geſner. in Bibliotheca.

HENRICUS THENEN apud Aquas Grani natus 1607. 22. Julii Societati JESU ſe addixit 5. Octobris 1624. Poſt litteras humaniores traditas annis aliquot Præfectus ſcholarum fuit, dein Reſidentiæ Hadamarienſis Superior. Obiit diem ſupremum Treveris 1696. Scripſit

Theſaurum ſacrarum reliquiarum Aquisgrani, quæ ſingulis ſeptennüs ſolemniter monſtrari ſolent. Coloniæ apud Wilhelmum Friesſem 1657. in 8vo.

Vitam S. Caroli Magni primi Germani Imperatoris. ibid. 1658. in 12mo.

Ex annuis Coll. Trevir. S. J.

HENRICUS TURCK Gochenſis è Clivia natus 1607. 21. Decembris. Societatem ingreſſus 1625. Exacto ritè Novitiatûs biennio Coloniæ 1617. celebrante Hermanno Baving Scholaſticorum vota edit, *teſte Autographo in Archæo Gymn. Tricor.* Treviris 1643. quatuor vota profitetur 31. Maji. Humanioribus & Philoſophicis docendis magna cum laude perfunctus oſtendit, quantus olim in Domini vinea futurus eſſet. Quaſi enim injunctis officiis non ſatis occuparetur, collegit ſubceſivis horis ingentem materiam hiſtoriæ omnis, quæ Archi-Diœceſin Colonienſem, Epiſcopatûs Monaſterienſem, Hildeſienſem, Paderbornenſem, ac Ducatus Juliæ & Cliviæ patriæ ſuæ complectitur, è qua hiſtoriam juſtam publico bono edere ſtatuerat, ſi vita ſuperſtes fuiſſet, & otium dediſſet obedientia. Domibus Sociorum Miniſter, ſcholis & ſodalitiis Marianis præfectus, bis Collegii Trevirici Rector miram ſemper animi cum DEO conjunctiſſimi pacem præ ſe tulit & rerum

rerum gerendarum prudentiam : ut Eminentiſſimus Trevirenſium Elector jactare ſoleret, nihil in eo viro præter nomen eſſe Turcicum. Extremo morbo, dum apoplexia loquelæ & rationis uſum non turbabat, totus erat in eo Paulino ruminando, ſive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. Miſit ſupremùm ad Reverendiſſimum Electorem, qui benedictionem morituro flagitaret, ageret grates pro collatis beneficiis, & deinceps patrocinium Societati rogaret. Cui Princeps tenero ſenſu commotus, ego verò optimè precor viro optimo, mèque viventis & mortui precibus impensè commendo. Obierat paulò ante mortem exercitia Ignatiana. Quare morbo accedente nil admodum habuit, quod expiandum adjiceret. Unde cor mundum ad DEUM ſuum videndum abreptum fuiſſe confidimus 19. Novembris 1669. in Collegio Trevirico, quod iterum regebat. Reliquit MS.

Tomos VI. in folio complectentes hiſtoriam, cui hunc titulum præfixit : *Inferior ad Rhenum Germania ſive Colonienſium, Juliacenſium, Clivenſium, Montenſium, Weſtphalorum, eorumque, qui eaſdem cum illis terras ſub diverſis nominibus olim incoluerunt, populorum maximè veterum Francorum ac Saxonum res ſacræ ac profanæ à prima origine uſque ad annum Chriſti MDCLX, Annalium in morem digeſtæ.*

Tomus I. II. Autographi extant in Collegio Trevirenſi S. J. ab initio ad annum Chriſti 748. præter præloquii C. XXVII. in plures paragraphos tributa. Tomus III. Autographus eſt in Collegio Colonienſi S. J. Ex Tomo II. excerpti ſunt & ſecreti à tota hiſtoria hujus Turckii. *Faſti Karolini* editi à Leuckfeldio & Heinneccio in Volumine primo Rerum Germanicarum.

Clariſſimus I. G. ab Eckart *in præfatione Tom. I. Comment. rerum Francic. Orientalium* narrat à Turckio ſcriptam integram hiſtoriam Epiſcopatûs Hildeſini; ſed error videtur : nam aliam Hildeſinæ Eccleſiæ hiſtoriam non novimus, quàm Patris Martini Ubers S. J. Miniſtri Collegii Hildeſini ſuperſtitem MS. *Ex annuis Coll. Trevir. S. J.*

HENRICUS à VENEDIEN Calcariæ Clivorum egregiâ familiâ oriundus, 1668. Colonienſi Tricoronato ludo committitur, cujus diſciplinis abundè perceptis artium Magiſter renuntiatur 1689. ab Caſparo Ketich, & Societati JESU ſe dat anno eodem. Bonnæ, Treviris, Duſſeldorpii ſcholas manſuetiores moderatus eſt, & Philoſophicam Cathedram Monaſterii Weſtphalorum, ubi vota quatuor profeſſus eſt 1702. Subin Matheſin prælegit Colonienſi in Univerſitate, & ex ea ad Metropoliticæ Eccleſiæ Cathedram translatus, conceptam ſpem de ſe optimam fructu ubere & conferto auditorio longè ſuperavit : materias enim obvias morum ac vitiorum non vulgari, ſed exquiſito artificio & partitione dicendorum facili tractabat. Demum anno 1724. 20. Novembris Tricoronati Gymnaſii, & ſubin Convictûs Xaveriani Regens declaratus fuit. Ex ſpirituum defectu mortem adventantem præſentiſcens, rogabat ſacrâ lectione identidem refricari ſibi ſacrorum affectuum memoriam, quos inter ritè procuratis ſacris myſteriis è vinculis corporis evolavit Coloniæ 5. Martii 1735. Scripſit edidítque Germanico idiomate

Unglückſeelige Fiſcherey zu Weſel in Cleefland, das iſt : *Johannes Fiſcher Weſelſcher Prædicant in ſeinem eigenen Netz verſtrickt, als er die Transſubſtantiation mit ſeinen fünff Sinnen hat durchdringen vvollen, in einem Fiſcher-Geſprâch von einem Cleefiſchen Geiſtlichen. Côllen bey Johan Engelert in 8vo pp. 48.*

Unſträflichkeit des verbeſſerten Rômiſchen Catholiſchen Calenders vvider einige unbillige Criſes von P. H. Venedien in 4to Côllen bey Johan Engelert. pp. 24.

Fruchtbarer Himmels-Thau zu Erquickung der Hertzen in den güldenen Morgens-Stunden hinunter fallend. Tomi tres in quarto.

Primus editus Coloniæ 1730. pp. 424.

Secundus ibidem apud eundem 1731. pp. 410.

Tertius ibidem apud eundem 1732. pp. 367.

Sæpiùs recuſæ hæ conciones in omnes Dominicos & feſtos dies.

Ex annuis Coll. Colon. S. J.

HENRICUS URANIUS oriundus urbe Reſenſi Archi-Diœceſis Colonienſis Triglottos ſcholæ Embricenſis Moderator fuit.

Epitaphium muro inciſum hoc legitur :

Laus DEO ſemper.

Epitaphium Clariſſimi ſimul & Reverendiſſimi Viri HENRICI URANII Reſſenſis, ſcholæ in hac Republica, dum viveret, Moderatoris.

Hac quacunque venis, gemebundo pectore diſcas,
Cujus in adverſo membra locata cubant.
Henricus jacet hâc gelidâ tellure ſepultus
URANIUS noſtræ Gymnaſiarcha ſcholæ.
Qui tribus in linguis, nec dogmate clarus in uno
Æternùm peperit nomen ubique ſibi.
Luſtris undenis, ſummâ cum laude juventam,
Dum vixit, docuit nil niſi ſana, rudem.
Rara fuit ſanctæ pietatis imago, proinde
Mens ſupero vivit juncta beata DEO.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Distichum, & annum, & diem morientis complectens.

RECtor It VranIVs NICoLaI festa peregit,
sIt bene præsago nomine CæLICoLa.
Obiit igitur anno MDLXXIX.
Joannes Warderholt gratitudinis ergo posuit.

Scripsit edidítque *Grammaticæ Hebrææ Compendium. Basil. typis Henrici Petri 1541. in 8vo.*

Editio secunda recognita & locupletata. Coloniæ 1559. apud Gualterum Fabricium.

De usu & officiis litterarum servilium de nominum diversitate, de punctorum mutatione, déque radicum inventione apud Hebræos. Coloniæ 1570. in 8vo pp. 120.

Commendationem linguæ Græcæ. ibidem 1571. in 8vo.

Epitomen de re nummaria & ponderibus ex Budæo, Agricola & aliis. ibid. 1569. in 8vo.

Tractatus, quo sapienti mortem non esse metuendam ostendit.

Grammatica Latina in usum scholæ Embricensis ab Henrico Uranio Ressensi collecta, & aucta, & diligenter recognita Coloniæ.

Bibliotheca Belgica Foppens. Wassenbergii Embrica.

HENRICUS WEISWEILER in Ducatu Juliacensi perhonestâ parentelâ natus 1634. post litteras mansuetiores magnâ doctrinæ ac virtutis famâ Embricæ traditas, confectúmque pari honore Theologiæ curriculum ac tertium probationis annum quatuor vota professus est Treviris 1669, in Societate JESU. Non longè post ob singulares, quas illi ad gubernandum DEUS contulerat, dotes tironibus Novitiatûs præficitur; dein Collegio Colonienſi, cujus clavum post plures annos rursum tenuit, ac demum toti Provinciæ Rhenanæ inferiori, quam alterâ vice administravit, eâ & nostrorum & externorum Societati etiam infensorum approbatione, ut omnes singularem ejus prudentiam, temperatum benignitate & moderatione vigorem reginiinis, cæterásque dotes, quæ ad gubernandum desiderati possunt, suspicerent, summásque in eo esse faterentur. Quantò se videbát aliis munere & loco superiorem, tantò inferiùs se deprimebat. Profecto testatum reliquit, quanto honorum fastigiis & rebus humanis esset superior, quando aulæ jugum, cui tum Principum benevolentiâ, tum Præpositorum suorum jussu alligabatur arctiùs, excutere omni contentione & conatu studuit. Viribus debilitatus, appulit animum ad scribendos libellos ascéticos regendis conscientiis & virtutibus augendis, cui labori addictum mors, ad quam se quotidie singulari industriâ jam pridem comparaverat, occupavit, & senio, sudoribus ac laboribus non magis fractum, quàm meritis onustum ad bravium supernæ felicitatis evocavit 8vo Kal. Octobr. 1714. Coloniæ, Scripsit

Bewährte Stands-Erwehlung in drey Theil abgefasst von einem Priester der Gesellschafft JESU nach den Erwehlungs-Regelen des H. Stiffters Ignatii. Cöllen apud viduam Muchers in 12mo pp. 174. tacito nomine 1708.

Geistlicher Gewinn, das ist, nützliche Wissenschafft alle Werck sehr verdienstlich zu verrichten, Authore R. P. Henrico Weisweiler anno 1705. 1706. 1707.

Getroffener Fried auff dem Weg der Reinigung, erhalten auff dem Weg der Erleuchtung, bestättiget auff dem Weg der Vereinigung, in acht-tägige Betrachtungen nach Unterschied der Exercitanten, durch P. Henricum Weisweiler. Cöllen apud Godefridi Muchers viduam 1711. in octavo pp. 154.

Geistlicher Gewinn zum zweyten Druck vermehrt, in vier Theil abgetheilt. Apud viduam Muchers in 12mo. Prima pars pag. 108. Secunda pars pag. 176. Tertia pars pag. 162. Hujus partis conclusio pag. 168. His quatuor partibus singula diei opera meritoriè & sanctè obeundi, rationes meditandi, methodi, praxes continentur. Ex annuis Coll. Colon. S. J.

HENRICUS de WERLIS, Werlâ oppido Archi-Diœcesis Colonienſis oriundus, Ordinem Fratrum Minorum sancti Francisci Conventualium ingressus, Universitatis Colonienſis Doctor fuit profundissimus, in divinis Scripturis admodum eruditus, Disputator acutus, & Declamator sermonum egregius, Minister Provincialis per Westphaliam egregiè gessit Provinciam annis 32. Tandem efflavit animam in Conventu suo Osnabrugenſi, quem elenodiis & cimeliis insigniter auxit. Claruit circa annum 1440. Scripsit

Super sententias opus quatuor libris distinctum.

Postillas in aliquot libros Bibliorum.

Physicam in Commentariis, & Logicam in quæstionibus enodavit.

De potestate Ecclesiastica librum unum.

Sermones item elegantes non minùs, quàm doctos ad populum habitos.

Extat Coloniæ in Bibliotheca Fratrum Minorum Conventualium manuscriptum P. Henrici de Werlis *de potestate Pontificis supra universalem Ecclesiam tam synodaliter congregatam, quàm dispersam occasione schismatis in Concilio Basileensi suborti compositum.* Incipit: *Rex pacificus Sacerdos DEI altissimi, &c. Explicit tractatus seu collectio ex diversis de eminentia potestatis Apostolicæ super Ecclesiam universam, &c. F. Henrici de Werle, sacræ Theologiæ Magistri, & FF. Minorum Provinciæ Colonienſis Ministri anno 1441.*

Huic subnectitur alius tractatus, cujus contenta & occasionem Author ipse in prologo, qui incipit: *Nolite judicare secundùm faciem &c.* refert sequentibus: *Nonnullorum me pulsantium, ut quid in hoc deflendo schismate de potestate Papæ super generalia Concilia, & Ecclesiam universalem dispersam & synodalem, & è converso, foret sentiendum,*

tiendum, scriptis commendarem, æstuanti desiderio quanquam insufficiens, utcunque satisfacere cupiens, tractatum quendam de potestate Papæ super Concilia generalia &c. habentem 20. Capitula, cujus prologi principium est: Apostolus Paulus 1 ad Corinthios 10. *inquit: Obsecro vos Fratres. Et tractatûs initium: Rex pacificus &c. Ex dictis sacræ Scripturæ, juris divini & humani, sacrorum Doctorum & aliorum in unum compegi, non cum Ruth spicas, quæ metentium Doctorum manus effugerunt, vel quæ ex industria relictæ fuerunt, colligendo; sed potiùs juxta Virgilium clavam de manibus Herculis auferendo, dicta in hac materia scribentium de manibus eorum pro ejusdem veritatis majori & ampliori evidentia rapiendo.*

Hunc Tractatum Patres Basileæ congregati, nonnulli etiam alii de eorum fervore persistentes, perlegentes meram veritatem continentem, tanquam insanam doctrinam quibusdam in punctis Concilia generalia tangentibus afferentem, non justum judicantes judicium, sed secundùm faciem asseruerunt. Quorum quidem punctorum veritas, ut cunctis ampliùs eluceſcat, alias 37. clarificationes in hoc *Clarificatorio* cum suis probationibus & persuasionibus Spiritûs sancti gratiâ superfulgentes in medium deducam. Hic Tractatus sic incipit: *Flecto genua mea ad Deum Patrem, & Filium, &c.* Finit: *Ad laudem & gloriam omnipotentis DEI, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum.* Explicit Clarificatorium.

Huic Clarificatorio è vestigio subnectitur alius Tractatus *contra impugnantes responsum sanctissimi Domini nostri Eugenii divinâ providentiâ Papæ Quarti per varias conclusiones à Basileensibus assertas, & à præfato Authore refutatas deductus. Ex Commentariis Eximii Adami Putz Ordinis Minorum, post Wadingum.*

HENRICUS WICKIUS ex Wassenberg Provinciæ Juliacensis, fuit Coloniæ Professor Oratoriæ Facultatis in Gymnasio Laurentiano. Obiit præmaturâ morte in patria 1626. ipso die Pataseeves, juvenis apud omnes magnæ spei & existimationis. Habuit edidítque

Orationem in laudem Alberti Magni Episcopi Ratisbonnensis.

HENRICUS ZIMMERMAN nascitur 1689. ex Broich in agro Juliacensi, ubi Latinam linguam & artes, Philosophica apud Grani Aquas didicit, & Societati Jesu additus 1707. professus quatuor votorum 1722. Humaniorum Professor Dusseldorpii, & in Eburonibus Leodii; subin universam Theologiam in Tricoronato Colonienſi Athenæo propugnavit clarissimi simul ac solidi ingenii laudem supra omnes coævos promeritus, ut dubitârint Superiores, Ecclesiæ an scholis excellentem in utraque cathedra Henricum darent. Cessit demum sacris ambonibus Colonienſis templi nostri & Confluentini. Oblatum munus superioris residentiæ ad *S.* Goarem efflictim deprecatus, ad tempus Præfectum scholarum egit Confluentiæ, ubi phthisis invasit assuetum sacris laboribus, & Sacramentis præmunitum depasta est 29. Octobr. 1727. Scripsit felice venâ insigne Epos, cujus titulus:

Fata Reverendissimi & Serenissimi Principis ac Domini D. Clementis Augusti, utriusque Bavariæ Ducis, &c. &c. in Episcopum Monasterienſem non sinè Divorum numine electi ejusdem Principis sui honori Virgilianis numeris evoluta, à Musis Monasterienſibus Societ. Jesu: 1719. Monast. Westphaliæ typis viduæ Nagel pp: 42. in folio.

HENRICUS ZONSBECKIUS Colonienſis, in sancti Martini Majoris Ord. S. Benedicti Abbatia sub Venerab. Adamo Mayer professus excellentissimi ingenii vir, Musicus & Choraules egregius, ac Scriba perelegans. Moritur hydropicus 1533. ætatis suæ 76. in festo B. Mariæ Magdalenæ, cujus præsenti solatio fertur sæpiùs in ærumnis fuisse recreatus. Scripsit in Membranis innumera prope volumina, nempe:

Gradualia, Psalteria, Antiphonalia, Missalia, Breviaria, Diurnalia, aliáque cùm Latina, cùm vernacula, Vitas Sanctorum, Homilias Patrum, Tractatúsque ascéticos complectentia, quorum aliqua in sancti Martini Bibliotheca, alia in Brauweilerensi, nonnulla in Lacensi, quædam in sancti Jacobi Moguntiæ, ac in aliis locis superant. De eodem plura Hubertus Holthuysen in MSs. Virorum illustr. sancti Martini catalogo.

Ex Comment. Oliv. Legipont Benedictini Martiniani.

S. HERIBERTUS Archi-Episcopus Colonienſis, in flore ætatis diffusâ ubique Gorziensis Abbatiæ Benedictinæ famâ illo se contulit, ubi tantos tum in pietate, tum in sacris litteris progressus fecit, ut ejus doctrinæ, prudentiæ ac virtutum famâ commotus, Otto III. Imperator tantum virum ad se accersitum lateri suo sociandum judicârit, Aulæ Cancellarium constituit, & mortuo Evergero ad Colonienſem Archi Episcopatum evexerit anno 999. Ex Italia Coloniam profectus, ipsâ nocte Natalis Domini inthronizatur, sedit annos XXII. menses II. dies XXII. Mortuus XVII. Kal. Aprilis MXXII. Scripsit teste Eisengreinio

Volumen de Ecclesiasticis officiis. In catalogo testium veritatis.

HERIBERTUS BAUCH Pastor ad S. Martinum Bonnæ. Scripsit libellum Germanicè, cujus titulus:

Einladung zum Lob der allerheiligſten Dreyfaltigkeit, mit Anführung deren Urſach und Mittelen: warumb und auff was Weiſs die allerheiligſte Dreyfaltigkeit auff das allerbeſte zu loben ſeye, ſampt dem Gebrauch des Seraphiſchen Roſenkrantz und üblicher Andacht in den vornehmſten Tugenden zu Werck gebracht durch H. Bauch. Cöllen in Verlag Wittib Meuchers in 12mo pp. 248.

HERIBERTUS HOBBUSCH ex Ordine Fratrum Minorum sancti Francisci Conventualium Ubius, vir admodum religiosus, & Rubricista exactus, pluribus Ordinis officiis functus 1698. Coloniæ apud Clarissas, quas Urbanistas appellamus, Confessarium egit. Obiit Coloniæ 1713. 7. Decembr. Scripsit

Evangelische Perle, oder unvergleichlicher Schatz der Göttlichen Weisheit. Das ist: Kurtzer Inhalt, wie der Mensch GOtt und sich selbsten sol lernen erkennen, und durch die Menschheit Christi in der Gottheit auffsteigen, und zu der Göttlichen Vollkommenheit gelangen, in vier Bücher ausgetheilt. Cöllen bey Johan Alstorff 1698. in 8vo pp. 943. quod ex alio Latino in hanc vernaculam primus traduxit.

Ex schedis Eximii Adami Putz Ord. Min. Convent. Colon. Provincialis.

HERIBERTUS JULIACENSIS Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum, sancti Francisci Prædicator. Edidit

Freundliche Gesprâch von allerhand zu dieser Zeit zwischen denen Catholischen und uncatholischen schwebenden Glaubens-Puncten, à V. P. Herib. Juliac. Cöllen bey Wilhelm und Frantz Metternich 1692. in 12mo pp. 499. cum approbatione Ordinis & ordinarii Colonienſis Censoris.

HERMANNUS APPELDORN Colonienſis Cartusiæ Monachus fuit, honestis ortus parentibus, vir imprimis honorabilis, qui omnem ætatem suam tam in sæculari, quàm monastica vita tantâ puritate & innocentiâ peregit, ut piè credendum sit (quemadmodum fide dignis potest testimoniis comprobari) eum nunquam in peccatum mortale præbuisse consensum. Divinâ scilicet gratiâ eum & præveniente & præservante: nam cùm adhuc puer Coloniæ litteris operam navaret, aliis ad mundi solatia & recreationes confluentibus, ille cum Puero JESU ad templum se conferebat. Dein contempto mundi regno & omni ornatu sæculi propter amorem Domini sui Jesu Christi Cartusiam Agrippinensem petiit non mundo, sed Christo militaturus, ubi sanè tam religiosè vixit, ut primùm quidem in Cartusiæ Trevirensis, dein verò in Colonienſis domûs Priorem adscisceretur. Diem suum extremum obiit in Cartusia Confluentina 1472. 5to Kalendas Octobris, ibidémque sepultus est. Scripsit

Regimen breve & utile pro Cartusiensi MS.
Sermones Dominicales MS.
De Passione Domini collectum MS.
De Novitiorum institutione MS.
Extant in Cartusia Colon. Biblioth. MS.
Ex Biblioth. Cartus. Petrei.

HERMANNUS AUSSEMIUS Colonienſis civis, reliquit posteritati volumen manuscript[um], cujus titulus:

Stimulus vitæ Christianæ. Extat Coloniæ in Bibliotheca Collegii Soc. Jesu.

HERMANNUS BERGH Juliacensis Ordinis Minorum habitum induit, sacræ Theologiæ Lector emeritus, declamavit

Orationem de directione vitæ humanæ in funere Joannis Werneri Comitis de Hayn, Baronis de Ambstenradt typo Colonienſi vulgatam 164[2].

Wadingus Scriptores Ord. Minorum.

HERMANNUS BUSCHIUS Monasterienſis nascitur in arce Sassenberg Diœcesis Monasterienſis circa annum 1468. illustri gente & domo puer educatus sub Alexandro Hegio. Post Italiam & Franciam lustratas, Coloniam venit auspiciis Hermanni Comitis de Newenaar: ob purioris Latinitatis studium acrius & insectationem Barbarorum scribit Hamelmannus *in narratione speciali de vita Hermanni Buschii*, eundem cessisse Coloniâ, sed mox suffectos in eadem schola Agrippinensi bonarum artium haud minùs gnavos restauratores Georgium Sibutum Rhetorices, Joannem Cæsarium Philosophiæ, Jacobum Gresselium Dialecticæ Professores. Revocavit eundem Coloniam 1510. Hermannus idem Comes de Newenaar, Præpositus summæ Ædis Metropoliticæ, ubi tum Catonis districha & commentaria in Donatum à se edita repetiit.

1. 2. *Statium, Claudianum explicavit.*

3. *Gellii Noctes & Plinii Epistolas prælegit*, edidit interea Coloniæ Commentaria in *Claudianum de raptu Proserpinæ.*

4. *Decimationes Plautinas.*

5. *Flora* anno 1508. impressa, quæ carmine hexametro urbis & Magistratûs Colonienſis laudes pangit, eam Glareanus Buschii discipulus anno 1554. recudi fecit.

6. Hermanni Buschii Pasiphili *sermo Coloniæ in celebri Synodo ad Clerum dictus, continens exhortationem ad studium S. Scripturæ, impressus Coloniæ in 4to.*

Ex Gesneri Bibliotheca & H. Hamelmanno.

HERMANNUS BUSENBAUM natus Nottelenæ in Diœcesi Monasterienſi 1600. nomen Societati dedit 1619. mansuetiorum litterarum & severiorum emensus curriculum, postquam quatuor votis se obstrinxisset Societati Coloniæ 1640. Theologiæ morali applicatus fuit, in qua adeò excelluit ob claritatem & methodi facilitatem, ut anno 1641. IV. Idus Decembr. à P. Francisco von der Veken S. J. Ss. Theologiæ Doctore & Professore ordinario licentiâ donatus fuerit Coloniæ cum tribus sociis. Carmen Patrui lauteæ appendit Everhardus Busenbaum Notrelenſis Physices Auditor in Gymnasio trium Coronarum. Eminere visus in Theologia morata prælegenda jussus est eam spartam excolere. Fructum uberrimum tulit Medulla Theologiæ 1645. primùm excusa, adeóque Vicennio priùs ab Alexandro VII, quàm 1665. 14. Septembris morum laxior disciplina coercita fuerit. Visus est Orbis Europæus communi calculo libro subscribere; cùm quadragesima quinta editio Ulyssipone prodierit, & ea ultima non fuerit. Subin præfectus scholis regundis, mox comes additus Provinciali in lustrandis Collegiis. Demum Hildesiense Collegium semel, Monasterienſe bis rexit; de hoc, quàm benè meruerit, loquuntur monumenta perennia, quæ ejus beneficio surrexerunt. Rara erat in consiliis suggerendis prudentia, animique intrepidi fortitudo & constantia ad magna quævis aggredienda, quod robur potissimùm ex assiduo cum Deo commercio hauriebat. Castimoniæ inter sæculares virgines Deo sacrandæ ac promovendæ idoneus & gravis Author plurimis fuit. Tantæ virtutis & eruditionis existimatio jam pervulgata movit celsissimum Christophorum Bernardum de Galen Monasterienſium Episcopum

&

& Principem S. R. I. ut eum arbitrum conſcientiæ delegerit. Quo in munere Principi & Aulicis magno exemplo & incitamento ad pietatem, Societati verò ornamento annos plures vixit. Stomachi dejecti dolores jam viribus fractum ad metam deduxêre 1668. die ultimâ Januarii in Collegio Monaſterienſi Weſtphaliæ, cujus tum Rector erat. Voti, ùt ſpes eſt, compos factus: eo enim die à Domino flagitaverat, ſe ut è vita evocaret, quo anima ei foret gratiſſima. Suprema Sacramenta animo præſentiſſimo & intento, petitâ ante demiſsè erratorum veniâ ſuſcepit, & quæ in tribunali pœnitentes, in ſchola diſcipulos docuit, exemplo vivens ac moriens patravit. Scripta

Medulla Theologiæ moralis notiſſima, ob quam plurimas totâ Europâ factas libri hujus editiones: Prima fuit anni MDCXLV. Monaſterii typis Raesfeldianis in 12mo dudum ante damnatas ab Alexandro VII. & VIII. & Innocentio XI. propoſitiones. Decima octava editio ibidem eodem prælo anno 1663. Quadrageſima quinta editio Clyſſipone: interea Coloniæ, Lugduni, Romæ, Francofurti, Venetiis, & in præcipuis Europæ Typographiis recuſa fuit hæc Medulla ob ordinem, claritatem & moderatam brevitatem etiam hoc ſæculo XVIII. Coloniæ & Antverpiæ, & aliis locis iteratis typis vulgata. Hanc Theologiam tot nominibus commendatam Claudius Lacroix multis partibus auctiorem anno 1707. edidit. De quo ſuo loco.

Lilium inter ſpinas. Germanicè: Lilien unter den Dörnern, das iſt: GOtt-verlobter Jungfrauen und Wittwen Welt-geiſtlicher Stand, mit gründlichem Bericht und Schutz-Schrifft erklärt durch R. P. Hermannum Buſenbaum, der Geſellſchafft JEſu Prieſtern, und heiliger Theologie Licentiaten. Gedruckt zu Collen in Verlag und Buchdruckerey Wilhelm Frieſſem 1660. in 16to pp. 403. citra indic. & præfat.

Sotuellus Bibliotheca Scriptor. Soc. JEſu.

HERMANNUS CAPPEMBERGENSIS Præpoſitus, natione Germanus, ortu Colonienſis, religione Judæus, qui eandem Egbetti Monaſterienſis Epiſcopi ſermonibus, & Ruperti Abbatis Tuitienſis colloquio expugnatus, abdicato Judaiſmo, nomen Chriſto dedit; frendentibus in eum Judæis Colonienſibus, à quibus injurias multas pertulit. Adhæſit ille poſtmodum S. Norberto Ordinis Præmonſtratenſis Fundatori, qui ex his Coloniæ partibus oriundus erat, unúsque fuit ex primis, qui Ordini huic anno 1120. habenti initium inſcriptus fuit. Itaque anno 1124. à ſancto Norberto inſtitutus eſt atque deſignatus Eccleſiæ Cappembergenſis in Weſtphalia primus Præpoſitus, quam multis annis ſumma cum laude rexit. Vixit ad annum 1140. hic Hermannus. Scripſit

Opuſculum de converſione ſua, quod ex Bibliotheca Paulina Lipſienſi erutum noviſſimæ Raymundi Martini pugionis fidei editioni ſubjecit Benedictus Carpzovius. Lipſiæ 1687. in folio.

Vitam ſancti Godefridi Cappembergenſis Comitis & Præpoſitura ejus nominis, Ordinis Præmonſtratenſis Fundatoris (qui 1126. 13. Januarii obiit) anonymam à Laurentio Surio & Joanne Bollando relatam Tom. I. menſis Januarii ad diem 13tiam ipſius.

Paige Bibliotheca Præmonſtrat. Cave Hiſtor. Scriptor. Eccleſ. ad annum 1116.

HERMANNUS CROMBACH Coloniæ Agrippinæ natus 1598. ſuapte naturâ facilis ad omnem virtutem, promotus Magiſter artium & Philoſophiæ à Magiſtro Gerardo Crapolio Gymnaſii Tricoronati 16. Martii 1617. Societati adſcriptus 1617. in eâ quatuor vota profeſſus, potiſſimam ætatis ſuæ partem in Colonienſi Collegio egit tradendâ Theologiâ morali, noſtrísque in ſpiritu dirigendis ad extremum prope ſpiritum occupatus fuit, ſemper compoſitus ad humanitatem comitatémque religioſam; operarius pro Deo ſemper promptus & hilaris, præcipuam verò induſtriam poſuit ad pertractandos in ſacro pœnitentiæ tribunali animos. Quo in munere ùt erat aſſiduus, ità magnos habebat ex omni hominum ordine concurſus; neque impar operæ reſpondit fructus tum in aliis, tum in teneris adoleſcentium animis, quos ità ad amorem virtutis flectere nôrat, ut vel in una Societate noſtra plurimi ſint, qui, quòd ardorem in ea Deo ſerviendi acceperint ſervâtíntque, ei ſecundùm Deum ferunt acceptum. In colloquiis de Deo & Deipara, déque Ss. Urſula & ſociabus ejus, Ss. Regibus totus effervéſcebat, viſus non ratò ſermoni, cæleſti conſolatione perfuſus illachrymari. Obedientiam & paupertatem tenaciſſimè coluit, ſingularitatis oſor acerrimus. Nihil unquam induci potuit, ut admitteret, quod aliquam exemptionis ſpeciem præ ſe ferret. Oblatum à Superioribus poſtremis vitæ annis peculiare hypocauſtum conſtanter recuſavit, cauſatus id mali fore exempli etiam in ſene. Ordinem diurnum temporis, quoad vixit, ſervavit exactiſſimè; unde & par fuit conſcribendis tot voluminibus bene magnis. Injurias & contradictiones patientiſſimè ſuſtinuit in proſperis & adverſis, ſemper idem hoc familiari uſus ſymbolo: *Benedictus DEUS.* Hiſce virtutibus excultus, atque ab omnibus domi foríſque ſanctitatis famam adeptus, febriculæ impulſu ad mercedem in regno cælorum capiendam evocatus fuit 7timâ Februarii 1680. Coloniæ. Scripta ab eodem ediráque

Leben des heiligen Geroldi Cremonenſiſchen Martyrers und Cöllniſchen Burgers. Cöllen in Verleg Wilhelm Frieſſem 1652. in 12mo pp. 108.

Vita & martyrium Ss. Urſulæ & ſociarum undecim millium Virginum. 1674. ſumptu Hermanni Mylii in folio. Tomi II. complectentes libros undecim: I. & II. Vindiciæ hujus hiſtoriæ contra impugnatores. Novem reliquis hiſtoria pertexitur. In appendice agitur de Martyribus Boppardienſibus. 2. De tempore martyrii S. Albani. 3. Epitome chronologica Archi-Epiſcoporum Colonienſium cum indice quadruplici. Tomus I. Vindiciarum non ſoli Hermanno Crombach; ſed Philippo Bebio primo hiſtoriæ hujus authori & ſocio Crombachii acceptus referendus eſt.

Primitiæ gentium, ſeu Hiſtoria Ss. trium Re-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gum Magorum. Coloniæ apud Joannem Kinckium in folio. Tomi III. 1654.

Idea Sacerdotum, sive Vita Jacobi Merlo-Horstii Parochi Coloniæ ad Hortum B. M. V. in 12mo apud Kinckium.

Auctarium Ursulæ vindicatæ contra novos impugnatores. Coloniæ in Officina Birckmannica in 4to 1669.

Cultus & icones Ss. trium Regum, præsidium hominum, apud Joannem Antonium Kinckium in 12mo 1672.

Præter edita hæc MSs. supersunt in Coll. Colon. S. J. Vitæ Fundatorum, qui Provinciæ Rhenanæ inferioris Societatis JESU Collegia, Novitiatus, Missiones fundârunt, in folio.

Vita venerandi servi DEI Mauritii de Buren, S. J. Presbyteri in folio tribus libris distincta.

Annales Metropolis Coloniæ Agrippinensis à prima origine deducti usque ad seculum Christi XVII. tribus Tomis in folio. Primus ab anno ante Christum 63. usque ad annum 899. pp. 1395. Tomus secundus ab anno Christi 900. usque ad annum 1400. continet pp. 1424. Tertius & ultimus ab anno Christi 1401. usque ad annum 1675. continet pp. 1773. Ex annuis Coll. Colon. S. J.

HERMANNUS PHEILSTICKER patritia è gente Dusseldorpii mundo datus 1655. Anno 1676. in Societatem Jesu coaptatur. Inter varia, quæ magno animorum fructu & Societatis commendatione obivit, variis in locis munia Ecclesiastæ Latini ad Academicos, & annis viginti Coloniæ ad Dominos Ecclesiasticos, Ecclesiastæ Germanici in templo nostro: at nihil ità eminebat, quàm officium Operarii aut Missionarii Civitatis Colonienſis, quod insigni Societatis commendatione, labore maximo & charitate indefessâ ad ultimum usque halitum tenuit. Ostium magnum zelo ejus Apostolico aperuit Magistratus sapientissimus, cùm Ptochodochium alendis pauperibus authoritate publicâ erexit, quo vaga mendicabula etiam invita abducuntur, & damnato otio sacris instruuntur disciplinis, & honestis exercitiis distinentur. Præterea in tuguria se insinuabat, & in plebejorum officinas penetrabat, quibus cibo tam sacro, quàm profano, seu mysteriorum fidei & necessariâ ad salutem scientiâ destitutis, panem tum corporalem, tum spiritualem procurabat, vocatis etiam in laborum partem quibusdam Deo devotis virginibus, quæ ad hæc charitatis ac misericordiæ officia suam lubentes operam conferebant. Ex privatorum ædibus effusa etiam in plateas publicas est viri Apostolici charitas, quando in vicis atque quadriviis & angulis civitatis imperitæ multitudini plebíque mysteria fidei explicabat, & in actus virtutum præibat, rude quoque militum genus suo zelo complexus, mœnia & portas civitatis obibat, ibique suis è stationibus vocatos imbuebat scitu ad salutem nnceſſariis, & opportuna ad eam consequendam media suggerebat. Denique infatigabilem impendebat laborem in reducendis ad veram fidem Hebræis, Apostatis & Heterodoxis, quorum viginti, triginta aut plures quotannis inferendos annuis adferebat. His aliisque virtutibus & Apostolicis functionibus intentus, morbum pertinacem ac diuturnum contraxit, quo demum oppressus ad suorum mercedem laborum recipiendam sacris omnibus ritè munitus abiit sexto Idus Julii 1716. Scripsit

Güldenes Bett Buch, das ist: Heylsame Ubungen der GOtt-liebenden, und der wahren Andacht geflissenen Seelen, durch R. P. H. Feilsticker in 12mo.

Editio quinta emendatior & auctior prodiit Coloniæ 1739. sumptu Ptoxodochii magni Colonienſis in 12mo pp. 456. Ex annuis Coll. Colon. S. J.

HERMANNUS FLEIEN (Phleius scribitur in libro Decanali) Swertensis ex Comitatu Marchiæ sub jurisdictione spirituali Archi-Diœceseos Colonienſis, in Gymnasio Montis Coloniæ didicit & docuit artes liberales & Philosophiam. Decanus Facultatis artium fuit 1573. Canonicus S. Georgii, Ss. Theologiæ Doctor, Canonicus sanctæ Ursulæ ab anno 1572. ad 1586. Gymnasii Montani Regens octavus 1583. 9nâ Octobris eligitur. Fuit quoque Rector Magnificus almæ Universitatis Colonienſis, quem supremum magistratum gessit usque ad 20. Decembris 1584. Decanus à Cunibertina Archidiaconali Ecclesia postulatus fuit 1584, quem magistratum usque ad mortem magnâ integritate & utilitate disciplinæ clericalis gessit. Testamento suo præter fundationem in gratiam consanguineorum institutam etiam domum ære suo comparatam in vico angusto, *in der engen Gaß* Gymnasio Montano perpetuo conjungendam donavit. Mortuus 1603. pridie Purificationis beatæ Mariæ Virginis.

Icon Reverendissimi Viri extat apud Pronepotem D. Stangenfeldt Canonicum ad Ss. Apostolos. Crombachus Ursulæ vindicatæ Tom. I. Lib. II. refert omnes Historicos contrarios suo systemati, & C. XVIII. hæc habet: " D. H. Fleien pro sanctæ " Ursulæ defensione contra defensores Galfridi " (quos inter Eminentissimus Baronius) Apologiam concinnavit, & locum quidem Martyris " tuitus est diligenter; sed in narrationis serie de- " scivit à veritatis orbita, conatus antiquam Co- " lonienſium traditionem & vetustissimam sanctæ " Ursulæ historiam evertere, Hectoris Boschii " Scoti (qui 1525. fl rebat) eloquentiâ seductus. " Subin sigillatim lapsus Fleieni à se, ùt credit, " deprehensos recitat & impugnat " CXIX. Libri ejusdem Stephani, Viri & Heriberti Rosweidi censuram in D. Fleien & socios, profert à Bollando 1638. ad se Coloniam missam.

Epitaphium extat in latere occidentali Chori Patrum Prædicatorum Coloniæ è marmore parieti affixum unà cum icone Fleii habitu Canonicali induti, ante Crucifixi iconem orantis. Supra arma Fleii marmori insculpta visuntur:

Reverendus & Eximius Dominus HERMANNUS FLEIUS Swertensis Ss. Theologiæ Doctor, Gymnasii Montis Regens octavus, postmodum ad S. Cunibertum postulatus Decanus, in honorem DEI, mc-

memoriam parentis, hoc in eodem loco sepulti, ac sui, ætatis suæ anno 69. posuit. Obiit 1603. 1. Febr.

Scripsit

Martyrium Ss. Ursulæ & sociarum Virginum, aliorumque associatorum brevissimè fidelissimèque conscriptum, ex eo, quod est per R. D. Hermannum Fleium, sacræ Theologiæ Doctorem, sancti Cuniberti Decanum, sanctarumque Virginum Coloniæ Canonicum in 8vo editum à Zacharia Lippeloo Cartusiano Colon. Tomo quarto de Vitis Sanctorum. Coloniæ 1596. apud Henricum Falckenburg.

HERMANNUS FLEY, condictus STANGEFOL à materno stemmate, nepos proximi Scriptoris, natus fuit Swertæ in Comitatu Marcano. Coloniam delatus studiorum causâ in Gymnasio Montano ad Fundatorem Stangefeld, jam Alumnus admittitur, linguam Latinam & bonas artes didicit: Magister creatus eadem vicennio, & Philosophica sexennio docuit. Canonicam præbendam in Ecclesia sancti Patrocli Susati, ac dein in Collegiata Ss. Apostolorum Coloniæ nactus est anno 1613. Jam sacræ Scripturæ Licentiatus eligitur Rector Magnificus almæ Universitatis Colonienſis anno 1639. die 28. Junii. fasces gessit ad diem 29. Martii anni MDCXLI. Obiit anno 1655. die 25. Septembris, sepultus in Ecclesia Collegiata ad sanctos Apostolos. Scripsit

Annales Circuli Westphalici, continentes quinque prima sæcula, quæ Acatholici vocant pura. Germanicè. Eigentliche Beschreibung der uhralten Christlichen Catholischen Religion.... und aller Geschichten, so sich in den ersten 500. Jahren haben zugetragen. Coloniæ typo Gisberti Clementis 1640. in 4to pp. 412. citra præfationem & indicem.

2. *Opus chronologicum & historicum Circuli Westphalici in quatuor libros congestum à Christo nato usque ad sua tempora. Coloniæ imprimebat viduа Hartgeri Woringen, sumptibus Authoris 1654. in 4to L. I. pp. 164. L. II. pp. 224. L. III. pp. à 225. ad 540. C. W. p. 190. præter præfationes prolixas & indices in singulos Tomos.*

3. *Currus Proserpinæ, das ist: Ein Hölle-Wagen des verstorbenen Dortmundischen Lutherischen Superintendenten Christophori Scheibleri wider den erdachten Himmels Wagen des newen zu Dortmund pretendirten und angenohmenen Lutherischen Archi-Diaconen Johannis Beynckhausen. Coloniæ 1656. opus posthumum ab Executore Domino Arnoldo Meshovio typo datum.*

4. *Vindiciæ Annalium contra Christophorum Scheiblerum anno 1655.*

Ex Commentariis Bernardi Joannis Casp. Stangenfeldt Canon. ad Ss. Apost.

HERMANNUS FOLLINUS Frisius, artium ac medicinæ Doctor, vocatus Coloniam Agrippinam ad publicam medicinæ professionem, ibidem peste extinguitur. Scripsit

De luis pestiferæ fuga, deque remediis ejusdem ex usu fere observatis.

De cauteriis ad Thomam Fienum Doct. Medicum. Antverp. 1618. in 8vo apud Verdussium.

Orationes II. de natura & curatione febris pedicularis, deque studiis chymicis conjungendis cum hippocraticis, Coloniæ habitas editásque 1622. in octavo.

Algebram sive de rebus occultis lib. 1. cui præmittitur Arithmetica synthetica. ibid. 1622.

HERMANNUS GREEFGENS Professus Cartusiæ Colonienſis, putatur præcipuus Author fuisse ampliari Martyrologii Usuardi, quod ter Coloniæ diversis formis prodiit.

Prima editio citatur à Sollerio sub hac Rubrica: *Lubeco-Colonienſis editio Usuardi.* 2da & 3tia sub nomine *Greveniana*, quasi hic Greven unicus vel præcipuus Scriptor & Collector fuerit factarum ad Usuardi primigenium Martyrologium accessionum. Idem collegit *Vitas Sanctorum*, quæ MS. in folio extant pulpito O. n. 70.

Ex Petrei Biblioth. Cartus. & Solerio in præfatione ad Usuardi Martyrologium.

HERMANNUS GRETHUS Xantensis Canonicus, & Scholasticus Archi-Diaconalis Collegiatæ ejusdem. Ab eo scripta

Explicatio divini officii manuscripta ejus citatur à Schultingio Biblioth. Ecclesiast. Tom. II. part. I. pag. 16. ibidem pag. 55. promittit, si Deus vitam largiatur insignis hujus operis publicationem typo faciendam. Iterum ejus meminit hoc Tom. II. p. 1. n. 59.

Iterum p. 77. Fragmentum ex MSs. hoc edit de festo Conversionis sancti Pauli.

HERMANNUS HERMES Majoribus Novesienſibus, parentibus Colonienſibus nascitur 1605. studuit in Gymnasio Montis, in Facultate Juridica Universitatis Colonienſis Doctor promovetur, subinde Dictator & Præses, Aulæ Colonienſis Archiepiscop. Assessor & Equestris Ordinis Syndicus. Ab Guidobaldo S. R. I. Principe ac Domino Archi-Episcopo Salisburgenſi accitus ad ejusdem Universitatis Salisburgenſis Cathedram ordinariam primarii juris publici ac codicis exornandam ac moderandam. Erat in eadem Decanus 1663. Scriptus ab eo

1. *Fasciculus juris publici ex S. R. Imperii Viridariis collectus, studio & operâ Herm. Hermes J. U. D. ante in Academia Agrippinenſi Professoris, &c. nunc celsissimi Principis Archi-Episcopi Salisburgenſis Consiliarii, & in ejusdem Universitate Professoris primarii &c. 1663. Salisburgi typis Joan. B. Mayr in 4to pp. 747. præter indicem & dedicat. & approb.*

Liber universim distinctus est in 36. capita: 1. De legibus juris publici. 2. De imperiis generatim. 3. 4. 5. De Romani Imperii ortu, progressu, statu veteri & præsente. A 6. ad 11. De Imperatore. Ab 11. ad 22. De Electoribus. C. 23. De Collegio Principum. C. 24 25. 26. 27. De Archi-Episcopis, Abbatibus. 28. 29. 30. De Ducibus, Comitibus, Baronibus Imperii. 32. De nobilitate Imperii. 33. De Academiis. 34. De militibus. 35. De Mercatoribus. 36. De Comitiis.

2. *Additiones ad Matthiæ Wesenbecii Commentaria, Paratitla dicta; extant inter Wesembecii Commentaria edition. Colon. 1651. in 4to.*

S. HER-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

S. HERMANNUS JOSEPHUS natus Coloniæ, cum lacte matris teneram erga Jesum & Mariam pietatem imbibit. Adhuc puerulus à scholarium lusibus & consortiis segregans se, dum templum Marianum peteret, & modò imagini Virginis, modò Filii ejusdem inter dulcissima colloquia dona puerilia offerret, à Deipara in Benjaminum assumptus est: hæc enim, ne devotum sibi infantem contristaret, porrectum sibi munusculum de manu pueri gratanter accepit, eidem cum puerulo Jesu ludendi facultatem impertiit, de calceis, tabulis, aliisque necessariis, pecuniâ sub lapide reconditâ providit. Hâc duce è sæculo nequam anno ætatis duodecimo ad Ecclesiam Steinfeldensem eductus est, ut in terra hac petrosa germinaret sicut lilium. Habitu candido vestitus, ad ulteriora studia in Friham missus est, favore cælesti ubique eum comitante: nam scabie capitis ejus mirabiliter curatâ à ROSA sua (sic enim Deiparam appellare consueverat) circa ministerium Fratrum instructus, atque ad illud tum in mensa, tum alibi sedulò obeundum animatus est. Revocatus *Steinfeldiam*, atque in Sacristam denominatus, contemplationi mirè vacare, vigiliis ac jejuniis penè continuis, strati duritie, aliisque macerationibus corpus affligere cœpit exemplo plus admirabili, quàm imitabili; nec defuit laboribus consolatio: cælesti enim odore sæpiùs recreatus, Angelos quoque sub laudibus incensum ministrantes vidit. Ejus cum ROSA sua conversatio familiarissima fuit, colloquia quotidiana etiam consedendo ad horas aliquot protracta, ad quæ sæpè voce Virginis sibi ob frequentiam nota invitabatur. Post inciſam venam incautiùs dormientem excitat sollicita Mater, sitúmque minùs periculosum edocet, eidémque dentes duos lapsu improvido excussos loco suo manu propriâ restituit. Denique ne quid deesset amori, cum eo Angelorum ministerio desponsari, Joseph eum imposterum vocari, ac Jesuli sui bajulum esse voluit, Hermanno ex humili simplicitate & simplici humilitate protestante, ac se indignum profitente. Plurimas easque gravissimas à Deo passus est infirmitates, maximè circa festa solemniora, plurimas ab hominibus subsannationes & persecutiones. Miro in sanctam Ursulam & socias arsit amore, quarum crebris apparitionibus recreatus, atque ad hymnos de iisdem scribendos animatus est, Virginibus non semel verba dictantibus, atque melodiam congruam suggerentibus. Excessus ejus sub sacrificio fuêre continui, atque maximè sub finem vitæ ad multas horas continuati cereis non tantum, quantum sub Missa breviore combustis. Visi sunt aliquando Jesus & Maria latus utrumque mystæ extatici cingere, atque intensissimo frigore manibus suis manus sacrificantis calefacere. Inter revelationes, quarum plurimas habuit, notior est illa, quâ mortem sancti Engelberti eâ ipsâ, quâ contigit, horâ vidit, ac Fratribus suis indicavit. Denique post prædictum mortis suæ tempus ac sepulturæ locum, dum Sororibus Cistercienſibus in Hoven per Quadragesimam divina peregisset, velut candidissimum innocentiæ lilium in paradisum à Domino translatus est. Corpusculum à Cistercienſibus terræ mandatum est; sed Steinfeldiâ reclamante, & Archi-Episcopo jubente exhumatum, atque Steinfeldiam inter festivos concursus populorum cum cereis & crucibus occurrentium translatum est. In hac ipsa translatione mirificavit Dominus Sanctum suum, plura per ipsius intercessionem operando miracula, quæ in hodiernum usque diem continuantur, præcipuè circa puerperas & infantes in utero materno suffocatos. Egregio marmoreo mausolæo icone ab alabastro superincumbente in medio Ecclesiæ Steinfeldensis inclusæ asservantur sacræ ejus exuviæ. Ex his quondam petiit Benedictus III. & integram costam impetravit: aliæ 1741. petenti Serenissimo Regi Poloniæ per Clementem Augustum Archi-Episcopum Colonienſem transmissæ sunt. Ad latus tumuli appensum legitur hoc elogium:

Conditur hâc tumbâ simplex Joseph illa columba,
Delicium Mariæ, grande decus patriæ.

Scripsit

Tractatum in Cantica Canticorum.

Sed opusculum hoc malignitas temporum nobis invidit. Scripsit insuper

Librum unum de Passione, seu Historiam Ss. 11000. Virginum,

Et alterum Genealogicum de S. Ursula & sociis.

Hos integros bene ab interitu vindicat & adfert P. Crombach in historia sanctæ Ursulæ. Vide eundem Tom. I. L. 1. C. 24. & Tom. 2. l. 7. C. 21.

Edidit & alia opuscula, quorum

Primum continet *duodecim gratiarum actiones.*

2. *Jubilum de Ss. 11000. Virginibus.* Incipit: *O vernantes Christi rosæ, &c.* Fuit hic Coloniæ sepulchro S. Ursulæ à ducentis annis affixus.

3. *Orationem rythmicam ad JEsum ex Canticis desumptam.* Incipit: *JESUS dulcis & decore, &c.*

4. *Orationem rythmicam ad B. V.* Gaude, plaude clara Rosa.

5. *Rythmos de quinque gaudiis B. V. M.*

6. *Sequentiam de 11000. Virginibus.* Virginalis turma sexûs, &c. in quam ab annis 200. quidam sunt commentati, & passim in die S. Ursulæ decantatur, inquit P. Crombach in Histor. S. Ursulæ Tom. I. L. 1. C. 25. in fol.

7. *Librum de vita beatæ Elisabethæ.* Van der Sterre pag. 324. 325. 326. in notis.

Ex vita edita à Chrysostomo van der Sterre, & notis adjectis. Ex Commentariis MS. ab eximio Prickartz Præside Seminarii Norbertini communicatis. Præter vitam à Surio vulgatam, sed à Chrysostomo van der Sterre cum variis codicibus MS. collatam, suppletam, ab Henschenio *in Actis Sanctorum* ad diem VII. Aprilis recusam, extat alia, ùt videtur, vita MS. *in Biblioth. Cartus. Colon.* Plures Biographos hujus Sancti recenset Henschenius *in Commentario prævio*, quem consule.

HER-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

HERMANNUS LÄPPE ex Dincker, pago Bœrdæ Suſatenſis oriundus, & Suſatenſis Conventûs Fratrum Minorum ſancti Franciſci Conventualium profeſſus, etſi doctrinâ excelleret, humiliter tamen de ſemetipſo ſentiebat in fine tractatuum ſuorum ſeſe ſubſcribens: *Studentem in argumentis.* Teſte Fratre Joanne Gülicher monumentorum ſedulo Annotatore 1434. ſcripſit

Tractatum de nobilitate hominis doctiſſimum, alìaque opuſcula eruditione gravia, cujus exemplaria MSs. in Bibliotheca Suſatenſi olim conſpicua fuêre.

Ex MSs. Commentariis Eximii Adami Putz Ord. Minor. Convent. Provincialis.

HERMANNUS MESDORPIUS, vulgò de Mesdorff, Carmelita Colonienſis, fuit Philoſophus & Theologus inſignis, ac regularis Obſervantiæ zeloſiſſimus. Ex Provincia Angliæ, ad quam ſtudiorum causâ miſſus fuerat, redux Coloniam per quinquaginta fermè annos continuos in diverſis Conventibus, quà regendo, quà legendo, quà docendo præfuit ab anno 1471. uſque ad 88. Prior Crucenacenſis, in quem Conventum etiam regularem obſervantiam juxta reformationem Ven. P. Soreth introduxit. Curavit quoque in dicti Conventûs Eccleſia erigi, & reponi crucem cum devotiſſima Chriſti patientis imagine ad reſuſcitandam in populo memoriam, & devotionem erga crucem ſalvificam. Ab hac cruce oppidum & locus ſuam habet denominationem, quámque Sifridus Epiſcopus Cyrenenſis & Suffraganeus Moguntinus 1472. benedixit indulgentiis conceſſis. Inter alia ſcripturarum & lucubrationum ſuarum monumenta edidit præclarum librum ſub titulo: *Flores Ariſtotelici*; cujus autographum extat Boppardiæ. Annis & laboribus confectus, moritur Crucenaci 1489.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

HERMANNUS Comes de Newenaer (de nova Aquila ipſo interprete, ſed de novo Arati rectiùs vertes) naſcitur in Comitatu Newenaer, qui Archi-Diœceſi Colonienſi & Ducatu Juliacenſi ad Ararim cingitur. Hermanni parentes erant Wilhelmus ſecundus, qui obiit 1497. IV. Idus Martias, & Walburgis Manderſcheidia, ex quibus nati præter noſtrum Heroem fuêre Wilhelmus tertius & Anna Newenarici. Wilhelmus III. uxorem duxit Annam filiam Wilhelmi Comitis Wiedani & Margarethæ Mörſenſis: hæc Anna ſoror erat Hermanni V. Archi-Epiſcopi Colonienſis. Eam ob cauſam Wilhelmus nempe affinis Archi-Epiſcopi à Bucero miſerè decepti anno 1543. & 1544. adhibitus fuit, uti unà cum Doctore Joanne Groppero nomine Capituli Metropolitani induceret bonum Principem ad Sectarios ejiciendos ex Eccleſia ſua Catholica: cui monitioni primò deferre viſus fuit; verùm Buceri & gregalium jam ſpe devorantium Archi-Epiſcopatum Colonienſem blandiloquentiâ excæcatus à Pontifice & Auguſto Carolo V. depoſitus fuit.

Noſter interim Hermannus omnium artium & ſcientiarum genere expolitus, magnam ſibi editis ſcriptis nominis commendationem ac famam conciliavit, nullus ut eſſet naſcente ſæculo XVI. eruditorum, qui non ambiret ampliſſimi viri conſortium, quémque ipſe non complecteretur mirificâ humanitate ſimul ac liberalitate. Domus Hermanni & menſa & opes litteratis omnibus Poëtis, Hiſtoricis, Criticis, Sophis patebant: Canonicatum Eccleſiæ Metropoliticæ Colonienſis primùm, dein Præpoſituram Collegiatæ Imperialis Eccleſiæ Aquenſis, ac demum ſummæ Ædis noſtræ Præpoſituram adeptus eſt, cui Eccleſiaſticæ dignitati annexus eſt Archi-Diaconatus Eccleſiæ Colonienſis, & Cancellariatus Univerſitatis noſtræ (quod munus non tam natalium purpurâ, quàm ſcientiæ & doctrinæ famâ ornavit) 1524. 19. Januarii in locum Bernardi de Lawenborch ſereniſſimi Saxoniæ Ducis Præpoſiti & Cancellarii Univerſitatis 3. Januar. 1524. defuncti, & totâ Univerſitate comitante tumulati. Anno 1530. Auguſtam Vindelicorum comitatus eſt Hermannum Weidanum Electorem noſtrum affinem ſuum, in cujus ſplendidiſſima aula principem locum tenebat noſter Hermannus. Illâc damnatâ cum univerſis S. R. Imperii, imò penè Europæ illuſtriſſimis Proceribus (ſi tres excipias) confeſſione, quam Melanchton à cunis ſuis Auguſtanam baptizavit, veluti actu ultimo peracto morte ſanè immaturâ obiit MDXXX.

Funus Coloniam delatum templo Monialium Ciſtercienſium, quod *B. Virginis Hortus* nuncupatur, illatum fuit inter parentum exuvias, luculento mauſolæo conditas, medium cubat, hâc additâ è latere elegiâ impari ſanè tanto viro:

EPITAPHIUM.

Generoſi & illuſtris viri D. HERMANNI Comitis è præclara antiqua Comitum Newenaricorum familia ejuſdémque Præpoſiti majoris Eccleſiæ Colonienſis, qui annum agens nonum & trigeſimum, fato functus eſt Auguſtæ in ipſis omitiis & Conventu Principum & Statuum Imperii auſpicio Caroli V. Romanorum Imperatoris anno à virgineo partu 1530. cujus corpus hîc ſepultum jacet inter corpora utriuſque parentis ſui, patris quidem, à quo illi familiæ ejus nomenclatura, arma & inſignia; matris verò è Comitibus de Manderſcheidt, quorum animas apud Superos in Chriſto vivere, & cum eo regnare piè credimus.

Huc quicunque venis aut adſtas, civis an hoſpes
Et procul, ante pedes hæc monumenta vides?
Me lege, quam ſpectas appenſam fortè tabellam
Ad partem muri, quâ monumenta ſedent.
Hic etenim clarus cum clara conjuge conjux
Conditur & magìs his clarus utroque ſatus.

De quo nimirum: quia virtus major in illo,
Quàm mihi sunt vires dicere, plura vetor.
Quin adsint potiùs, quas naviter ipse colebat
Musarum sapiens ex Helicone chorus.

Simili stilo sequuntur XXVI. districha, quæ, cùm speciale nil contineant, omittuntur.

Ex Annalibus Facult. artium. Ex monumentis Ecclesiæ B. M. V. in Horto.

Scripta ab Excellentissimo Comite:

1. *Eginhardi de vita & gestis Caroli Magni. Prima è MSs. editio in 4to 1521. Coloniæ prodiit è manuscriptis, curante Hermanno à Nuenare,* Vossius L. 2. de histor. Latin. C. 33. Eginhardum ab Neuenario interpolatum suspicatus est ob discrimen stili inter hoc opus Eginhardi, & alia ejus, quæ supersunt; sed MSs. qui extant codices contradicunt, & Vossii suspicionem falsam esse demonstrant: quia Neuenarii typo congruunt. Eadem suspicio obrepsit Frehero ob elegantiam stili sæculo suo superiorem. Cæterùm primum hunc omnium esse testatur Schminckius in ultima & omnium hactenus accuratissima facta Trajecti ad Mosam in 4to 1711. cum variorum notis & dissertationibus, puta Besselii, Bollandi, Goldasti & Schminckii. Secunda Colonienſis in 12mo apud Joannem Birckmannum. Decem alias editiones enumerat. Consule Joannem Weinckens in Eginhardo illustrato Francofurti edito 1714. vindicem Newenarii.

2. *Hermanni Comitis Nuenarii brevis enarratio de origine & sedibus Francorum.* Prima est ex Colonia Kal. Februarii. Editio secunda in 8vo pp. 1585. Antverpiæ denuò impressa. Schminckius 1711. Trajecti ad Mosam iterum recudi fecit cum Eginhardi Carolo Magno.

3. *Commentariolus Hermanni Nuen. de Gallia Belgica.* Primùm in lucem prodiit Antverpiæ ex Officina Christophori Plantini in 8vo pp. 29. inscriptus Pyrckheimero.

4. *Annotationes aliquot Herbarum cum Herbario Brunsfeldii. Basil. 1540.*

5. *Psalterium Davidicum carmine Lyrico Latino reddidisse fertur.*

6. *Inter epigrammata Græca veterum Latinè à variis reddita, typo Joannis Soteris Coloniæ anno MDXXVIII.* Multa sunt ab Newenerio felicissimâ Minervâ scripta: cæterùm liber est in indice prohibitorum Romano proscriptus.

7. *De morbo seu febri sudatoria.* Vulgus sudorem Britannicum vocat. Coloniæ apud Joannem Soterem 1529. in 4to.

8. *Carmina aliquot, quibus historia mortis Jesu in 7. horas distributa est. Lipsiæ 1529.*

9. *Fl. Vegetii renati de arte veterinaria sive mulo medicina Libros IV. Primus publicavit Basil. 1528. in 4to.*

10. *Oratio in Comitiis Francofurtensibus pro Carolo Romanorum Rege recens electo. 1519. in 4.*

11. *Oratio gratulatoria ad Carolum V. jam electum.*

HERMANNUS NEHEMIUS Tremonianus ex Græco in Latinum vertit

Librum Judæi Philonis de nobilitate. in 8vo Basileæ apud Leonardum Ostenium 1580. Ex Bibliotheca Gesneri Simleri.

HERMANNUS RAGANUS Welstadius medicinam Coloniæ docuit & exercuit. Anno 1568. *Platonis Axiochum* Latio donatum edidit Græco & Latino idiomate, Coloniæ typo Birckmannico in 4to.

HERMANNUS SCHLOSSER natus 1650. Patre Prætore in Lôvenich, humaniora & Philosophiam didicit in Gymnasio Tricoronato anno 1671. Professus Canonicus Regulam sancti Augustini intrà Coloniam in Canonia Corporis Christi Pastor in Orsorg Ducatûs Cliviæ, deinde in Norff, quæ Parochia incorporata est Canoniæ Novesiensi. In hac Parochia Rector obiit 1718. mense Septembri. Scripsit

Verbum abbreviatum, das ist, das eingeschränckte eigentliche und unverfälschte Wort GOttes, welches im Jahr 1698. über die Sonntâg und einige Festtâg desselben Jahrs nach der Ordnung geprediget hat. Cöllen 1695. apud Wilhelmum Metternich in 18vo pp. 171.

Evangelium Crucis, oder heylsamer Seelen-Trost der Creutz tragender Lieb durch Herm. Schlosser 1704. Cöllen.

Ex Commentariis Canoniæ Corporis Christi.

HERMANNUS SCHOTTENIUS Hessus, Ss. Theologiæ Licentiatus, obiit 1543. Apud posteros celebrari meruit ob insignia sua opuscula.

Cratepœl. in Annal. Archiep. Colon. p. 167.

HERMANNUS STEINSIECK Hervordiæ Lutheranis parentibus natus 1647. Hildesii ad Catholica sacra animum convertit hortatu Sociorum Jesu, ad quorum Novitiatum admissus 1668. studio Theologico absoluto quatuor professorum vota nuncupavit 1682. Voto se obstrinxerat ad petendam ab Adm. R. P. Generali nostro missionem Indicam, petiit, sed ob vires minùs robustas non impetravit. Vir erat finceri & candidi pectoris, regularum observantissimus, zelo ardens animarum. Primus Coloniæ, cùm esset musicæ peritus, Seminario musicorum Gymnasii Tricoronati Alumnorum ultra annos 40. Præfectus fuit, assiduus in excipiendis confessionibus fidelium. Tandem mors ei[illegible] plenum dierum & meritis gravem 23. Aprilis 1733. ad laborum præmium evocavit. Annis 20. non interruptis Coloniæ numeris omnibus absolutum egit Præfectum Sodalitii DD. Civium, quibus primum jubilæum exacti sæculi celebrantibus sequentem libellum scripsit

Jubel Jahr der löblichen Bürger- und Junggesellen Bruderschafft, das ist, kurtzer auffrichtiger Bericht und historischer Auszug der unter dem Titul dem HH. drey Königen nunmehro hundert Jahr auffgerichteter Marianischer Bruderschafft. Cöllen bey Johan Gerard Broel 1700. in 8vo pp. 234.

Ex annuis Collegii Colon. S. J.

HERMANNUS THYRÆUS natione Germanus, Novesii in Ubiis natus anno 1532. cùm Romæ Collegii Germanici ex primis Alumnis esset, Societatem nostram expetivit, & in eam à S. P. N. Ignatio admissus est 1556. die 26. Maji Româ Biennio post, Ingolstadium profectus ea in Academia aliquot annis docendo Theologiam posuit. Tum propter egregiam prudentiam cum insigni religione conjunctam ad alios gubernandos destinatus Collegii Trevirensis, ubi Theologiam

prius

priùs explicaverat, & cum ſumma doctrinæ facundiæque præſtantia fuerit concionatus, tum Moguntini quoque Rector fuit. Archi-Epiſcopis illarum urbium mirificè gratus, à quibus ad magnas res gerendas adhibebatur. Provinciæ item Rheſianæ Præpoſitus Provincialis fuit. Tandem Mogūtiæ apoplexiâ prope ſexagenarius extinctus die 26. Octobris 1591. magno totius civitatis luctu. Vir fuit Hermannus magni laboris atque operis, cui inerat ſimplicitas calliditate vacua, non expers prudentiæ. Paucis menſibus, quibus impetratâ ob ætatem à laboribus gubernandi miſſione ſibi vixit, ità ſe accommodavit ad imperium aliorum, quibus olim imperabat, ſic demiſit ad quorumlibet conſuetudinem, ut non minori exemplo, quàm admirationi eſſet. Scripſit Latinè & Germanicè

Librum de religionis libertate.

Confeſſionem Auguſtanam. Dilingæ 1567. in 4. & in folio.

Sex millia dubiorum collegit ex confeſſione Auguſtana, & duo millia irregularitatum, quibus Lutherani Prædicantes implicati tenerentur; ſed inter fœtus in lucem propter parentis mortem editus eſt. Sotuellius Biblioth. Script. S. J.

HERMANNUS Veteris Montis Monachus in Diœceſi Colon. Ducatu Montenſi, patriâ Weſtphalus, vir fuit omnimodâ eruditione tam celebris, ut Guilielmus Eiſengreinius libro *de Scriptoribus orthodoxis* illum nominet eruditione & eloquentiâ clarum, Oratorem perfectiſſimum, Juriſconſultum celebertimum, nec ulli Theologorum ſecundum. Scripſit pro defenſione Concilii Baſileenſis

Aliquot præclara opuſcula, nimirum de vocibus definitivis in Concilio generali, cujus initium eſt: Tam iteratis vicibus, &c.

De poteſtate Papæ & Concilii librum I.

De ſchiſmate lib. I.

De neutralitate lib. I. & multa alia, ùt teſtantur multi Authores. Claruit 1440.

Trithem. Eiſengrein, &c.

HERMANNUS VOELHAUER, qui & Polyglopſium ſe ſcripſit, medio ſæculo XV. ſchola regebat Juliaci (quæ Metropolis eſt Ducatûs Juliacenſis) ab Clero & Magiſtratu ſibi creditam. Huic officio ut faceret ſatis, vulgavit hunc librum:

Tabulæ dialecticarum præceptionum perſpicuâ brevitate totam vim artis complectentes ex optimis quibuſque Authoribus collectæ per Herm. Polyglopſium Juliacenſis ſchola Moderatorem, ex typographia Henrici Aquenſis. Coloniæ 1575. in 8vo. Inſcriptus liber Clero & Magiſtratui urbis.

HERMANNUS de WESALIA. Gelenius *de de magnitud. Colon. Agrippin. L. 2. p. 172.* credit ipſum ducere genus ſuum à celebri familia Equitum de Weſalia. Fridericus III. Auguſtus (apud quem magnæ erat authoritatis, ùt notat Schaten) eum regalis Baſilicæ B. M. V. ad Aquas Grani & ſancti Severini Collegiatæ Colonienſis Canonicum nominavit. Elaboravit

Chronicon Colonienſe, cujus MSs. aſſervabat Joannes Gelenius in Bibliotheca, oculatus teſtis Ægidius id refert *L. III. de magnitud. urbis Colon. pag. 294.* communicatum id fuiſſe Gelenio ab illuſtriſſimo & literatiſſimo Bernardo de Mallinkrot fatetur gratus Ægidius *p. 243. L. 3. de Colon. urb. magnit.*

HERMANNUS de WIDENBACH Congregationis Fratrum Clericorum Coloniæ. Ejuſdem extat *Liber aſceticus* MS. in Bibliotheca Cartuſiæ Colonienſis in 18vo pulpito OOOO. n. 20.

HERMANNUS ZITTARDUS laudatur à Luſitano, eūmque excipientibus Pio & Altamura ad 1406. ſacræ Theologiæ Magiſter Ordinis Prædicatorum dicitur. Cognomen ducit à Sittardia oppido, quod intrà Ducatum Juliacenſem eſt. Claruit Coloniæ anno MCCCCVIII. Scripſit metricè ſeu ſtrictâ oratione

Manuale Confeſſorum.

Echard & Quetif. Scriptor. Ord. Prædicat.

HIERONYMUS MARIA STAUBER Servitarum Ordinem amplexus, & Monaſterii Servitarum prope Bonnam erecti à Ferdinando Archi-Epiſcopo Colonienſi Prior fuit 1639. Scripſit Germanicè

Kurtzer Begriff von dem Urſprung und Wieder-Einführung in Teutſchland des heiligen Ordens der Diener Mariæ, und dero unter ſolchem Habit ſchmertzhaffter Bruderſchafft, mit ihren Regulen und Indulgentzen, durch R. P. F. Hier. Mar. Stauber, ſelbigen Ordens Prieſtern und Prioren zum heiligen Creutzberg bey Bonn. Gedruckt zu Collen am Rhein 1639. bey Heinrich Krafft in 12mo pp. 228. Dicatus Ferdinando Archi-Epiſcopo noſtro, qui eos in ſuam Archi-Diœceſin introduxit, ùt in præfatione gratus Stauber agnoſcit.

HIERONYMUS MULMAN gente Saxo, patriâ Lipſienſis, natus patre Lutherano Prædicante 1606. & in hæreſi educatus, dum fratrem ſuum germanum Coloniæ Catholicis aggregatum ad ſectam ſuam reducere nititur, ipſe captus vi argumentorum Catholicam fidem amplexus eſt, & abſolutis dein ſtudiis Philoſophicis in Societatem ingreſſus 1627. votorum quatuor Sacramento ſolemni ſe adſtrinxit. Docuit in eâ litteras manſuetiores, Philoſophiam & Theologiam. Rexit Collegia Hildeſienſe, Colonienſe, Reſidentiam ad S. Goarem, & Haffniæ in Dania Miſſionarium egregiè egit. In omnibus his muneribus eluxit in eo conſtans ſtudium perfectionis, inſignis humilitas, patientia in adverſis, magna erga omnes charitas, fervens fidei Catholicæ propagandæ zelus, quem & libris, & ſcriptis, & variis diſputationibus cum adverſis Prædicantibus corrupti verbi demonſtravit. Piè obiit in miſſione Haffnienſi die 22dâ Octobris 1666. Edidit

Myſterium fraudis prædicantica Latinè. Coloniæ typis Jodoci Kalcovii 1649. in 4to.

Clavem abſolutionis ſacramentalis Germanicè. Coloniæ typis Guilielmi Frieſſem 1653. in 8vo.

Lenem correctionem Dorſchæi Sectarii Argentoratenſis, typis iiſdem 1652. in 4to.

Notas in Epiſtolam Rantzovii Baronis Dani converſi Romæ. Coloniæ apud Conſtantinum Munnich 1652. Latinè in 8vo.

Catholicæ fidei ſpeculum contra Matthiam Hoë

Lipsiensem Superintendentem, Germanicè. Colonia 1656.

Insolubilem demonstrationem, quòd Ministri Acatholici nequeant habere verum sensum sacræ scripturæ. 1654. Coloniæ in 4to.

Censuram disquisitionis de Ecclesia & Babylone contra Joannem Cocchium. Coloniæ 1659. in 4.

Ex annuis missionis Haffniensis S. J.

HILGERUS GARTZWILER natus Monasterii Eiffliæ, Canonicus & Decanus Collegiatæ Ecclesiæ Ss. Chrysanti & Dariæ in patria: Author fundi perpetui, ex cujus reditu nepotes ex fratre nascituri bonas litteras discant. Scripsit

Spiegel der Keuschheit, oder Historia vom Leben, Thaten und Sterben zweyer HH. Martyrer Chrysanti und Dariæ, metro Germanico aptato ad theatrum.

Chrysanti und Dariæ Patronen der Collegiat-Kirchen zu Münster Eiffel ordentlich zu nutz dero Jugend in Form einer Comœdien durch H. H. Gartzweiler Dechanten zu Münster-Eiffel in Reim weiss verfasst, gedruckt zu Cöllen durch Conrad Burgens 1609. in 8vo pp. 146. & amplius. Exhibita fuit ea comœdia Monasterii Eiffliæ 1606. 16. & 17. Julii magnâ pompâ

HILGERUS KNUTGENIUS Siegburgensis in Ducatu Montensi Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium ingressus, consuetis in Ordine magistern honoribus, promovente illustrissimo Domino Nuncio Apostolico Aquisgrani insignitus est 1669. quibus accesserunt 1676. insignia Doctoralia Universitatis Colonensis, subinde suprema totius Provinciæ Colonensis administratio. Quibus prærogativis virum illum dignissimum reddidêre & talenti excellentia & doctrinæ præstantia. Obiit Coloniæ MDCLXXXVIII. 15. Maji. Scripsit

Tomos aliquot Theologicos præli beneficio vulgandos, scilicet

In primum & quartum sententiarum Scoti.

Tomum de gratia & justificatione.

Tomum de immaculata Conceptione Mariæ V.

Mariale Scoti.

Quæ tamen opera, dum mors laborem iisdem ad prælum maturandis impensum interceperat, inedita manserunt, & soli Bibliothecæ Conventûs Colonensis nota.

Ex schedis eximii Adami Putz Conventualis Colon.

HUBERTUS à CASTER fuit Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ sanctorum Martyrum Chrysanti & Dariæ, Monasterii in Eifflia, & simul Pastor curatus in Marmagen, quam Ecclesiam anno 1615. jam in annum decimum quintum rexerat, simul residens in sua Collegiata, imò hujus Decanus, uti testatur in præfatione ad Comitissam de Blanckenheim, cujus defuncto marito geminam orationem funebrem dictam typo edidit, hoc titulo:

1. *Zwo Catholische Leich-Predigen, so bey dem Gräflichen Begräbnus weyland des wohl gebohrnen in GOtt Christlich entschlaffenen Grafen und Herrn Arnolden, Grafen zu Manderscheidt, Blanckenheim, Herrn zu Junckerrath, Dhaun und Erp, den 30. Septembris und 1. Octobris 1614. auff dem Gräfflichen und Schloss-Capellen zu Blanckenheim gehalten durch den Ehrw. H. Hubertum à Caster Canonicum Coll. Ss. Martyrum Chrysanti & Dariæ, & Pastorem in Marmagen. Gedruckt zu Cöllen bey Peter von Brachel 1615. in 4to 8. Bogen.*

2. *Huberti Lommessem, de quo statim. Concionem prælo paravit & vulgavit.*

HUBERTUS HOLTHUISSENIUS patriâ Stralensis Coloniæ in sancti Martini majoris Cœnobio D. Benedicti institutum anno ætatis suæ 20. Æræ Christianæ 1519. amplexus, uti majorum signatam doctrinæ passibus semitam, ità disciplinæ & religionis publico olim bono vestigia feliciter pressit. Inter Presbyteros relatus 1524. ad Monasterium sancti Pantaleonis artis scriptoriæ discendæ gratiâ missus fuit, usus ad hoc, ut ipse loqui amat, cordatissimo humanissimóque viro P. Hermanno Colonensi tum temporis Custode & Magistro in genere scribendi Bastardico præstantissimo & artificiosissimo, nullíque secundo. Inde ad nativum regressus Cœnobium, eam artem suos Concellitas docuit, rei librariæ multo tempore præfectus, quam sanè diligentissimè curavit. Evocatus postea ad Gladbacense Monasterium, juniores Fratres eâdem arte instruxit. Factus tandem Oeconomus in Flittardt, spartam suam solertissimè excoluit, atque inter alia condidit

Chronicon breve Monasterii S. Martini unà cum Cœnobiarcharum serie à Mymborno usque ad Gerhardum à Loën ejus nominis primum deducta.

Huic addidit

Catalogum, ut titulus præfert, *devotorum PP. & FF. Monasterii D. Martini majoris Coloniæ, qui post absolutam Monasticæ militiam cursum suum feliciter consummârunt ab anno Domini supra sesqui millesimum decimo nono, dumque alios immortales suis scriptis reddere studuit, ipse se ultra mortalitatis metas extulit, defunctus 1552. die VII. Octobris.*

Oliv. Legipont. in Comment.

HUBERTUS LINTZ patriâ Colonensis, 1611. vicennis Societatem ingressus, Mathesin & Philosophiam de moribus cum laude docuit. Selingenstadii ad Mœnum obiit 24. Decemb. 1634. Scripsit

Canonem Sinuum accommodatum ad Decempedam. Herbipoli typis Joannis Volmari 1625. in quarto.

HUBERTUS LOMMESSEM Canonicus Collegiatæ sanctorum Martyrum Chrysanti & Dariæ in Monasterio Eiffliæ, fuit anno 1571. creatus Sacerdos, 1586. electus Decanus, Pastor quoque urbis fuit, verbum Dei ore & exemplo assiduè prædicabat cum summa laude & satisfactione cleri & civitatis. Zelo magno disciplinam & frequentiam chori procurabat adeò prudens & sedulus, ut in rebus agendis tum sereniſſimus Princeps Juliæ Wolffgangus Wilhelmus, tum privati plurimi ejusdem consilio, operâ ac sapientiâ uterentur. Obiit 1606. 20. Maji, ætatis 62. Decanatûs 21. Canonicatûs 35. Sacerdotii 31. Post

mortem

mortem avunculi Hubertus à Caſter Monaſterii Eiffliæ Canonicus & nepos ejuſdem edidit in folio 1630. Coloniæ Burgenii viduæ typo

Neue auserleſene Lehr-reiche Poſtill, oder Auslegungen der Dominical- auch Feyrtäglichen Evangelien durchs gantze Jahr, &c. durch den Ehrwürdigen und Hochgelehrten Herrn Hubertum Lommeſſem, Decanum, Paſtorem & Canonicum zu Münſter-Eiffel gepredigt und verfaſſt, durch ſeinen Herrn Vetter Hubertum à Caſter revidirt, und in die Ordnung gebracht, Winter-Theil pp. 667. Sommer-Theil pp. 496. Auslegung der Feſten &c. pp. 342. præter indices & præfationes. Dicatus liber ſereniſſimo Principi Wolffgango Wilhelmo.

In ejus iconem libro impreſſam Petrus Kall Vicarius Monaſterii Eiffliæ, Paſtor in Baudenrath ità luſit:

Accipe nunc etiam pictos in imagine vultus,
Cujus in hoc dantur ſcripta terenda libro.
Scilicet illa viri ſpecies vultûsque figura eſt!
Hic habitus, ſacrâ ſtantis in æde fuit!
Eſt doctrina libro, ſpecies comprenſa ſub arte eſt;
Aſt pietas toto perſtes in orbe volat.

HUBERTUS SCHNEIDT Provinciæ Colonienſis Recollectorum ſancti Franciſci profeſſus, Concionator ordinarius Coloniæ ad Olivas erat 1735. Scripſit

1. *Das irrdiſche, allzeit beſtrittene, niemahl überwundene, allzeit obſiegende Jeruſalem, das iſt, die Catholiſche Kirch vorgelegt durch F. P. Hubertum Schneidt Recollectam. Cöllen bey Caſpar Drimborn in 4to 1735. pp. 28.*

2. *Paſcuarium Catholicum, oder Feſt- und Feyrtags-Predigen in 4to Cöllen 1737.*

HUMILIS VERHAVEN Clivenſis, ſacrum Ordinem Fratrum Minorum Capucinorum Provinciæ Colonienſis ingreſſus, fuit *Ss.* Theologiæ Lector, Ordinis Definitor, Miniſter Provincialis, Provinciæ Colonienſis Viſitator. Scripſit librum, cujus titulus:

1. *Catholiciſmus S. Romanæ Eccleſiæ oppugnatus innumeris ferè copiis, fallaciarúmque tormentis à quodam malè contentorum Duce Pſeudo-Philalethio: propugnatus ab Humili ſervo Dei de Ordine Fratrum Minorum Capucinorum Provinciæ Colonienſis altè dicti caſtri gregario Præſidario militante pro DEO & Eccleſia clypeo nudæ veritatis. Coloniæ per Joann. Schlebuſch 1714.*

2. *Catholicum per totum, ſive Medicamentum univerſale ſpirituale admirabilis potentiæ in reconciliando hominem peccatorem cum Deo & proximo offenſo. Gratis præparatum omni indigenti à quodam Humili ſervo DEI de Ordine Fratrum Minorum Capucinorum Provinciæ Colonienſis quondam medicinæ ſpiritualis Profeſſore. Coloniæ apud Joannem Schlebuſch am Hof 1712. in 8vo pp. 512. præter dedicationem, continet approbationes varias & indicem.*

I.

JACOBUS ALCKET Ordinem Fratrum Minorum ſancti Franciſci Recollectorum in Provincia Colonienſi ingreſſus anno 1685. erat Concionator pomeridianus Marcoduri in Templo Annæo. Scripſit Germanicè

1. *Der Reformirte Daumen-Dräher vor dieſem in Niederländiſcher Sprach ausgangen, anjetzo in die Hochteutſche Sprach überſetzt durch F. Jacobum Alcket Minder-Brüder Recollecten Ordens, zur Zeit Nachmittags-Prediger in S. Annæ Kirchen zu Düren. Cöllen bey der Wittib Pauli Metternich 1688. in duodecimo pp. 156.*

Feſtivus prorſus dialogus Textoris Catholici & Reformati, quo ille huic proponit connexionem vel contextum Catechiſmi reformati à reformato Textore faciendam cum Bibliis, quod quia Textor Calviniſta non poteſt præſtare, ſed convincitur oppoſitionis manifeſtæ Catechiſmi reformati cum Bibliis; hinc ridetur & rejicitur.

2. *Cartel oder Fecht-Brief, durch welche P. Dionyſius Capuciner Prediger zu Roan in Franckreich ausgefordert die auff dem prætendirten Synodo zu Quevilly im Majo 1650. verſammlete Calviniſche Prædicanten. Aus dem Frantzöſiſchen ins Teutſche überſetzt durch P. Jacobum Alcket, der Minder-Brüder Recollecten Orden. 1685. in 12. Coloniæ ibid. pp. 41.*

3. *Jacobi Alcket treuer Schaafhirt Davids. Cöllen 1684. in 12mo.*

4. *Privilegia Calviniſtarum ex Becano ins Teutſche überſetzt per F. P. Jacobum Alcket eodem anno ibid. in 12mo, ſed contractè & breviſſimè pp. 30.*

JACOBUS BECKER Lintzenſis ad Rhenum ortu, 1674. lucem vidit, juris utriuſque Licentiatus ſcientiam practicam juris collectam ex ſexenni ſtudio apud Concilium Aulicum Imperiale & Cameram Imperialem collocato impendit in bonum patriæ, commentandis & illuſtrandis ſtatutis ſeu ordinationibus juris MAXIMILIANI HENRICI Archi-Epiſcopi Electoris Colonienſis utpote ſuccinctis, & ideò obſcuris, in quas ſuas obſervationes, annotationes & elucubrationes edidit. Uxorem duxit Joannam Timotheam Eyſerfeys defunctam 1727. ætatis anno 76. ex hoc thoro nati liberi plures. Ipſe piè obiit 1742. ætatis 68. Scripſit

General und univerſal Rechts Ordnung abgetheilt in zwey Theil. Das erſte begreifft die Titulen und §§. der Chur-Cölniſchen Rechts-Ordnung. Das andere die weiter täglich vorfallende Rechts-Sachen, Authore J. U. L. Jacobo Beckero Archi-Diœceſano Colonienſi. Cœllen bey Henrich Rommerskirchen in folio pp. 84. 1702.

Hæc *ex relatione liberorum* Beckeri *didici.*

JACOBUS BOYMAN ex Otweiler, Juliacensium oppidulo, datus mundo 1605. Adoptatur 1626, uti oraverat, inter socios Jesu 1. Aprilis, defunctus scholis humanioribus cum laude politioris litteraturæ plurimis annis præfecturam scholarum apud Aquenses gessit magno litterarum, magno spiritûs & sanctimoniæ inter Academicos progressu. Tribus diversis Collegiis Novesiensi, Monasterii Eifflíaco & Aquensi moderandis Rector datus fuit, conscientiarum dirigendarum miram dexteritatem & conjunctam cum suavitate efficaciam obtinebat. Supremum morbum dysenthericum, fructum charitatis Christianæ ægrotanti impensæ, masculâ patientiâ sustinuit, & nil proficientibus pharmacis, conscientiâ sacramentali absolutione quotidie mundatâ, inter Theologicos actus virtutum in hunc finem conscriptos, sibique prælegi jussos die sanctæ Ursulæ sacro (cujus sodalitium tum moderabatur) ad consortium Virginum Agno proximarum migravit 1669. apud Grani Aquas. Edidit vernaculè

Carissima pro diebus Jovis, Veneris & Sabbathi. Colonia apud Wilhelmum Friessem 1650. in 12mo. Dein Latinè

Hebdomadam amoris per septem carissima ritè digesta. ibid. 1658. in 12mo pp. 544.

Minutiores aliquot tractatus Latinè & Germanicè pro Sodalitate Ecclesiastica, quam dirigebat, v. g. *Artem vitæ. Diem salutis. Scientiam Sanctorum. Nôsse mori. Tyrocinium virtutis, & his similes.*

Ex annuis Collegii S. J. ad Aquas-Grani.
Sotuellus Bibliotheca Scriptor. S. J.

JACOBUS CANISIUS ex oppido Calcaria Ducatûs Clivensis, Archi-Diœcesis Colonienſis, Petri Canisii nepos, ingressus est Romæ in Societatem Jesu 1606. ætatis 22. in eâ post humaniores litteras moralem Philosophiam annos aliquot docuit. Professus tria vota solemniter anno 1622. Vitæ suæ ex charitate prodigus Monachii se peste afflictorum obsequiis post Suecicum bellum addixit: cui malo superstes Lauretum pedes contendit exsoluturus votum, quod pro sua incolumitate Sospitatrici Virgini Senatus populúsque Monachiensis conceperat. Tandem Ingolstadii, cùm pridie sanus visus fuisset, & postero die manè sacris operatus, repertus est mortuus die 27. Maji 1647. Scripsit

Fontem salutis, seu primum Sacramentorum omnium Baptismum. Coloniæ in 12mo.

Meditationes sacras de Christo & B. V. Monachii 1628.

Hyperduliam Marianam à Joanne Berchmanno exercitam. Monachii apud Melchiorem Segen 1636. in 16to.

Sub nomine Christiani Thanatophrasti artem artium, seu de bono mortis. Monachii apud Melchiorem Segen 1636. in 16to.

Concionum P. Gregorii Mastrilli Tomum Coloniæ ex Italico Latinum fecit.

Vitas Sanctorum à P. Ribadeneira scriptas Hispanicè fecit Latinas. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1630. in folio. Accessit

Appendix seu vitæ Sanctorum Caroli Borromæi, Ignatii, Francisci Xaverii, Philippi Nerii, S. Francisci Borgiæ, Aloysii Gonzagæ, Stanislai Kostkæ.

Foppens Bibliotheca Belgica. Sotuellus.

JACOBUS COEMANS ab Horst, quod Pelandiæ municipium est, fuit primùm Canonicus in Ecclesia Collegiata sancti Gereonis Coloniæ, deinde Canonicus & Scholasticus Ecclesiæ Cathedralis sancti Bavonis Gandavi, à *Viglio Zuichemio*, ejusdem Ædis Præposito mitrato, eò evocatus. In Academia Lovaniensi Ss. Theologiæ Doctor renuntiatus fuit die 29. Augusti 1564. unà cum *Buchone à Montzima* Frisio Viglii Nepote, qui & sumptus ad hunc actum necessarios utrique suppeditavit. Scripsit Coloniæ

Defensionem pro Communione sub una specie adversùs Hamelmannum 1563.

In Ecclesia Cathedrali Gandavensi ante cathedram concionatoriam legitur sequens ejus epitaphium:

Sepultura Eximii & Venerabilis Domini JACOBI COEMANS ab Horst, sacræ Theologiæ Doctoris, & Ecclesiæ Cathedralis sancti Bavonis Scholastici, qui obiit die 10. Sept. MDXCII. Orate pro eo.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JACOBUS CRUICKELIUS natus in Walradt prope Hinsbergam Ducatûs Juliacensis 1591. Societatem ingressus 1610. die 23. Octob. Primus ex Gymnasio ad Aquas-Grani; primámque ibidem hostiam post annos quindecim obtulit. Suprema vota edidit 1627. die 24tâ Augusti. Postquam litteras humaniores docuisset, valetudinem alibi desperatam, apud Aquas salutares Deo & proximis strenuè impendit. Contagioso morbo infectis magno miserorum solatio contemptor vitæ suæ, & pulchræ mortis appetens omne charitatis genus attulit. Erat sedatum & tranquillum Jacobi ingenium spartæ suæ sive mathematicæ litteraturæ, sive sacræ Catecheticæ unicè intentum nil aucupandæ gratiæ humanæ tribuit unquam. Legisses ex ore & vultu innubem & serenam mentem. Ungendus supremùm, convertit se ad socios, eósque obsecravit, ut secum persolverent Ambrosianum Eucharisticum hymnum; quòd eam diem videret, quâ moreretur in sancta Societate, tot suspiriis expetitam & exoratam: Virgini Matri se debere professus ex voto, quòd ante è vita non discederet, quàm expiâsset membrorum omnium tormentis, quidquid singulis deliquisset. Ergo phthisi diuturnâ, cholicâ, calculo diu exercitus, Christianum simul & Religiosum se probavit, & patientiæ coronam retulit 11. Februarii 1642. apud Grani-Thermas. Scripsit

Trihorarium annulare. Treviris 1621.

Ex annuis Collegii Aquensis S. J. Sotuellus Biblioth. Scriptor. S. J.

JACOBUS EMANS Carmelita Colonienſis, in Universitate Colonienſi sacræ Theologiæ Doctor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ctor ordinarius & publicus Professor, Facultatis Theologicæ quondam Decanus & Senior, Provinciæ Colonienſis tertiùm Provincialis, in diverſis Ordinis Provinciis Commiſſarius Apoſtolicus, totius Ordinis Romæ aſſiſtens Generalis. Vir ſolidæ & profundæ doctrinæ, magnæ devotionis, nec vulgaris in Ordine, civitate & Univerſitate Colonienſi æſtimationis. Singulariter charus extitit Archi-Epiſcopo & Principi Electori Colonienſi Maximiliano Henrico, quem conſiliis ſuis frequenter adhibuit commiſſionibus etiam impoſitis. Contra Magiſtratus acatholicos civitatum Francofurtenſis, Spirenſis & Wormatienſis Conventus Carmelitarum propter introductam recèns reformationem moleſtantes fortiter egit, eósque impetratis ab Auguſtiſſimo Leopoldo glorioſæ memoriæ litteris protectoriis & conſervatoriis devicit. Moritur Coloniæ 1679. die 28. Martii coram adſtantibus, ac funeri tanti viri illachrymantibus confratribus ſuis. Plura tam Theologica, quàm Concionatoria præclarè ſcripſit, quæ Coloniæ extant typis nondum impreſſa. Edidit

Librum de privilegiis Regularium. Coloniæ.

Paradiſum Sanctorum P. Benedicti Fidelis ex Italico in Latinum vertit. Coloniæ.

R. P. Thomæ Reina è Soc. JEſu Quadrageſimale ex Italico Latinum fecit R. P. Jacobus Emant Ss. Theologiæ Doctor & Profeſſor ordinarius B. M. V. de Monte Carmelo Prior Colonienſis. Antverpiæ apud Henricum Aertſens & Hieronymum Verduſſen anno 1654. in 4to. pp 368. Pars prima, pars ſecunda ibidem eodem typo & anno pp. 340.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tewis Carmelitarum Provincialis.

JACOBUS FILENBACH Lintzii ad Rhenum Archi-Diœceſis Colonienſis urbe naſcitur 1640. 13. Decembr. Emenſus artium curriculum in Gymnaſio Tricoronato Coloniæ Societati Jeſu nomen dedit 1669. 23. Aprilis, in qua omnes religioſi viri numeros implevit, ſive externorum diſcipulorum, ſive noſtrorum ſtudia recolentium litterarios labores moderaretur. Miniſter Collegia exemplo potiùs, quàm authoritate ad exactam regularum obſervantiam inducebat: uti enim in ſe nihil Ignatiano inſtituto difforme etiam leviſſimum ferebat, ità nec in domeſticis diſſimulandum judicabat. Extra prandii & cœnæ horam nihil admittebat unquam cibi aut potûs. Supellectilis adeò tenuis, ut ne imaginem quidem chartaceam præter Crucifixi iconem in ejus cubiculo reperiſſes. Verus ſinè dolo Iſraëlita cæcam erga Superiores obedientiam, tenerrimum pietatis ſenſum in officio divino ſemper de genibus recitando, & quaqua incederet, jugibus ad Deum ſuſpiriis & jaculatoriis votis animum præ ſe ferebat. Septem menſium ſpatio defluens alvus patientiam Jacobi & conjunctiſſimam cum Deo ſuo dilectam animam domeſticis omnibus admirantibus probavit. Quàm ſollicitus per omnem vitam de mundicia conſcientiæ ab omni etiam levi nævo ſervanda; ſic morte adventante tranquilliſſimus uſque adeò ſuî compos inter circumjacentium Fratrum preces jam munitus ſupremis myſteriis, ut oculis & ore veluti ad ſomnum compoſitis obdormierit potiùs in Domino Apoſtolicâ phraſi, quàm mortuus ſit 14tâ Julii 1710. Trevitis in Novitiatu. Ejus operâ prodiit in lucem libellus, dictus

Principia litterarum humaniorum. 1693. Coloniæ typis Arnoldi Metternich in 12mo.

Ex annuis litteris Novitiatûs Trevir.

P. JACOBUS FULLES Ordinis Eremitarum S. P. Auguſtini in Univerſitate Colonienſi ſacræ Theologiæ Licentiatus & Profeſſor, ac Provinciæ Colonienſis Provincialis, obiit Coloniæ 1730. Correxit, & ad limam propoſitionum à ſummis Pontificibus Alexandri VII. Innocentii XI. & Alexandri VIII. damnatarum expurgavit

Summam caſuum R. P. F. Samuelis de Lublino Ordinis Prædicat. Ss. Theologiæ Doctoris, eamq; typis dedit Coloniæ 1712.

Ex ſchedis eximii viri Heuſchen Auguſtinianorum Eremitarum Provincialis.

JACOBUS GIPPENBUSCH natione Germanus, natus Spiræ 1612. Societatem Jeſu Treviri ingreſſus eſt 1629. 11. Martii. In eadem docuit Græcas & Latinas litteras. Conciones habuit Latinè & Germanicè, Confeſſarium multis annis egit & Præfectum Chori Coloniæ, peritiſſimus muſices. Religioſè obiit in Xantenſi Reſidentia die 3. Julii 1664. Edidit

Cantiones muſicas quatuor vocum ad uſum Sodalitatum B. V. M. Coloniæ typis Grevenbrochii 1642. in 8vo.

Pſalteriolum harmonicum quatuor vocibus Latino Germanicum, ſeu cantiones per annum. Coloniæ typis iiſdem 1650. recuſum ibid. apud Wilhelmum Frieſſem 1652.

Cantiones & motetta ſelectiſſima titulo Philareti magno paſſim ſtudio exquiſita. Antverpiæ & Coloniæ in 4to.

Sotuellus in Bibliotheca Scriptorum Soc. JEſu.

Ex annuis litteris Reſidentiæ Xantenſis Soc. JEſu.

JACOBUS GRESELIUS Brameſcanus ex Diœceſi Oſnabrugenſi. Fuit Coloniæ in Burſa Corneliana celebris, ſubin Oſnabrugenſis à Carolo Magno fundati Athenæi Profeſſor, ac demum Canonicus Reſellianus, quem collegam ſuum Joannes Cæſarius Colonienſis Univerſitatis Profeſſor in quadam epiſtola, vocat liberalium artium ſtrenuum Profeſſorem, ut, qui eas non vulgari modo profiteatur, ſed ad Auditorum ingenia captúmque appoſitè eloquentiam Philoſophiæ & Philoſophiam eloquentiæ copulaverit. Scripſit

Varia carmina & epigrammata.

Academia Carolina Oſnabrugenſis pag. 46. 47. hypotypoſi primâ & quartâ pag. 13.

JACOBUS HACK natione Germanus, patriâ Juliacenſis, undevicennis Societati Jeſu adſcriptus 1598. in Provincia Auſtriæ vota quatuor nuncupavit, Olomucii Eccleſiaſten plurimis annis cum fructu egit, & religioſè obiit Commotavii die 12. Octobris 1634. Edidit Germanicè

Defenſionem Concionis P. Georgii Scherer Soc. JESU.

Pro vita & utraque ſpecie adversùs M. Antonium

tonium Hegium Calviniſtam Olomucii apud Seramnium 1613.

Proluſionem ſeu brevem informationem, an Paulus Toſſanus Theologiæ Heidelbergenſis Doctor in diluendis mendaciis, quæ Nicolao Hegio Jacobus Hack Soc. Jeſu objecit, ejuſdem honorem ſufficienter defenderit, nec ne? Olomucii apud eundem 1614.

Solidam reſponſionem ad quatuor quæſtiones hoc tempore ſcitu neceſſarias contra Paulum Toſſanum Calviniſtam Olomucii, apud hæredem Georgii Handalii 1617.

Sotuellus. Bibliotheca Scriptorum S. J.

JACOBUS de HOOGSTRATT Belga, ſic ab originis ſuæ loco Hogoſtrate, vulgò Hoochſtraten, Campiniæ Brabantinæ municipio, nunc Comitatûs titulo à pluribus annis inſignito cognominatus, Lovanii juvenis artibus ſtuduit, & in ea Facultate primam præ cæteris lauream 1485. reportavit in Pædagogio Falconenſi. Exinde Coloniæ inſtitutum ſancti Dominici amplexatus, ſacræ Theologiæ magiſterium in ea Univerſitate ibidem obtinuit, ſtudii generalis Colonienſis Conventûs primarius Regens etiam inſtitutus à Capitulo generali Papiæ 1507. celebrato, tum & Prior ejuſdem Conventûs electus, ac tandem authoritate Apoſtolicâ per Provincias Colonienſem, Moguntinam & Trevirenſem generalis fidei Cenſor ac Quæſitor præfectus. Vir intrepidus, & qualem optabant tempora illa Novatorum moribus & erroribus pullulantibus tumultuoſiſſima. Germaniæ Magnates hæreſum fautores in ſuam perniciem conjunctos vidit, & in aula Imperatoris in ipſum frendentes imperterritus muneris ſui officia implere perrexit. Stilo eum acriori lacerârunt Heterodoxi, at ſannis eorum contemptis veram Hoogſtratus ſuis operibus religionem ſancivit, adverſam flammis addixit. Latinæ orationis barbariem objecêre Grammatici, ſed fidem, ſed diſciplinam Eccleſiaſticam in ejus libris nemo non agnovit Catholicus. Brevì, quæ damnavit ille, damnârunt Theologi Pariſienſes, damnârunt quotquot ab inde Pontifices ſummi, damnatáque in æternum manebunt in indice Tridentino. Ad hunc ſcopulum diſtringuntur, quæcunque in eum deblaterant depravatarum opinionum aurâ afflati, quorum odia & dicteria ſumma ejus ſunt laus. Obiit apud ſuos Coloniæ 21. Januarii 1527. ubi & ſepultus. Ejus cum laude meminerunt omnes exinde Scriptores Dominicani. Extranei verò, Author additionum in Trithemium, Poſſevinus, Miræus, Swertius, Valerius Andr. Deſſelius in Bibliotheca Belgica, & alii. Opera ejus ſunt ſequentia:

Defenſorium Fratrum mendicantium contra Curatos, qui privilegia Fratrum impugnant injuſtè, approbationibus Doctorum utriuſque juris Academiæ Colonienſis munitum. Coloniæ 1507. in quarto.

Defenſio ſcholaſtica Principum Alemanniæ in eo, quod ſceleratos detinent inſepultos in ligno, contra Petrum Ravennatem. Ad calcem quæſtiones aliæ duæ de eodem Ravennate adjecit. Prima, an pro ſimplici furto licitum ſit hominem occidere? Altera, an de jure concedendum ſit, quòd Scholares Itali abſque meretricibus vivere non poſſint. Coloniæ Joannes Landen 1508. *in quarto.*

Altera ejuſdem opuſculi editio hoc titulo:

Juſtificatorium Principum Alemanniæ diſſolvens rationes Petri Ravennatis, quibus Principum judicia carpſit. Ex ſequenti editione conſtat hanc ſecundam prodiiſſe Coloniæ 20. Julii 1509. *in 4to.* Cui adjecit

Judicium doctrinale omnium juris utriuſque Doctorum Colonienſis & Lovanienſis & quorundam aliorum Theologorum. Additio ad præcedens opuſculum 1510. *ab eodem Authore edita pp. circiter duarum.*

Editio tertia hoc titulo:

Protectorium Principum Alemanniæ de maleficis non ſepeliendis contra Petrum Ravennatem clariſſimorum virorum in utroque jure doctiſſimorum teſtimoniis approbatum. Coloniæ 1511. *in 4to pp. 32. Bernardino Cardinali ſanctæ Crucis ab Authore nuncupatum.*

Tractatus magiſtralis declarans, quàm graviter peccent quærentes auxilium à maleficis, ad R. D. Philippum S. Eccleſiæ Colonienſis Archi Epiſcopum. Coloniæ apud Martinum de Verdena 1510. *in 4to pp. 15. Extat Pariſiis in regia E. 2266.*

« Dum pro Inquiſitoris munere Hogoſtratus « fidei Catholicæ ſartæ tectæque tuendæ ſedulò « invigilat, Judæus quidam Neophytus nomine « Joannes Pfefferkorn opus ſcripſit vernaculâ « Teutonica *Speculum manuale* inſcriptum, quo « libros Judæorum omnes ipsúmque Talmuth « flammis abolendos contendebat, ceu qui blaſphemiis in Chriſtum Dominum & B. Virginem referti eſſent; hunc contra Joannes Reuchlin, aliàs Capnio, à voce Græca Capnion, id « eſt, Fumeus dictus, vir eâ tempeſtate ab eximia & ſingulari linguarum ſacrarum Latinæ, « Græcæ & Hebraicæ peritia famoſiſſimus librum « Germanicè etiam ſcriptum oppoſuit, cui *Speculi oculatis* titulum indidit, quo Judaica illa « opera non igne abſumenda, ſed ſervanda contendebat. Favebat Pfefferkornio Hoogſtratus: hinc acerrima nata eſt eundem inter & « Reuchlinum magnis utrimque animis defenſa « controverſia, cujus hiſtoriam varii variè, quilibet pro affectu referunt; aliis in hac cauſa « Reuchlinum viciſſe, aliis Hoogſtratum ſuperiorem evaſiſſe contendentibus. « *Vide acta pars & ſimpliciter relata in tomo 2do*, cujus titulus: *Scriptores Ordinis Prædicatorum*, Authoribus R. P. F. Jacobo Quetif. & Jacobo Echard. Circa eandem cauſam ab Hogoſtrato edita ſunt ſequentia:

Libellus accuſatorius contra oculare ſpeculum Joannis Reuchlin legum Doctoris, coram Commiſſariis Archi Epiſcopi Moguntini productus menſe Septembri 1513.

Libellus alius ſupplex Romæ Leoni X. de eodem negotio oblatus anno 1515 Uterque ab adverſariis editus Hagenoæ 1518. in 4to.

Sub finem anni 1517. Hogoſtratus Româ redux

dux Coloniam, invenit libellum hoc titulo ornatum : *Dialogus Georgii Benigni Archi-Episcopi Nazareni cum Joanne Reuchlino scilicet de causa ocularis speculi;* cui mox respondit opusculo, cui titulum indidit sequentem:

Ad Ss. Leonem Papam X. & D. Maximilianum Imperatorem Apologia R. P. Jacobi Hochstraten, artium ac sacræ Theologiæ Doctoris, &c. &c. contra dialogum falsò inscriptum Georgio Benigno, &c. in causa Joannis Reuchlin, pluribusque erroribus scatentem, & hic de verbo ad verbum fideliter impressum: in qua quidem apologia Inquisitor ipse multis occasionibus jam demum locutus, tum Catholicam veritatem, tum Theologorum Colonienſium honorem (fuerat enim hic læsus per libellum Satyricum, cujus titulus: *Obscurorum virorum Epistolæ ad Ortvvinum Gratium editum Bernæ absque anno*) per solidas scripturas verissimè tuetur. Opus novum Coloniæ 1515. in Februario in 4to, bipartitum in duos libros: in primo scribit, Reuchlinum esse authorem prædicti dialogi, in altero sic incipit: *Absoluto libro priore, ubi Capnionis & aliorum quorundam ipsius ex OBSCURIS VIRIS discipulorum deteximus collusionem; nunc Christo auspice cum clarissimo viro quædam locuturi sumus:* Solent namque obscuri discipuli multis modo eniti, quatenus primicerium Capnionem jam commendatum, jam excusatum efficiant, nunc obscurorum, nunc clarorum usurpare nomina virorum, &c. quibus verbis sanè alludit ad illas obscurorum virorum epistolas: unde patet, Hoogstratum iis epistolis non se sensisse læsum; sed & ipsum de illis risisse ac lusisse: nam centies in hoc opusculo similia ludendo repetit. Hic liber est pp. 32.

Mirum, quàm hæc Apologia Reuchlinum & asseclas pupugerit. Unde epistolas in Hoochstratum mordaciores insulso sale piperéque fœculento conditas scripserunt. His omissis ac contemptis, ab Hoochstrato prodiit

Apologia altera contra defensionem quandam in favorem Joannis Reuchlini novissimè in lucem editam. Coloniæ 1519. in 4to.

Destructio Cabalæ seu cabalistæ perfidiæ à Joanne Reuchlino in lucem editæ libris quatuor in 4. 1519. typo Quenteliano.

Acta judiciorum inter Hoochstratum & Reuchlinum Andreas Valerius adscribit quidem Hoochstrato; sed insciè adscribi docent PP. Jacobus Quetif & Jacobus Echard Tom. 2do in Hoochstrato. E contrario

Acta judiciorum inter F. Jacobum Hoochstraten Inquisitorem Colonienſem & Joannem Reuchlin LL. Doctorem ex registro publico, authentico & sigillato Hagenoæ 1518. in 4to refert Hockerus extare in Bibliotheca Heilsbronn. pp. 189. Cod. 77. impressorum.

Margarita moralis Philosophiæ in 12. libros redacta. Coloniæ typo Quentel. 1521, in 4to. Extat Trajecti ad Mosam apud Dominicanos.

Colloquiorum cum D. Augustino Lib. VI. contra Lutherum. Typis Quentelianis Coloniæ 1524. Extat apud Dominicanos Lovanii & Trajecti ad Mosam.

Absoluta determinatio de Presbyteris publica fornicationis notatis: quonam pacto valeant ad Missarum officia provocari, promoveri, admitti seu adjuvari absque salutis detrimento. Ad calcem subjungitur: an in extrema necessitate ità omnia sint communia, ut occupanti rem alterius nulla de restitutione facienda sit conscientia. Coloniæ typis Conradi Cæsarii 1523. in 4to. Extat apud Prædicatores Lovanii.

Dialogus de veneratione & invocatione Sanctorum 1524.

Epitome de fide & operibus. Coloniæ typo Quentel. 1525. in 4to. Extat apud Dominicanos Bisuntii & Trajecti ad Mosam.

De purgatorio. Antverpiæ 1525. in 8vo. Extat Insulis apud Prædicatores.

Disputationes aliquot contra Lutheranos.

Item contra VIII. Lutheranorum blasphemias, quas presse & nervosè & argumentis ad hominem impugnat & evertit. Coloniæ 1526. in 4to.

De Christiana libertate Tractatus V. contra Lutherum. Antverpiæ 1526. in 8vo.

Ejus Commentaria MSs. in quatuor libros sententiarum citantur à Prædicatore F. Petro Buchlin epist. ad Vincentium Justinianum Antistitem Valentinum.

Echard & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicatorum.

JACOBUS HORN ortu Ubius, in sancti Martini Cœnobio Coloniæ Ordinis sancti Benedicti Professus Philosophiam ac Theologiam per plures annos docuit, Doctoratûs insignia in Universitate Colonienſi pro meritis consecutus. Factus est deinde 1629. Pastor sanctæ Brigidæ, ac demum à Patribus Congregationis nominatus Abbas in Sponheim. Vivere desiit 1645. IX. Kal. Augusti. Multis ille libris Bibliothecam S. Martini stipavit, atque inter alia sui ingenii documenta prælo destinârat

Tractatum de Sacramentis in genere & in specie.

De officiis justitiæ Christianæ.

Catholicam Catechesin adversùs Calvinistas.

Quatuor Evangeliorum Harmoniam.

Considerationes de vita JESU Christi Salvatoris.

Annotationes ad exercitia spiritualia.

Tractatum de generibus Monachorum.

Denique scripta Theologica eximiæ notæ.

Quæ omnia adservantur MSs. in Biblioth. S. Martini Colon. Cod. sig. B. 32. &c.

Ex Commentariis MS. D. Oliv. Legipont, S Theol. Licent. Ord. S. Benedicti Professi ad S Martini Coloniæ.

JACOBUS KONIGSBACHIUS in sancti Martini Monasterio Ordinis sancti Benedicti Coloniæ Monachus, religionis merito & eruditionis laude comprimis commendatus, qui subinde ab *Adamo Meyer* ejus loci Antistite ad Luxatam in sancti Pauli apud Trajectenses Cœnobio disciplinam juxta Bursfeldensium instituta informandam missus, ibique Abbas designatus, plurimum, nec infeliciter pro rebus Ordinis labora-

vit, denatus 1494. die XIV. Kal. Maji. Inter alia suæ eruditionis monumenta conscripsit

Tractatum insignem de lapide Philosophico ad Hermannum ab Hassia Archi-Episcopum Colon. cujus fragmentum habetur Tomo V. Theatri chemici pag. 893.

Compendium Theologiæ S. Thomæ hoc initio: Æterni Patris verbum. MS. in fol. Cod. sign. O. 3. 3.

Sermones aliquot Capitulares.

Superat ab eodem descriptus codex Vitam continens D. N. JEsu Christi. Sign. G. 5. Ejus meminit Konigsbachius in Auctario Trithemii de Script. Eccles.

Ex Commentariis Oliverii Legipont Benedictini ad S. Martini.

JACOBUS KRITZRAEDT, Gangeltam Juliæ oppidum, natalem habuit 1mâ Maji 1602. 24. Aprilis 1623. addidit se socium JESU. Singularem animi candorem, modestiam & innocentiam præ se ferebat sive Superior missionum, sive scholarum Præfectus, quibus virtutibus humani generis conciliatricibus amores omnium erga se provocabat. Erat reverentissimus Superiorum & juventutis formandæ perstudiosus, & assiduus in tribunali sacro, cui dum seniculus nocte Christo nascenti sacrâ solito diutiùs inhæret, brumali frigore rigens, ægrè in Collegium perreptat, & octiduo post à nimio frigore ad cæleste refrigerium evocatus est Kal. Januarii 1672. Scripsit

Historiam Collegii Colonienſis ab Henrico Simonio inchoatam egregio stilo & nitidissimo calamo perduxit ab 1622, ut conjicio, ad 1657, quæ MSs. extat in Archæo Gymnasii Tricoronati, & in cubiculo R. P. Rectoris.

Historiam Gangeltæ patriæ suæ & Satrapiæ in folio. Extat in Archæo Gymnasii prædicti MS.

Von den Herrlichkeiten Millen und Born Jobi Zartdarickii [anagramma Jacobi Kritzraedt] Coloniæ 1654. in 4to apud Henricum Krafft.

Hercules prodicius. Coloniæ Petri Alstorff in 4to 1679.

JACOBUS LEICHIUS Cochemensis ex Archi-Diœcesi Trevirensi oriundus. Fratrem habuit Joannem Leichium, qui anno 1551. apud Susatum Gymnasiarcha erat, & fors idem est, qui anno 1556. erat Collega Gymnasii Cucani Coloniæ, & ibidem Canonicus B. M. V. ad Gradus, in quem se officium Regentis translaturum promiserat Jacobus. Hic enim Godefrido Wylich Primario quondam Bursæ Cucanæ in vico San-Maximinianæo Administratori substitutus, Regens admissus erat à Facultate artium inter Regentes anno 1553. 11. Junii, & inter Examinatores Baccalaureandorum adlectus, factâ priùs sponsione de statutis Patrum servandis. Idem eodem anno Decanus ejusdem Facultatis eligitur, Verùm anno 1556. illucescente 24. Martii, cùm solennis dies & ordo Decani è domo Cucana eligendi recurreret, negârunt cæterarum Facultatum Professores, se ex ea domo lecturos Decanum, cujus Regens & Presbyter & conjugatus esset ex nova Evangelii Lutherici libertate. Opposuit loco responsionum haud modica convitia in cœlibes Scortatores adjectis etiam minis; sed Facultas imperterrita Gerardo Mathisio Decanatum prorogavit præter morem. Dein Gymnasium Cucanum veluti alienum, & Universitati ignotum hâc vice præterierunt M. M. Facultatem A. A. regentes. Donec anno 1556. 16. Novembris Magistratus libellos supplices à PP. Societatis Jesu Joanne von Rheidt, Francisco Costero, Henrico Dionysio oblatos communicavit Regentibus Montanæ & Laurentianæ Bursarum, hi Universitati, quæ per deputatos IV. viros Henricum à Tongeris, sacræ Theologiæ Doctorem, Rectorem Universitatis, F. Joannem Geffen, Ord. Præd. Decanum Theologiæ, Joannem ab Anholt Decanum juris, & Conradum Betzdorpium J. U. Doctorem, Hermannum Novesianum medic. Doct. M. Joannem Ruræmundensem S. Theol. Baccal. Decanum Facult. artium suffectum, admisit Societatem ad regendam Bursam Cucanam, è qua Senatus Jacobum Leichium facessere jusserat, & subin Joanni von Rheidt patritia gente, domo Agrippinensi, patre Consule nato claves novæ Bursæ credidit. Quo post Leichius evaserit, quo fine vitam clauserit, obscurum est.

T. Livii Patavini secundi, dicendi Magistri eloquentiæque Romanæ alterius Parentis Concionnes priorum quinque librorum primæ decadis XLV. jam primùm ab aliis avulsæ, & compendiosâ quâdam Dialectici & Rhetorici artificii ratione illustratæ in usum & gratiam Candidatorum eloquentiæ, Jacobo Leichio Cochemensi Authore in 8vo pp. 159. Coloniæ Henricus Mameranus excudebat in platea Judaica 1551. cum privil. Cæsar. ad decennium & applausu elegiaco fratris Joannis Leichii Cochem. apud Susatum Gymnasiarchæ. Epistola nuncupatoria inscripta est summæ spei juvenibus Henrico atque Friderico germanis Fratribus D. Henrici Broch florentissimæ Colonienſis Academiæ, prudentiâ & rebus bene gestis C. Consulis filiis. Bene Latina præfatio est, & Jacobum Leichium non vulgarem scivisse Latinitatem indicat.

Ex L. Decanali Facult. artium Colon. & Historia Gymnasii Tricoronati.

JACOBUS LINNICHIUS Proto-Notarius Apostolicus decennio integro curam impendit formando tenero Principi Philippo Wilhelmo in litteris & Catholicæ fidei præceptis jussu serenissimorum Principum Canonicus Collegiatæ sancti Andreæ & sancti Gangulphi Heinsbergæ, serenissimi Principis Neoburgici Consiliarius Ecclesiasticus. Scripsit

Bivium religionis ad civitatem DEI, quæ vera est Christi Ecclesia, semitâ seu verâ adducens, seu falsâ abducens, in gratiam omnium hujus vitæ Viatorum ad æviternam felicitatem peregrinantium, à R. D. Jacobo Linnichio, Coloniæ sumptibus Hermanni Mylii 1637. in 16to pp. 206. Dicavit libellum suis Principibus Wolffgango Wilhelmo, Catharinæ Charlottæ, & Philippo Wilhelmo Comitibus Palatinis eorundem Sacellanus, laudátque serenissimum Wolffgangum Wil-

Wilhelmum, quòd ætate minor delibutus fuco Augustanæ confessionis, at judicio maturiore doctrinam Christi veram unanimi sanctorum Patrum consensu adminiculante, majore Catechistico opere devotissimi Patris Petri Canisii Societ. Jesu Theologi haustam cælesti lumine illustratus tam forti, quàm pio animo complexus sit.

Ejusdem libelluli *Germanicè vertendi* ratio fuit, ut à sereniſſima conjuge legeretur. Demum cùm Principis Wilhelmi instructor fuisset, debuit eidem hoc munus dicare, ut aditâ olim administratione ob jus hæreditarium murum se pro domo Dei opponat, nihilque antiquius habeat, quàm errantes oviculas ad verum Christi ovile reducere.

Unfehlbare Glaubens-Regel allen guthertzigen frommen Teutschen zum besten... in Druck verfertiget durch den Ehrvv. Herrn Jacob Linnichium. Cöllen in Verlegung Herm. Mylius 1637. in 16to pp. 143. Interrogationibus & responsis Catholicis totus libellulus contextus est.

Manna absconditum per hebdomadas Eucharisticas distributum. HHHH. 553. in Cartusia Colon. extat.

JACOBUS MASEN ex Dalen Juliacensi vico vitæ mortali editus 1606. 23. Martii Gymnasii Tricoronati Alumnus primùm, tum Magister Societatem adiit anno 1629 14. Maji, & annis pluribus 1640. Poëticam & Rhetoricam docuit, Ecclesiastes sacer ejusdem Gymnadis ac Præses Academiæ domesticæ Magistrorum. Professus vota quatuor 1648. Coloniæ. Vir ingenii prompti, & multâ lectione exercitati vitam omnem inter libros aut scribendos aut legendos negotiosissimo otio impendit, cujus rationem reddidit ei, apud quem sub vitæ finem exomologesin generalem fecerat his verbis: *Multa legi, multa scripsi, sed lectionis & scriptionis perpetuæ alium finem habui nunquam, quam ut temporis pretiosissimi particula nulla vacua elaberetur, quin DEO & proximo & propriæ salvti cederet.* Inter tot lucubrationes polemicas & historicas pro Ecclesia Dei, asceticas excolendo spiritui, politiores ad bonarum artium incrementum, utì genio festivo, sic stilo facili & Latino bene de omnibus mereri satagebat, firmo semper ac vegeto corpore, donec semestri ante obitum spatio consuetis etiam nostrorum colloquiis sibi interdixit, causatus monitorem internum instantis exitûs, ad quem meditatione æternorum & oratione jugi sese accingebat. Nec multò post diarrhææ primùm, tum antidotis frustra præjactis dysenteriæ acerbissimis doloribus exercitatus, Christianâ resignatione Sacramenta extrema suscepit, & in pace obdormivit Coloniæ 27. Septembris 1681. Ejus opera dividenda sunt in has classes: Ascetica, Polemica, Historica, Humaniora.

§. I.

Ascetica.

1651. *Dux viæ per exercitia spiritualia communia omnibus, & propria Ecclesiasticis. Trevitis apud Christoph. Reulandt in 8vo pp. 572. sæpè variâ formâ Colonia recus. seorsim & conjunctim in 8vo in 12mo. Idem Germanicè 1701. Wegführer zu einem vollkommenen Leben. in 8vo Franckfurt mit Kupfferen.*

1667. *Nova praxis orthodoxæ fidei intrà exercitia octiduana discernendæ. in 8vo Coloniæ typo Friessem.*

Eadem Germanicè versa à P. Wernero Lotley Socio. 1669. in 8vo pp. 268. Coloniæ typo Joannis Wilhelmi Friessem.

1661. *Aurum sapientum, sive ars ditescendi absque scelere. Coloniæ apud Wilhelmum Friessem in 8vo.*

1671. *Orthodoxi Concionatoris antiquo-novi ex V. & N. Testamenti scripturis juxta mentem Ss. Patrum digesti. Tomus I. de fine hominis & quatuor novissimis, concionibus per annum distributis.*

Considerationes XVII. de fide orthodoxa discernenda cum Samuele Benedicto Carpzovio confutato. Moguntiæ in folio sumptu Joannis Petri Zubrodt.

Orthodoxi Concionatoris Tomus II. in quo homo conditus, lapsus & punitus in lege naturæ per res gestas & figuras proponitur usque ad diluvium appositè ad legem gratiæ, idque 1. per Chronologiam. 2. Sensûs historici brevi expositione. 3. Sensûs mystici. 4. PP. testimoniis, cum appendice de recto usu divitiarum. Moguntiæ in fol.

§. II.

Polemica.

1661. *Meditata concordia Protestantium cum Catholicis in una fide, ex scripturis desumpta, quam ex Comitiis Electoralibus S. R. I. 1658. ab utraque partium vulgatam nunc operâ suâ conciliavit P. Jacobus Masenius S. J. obtulitque Alexandro VII. tum Principibus protestantibus. Coloniæ apud J. Busæum in 8vo. Pars I. pp. 126. Pars II. pp. 149.*

1652. *Joannis Semani [Maseni Anagrammaticos] methodus controversias ex scriptura & patribus componendi, in 4to Coloniæ apud Wilhelm. Friessem.*

1653. *Rastrum Horti Crusiani, apud Wilhelm Friessem Coloniæ in 4to pp. 81.*

1663. *Strena Reformatorum, in 8vo pp. 87. Coloniæ typis Joan. Busæi.*

1661. *Gretserus redivivus. in 4to pp. 64. Coloniæ typo Wilh. Friessem.*

1656. *D. Augustinus controversiarum fidei hujus temporis ex sola sacra scriptura juxta orthodoxæ Catholicæque Ecclesiæ mentem. Arbiter ac Decisor optimus, serenissimis ac potentissimis Protestantium Principibus, rebus publicis & Academiis exhibitus, cum refutatione D. Joannis Cocceji postulante & subserviente Jacobo Masenio S. J. Coloniæ typo Joannis Busæi in 16to pp. 327, citra præfationem prolixam.*

1657. *Beschluss des Religions Streit gegen Johannem*

hannem Coccejum, Kurtze und leichte Weiſs den Religions Streit durch Europam beyzulegen, durch ſchrifftliche Erörterung eines fundamental Streit-Puncts, vorgeſtellt von R. P. Jacobo Maſenio Soc. JEſu. Cöllen bey Johan Portz in 12mo pp. 32.

§. III.
Hiſtorica.

1672. *Anima hiſtoriæ in Carolo V. & Ferdinando I. repræſentatis. Coloniæ ſumptu Joannis Wilh. Frieſſem in 4to. Lib. VII. pag. 212. citra indicem recuſus annis 16.* 1709.

1670. *Antiquitates & Annales Trevirenſes, Broweri & Maſenii operâ. Leodii apud Matth. Hovium in folio.*

Tomus I. pp. 626. Tomus II. pp. 560. præter duos prægrandes indices, alterum rerum, Chronologiæ Trevericæ alterum.

1676. *Epitome Annalium Trevirenſium ab exordio ad annum 1652. Auguſtæ Trevirorum typo Chriſtophori Reulandt in 8vo pp. 809.*

MSs. Metropolis Eccleſiæ Trevericæ, quæ ejus originem, jura, decus, officia, tum ſubjectorum illi Epiſcopatuum, regionum, urbium, Eccleſiarum, Abbatiarum, Monaſteriorum ortus, progreſſus per Archi-Diœceſin Trevirenſem complectitur, Authoribus Chriſtophoro Browero & Jacobo Maſenio. Extat in Collegio Trevirenſi Soc. JEſu, & apud clariſſimum virum ab Hontheim J. U. D. Officialem & Conſiliarium intimum Electoris Trevirenſis.

§. IV.
Humaniores Litteræ.

1659. *Speculum imaginum veritatis occultæ, exhibens ſymbola, emblemata hieroglyphica, ænigmata, exemplis & præceptis illuſtratum. Coloniæ typo Kinckii in 8vo pp. 1122. præter indicem geminum hiſtoricum & moralem. Sæpè ad prælum revocatus 1674. typo Joan. Anton. Kinckii 1686. & 1714. iterum 1715. ſumptu Jacobi Promper.*

1654. *Palæſtra eloquentiæ ligatæ methodum novam ac facilem tam concipiendi, quàm ſcribendi quovis ſtilo practico complectens. Pars I. docet rationem concipiendi poetico artificio, ex Homero & Virgilio. Pars II. elocutionis poeticæ præcepta & exempla. Coloniæ typo & ſumptu Wilhelmi Frieſſem in 12mo pp. 348.*

Palæſtra eloquentiæ ligatæ pars altera, complectens præcepta & exempla poeſeos elegiacæ, lyricæ, heroicæ. Coloniæ typo Wilh. Frieſſem in 12mo pp. 600. 1654. Rurſum apud Joannem Buſæum Colon. 1661.

Palæſtra eloquentiæ ligatæ pars III. complectens præcepta & exempla poeſeos comicæ tragico & comico tragicæ. Coloniæ apud Joannem Buſæum in 12mo pp. 499.

Palæſtra oratoria præceptis & exemplis veterum inſtructa. L. I. Lib. II. in 8vo Coloniæ 1706.

Nova methodus in progymnaſmata & Rhetorum exercitationes, Lib. III. Analyſis Tullianarum Orationum. Coloniæ apud Joannem Buſæum in 8vo pp. 1062. Dicatus liber Regentibus Montano & Laurentiano; cùm enim Rhetoricam in Gymnaſio Tricoronato annis pluribus docuerit, nefas judicavit extra Coloniam Mecœnates quærere. 1659.

1659. *Palæſtra ſtyli Romani, quæ artem & præſidia Latinè ornatéque quovis ſtyli genere ſcribendi complectitur, cum brevi Græcarum & Romanarum antiquitatum compendio, & præceptis ad dialogos, epiſtolas, hiſtorias ſcribendas neceſſariis. Coloniæ typo Joannis Buſæi in 8vo. Libri III. primi pp. 477. Libri duo IV. & V. pp. 326. Dicavit librum Franciſco Egoni Weich in Fürſtenberg Præpoſito Metropolitico ſuo olim diſcipulo. Iterum Colon.* 1710.

Ars nova argutiarum epigrammatica & epigraphica. Colon. ſumptu Joan. Ant. Kinckii in 12mo pp. 338. ſæpiùs recuſa 1670.

Familiarium argutiarum fontes honeſtæ & eruditæ recreationis gratiâ excitati. Editio ſecunda locupletior. Coloniæ typo Joan. Ant. Kinckii in 12mo. Libri III. pp. 432. Ex annuis Coll. Colon. Soc. JEſu.

JACOBUS MERLO ex Horſt oriundus in Ducatu Geldrienſi 1597. die 24. Julii, pridie ſancti Jacobi, unde nomen Baptizato obtigit patre Jacobo Merlero, matre Helenâ Mathen fortunæ mediocris Colon. Adoleſcens Coloniam ductus à vidua matre ad avunculum Joannem Horſtium Vicarium Metropoliticum futurum Nutritium Parentem, in Gymnaſio trium Coronarum inſignem in pietate & doctrina profectum fecit in ſcholis quatuor inferioribus ad Rhetoricam uſque, quam in Montanorum Gymnaſio cum Philoſophia abſolvit 1616. laureâ magiſtrali donatus. Poſtquam dein Theologiæ ſimul & volutandis optimis quibuſcunque Scriptoribus aſſiduam navâſſet operam, & Ss. Patrum monumenta excutere incepiſſet, ante ætatem legitimam 1621. Sacerdotio initiatus fuit, ſolitus quotidie, modò facultas ſuppeteret, magno cum fervore ſpiritûs ad aram facere; eum in finem breviſſimam praxin piè celebrandi & communicandi elucubravit typo poſtmodum excuſam. Non potuit diu ardor pietatis, quo flagrabat Jacobus, & luculentus fulgor doctrinæ ità delitescere, quin pluribus innoteſceret. Quamprimùm ſereniſſimo Principi Lotharingiæ Franciſco ſummæ Ædis Decano innotuit, ſuam in familiam ipſum cooptavit à ſacris ſibi futurum. Cùm per anni ſpatium aulam Principis virtutis perfectæ claritate illuſtrâſſet, & interea temporis vacaret Parochia in Paſculo, ſereniſſimi Decani beneficio eâdem donatus fuit, quodam, ùt videri poteſt, præſagio: narrat enim in manuſcriptis ſuis de ſe: “ Adoleſcens cohabitabam Eccleſiaſtico Viro Ada-“ mo Brewer, condicto Lutz, ſacræ Theologiæ “ Licentiato, & Vicario ſancti Joannis Baptiſtæ “ ad ſanctum Gereonem, quocum ſæviſſimâ

“ hyeme,

« hyeme, densâ nive ad matutinas horas exitu-
« rus, reperio ante januam domûs in ipso limi-
« ne duos codices Evangeliorum recenter com-
« pactos, & à nive illæsos, nec legebantur ulla
« vestigia nivi impressa alicujus hominis, qui
« eos libros eò deposuisset. Mira ambo ex eo
« facto suspicati sumus, sed exitus probavit ve-
« ritatem: nam brevi post D. Brewer Pastor in
« Kriell, ego ait in Pasculo B. V. M. Pastor
« creati fuimus. « Erat quidem illa Parochia pertenue beneficium; cùm tamen annexam haberet Vicariam summæ Ædis, nihil sibi in loco pascuæ collocato defuturum confidebat non solùm ad vitam suam, sed & pauperum aliorum alendam & Bibliothecam instruendam. Ut verò suæ & aliorum saluti liberiùs & perfectiùs vacare posset, voto speciali cupiditatem plurium beneficiorum & ambitionem dignitatis sibi præscidit. Prætereo, quòd corpus suum ob indefessos studiorum labores non adeò validum ciliciis, nodosis funiculis, jejuniis, & quotidianâ ferè inediâ maceratet, ut thesaurum castitatis tutiùs custodiret: ideò etiam multis annis familiam domi non aluit, paratos è domo vicina cibos accipere solitus, ac licèt supremis annis sororem domi recepisset, nunquam tamen vel ipsam vel aliam intrà limen cubiculi sui pedem inferre passus est, præscriptâ hâc epigraphe: *Mulieris pedes foras sunto.* Quos curæ suæ commissos habebat, ad eorum saltem Sacramentorum frequentiam inducere conatus est, quibus animæ puritas & gratia acquiritur vel conservatur & augetur. Dici non potest, quo arserit desiderio cultum augustissimi Sacramenti in se & in aliis promovendi: hunc in finem quot hebdomadis die Jovis Sodalitatem Ecclesiasticorum Venerabilis Sacramenti adibat, è cujus Magistratu semper erat, quod ipsum assiduitate nemo adæquater. In eadem Sodalitate sæpè Sacerdotes ad muneris obligationem ardenti dictione est cohortatus; iisdem Aphorismos dedicavit, quibus omnia collegit, quæ ad divinissimum Sacramentum piè sumendum & ministrandum aliis possent desiderari. Præterea feriâ 5tâ solenne sacrum de venerabili Sacramento sua in Ecclesia veteri instituto decantabat gratis: jam enim 14. annis nihil inde proventuum annuorum perceperat, &, ùt se dabant tempora, nihil unquam speraturus videbatur, quin & ipse de suo peculio Cantoribus, Ædituo, cæterisque Ministris pendebat debitum stipendium; nec tamen cum augustissimi Sacramenti cultum, quo mirificè Parochiani magnâ frequentiâ confluentes accendebantur, omittere decreverat in omnem reliquam vitam. Id cùm extremum usque ad morbum constanter fecisset, Deus ne vinci se liberalitate videretur, permovit occultè cor ejus, à quo pendebat solutio. Incidit is casu in librum à Jacobo scriptum, & captus Authoris spiritu, dum nomen inquirit, & idem cum eo comperit esse, cui pensiones tot annorum debebantur, ut debiti cognovit obligationem, & virum, per litteras offert ægro præter expectationem desperatas pensiones. Hic pius vir sursum elevatis manibus exclamavit: *Quàm verè Dominus regit me! & nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocavit.* Quod idem identidem solebat respondere valde misericors erga pauperes studiosos, religiosos, exules: cùm moneretur, suæ prospiceret familiæ, quæ tamen exiguos habebat proventus, provideretque, ut aliquid senectuti & adversæ valetudini superesset. Ut virtus ejus tanquam aurum in fornace probaretur, acutissimis crebrò dentium doloribus, nonnunquam colicis, gravissimis sæpissimè calculi aculeis fuit cruciatus. Subinde auditus ità Deum precati: *Adde Domine dolores, auge patientiam.* Tandem 1644. cùm ægroto curdam, insanabili morbo laboranti, & mephitim intolerabilem exhalanti, diebus ac noctibus adstitisset, tabem inde lethiferam contraxit, finémque vitæ appropinquantem advertens, extremis Sacramentis ritè munitus, vitam piissimam pari cum morte commutavit die 21. Aprilis, ætatis 47.

EPITAPHIUM.

Conditur hoc tumulo JACOBUS MERLO Sacerdos,
Curio dum templo maxima cura gregis,
Qui cæcis oculus, claudis pes, panis egenis,
Defessis requies, exulibúsque domus.
Mansuetus, suavísque bonis, censórque malorum,
Castus & innocuus, justitiæque tenax.
Lux vitæ, morum speculum, pietatis imago,
Sal populi, Cleri regula, forma gregis.
Laudibus his tantis tamen unica gloria major,
Post scriptis nituit congrua vita libris.

Scripsit

Enchiridion officii divini tum Ecclesiasticorum, tum aliorum divinis officiis piè interesse cupientium usui accommodatum. in 12mo 1623.

Viaticum quotidianum Christiani hominis. in 24to 1633.

Monita sapientiæ Christianæ ad mores & vitæ spiritualis officia, omnemque pietatis cultum utilia. in 24to 1629.

Fasciculus myrrhæ & thuris. in 24to 1630.

Paradisus animæ lectissimis omnigenæ pietatis deliciis amœnus. in 24to 1630. & 1644. editus.

Septem Tubæ orbis Christiani ad reformatio-

nem Ecclesiasticæ disciplinæ toto orbe, & præsertim in Germania ad præsentium & graviorum malorum remedium necessario instituendam excitantes. Liber continet septem pia opuscula ex Ss. Bernardo, Gregorio M. Chrysostomo, Prospero, Petro Damiani, Blesensi, Salviano novis sectionibus, proœmiis & annotationibus illustrata. Appendicis loco accedunt quæstiones variæ hoc tempore plurimùm utiles & necessariæ. in 4to 1635.

Aphorismi Eucharistici, id est, piæ & sacræ celebrationis & communionis monita. in 18vo 1638. Hic libellus DD. Sodalibus Congregationis Ecclesiasticæ dicatus est, cujus 1638. p. t. indignum Præfectum se nominat ex modestia Christiana. Idem libellus jussu Eminentissimi & Reverendissimi Francisci Guilielmi S. R. E. Card. Episcopi Ratisbonnensis, Osnabr. &c. &c. pro usu cleri sui 1657. fuit recusus, in cujus præfatione vocat Merlo nostrum Sacerdotem zelosum, pium, prudentem nobis per aliquot annos familiariter notum. Recusus item fuit 1661.

Christianus Theodidactus, seu doctrina piè vivendi, & beatè moriendi. Forma colloquii inter Christum & hominem verbis ferè sacris expressa. in 16to 1643. apud Joannem Kinckium pp. 120. Inscripsit libellum JEsu, omnis sapientiæ & scientiæ fonti.

Viator Christianus rectà ac regiâ in cælum viâ tendens. in 24to 1643.

Sancti Bernardi vitam & opera magno studio collegit, auxit, correxit, annotationibus illustravit, convenientiore ordine distinxit, & in sex tomos distribuit indice copioso rerum, locorum communium, & sacræ scripturæ. in folio 1641. apud Joannem Kinckium Coloniæ, qui & alia pleraque impressit.

Plures libros alios relegit ac correxit, quibus nomen non appositit, & alia pia evulgavit, plura meditabatur, sed, ùt ipse ajebat: *Vitæ summa brevis spem me vetat inchoare longam.* Scopum, quem habuit Jacobus in libris editis, hisce verbis expressit: *Ut ex pusillis meis conatibus aliquid ad augmentum divini cultûs, & profectum salutis meæ, & proximorum adminiculi expectari possit.*

Ex vita ab Hermanno Crombach S. J. edita unà cum icone.

JACOBUS MIDDENDORPIUS (Otmersensem se ipsus vocat in prima editione de Academiis 1567) Oldensabiensis Transisulanus adolescens Boetio Eponi Frisio, tum Swollæ Gymnasiarchæ in disciplinam traditus, magnum operæ pretium utraque in lingua fecit. Hinc Coloniæ decurso Philosophiæ ac jurisprudentiæ spatio Doctor 1582. juris utriusque creatur 4. Septembris, ibidem factæ Theologiæ Licentiatus Philosophiam peripateticam in Gymnasio Montano docuit, atque alibi diversis in Academiis Professor publicus fuit. Florem tamen ætatis in Provincia Colonienſi detrivit; sed ob belli turbas & clades tempori cessit, & rediit in Westphaliam, ùt in *præfat. ad Aristæam* testatur. Post labores annis multis magno semper animo exantlatos variósque scriptos libros Metropolitanæ Ecclesiæ Colonienſis Presbyter electus à Capitulo Metropolitano 1601. 30. Augusti. Canonicus ad sanctum Andream, 1596. Decanus, 1580. fit Decanus B. M. V. in Gradibus, cùm Godefridus Groper J. U. D. Præpositus Susatensis, Scholasticus sancti Gereonis, & Canonicus Metropoliticus resignâsset Decanatum Graduanum ad manus Capituli. Universitatis Colonienſis Pro-Cancellarius nuncupatus à Ferdinando Bavarico, Præposito Metropolitano & Coadjutore 1602. cùm abesset Coloniâ. Primâ vice electus Rector Universitatis Colonienſis ab 20. Decembris 1580. supremum Magistratum gessit usque ad diem 20. Decembris 1581. alterâ vice à die 9. Octobris 1602. ad diem 29. Junii 1604. fasces Academicos sibi præferri vidit. Magnorum Principum Consiliarius pietate, doctrinâ & rerum usu clarissimus tandem obdormivit in Domino 1611. ætatis 73. 13. Januarii, conditus in D. Andreæ, ubi illustre ac magnificum positum est epitaphium:

D. O. M.

JACOBO MIDDENDORPIO,
Philosophiæ & J. U. Doctori,
Ac Ss. Theol. Licentiato,
In diversis Academiis Professori publico,
Metropolitanæ Ecclesiæ Colon.
Canonico Presbytero,
Atque Universitatis Pro-Cancellario,
Iterúmque Rectori,
Magnorum Principum Consiliario,
Pietate, doctrinâ, & rerum usu clarissimo,
Mœsti Collegæ & agnati posſ.
Ut cujus ingenii monumenta æterna sunt,
Ejus corporis quoque memoria
Ne à posteris desideraretur.
Nam post multos
Magno semper animo exantlatos labores,
Variósque scriptos doctos libros,
Tandem hujus Ecclesiæ Decanus,
Obdormivit in Domino
Anno salutis MDCXI. XIII. Januarii
Ætatis suæ LXXIII.

Scripsit

Scripsit

De celebrioribus universi orbis Academiis L. II. per Jacobum Middendorp Otmarsensem 1567. Coloniæ excudebat Petrus Horst in 8vo pp. 266. Præfatur ad Gebhardum de Truchses de Walburg Coloniæ & Augustæ Vindelicorum Canonicum, quem ab eruditione, nobilitate, ab Ottone Truchsesio Cardinali patruo multis laudat. Joannem Kempis Officialem, & Joannem Swolgen Decanum Andreaticum hortatores ait sibi fuisse ad editionem libri. Stilus ubique Latinus purus & gravis est, sed plenius editus hoc titulo:

Academiarum celebrium universi terrarum orbis Libri VIII. locupletati, Authore Jacobo Middendorp apud Goswinum Cholinum 1602. in 8vo. Pars I. pp. 630. Pars II. pp. 484. Inscripsit Ferdinando, Archi-Episcopo Coloniensi, Coadjutori Cancellario, qui nuper absentem Middendorpium Pro-Cancellarium declaraverat. Præfationi subjunxit gratulatorias doctissimorum Europæ virorum coævorum de hoc libro litteras & applausus Coloniensium prosâ & carmine.

Imperatorum, Regum & Principum, clarissimorumque virorum quæstiones Theologicæ, Juridicæ & Politicæ cum pulcherrimis responsionibus selectæ, & ex MSs. emendatæ, Authore Jacobo Middendorpio. Coloniæ in Bibliopolio Balthasaris Clipei 1603. in 8vo pp. 605. Præfatur ad Julium Herbipolensem Episcopum, qui hortatus fuerat Middendorpium, ut reliqua ederet post historiam Academiarum editam, & à se laudatam.

Historia monastica, quæ religiosæ & solitariæ vitæ originem, progressiones, incrementa & naturam ex scriptura sacra, ex Pontificio & Cæsareo jure, ex antiquissimis historiis, ex veterum Patrum & librorum scriptis demonstrat, Authore Jacobo Middendorpio. Coloniæ apud Cholinum 1603. in 8vo pp. 461. Dicatur Guilielmo Horckenten Abbati in Siegberg.

Historiam Aristeæ versæ per LXX. Interpretes scripturæ sacræ ex MSs. codicibus Græcis & Latinis restituit, & Commentario illustravit 1578. Dicavit Philippo Sigismundo.

De officiis scholasticis L. II. Prior de Magistrorum, alter de Auditorum officiis. 1570. in 8vo. Edidit Legatus in Belgium.

JACOBUS MILLENDUNCK Carmelita Colonienſis, conſpicuus rarâ pietate & zelo regularis obſervantiæ, quam in officio Prioris conſtitutus ſedulò promovit. Mirata aliquando fuit Provincia, & poſteri in libris mirantur viri illius perpetuum ſtudium & incredibilem diligentiam. Ætate gravis & laborum plenus, moritur Boppardiæ 1682. 20. Martii, ætatis 71. Scripſit propriâ manu ſex prægrandes Tomos, ſcilicet

Chronicon Provinciæ, Chronicon cujuslibet Cœnobii particularis, Catalogum alphabeticum virorum illustrium & Scriptorum Provinciæ ſuæ, ac ab origine Provinciæ ad ſua uſque tempora. Omnia & ſingula ità perſcrutatus eſt, & notis illuſtravit, ut, quidquid de antiquitate Ordinis & Provinciæ modò habeant, id totum ipſius induſtriæ & diligentiæ adſcribendum ſit.

Ex Commentariis eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

JACOBUS MOSANDER natione Flander, anno 1570. religionis ergo Coloniam divertens, cùm antea Decanus fuiſſet ruralis, relicto Eccleſiaſtico beneficio, Cartuſiam Colonienſem ingreſſus eſt. Hic poſtmodum à Superioribus miſſus in Moraviam ibidem fatis conceſſit in domo vallis Joſaphat prope Olmutiam anno Chriſti 1589. Scripſit & concinnavit inſigni operâ

Septimum Tomum Sanctorum post obitum Surii, quem dedicavit Reverendo in Christo Patri Domino Cæsaro Groppero, Bonnensis Ecclesiæ Præposito.

Martyrologium Adonis acutiùs edidit 1580. in fol. Colon.

Ex Petrei Biblioth. Cartuſ.

JACOBUS OMPHALIUS Andernaci in ditione Electoris Colonienſis natus, perluſtratis variis Academiis, primò artem oratoriam exercuit. Exinde ad juriſprudentiam animum applicuit, in qua Doctoris laureâ honoratus, aſſiduo ſtudio & exercitatione magnam doctrinæ famam aſſecutus eſt. Unde à Guilielmo Clivenſium Duce in Conſiliarium adſcitus, & ſubin in Academiam Colonienſem evocatus, jura magno plauſu docuit. Mortuus eſt 1570. Scripſit

1. *Nomologiam.*

2. *Commentarium in M. T. Ciceronis orationes pro A. Cacinna, pro lege Manilia, in L. Pisonem.*

3. *Jacobi Omphalii consilium de eo: An posteriores investituræ sinè ulla mentione pignoris datæ simpliciter prioribus, in quibus ea Facultas reservata fuit, præjudicent & derogent. Extat Tom. I. responsorum JCtorum Germanicorum Francofordiæ typo hæredum Christiani Eginolphi 1586. in folio. Consilio XXX.*

4. *De elocutionis imitatione & apparatu librum unum. Primum Parisiis 1562, dein Coloniæ apud Joannem Birckmannum 1563. nunc postremò accuratâ recognitione ab eodem emendatum, multisque in locis auctum, & artium præceptionibus illustrissimisque sententiis locupletatum, adjectis ad finem ejusdem Authoris epistolis aliquot familiaribus. Coloniæ Agrippinæ in Officina Birckmannica sumptibus Arnoldi Mylii 1591. in 8vo pp. 413. præter præfationem & indicem. Editionem hanc postremam accuravit Bernardus Omphalius J. V. Licentiatus filius Jacobi. Dicavit librum Andreæ Munstero Abbati Brauweilerensi Coloniæ 1582.*

5. *De officio & potestate Principis in rempublicam. Basileæ 1550.*

6. *De usurpatione legum & eorum studiis, qui jurisprudentiæ professionem sibi sumunt. Libros VIII.*

7. *De civili Politia libros tres dicatos Augusto Imperatori Ferdinando.*

8. *Volumen sepositum manuscriptum epistolarum à clarissimis quibusve viris ad Jacobum Omphalium*

lium ſcriptarum in demortui Bibliotheca extabat 1582.

Hæc ex Pantaleonis Proſopographia. Geſneri Bibliotheca, Melchiore Adamo, Henrico Scherer Geographiæ politicæ pag. 350.

JACOBUS à PANHAUSEN Oppoteranus adoleſcens, jactis in patria primis litterarum tirociniis, Leodium ad ulteriora ſtudia ablegatur; inde Coloniam inchoato politioris litteraturæ cultui quaſi colophonem additurus proficiſcitur. Mirabili DEI diſpoſitione ad Abbatiam Steinfeldenſem vocatus, moribus, converſatione, ſtudiis ac aliis virtutibus ſic ſe habuit, ut meritò ſuſpiceretur ab omnibus: quo factum eſt, ut juvenili etiam ætate ad omnia priùs officia obeunda promoveretur, ac Reverendiſſimus Abbas Joannes de Arhweiler illius operâ, induſtriâ, conſilio in arduis etiam Monaſterii negotiis uteretur, Joanne ob corporis multiplici labore attenuati indiſpoſitionem reſignante, ipſius & omnium judicio dignus Abbatiali pedo judicabatur Panhauſius; ſed obſtante ætate minùs gravi alius gubernacula ferè per biennium tenuit, quæ, cùm peſte ſublatus dimiſiſſet, inter tumultuantium ſæcularium ſtrepitus electioni ſeſe immiſcere volentium ſuſcepit Jacobus, ſummo omnium conſenſu & applauſu ex Cellario & Proviſore electus in Abbatem ordine trigeſimum ſecundum 1540. 4. Novembris. Vir, in quem tot ac tanta naturæ & gratiæ dona confluxerant, ut ad conſervationem Eccleſiæ Steinfeldenſis afflictiſſimis hiſce temporibus à DEO reſervatus videretur. Ingenii ùt erat feliciſſimi, ſic & memoriæ tenaciſſimæ, ut pro comperto proditum ſit, quod, dum adhuc in Ordinibus minoribus eſſet, cùm pro more Epiſtolam aut Evangelium cantaturus exiret, antequam altare accederet, cantanda memoriæ prævie commendâſſet. Doctrinâ excellenti, rarâ prudentiâ, religione integrâ omnium rapuit animos, non ſolùm fratribus ſuis & ſubditis, ſed & Principibus, Comitibus, Nobilibus, bonisque omnibus ad decrepitam uſque ætatem amabilis. Renuntiatus eſt expoſt Vicarius Generalis Provinciarum Weſtphaliæ, Wadegotiæ, Iveldiæ, Daciæ, Norwegiæ, Saxoniæ, Poloniæ, Moraviæ & Sclavoniæ, Ordinis ſui decus eximium, diſciplinæ regularis Obſervator tenaciſſimus, in laboribus indefeſſus, in opere efficax. Plurima pro concreditis ſibi Provinciis ſuſtinuit itinera, pericula, incommoda. Zelum ejus verè Norbertinum animúmque impavidum teſtatur epiſtola ab eodem 1571. 15. Junii data ad Abbatem Lidlumenſem, quæ habetur in Annalibus Ord. Præmonſtrat. ſub tit. Lidlum. Tandem plenus dierum ac meritorum Monaſterii ſicut in ſpiritualibus, ità & temporalibus mirè amplificati dimiſit habenas 22. Januarii 1582. relicto ſuî apud omnes deſiderio.

Ex Chron. Abbat. & Annal. Præmonſtrat.

Scripſit opuſcula pia ac docta, quæ nitidè deſcripta & compacta, ſed inedita aſſervantur Steinfeldiæ. Sunt autem ſequentia:

Pia ad fraternam charitatem adhortatio.

Vita præclariſſimi Aurelii Auguſtini.

Collationes ſacrarum litterarum cum D. Auguſtini regula.

Ex monaſtica vita & veteris Eccleſiæ Cultoribus Tractatus perutilis.

Tractatus de moribus & vita bonorum atque malorum Prælatorum, déque ovium & hœdorum differentia.

Tractatus de murmure, detractione & mendacio.

Tractatus de commiſeratione erga proximum habenda.

Tractatus de malo pertinaciæ.

Tractatus de infelici eorum exitu, qui DEUM atque poteſtatem à DEO ordinatam aſpernantur.

Tractatus de frequenti mortis memoria, ejuſque utilitate.

Tractatus de ſacramentali confeſſione.

Ex ſchedis ab eximio Prickartz communicatis.

JACOBUS POLIUS Marcoduranus, Tolbiaci litteras bonas didicit. Ordinem ſtrictioris Obſervantiæ Fratrum Minorum profeſſus Chronologus fuit per annos XX. Confeſſarius Carmelitarum Monialium Marcoduri & Guardianus. Ab eodem ſcripta

Vita S. Alderici Subulei converſi Ord. Præmonſtrat. in Fuſſiniacenſi Cœnobio ejuſdem Ordinis Archi-Diœceſis Colonienſis. Extat die VI. Februarii apud Bolandum.

Exegeticum hiſtoricum S. Annæ. In Biblioth. Cartuſ. EEE. 128.

JACOBUS RICKIUS ex Arweiler, civitate Archi-Diœceſis Colonienſis, Godefridus Saltzfas cognatus ejuſdem, & quatuor Electorum Colonienſium Conſiliarius induxit parentes invitos, ut ad ſtudia demum juridica applicarent; nec parum promovit Nicolai Rickii Decani Arwenſis & patrui authoritas, ut parentes ſumptus Coloniæ ſtudenti ſuppeditarent. Licentiatus ſacrarum legum creatus, Dictator Collegii juris Colonienſis erat 1580. Ejus operâ prodiit

De unione prolium Tractatus novus, & apprimè utilis, in quo omnes ferè quæſtiones, quæ ad illam materiam pertinent, legibus & rationibus juris validiſſimis probantur & pertractantur, diſtinctus in decem capita, Authore J. R. ab Arweiler. Coloniæ apud Joannem Gymnicum 1580. in 8vo pag. 216. Anno 1598. poſtremò editio ejuſdem libri ab Authore vivente aucta & recognita eſt. Coloniæ ex typographia ejuſdem Joannis Gymnici in 8vo pp. 364. Dicatus ſereniſſimo Ferdinando Imperatori, declarato Coadjutori, &c.

Defenſio compendioſa, certisque modis aſtricta probæ (ut loquuntur) aquæ frigidæ, quâ in examinatione maleficarum judices hodie utuntur, omnibus ſcitu perquam neceſſaria, quatuor diſtincta capitibus, Authore Jacobo Rickio J. U. Licentiato ab Arweiler. Coloniæ apud Joannem Gymnicum 1597. in 8vo pp. 80.

In C. 1. refert argumenta adverſariorum damnantium hanc probam.

In 2. C. refert argumenta pro licito uſu hujus probandi generis.

In C. 3. conatur diſſolvere adverſariorum argumenta.

In C. 4. confert utramque ſententiam, & pro licito imò certo uſu hujus probæ concludit.

Credo eundem eſſe, quem Delrio tacito nomine citat & refutat impreſſum Coloniæ 1575. Vide Jordanæum, à quo confutatus fuit Rickius. Item Oſtermannum, quem confutavit Jordanæus nullâ factâ mentione Rickii, etſi idem argumentum Oſtermannus & Rickius tractâſſent.

JACO-

JACOBUS SCOEPPER Tremoniæ natus. *Sixtus Senensis L. IV. Biblioth.* divinæ Theologiæ Professorem egregium & Declamatorem facundum salutat, & ab eleganti methodo stilóque succinctissimo scripta laudat. Presbyter & Pastor Tremoniæ ad Divæ Virginis ædem, vir profectò & pierate & eruditione insignis, & vitæ integritate commendatur plurimùm, qui toto, quo vixit, tempore ità Tremonienses suos, quibus à sacris functionibus & concionibus erat, devinxerat, ut ceu parentem suum mortuum eum postea luxerint. Hic, cùm comicis & tragicis summâ purioris Latini sermonis venustate scribendis oblectaretur, monitus & rogatus fuit à Cholino viro gravi, Bibliopolâ Colonienſi, ut Conciones Catecheticas scriberet. Laudat Cholinus in brevi hoc opusculo (verâ laude ùt Lector experietur) docendi accuratam methodum, tum luculentam verborum & sententiarum perspicuitatem. *Kleinsorgius* eum nominat devotum & doctum Concionatorem, qui, dum vixit, zelo, exemplo, verbo Tremoniam, ope Catholici Magistratûs, in fide antiqua continuit. Immaturâ morte obiit 1556, ùt scribit Kleinsorgius, sed errat: nam Schevastes editor ait in præfat. Tomi II. anno 1557. Scœpperum ante biennium vixisse. *Stangefol. Lib. IV. Annal. Circuli Westphalici* ait mortuum 1554. 4tâ Decembr. Scripta ab eodem sunt

Institutionis Christianæ præcipuæque doctrinæ summa concionibus aliquot succinctis ac Catholicis comprehensa, homini cuivis Christiano lectu cognituque valde necessaria, Authore D. Jacobo Scœppero Presbytero. Coloniæ apud Maternum Cholinum & Jacobum Soterem 1561. in 8vo pp. 240.

Sacræ comœdiæ & tragœdiæ sex.

Monomachia Davidis & Goliæ tragico-comœdia nova simul & sacra, Authore Jacobo Scœppero Tremoniano. Antverpiæ in ædibus Joan Latii in 8vo pp. 5. stilo Terentiano 1551.

Catechismus brevis & Catholicus in gratiam juventutis Tremonianæ conscriptus, denuò recognitus & auctus, Authore Jacobo Scœppero Ecclesiaste Tremoniano, cui accessit pium diurnarum precum enchiridion, ex quo pueri toto die cum DEO colloqui discant. Tremoniæ apud Albertum Sartorium in 8vo.

Tomus I Concionum.

Tomus II. D. Jacobi Scœpperi concionum, quas Tremoniæ, dum viveret, cum artificiosâ methodo stilóque succinctissimo conscripsit, tum publicè ibidem habuit. Nunc tandem easdem Joannes Lambachius, cognomine Scevastes, in illorum gratiam, qui docent in Ecclesiis, in duos tomos summâ diligentiâ digessit. Tremoniæ excudebat Albertus Sartorius 1557. in 8vo pp. 763. Dicavit hunc Tomum D. Arnoldo à Bærholt juniori, Præposito Mindensis Ecclesiæ Lambachius Doctor Tremon. scholæ Gymnas. qui cum illustri D. Bucholt familiariter vixerat in Academia.

Ex Simlero & ex aliis libris editis. Uterque Tomus Germanicè versus Coloniæ prodiit.

Sommer-Theils der Postill oder Predig-Buchs Evangelischer Wahrheit und rechter Catholischer Lehr des W. Herrn Jacobi Scœpperi, mit Figuren gezieret. Cöllen durch Gerwinum Calenium und Erben Quentels 1572. in octavo pp. 600.

Expositio Epistolarum & Evangeliorum de Sanctis per annum Germanico stilo & Latino. In Cartus. Colon. FFF. 104. DDD. 288.

JACOBUS SETTEGAST in Chastelet natus 1705. 25. Julii, Philosophiæ in Gymnasio Tricoronato acceptæ & propugnatæ Magister dictus est Coloniæ anno 1725, cujus anni die 28vâ Octobris Societati JEsu nomen dedit in Trevirensi Novitiatu. Votis nuncupatis sexennio Colonienſi in Gymnasio linguas Græcam & Latinam, Historiam, Poëtica & Rhetorica docuit. Theologicis portò admotus studiis, non modò universa sacræ hujus scientiæ theoremata propugnavit publicè, sed & tractatum polemicum Græcis litteris editum, contra oppugnantes Græcè Græco etiam idiomate defendit in aula Gymnasii Tricoronati, plaudentibus Academicis. Ibidem Cathedram Philosophicam vice alterâ rexit, subin Decanus almæ Facultatis artium sub finem 2dæ doctionis Philosophicæ cœpit cachexiâ stomachi laborare, viribus deficere, & omni tandem vigore corporis adeò destitui, ut finitâ ultimâ disputatione Metaphysicorum circa horam tertiam pomeridianam & ipse pariter conclusionem vitæ suæ religiosè transactæ, Sacramentis Ecclesiæ ritè munitus, fecerit quarto Kalend. Februarii 1745. Scripsit

Philosophiam Aristotelis Stagiritæ contra novas Philosophorum sectas rationibus stabilitam. 1744. Coloniæ typo viduæ Drimborn in 4to.

JACOBUS SOBIUS Agrippinæ Ubiorum natus anno 1516. Professor fuit apud eosdem Bursæ Cornelii. Anno 1517. Fribergam, Misniæ superioris urbem, venit, in eáque Cathedram nactus videtur, de quo canit Joannes Bocerus:

Tu quoque magne Sobi, cûi magna Colonia primùm
Vitales auras, & lucis præbuit usum.
Tu quoque magnanimi relinquens littora Rheni,
Fribergâ gaudes studiis clarescere in urbe.

Ibidem cum Mosellano & Æsticampio docuit. Subin cum Cæsario. Ab eodem edita

Vita B. Antonii Monachi Ægyptii ab Athanasio Græcè scripta, ab Evagrio Presbytero Antiochiæ, inde constituto Episcopo in Latinam linguam quàm elegantissimè traducta. Sobius hanc Latinam versionem invenit in Collegio Cunibertino in 4to Coloniæ pp. 8. pulcherrimis exaratam characteribus, cujus copiam nactus per D. Petrum Huls, Canonicum & Scholasticum primò curavit transcribendam, dein edendam typo, quam editionem dicavit Reverendo in Christo Patri Domino Andreæ de Venraidt decretorum Doctori, sacræ Sedis Apostolicæ Protonotario, Ecclesiæ sancti Cuniberti Præposito. Sic finit præfationem: *Colonia ex Diatriba nostra Corneliana,* quæ se totam tuæ paternitati commendat XV. Kal. Martii.

Oratio ad Carolum quintum Imperatorem nobilium Germanorum nomine, habita Francofordiæ, impressa Coloniæ.

Emendationes in Titum Livium editum.

Dialogus Philalethes Civis Utopiensis. Esse Sobii à quibusdam existimatur.

Ex Commentariis D. Seil Canonici Cunibert. Gesner in Biblioth.

JACOBUS SPRENGER Germanus, Conventûs Colonienſis, Ordinis Prædicatorum Alumnus, in ejuſdem urbis Academia jam florebat 1468, quo in Comitiis Ordinis Romæ celebratis titulo aſſignationis ſtudiorum pro Conventu Colonienſi ſic ſtatuitur: *Ad legendum ſententias pro forma & gradu magiſterii per Jacobum Sprenger*, qui paucis ab hinc annis rude donatus, & magiſterio inſignitus, ſui ejuſdem Conventûs Prior electus fuit ac Præpoſitus, eóque munere anno 1475. fungebatur; ſed & Provinciam ſuam Teutoniæ poſtea, ùt ferunt, adminiſtravit univerſam. Idem etiam circuitu temporis Generalis per Germaniam ſaltem in Diœceſibus Colonienſi, Moguntina, &c. fidei Quæſitor à Sixto IV. inſtitutus unà cum F. Gerardo de Elten, ſacroſanctæ Theologiæ Magiſtro Colonienſi, hócque è vivis exempto in eodem officio confirmatus ab Innocentio VIII. adjuncto ſibi F. Henrico Inſtitoris zelum pro avita religione intrepidum, vigilantiámque ac animi fortitudinem adversùs ſubinde naſcentes errores ubique monſtravit. Vivebat etiamnum 1494. Coloniæ degens, ùt refert Trithemius, ibidémque apud ſuos mortuum ſepultúmque eſt veroſimillimum. Hæc ejus recenſentur acta & opera:

1. *Joannis de Weſalia Concionatoris Wormatienſis paradoxa per M. Gerardum Elten de Colonia, & M. Jacobum Sprenger damnata. Moguntiæ 1479.*

2. *Malleus maleficarum maleficas & earum hæreſin ùt framea potentiſſima conterens, per F. Henricum Inſtitoris, & Jacobum Sprengerum Ord. Prædicat. Inquiſitores pluries editus. Gallicè redditus prodiit hoc titulo: Le maillet des ſorcieres. Lugduni Stephani Gueynard in 4to.*

De inſtitutione & approbatione Societatis ſeu Confraternitatis Ss. Roſarii. Coloniæ 1475. 8. Septembr. primùm erectæ, adjectis miraculis & indulgentiis eidem conceſſis. Occaſionem & cauſam inſtitutæ hujus Fraternitatis leges apud Scriptores Ordinis Prædicatorum Jacob. Quetif. & Jacob. Echard. fol. 880.

JACOBUS de STRALEN Presbyter Eccleſiæ Colonienſis, vir in divinis ſcripturis longo ſtudio eruditus, & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, qui Gymnaſium Colonienſe ſuâ eruditione & doctrinâ multis annis docendo & ſcribendo gloriosè illuſtravit. Trithemius coævus (ex quo hoc elogium ſcribo) inſtructa ab eo volumina ſcripta teſtatur; at ad ſuam notitiam pauca perveniſſe, ex iisque Opus celeberrimum ſe legiſſe, quod Jacobus ſcripſit

Super Apocalypſin B. Joannis Apoſtoli librum unum, vivere eundem apud Coloniam ſenem & plenum dierum, anno quo hæc Trithemius ſcribebat MCCCCXCV. Eadem deſcripsêre Eiſengreinius & Sixtus Senenſis, qui eum anno 1550. claruiſſe vult, ſed errat.

Fuit Jacobus de Stralen Doctor, & quartùm Decanus ſacræ Facultatis Theologicæ Colon. electus 1459. 2. Auguſti, rurſus 4. Julii 1471. tertiùm 8vâ Julii 1479. quartùm ultimâ Junii 1485.

Acta Facultatis Theologicæ Colonienſis. Trithemius in catalogo virorum illuſtrium.

JACOBUS de SWEYVE vel de SUSATO perilluſtri ſtemmate natus, habitum Ordinis Prædicatorum in Conventu Suſatenſi circa annum Domini 1390. ſuſcepit; miſſus deinde Pragam, poſt peracta ſummâ cum laude ſtudia in celeberrima illa civitate ſupremam Doctoratûs lauream conſecutus eſt. Circa hoc tempus fœda Huſſitarum hæreſis pullulare cœpit Pragæ, quam Magiſter Jacobus & ſcriptis & diſputationibus ſcholaſticis reprimere ſummopere ſatagebat. Verùm cùm Hæretici Bohemi Germanos numero ſuperarent, Jacobus non ſolùm nihil evincere potuit, ſed & inde migrare cum cæteris Germanis fuit coactus; contulit ſe igitur Coloniam, ubi ſtudii generalis quinque annis Regentem egit, & ſacræ Facultatis Theologicæ in alma Univerſitate Colonienſi Decanus XXI. electus in profeſto ſancti Dionyſii 1417. denominatus poſtmodum Inquiſitor per patriam Colonienſem & Diœceſes Bremenſem & Paderbornenſem. Munus illud maximâ vigilantiâ & animi conſtantiâ obivit, ùt teſtantur acta ipſius relata in libro, quem eruditiſſimè inſcripſit *de officio inquiſitionis*. Cùm 1422. à MARTINO Papa Pontifice eſſent conſulti Univerſitatum Doctores primarii, *an liceret cenſus & reditus alienare & vendere?* reſpondérunt: *licere*, & Martinus V. protinus condidit extravagantem *Regimini*. Conſultationi inter alios Colonienſis Academiæ Theologos & J. U. peritos reſpondit, & votum ſuum tulit ſcriptor hic noſter, quod à Bulæo *Hiſtoriæ Academ. Pariſienſ. T. V. p. 362.* ſic refertur: Et ego Jacobus de Suſato Ordinis Prædicatorum, ſacræ paginæ Profeſſor, ac hæreticæ pravitatis Inquiſitor aſſentio Doctoribus ſupradictis maximè, cùm D. INNOCENT. *ſuper C. in civitatem Extr. de uſuris ſuper verbo: Ex forma* dicat: quod, quando in perpetuum ematur reditus, nunquam poteſt eſſe contractus illicitus, nec gratia data venditori præjudicat contractui, imò fortificat & facit illam plus juſtam. Archi-Epiſcopus quoque Colonienſis Theodoricus de Moerſa Jacobum in ſuum & Confeſſariorum & Conſiliarium adoptavit (*neſcio, unde habeat J. D. von Steinen, etiam Regi Hiſpaniarum fuiſſe à confeſſionibus*) tandem in ſuo nativo Conventu Suſatenſi innumeris fractus laboribus, in bona pace quievit anno 1440. Hinc dubium ſolvitur J. D. von Steinen in originibus hiſtor. Weſtph. fol. 82. ſic ſcribentis: Conjectura eſt, ipſum è vita anno 1420. vel ſaltem Suſato deceſſiſſe, cùm ejus Chronicon Colonienſe eo tempore terminetur. Paulò ante quàm civitas Suſatenſis à Theodorico Archi-Epiſcopo ob nimias ab illo civitati intentatas exactiones deſcivit, & ſeſe Joanni Duci Clivenſi ſubdidit, fruſtra ſæpiùs eam armis ad obedientiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tiam reducere conante Theodorico: quæ omnia fortè facta non fuissent, si tempus hoc supervixisset Jacobus: maxima enim in authoritate erat apud Archi-Episcopum prædictum; sed hæ conjecturæ sunt.

Catalogus librorum MSs. in Conventu Susatensi Ord. Præd. extantium anno 1743.

Commentaria in Matthæum in quatuor partes distincta, & quinque Tomis comprehensa in folio. Idem codex MSs. in Bibliotheca Colonienſi Ordin. Prædicat. in tria volumina distinctus visus fuit ab Quetifio 1671, in cujus calce legere erat: Et sic terminatur pars lecturæ super Matthæum M. Jacobi de Susato Ord. FF. Præd. sacrosanctæ Theol. Profess.

Commentaria in librum Ecclesiastici, Sapientiæ, Matthæi, & Epistolam ad Hebræos. Tomus in folio.

Commentaria in Epistolam ad Titum. Tomus unus in folio.

Quetif. duo volumina ingentia in eandem Epistolam narrat extare.

Chronicon veteris Testamenti. Tom. I. in folio.

Expositio Missæ. Tom. I. in fol.

Expositio super mare magnum. Tom. I. in fol.

Liber distinctionum secundùm alphab. III. Tomi in folio.

Varia Opuscula & Tabulæ Theologicæ. Tom. I. in folio.

In quatuor Lib. sententiarum II. Tomi in fol.

De hæresi & hæreticis Tom. I. in fol. min.

Formularium Inquisit. hæret. pravit. Tom. I. in fol. min.

Super Postillas Thomæ Kirchstett Tom. I. in folio.

De quatuor virtutibus Cardinalibus in 4to.

Fabulæ moralizatæ in 4to.

Parva Chronica ab orbe condito in 4to.

Sermones de Tempore & Sanctis 3. Tomi in 4to.

Varii sermones 3. Tomi in 4to.

Expositio super Matthæum in 4to.

De origine & unitate Ecclesiæ in 4to.

De exord. confirmat. & privil. Ord. nostri in 4to. Credo eundem esse, quem Echard vocat Chronica brevis rerum gestarum Ordinis nostri ab initio ad 1415.

Collecta quædam de Concept. B. V. M. in 4to.

Variæ quæstiones scholasticæ in 4to.

De privilegiis Ordinis Prædicat. in 4to.

Super Pater noster & decem præcepta in 4to.

Libri distinctionum secundùm alphab. Tomi 21. in 4to min.

Index super alphab. in 4to.

Sermones de tempore in 8vo maj. duo Tomi:

Conciones diversæ in 4to.

Sermones de tempore & Sanctis in 8vo.

Diversæ materiæ in 8vo.

Varia opuscula in 8vo.

Registrum super librum Fratris Armandi in quarto.

Vitæ veter. Philosoph. & summa moralium in octavo.

Item *Philosophia Mariana*, in qua per varias conclusiones Laudes B. V. ordine alphabetico recensentur. in fol. Tom. 1.

Hæc omnia Originali concordare attestor Frater Ludovicus Sassen præsent. p. t. Prior in Susato mpp. 1743.

Inter opera, quæ hîc non sigillatim enumerantur, erit, quem Echard & Quetif recitant, sequens

Tractatus de hora mortis Christi.

Ex schedis Eximii Ludovici Fliegen Ord. Prædicat. communicatis. Vossius de Historicis Latinis C. III. p. 732.

Ejusdem Jacobi Susatensis *Chronicon Colonienſe*, quod finitur anno 1420. adhuc extare Tremoniæ, testatur J. D. von Steinen *in originibus Historiæ Westphalicæ p. 82. editis 1714.*

JASPAR GENNEPÆUS Civis & Typographus Colonienſis, avitæ Catholicæ fidei tuendæ studiosissimus: cùm Eberhardus Billicus & Joannes Gropperus Actores præcipui in Lutheranæ reformationis exordiis sparsa à Sleidano Historiographo mendacia morte præventi confutare non potuissent, ipse utì testis oculatus & auritus eorum, quæ inter Capitulum Metropoliticum & Hermannum V. acta fuêre, inspectis Sleidani erroribus succinctâ historiâ annorum 59. ab anno 1500. orbem Christianum erudivit, & Gebhardo Mansfeldio Archi-Episcopo Colonienſi dedicavit 1559. 9. Martii. E sua typographia

Psalterium Latino-Germanicum, & expositio Latino-Germanica colloquii cum Cyriaco Spangenberg. Colon. FFF. 155. Extat in Cartus.

Epitome, wahrhafftige Beschreibung der vornehmsten Händeln, so sich in geistlichen und weltlichen Sachen vom Jahr unseres HErrn MD. biss in das Jahr der minderen Zahl LIX. zugetragen und verlauffen haben, mit Anzeigung, wie offt und viel Sleidanus mehr aus Neigung des Affects, dann aus Liebe der Wahrheit etliche Dinge geschrieben hat. Zu Cöllen bey Jaspar Gennep MDLIX. in folio pp. CCCXIX. In Biblioth. Coll. Colon.

Haupt-Artickel Christlicher Unterrichtung zur Gottseeligkeit, auch ein Bett-Büchlein aus Göttlicher Schrifft und den HH. Vätteren gezogen, durch Doctor Johan Gropper, Scholaster zu sanct Gereon in Cöllen, verteutscht und gedruckt durch Jaspar von Gennep, mit Käyserlicher Gnad und Freyheit, im Jahr unseres HErrn JEsu Christi MDXLVII. 1. Alphab. 12. Bogen.

JEREMIAS GEISSELBRUN Statuarius medio sæculo decimo septimo Coloniæ percelebris, quem plures statuæ superstites, & inter alias duodecim Apostolorum in Ecclesia Colonienſi Clericorum Societatis Jesu visendæ loquuntur & prædicant. Uxorem duxit Schulkeniam, magnifici & eximii Adolphi Schulkenii supra laudati sororem, è qua suscepit liberos quinque, duos in Collegiatis Colonienſibus Canonicos, tres Societati Jesu donavit.

IGNATIUS RODERIQUE nascitur Malmundavii (quod est oppidum Territorii Stabulensis) Archi-Diœcesis Colonienſis, anno MDCXCVII. III. Novembr. Absolutis studiis humanioribus

& Philosophicis, Societati Jesu adscribitur 1717. 15. Maji: ex qua morbi causâ missionem obtinuit anno 1725. 27. Novembris. Lustratis variis Academiis, Coloniæ domicilium fixit. Scripsit

1. *Ignatii Roderique disceptationes de Abbatibus, origine, primæva & hodierna constitutione Abbatiarum inter se unitarum Malmundariensis & Stabulensis, oppositæ observationibus, maximè reverendorum Domnorum Edmundi Martene & Ursini Durand Presbyterorum Benedictinorum è Congregatione S. Mauri. Wirceburgi typis Marci Antonii Engman anno 1727. in folio pp. 186.*

Contra hunc prodiit sequens liber:

Imperialis Stabulensis Monasterii jura propugnata adversùs iniquas disceptationes Ignatii Roderici de Abbatibus & origine Stabulensis ac Malmundariensis Monasterii, vindice Domino Edmundo Martene Presbytero & Monacho Benedictino è Congregatione sancti Mauri. Coloniæ apud viduam Schlebusch 1730. in folio pp. 152.

Respondit Rodericus:

2. *Ignatii Roderique de Abbatibus Monasteriorum Malmundariensis & Stabulensis disceptatio tertia, prima adversùs vindicias Stabulenses D. Edmundi Martene Presbyteri Benedictini è Congregatione S. Mauri. Coloniæ apud Authorem 1731. in folio pp. 96.*

Asserverat Rodericus in laudatis libris Cunibertum Colon. non fuisse Archi-Episcopum, id occasionem dedit sequenti libro:

De initio Metropoleos Ecclesiasticæ Coloniæ Claudiæ Augustæ Agrippinensium disquisitio. Coloniæ anno MDCCXXXII. sumptu Joannis Engelert in 4to pp. 32.

Roderici responsio:

3. *S. Colonienſis Ecclesiæ de suæ Metropoleos origine traditio vindicata ab impugnationibus Disquisitoris Anonymi, Authore Ignatio Roderique. Prostat in Colonia apud Joannem Langenberg 1731. in 4to pp. 64.*

Hujus confutatio illicò secuta est:

De initio Metropoleos Ecclesiastico C. C. A. Agrippinensium disquisitio secunda, Historico-Canonica. Disquisitio tertia critica, scripta à P. J. Hartzheim Soc. JEsu, sacræ Theologiæ Doctore in sancta ac felice Ubiorum Colonia. 1732. sumptu Petri Putz in 4to pp. 79.

4. *Historiæ universalis institutiones, sive res præcipuæ ab orbe condito ad sæculum à Christo nato decimum medium ordine chronologico digestæ, & excursibus Philologico-Politicis in mores, instituta, rem civilem, bellicam atque sacram præcipuorum populorum illustratæ, in usum lectionum Academicarum, adornabat Ignatius Roderique. Lovanii apud Martinum van Overbeke 1734. in 8vo pp. 275.*

5. *Correspondence des Sçavans. Periodicum opus, feriis quartis & Sabbatis hebdomadæ cujusvis vulgatum in 12mo cœptum Januario mense anni MDCCXLIII. nec ultra hunc annum continuatum. Eo opusculo status rei litterariæ recentissimus, & novorum librorum notitia & analysis annuntiabatur.*

JOACHIMUS BURGER Lipsiensis, sacræ Cæsareæ Majestatis Commissarius, & Auditor Circuli Westphalici, juris utriusque Doctor, Advocatus Colonienſis, Judex in Odendahl, Ducatûs Montensis, in Satrapia Portz. Ejus est

D. N. Joachimi Burgers J. C. Judicis in Odenthal, olim sacræ Cæsareæ Majestatis in Militia Commissarii, & Auditoris singularium observationum juridico-politico-militarium Centuria quatuor. Accedit huic secundæ editioni Centuria quinta hactenus non edita. Coloniæ apud Hermannum Dehmen 1685. in 8vo pp. 817. citra indicem & præfat.

JOACHIMUS FRIDERICUS ULENBERG Lippiensis, nepos magni Caspari Ulenbergii (de quo supra) juris utriusque Licentiatus, Romanæ in beneficialibus praxeos vir peritissimus, Laurentiani Gymnasii olim Professor. Anno 1734. obiit 25. Julii, ætatis 82. sepultus in sancti Pauli.

Viginti volumina compacta reliquit, in quibus poëtici ejusdem ingenii divitiæ reperiuntur. Plura ex his varii metri carmina facili & felice verâ typo vulgata leguntur & tetuntur omnium manibus & oculis.

JOANNES ex AQUISGRANI, vulgò HANS von AKEN, in urbe Colonienſi ad Rhenum natus 1556. à patre oriundo ex Aquisgrani von Aken, quod nomen dedit reliquitque filio suo. Ab ineunte ætate in eo maximè sese occupavit, ut, quidquid videret, calamo aut picturâ elegantèr exprimeret. Profectus deinde in alias terras, insignia celebriáque artis suæ pictoriæ edidit reliquitque specimina Florentiæ, Venetiis, Romæ, Pragæ, &c. Discipulus fuit Bartholomæi Sprenger, ob artis suæ excellentiam à summis & infimis maximi fiebat, vita & mores ejus erant amabiles. Nulli molestus, & remotissimus à detestabili vitio eorum, qui collegas in arte sua conantur denigrare & deprimere. Inter cætera depinxit mulierem quandam, *Madonna venusta* dictam, ludentem citharâ, & se post illam ridentem cum vitro vini tam artificiosè dexteréque, ut peritiores artis illius dixerint, se nihil unquam ab ipso aut aliis vidisse simile. Monachium vocatus à Comite de Schwartzenburg, epitaphium quoddam pinxit sepulchrale: inde non mediocriter crevit fama ejus, ità ut sereniſſimus Princeps Bavariæ & se & conjugem & proles suas ab eo in una tabula depingi voluerit, quod factum tali cum satisfactione, ut præter plenam solutionem aureâ catenâ fuerit donatus. Vide plura apud Carolum van Mander in vitis pictorum & sculptorum Flandricâ linguâ in quarto editis p. 289. 1618. Amstelodami. Sandrart. pag. 285. Houebraken pag. 34. Weger pag. 214. In tribu Pellionum Colonienſi extant picturæ Joannis von Aken, teste *Gelenio de Col. Agripp. magnitudine p. 407.*

JOANNES ADAMUS SCHALL à BELL natione Germanus, illustri & equestri familiâ patriæ Colonienſis in Parochia sanctorum Apostolorum anno 1591. natus, magnum Sinensis missionis columen, DEO se in Societate dicavit Romæ MDCXI. ætatis XX. ibique, emenso Theologiæ curriculo, & mathematicis disciplinis oppidò excultus,

cultus, unà cum P. Nicolao Trigautio revertente illuc ex Europa navigavit ad Sinas sub annum 1620, & vota quatuor professorum ibidem post octennium nuncupavit. Primi illius labores fuerunt ferè in Siganfu Metropoli Provinciæ Sinensis, ubi post multa perpessu aspera patienter tolerata plurimos ad Christi fidem perduxit, templúmque elegans erexit, concurrentibus ad expensas necessarias non solùm Neophytis, sed aliquibus etiam, quos sibi suâ scientiâ in mathematicis conciliaverat, Ethnicis. Verùm cùm Astronomiæ imprimis peritus esset, jussu Imperatoris evocatus inde est ad aulam Pekinensem, ut emendaret Calendarium Sinense, præcipuè circa eclipses solares, lunares, motus planetarum, & similia. Quod collato studio quinquennali cum nostro Jacobo Rho, & post hujus obitum ferè solus editis Sinensi linguâ centum & quinquaginta libellis adeò feliciter præstitit, ut non modò magnam propterea ab Imperatore retulerit laudem, sed supremus demum mathematici tribunalis Præfectus seu (ùt ibi loquuntur) Mandarinus fuerit creatus. Præfecturam illam XXIII. annorum spatio gessit, & tribus Imperatoribus, uni Sinico, duobus Tartaris in pretio fuit; sed præcipuè postremo Xum Chi appellato, apud quem tantâ valuit gratiâ, ut eum, quantumvis renitentem, magnifico titulo *Magistri arcanorum cælestium* diplomate suo exornârit, præfecturam admittere suo jussu coëgerit, admónitorem denique suum, si quid circa administrationem regni suggerendum occurreret, constituerit. Hinc aperti fuerunt semper illi aditus ad intima palatii penetralia, & quamvis Sinarum Reges rarissimè se soleant populo præbere spectandos; tamen quater in anno, quamdiu vixit, ad ædes Joannis Adami se conferre, lustrare cubicula, insidere lectulo, familiares cum ipso in sede pervetusta miscere sermones; quin & de fructibus horti domestici aliquid degustare, Ecclesiam quoque conjunctam domui inspicere, illius nitorem dilaudare non est dedignatus. Hinc ingens per totum Sinarum imperium legi Christianorum accrevit æstimatio; maximè postquam Imperator suo illam diplomate confirmâsset, & licentiam liberè eam prædicandi concessisset. Hinc nostri Patres aliique Præcones Evangelii per omnes provincias tanquam fratres vel socii Joannis Adami à Gubernatoribus honorificè habiti, fidem ubique disseminare, & templa DEO vero erigere sunt permissi. Hinc denique tanta Neophytorum accessio facta est ad ovile Christi, ut quatuordecim annorum spatio, hoc est, ab anno labentis sæculi quinquagesimo usque ad 64. ad centum, & ampliùs millia lustralibus aquis Baptismi fuerint abluti. Verùm, quia placuit plerumque DEO electos suos servos tanquam aurum probare in fornace afflictionis; permisit quoque miris modis virtutem Patris Joannis Adami exerceri: defuncto enim Imperatore tam benevolo constituti ab ipso quatuor regni Gubernatores, dum filius impubes adolesceret, cùm contra religionem Christianam inveterato ferrentur odio, faciles aures calumniis & criminationibus adversùs ipsam & P. Adamum præbuerunt. Quocirca anno Domini 1664. insimulati Joannes Adamus & tres socii Pekinenses rebellionis & pravæ legis disseminatæ per Sinas, & nominatim, quòd Christi patientis tanquam DEI mysteria typis expressâ Joannes Adamus defuncto Regi ausus offerre fuisset. Citati sunt omnes quatuor ad tribunalia, conjecti in carceres squallidissimos, onerati catenis ferreis, & quidem novenis singuli, nimirum ternis ad collum, ternis ad brachia, & totidem ad crura, atque ità tanquam facinorosi, infames & impostores per sex vel septem menses ad diversa tribunalia, & subin ad terna uno die à lictoribus insolentibus sunt raptati. Nec pepercerunt Patri Adamo, quantumvis seni, & ex paralysi laboranti, imò cæteris asperiùs habuerunt, & tandem tanquam Coryphæum nefariæ (ùt loquebantur) sectæ condemnârunt ad mortem constrictis laqueo faucibus subeundam. Deinde quasi id non sufficeret propter crimen commentitium (omissi ritûs superstitiosi in sepultura unius ex filiis Regis) jusserunt, conciso membratim corpore & lentâ morte interfici. Verùm dum ista agitantur, adfuit Adjutor in opportunitatibus DEUS, & variis de cælo prodigiis dignatus est Joannis Adami & sociorum innocentiam tutari. Et primò quidem Cometâ minace, mox terræ mugitibus, & motibus adeò crebris & horrendis, ut multæ per urbem domus corruerint. Ipse Rex adhucdum puer aula & Proceres è conclavibus trepidè exilientes coacti sunt per dies aliquot in tentoriis militatibus se continere. Denique ut alia quoque portenta per provincias prætereamus, repentino incendio ipsum Regis palatium conflagravit tanto terrore, ut quadraginta circiter conclavia flammis fuerint absumpta, nec ullo pacto ignis vorax quantumvis ingenti aquæ copiâ ingestâ potuerit restingui. Hinc conterritus populus succlamare cœpit sanguinem innocentem Joannis Adami & sociorum vindicari. His etiam perterrefacti quatuor regni Administratores socios tres Joannis Adami solutos vinculis post sextum captivitatis mensem jusserunt domum remitti, & paulò post ipsum quoque Joannem rescissâ mortis sententiâ, & ab omni alia pœna liberum. Non tamen hic finis fuit vexandi insignem hunc Christi Confessorem: nam paucis ante obitum hebdomadibus novis calumniis impetitus, iterum ad bina tribunalia est accitus, & quia ob paralysin, quâ laborabat, vehi eò aliter non potuit, jacens in suo lectulo, impositus est asseri, atque ità à bajulis ad tribunal deportatus. Tandem tot afflictationibus atque ærumnis fractus, & bonam confessionem confessus coram multis testibus post suscepta ritè Ecclesiæ mysteria migravit ad certaminis sui Agonotheram Christum die 15tâ Augusti 1666. ætatis suæ 75. Societatis initæ 55. & Sinensis missionis 44. Ante obitum misit epistolam ad socios omnes in illa missione, quâ veniam suorum defectuum magnâ animi demissione flagitabat. Fuit enimverò insigniter pius, & quæ divinum cultum spectant, magno ardore promovebat. Sæpissimè cum lachrymis operabatur sacris, nec occupationibus ab aula Imperatoris, dum summâ floreret gratiâ, sinebat se abripi, quò minùs catecheses & adhortationes ad varia Neophytarum sodalitia, quæ dirigebat, singulis hebdomadis institueret. Salutis animarum quàm cupidus fuerit, illud argumento esse poterit, quod cùm duo Neophyti inclusi carcere

ob criminis ſuſpicionem capitis damnati eſſent, nec eſſet modus eos adeundi ſinè aliquo fictionis fuco propter inexorabilem duritiam excubitorum, Joannes aſſumpto habitu Carbonarii, & vultu fuligine denigrato, ſublatâque in humeros carbonum ſarcinâ quaſi illos divenditurus palàm per urbem vociferando circumtulit, & hâc piâ fraude ad vinctos penetravit tanquam illis tempore perfrigido venditurus merces ſuas, confeſſiones ipſorum excepit, & ad mortem ritè ſubeundam diſpoſuit. Edidit Joannes linguâ Sinenſi (cujus erat peritiſſimus) collato in pleriſque ſtudio cum P. Jacobo Rho centum & quinquaginta libellos de Aſtronomia, Geometria, Arithmetica, aliiſque mathematicis diſciplinis, ex quibus delata ſunt ab hinc biennio in Europam à noſtro Proſpero Intorcetta Procuratore Sinenſi volumina quatuordecim in quarto, & ab eodem oblata ſanctiſſimo D. N. CLEMENTI X. die 22. Octobris 1671. quæ Sanctitas ſua reponi juſſit in Bibliotheca Vaticana. Horum primum continet

Libellos octo *de Aſtronomia ad Imperatorem Sinicum ante incurſionem Tartarorum.*

2. Complectitur libellos alios quatuor *de Aſtronomia ad Imperatorem Tartarum.*

3. *Principia dimenſionum & diſceptationem aſtronomicam libellis 7. ad eundem, ſicut & ſequentia.*

4. *Uſum ſphæræ, Circini proportionalis, Teleſcopii, &c. libellis 5.*

5. *Theoricam ſolis cum tabulis ſolaribus &c. libellis 5.*

6. *Uranomicam cum omnibus aſteriſmis & tabulis, &c. libellis 8.*

7. *Theoricam Lunæ cum tabulis lunaribus, &c. libellis 8.*

8. *Theoricam eclipſium cum examine calculi libellis 8.*

9. *Tabulas eclipſium & uſum earum libellis novem.*

10. *Theoricam quinque planetarum libellis novem.*

11. *Tabulas quinque planetarum libellis* 11.

12. *Tabulas Sinuum, Tangentium & Secantium libellis* 5.

13. *Geometriam practicam & ſpeculativam libellis* 10.

14. *Comparationem Aſtronomiæ Europeæ cum Sinenſi libellis 4.*

Præter hos Mathematicos edidit linguâ Sinicâ Librum P. Leſſii *de providentia DEI*, item *De octo beatitudinibus*, &

Explicationem imaginum vitæ Chriſti Domini, quam obtulit Imperatori Sinico. Imagines autem elegantiſſimè elaboratas, auro minioque illuſtratas (dignum Principe tanto donum) dederat ſereniſſimus Maximilianus Dux Bavariæ P. Nicolao Trigautio, dum in Europa verſaretur, ad Imperatorem Sinarum deferendas. Denique ex Latinis litteris Joannis Adami collecta eſt

Hiſtorica narratio *de initio & progreſſu miſſionis Societatis Jeſu apud Sinenſes, excuſa Viennæ Auſtriæ, typis Matthæi Coſmerovii 1665. in 8vo.*

Sotuellus Bibliotheca Scriptorum S. J.

JOANNES ADOLPHUS ex liberis Baronibus de Wallbott Baſſenheim in Ollbruggen in Archi-Diœceſi Colonienſi, quinque fratrum minimus natu ingenium vividum, ſagax & fœcundum, & magnis rebus agendis aptum nactus erat. Abſoluto humaniorum litterarum curriculo, DEO ſe devovit in Abbatia perilluſtri Ordinis ſancti Benedicti Sigebergæ in Ducatu Montenſi: horas ab officio divino vacuas ſolidioribus diſciplinis tractandis præclarè impendit, quarum fructum habemus ex editis libris, ſcientiâ polemicâ & politicâ commendatis, ſubinde creatus fuit Præpoſitus ſancti Pancratii in Oberpleis, ac demum Præpoſitus Sigebergenſis. Hic Præpoſiti ædes ruinam undequaque minitantes erexit, reparavit, & muro valido cinxit, opertis hinc inde dioptris, unde in hoſtem jaculeris ſecurus. Cùm Franci intrà Bonnam initio ſæculi XVIII. occupatam Ducatui Montenſi tributa imperarent, renuit Walbottus ea pendere & invaſores Præpoſituræ ſclopis disjecit: verùm auctiores 400. reverſi, diffractâ portâ domum totam compilârunt, & Walbottum, quia ultrò dedere ſe noluerat, nec Sigebergenſi è Prætorio licet monitus, aufugere decorum putaret, ſub ſcalis abſconditum, & ſcrutatore acinace vulneratum ac deprehenſum vinculis onerant, jumentóque impoſitum Bonnam abducunt, ubi decendio poſt in Domino obiit in Conventu Fratrum Recollectorum. Bibliothecam lectiſſimam & elegantem, quam cum reliqua ſupellectile Franci diripuerant, in Bonnenſi foro pretio vili divendiderunt. *Ex Commentariis domeſticis excellentiſſimi Domini Jacobi de Wallbott in Bornheim Præſidis Cameræ Electoris Colonienſis.* Scripſit

Speculum Chriſtianum politico-morale, repræſentans veram politici Chriſtiani imaginem, ex principiis Chriſtianis & moralibus Philoſophorum doctrinis & hiſtoriis, ethicisque politicorum inſtitutionibus omnium hominum ſtatui accommodatis venuſtam & candidè formatam. Coloniæ Agrippinæ Joan. Wilh. Frieſſem 1696. in 4to pp. 379. Opus abſolvitur XXIII. Capitulis, in quorum poſtremo exhibentur metaphraſes perutiles in ſeptem Pſalmos pœnitentiales. Caput XX. notas quaſdam politicas cuique ſtatui neceſſarias ordine alphabetico refert

Schimpff und Ernſt eines luſtigen, Frucht-bringenden und ehrbaren Glaubens Geſpräch Jacobi Catholiſchen wider Martinum Evangeliſchen und Joannem Reformirten, verfaſſet durch den Hochw. Hochgebohrnen H. J. A. Wallbott von Baſſenheim. in 12mo Bonnæ bey Georg. Frid. Franckenberg pp. 680. Approbatus eſt à quatuor Doctoribus Univerſitatis Colonienſis Newendalio, utroque Schweitzero & Kneurgenio, Ss. Theol. DD. *In fine lego:* Ende des erſten Theils. An ſecunda pars prodierit, neſcio. Hujus Scriptoris meminit *Petzius in Epiſt. Apolog. X. pag. 260.*

JOANNES de ANDERNACO, patriâ Colonienſis, B. M. V. ad Lacum Ordinis ſancti Benedicti Monachus, ingenium ſuum ſtudio ſacrarum litterarum reddidit exercitatiſſimum, ità etiam, ut in Computu Eccleſiaſtico & aſtronomico peritiſſimus evaſerit: ſcientiæ verò ſtudium pie-

pietatis & religiosæ conversationis conjunxit, præcipuè venerationi B. Virginis Mariæ addictus. Obiit 1530. Inter alia ingenii sui specimina posteris commisit

Librum unum de defectibus in Missa cavendis.

Alterum librum de spirituali recollectione, hoc initio: *Congrega cor tuum.* MSs. in Bibliotheca Lacensi, ubi ejusdem *Gemmaria* habetur in eod. sign. num. 84. *Ex Commentariis D. Oliverii Legipont.*

JOANNES ANTONIANUS Neomagi Geldrorum natus, Ordinem FF. Prædicatorum in patria professus est, vir egregius, Græcè & Latinè doctus, Henrici Gravii viri pietate & doctrinâ conspicui sectator & discipulus, divinis humanioribusque litteris admodum instructus, in sacra profanáque Poëtarum Ethnicorúmque historia versatissimus, sanctorum Patrum lectione ac tractatione assiduus, horum recensendis illustrandísque operibus suam libentissimè commodavit operam. Stilo utebatur eleganti, qui nihil non puræ Latinitatis aut Hellenismi redoleret. Anno 1588. diem obiisse asserit F. Gilbertus de la Haye *in Biblioth. Belgica.* Primùm prodiit curâ Antoniani

Liber D. Gregorii, Episcopi Nysseni de creatione hominis supplementum Hexameri Basilii Magni fratris sui, interprete Dionysio Romano exguo nunc primùm typis excusus. Colon. typo Melchioris Novesiani 1537. *in folio.*

D. Paulini Nolani quotquot extant opera omnia, partim solutâ oratione, partim carmine conscripta, D. Henrici Gravii studio ex vetustissimis exemplaribus restituta, & argumentis illustrata. Quibus Antonianus proœmium initio adjecit, & ad calcem Epistolas nonnullas ad D. Augustinum Alipium & Romanianum aliósque. Coloniæ typo Materni Cholini 1560. *in 8vo pulchro & eleganti charactere. Domino Petro à Zuren Insulæ Virginis Mariæ Abbati editionem hanc nuncupat Editor è Conventu FF. Prædicatorum. Neomagi* 1559.

Epistolarum D. Hieronymi Decas 1. *ab Henrico Gravio Priore quondam suo recensita, & notis illustrata, in usum Gymnasii Neomagensis ad ejusdem Præfecti instantiam. Antverpiæ typo Guilelmi Sylvii* 1568. *in 8vo.*

JOANNES ANTONIUS FRANCK Pastor in Barweiler, in Satrapia Nurburgensi, Archi-Diœcesis Colonienſis adhuc superstes. Scripsit Germanicè

Marianisches Rosen-Büschlein, das ist, ein kurtzer und gründlicher Bericht von der uhralter und gnadenreicher Ertz-Bruderschafft des allerheiligsten Rosenkrantz oder Psalters JESU und Mariæ, sampt H. Mess Beicht- und Communion-Gebetteren. Coloniæ apud Joannem Conradum Gussen in 12*mo* 1733. *pp.* 340. *Dicatus Reverendiss. Martino Bewer, Prælato Abbatiæ S. Maximini.*

JOANNES BAPTISTA BEBBER natus Coloniæ ad Rhenum 1693. 17. Martii perhonestâ familiâ. Absolutis studiis humanioribus & Philosophicis in Laurentiano Gymnasio artium liberalium Magister promotus 1712. Dein auditâ biennium Theologiâ, postquam juris studio se applicâsset, ab amplissimo Senatu Colonienſi designatus Janitor Curiæ, & Minister honoratus 1726. Ab Archi-Diaconali Collegio sancti Cuniberti 1732. Prætor ditionis Mawenheim dictæ. 1734. à prædicto Senatu officium Auditoris consilii bellici eidem collatum fuit. Varia ab eodem stilo soluto & ligato edita sunt:

Ovidii Tristium libri V. ad captum & usum juventutis Germanæ.

Parnassus pro educatis in patria Latino-Germanicis notis phrasibus, figuris & proverbiis illustratus & adornatus, cum accessione indicis rerum & verborum copiosissimi. 1730. *Coloniæ sumptibus Henrici Rommerskirchen.*

Ovidius de Ponto cum notis Bebberi adhuc sub prælo, sumptibus hæredum Rommerskirchen.

Ovidius Christianus, sive Thomæ à Kempis de imitatione Christi Libri IV. aurei stilo Ovidiano sic redditi, ut Asceta simul & Poeta, sed Christianus appareat, cum indice nominum, verborum ac notarum priore. Coloniæ 1734. *typo Theodori Hilden.*

Altera ejusdem libelli editio cum accessione indicis posterioris rerum, locorum communium, adagiorum, phraseon, comparationum, descriptionum per figuras Rhetorico-Poeticas. 1742. *Coloniæ typo Arnoldi Schauburg.*

Versus lugubres in exequiis Augustissimi Cæsaris Caroli VI. à Senatu Colonienſi solennissime celebratis. 1740. *Coloniæ typo Arnoldi Schauburg in folio pp.* 5. *& med.*

Alia carmina gratulatoria, funebria, Epithalamia, Eucharistica, propemptica in funeribus, nuptiis aut Academicis promotionibus similibúsve occasionibus ab eodem Bebbero fuerunt edita circiter triginta duo, & typo data, tum Germanicâ, tum Latinâ Poesi, Principibus, Consulibus, Abbatibus, Doctoribus variarum Facultatum salutandis, prædicandis, lugendis, &c. scripta.

JOANNES BAPTISTA de LAMZWERDE Professor extraordinarius admissus à Facultate medica Universitatis Colonienſis, explicavit magna cum laude Anatomiam sub finem sæculi XVII. Philosophiam veterem in Logicis & Physicis Aristotelicis contra Cartesianos Novatores, verba & ideas novas ubique obtrudentes magnâ contentione & validis lacertis propugnat, ostenditque Cartesianos, si quid sani habent, id Aristoteli, Platoni, Galeno debere. Scripsit

Monita salutaria de magno Thermarum & Acidularum abusu, confirmata, & à verboso Blondelli strepitu vindicata. Authore Joanne Baptista de Lamzwerde Philosophiæ & Medicinæ Doctore. Coloniæ imprimebat Petrus Alstorff sumptibus Authoris 1684. *in 8vo pp.* 44.

Historia naturalis molarum uteri Joan. Bapt. de Lamzwerde. Lugduni Batavorum apud Petrum van den AA 1686.

Prodierunt in lucem 1674. Amstelodami

1. *Respi-*

1. *Respirationis Schwammerdianæ exspiratio.*

2. *Anatomia Neologices Joannis de Raci Philosophiæ Professoris primarii.*

3. *Utriusque Philosophiæ clavis.*

4. *Mirabilis de carbonum, arenarum & lapillorum excretione per alvum & vesicam, urinæque vomitu historia, Authore Joanne Baptistâ de Lamzwerde, Philosophiæ & Medicinæ Doctore, ex officina Joannis a Sommeren in 8vo pp. 352.*

Invenitur præterea in *manuductione* Stolles ad *historiam eruditionis medicæ* exornatum à Joanne Baptista de Lamzwerde fuisse Joannis Schulteti *Armamentarium chirurgicum:* ità enim ille ex Gülichii historia chirurgica. " Longè verò illu-
" strius idem Schulteti opus prodiit studio Joan-
" nis Baptistæ à Lamzwerde, insigni nempe nu-
" mero tam instrumentorum sive veterum sive re-
" center inventorum, quàm 104. observationibus
" chirurgicis auctum.

JOANNES BAWMEISTER lucem vidit in Colonia Agrippinensium 1637. Patre Petro Bawmeistero Senatore Ubio, cui Epigramma CLXIII. libri secundi dedicavit. Litteras & bonas artes didicit in Gymnade Tricoronata, cujus Doctores celebrat Epigrammate CII. Libri II.

Ecce coronarum Tutores. Ecce coronam,
Quam peperit studiis vestra palæstra mihi,
Intueor quoties, laurum reminiscor amoris,
Dum viret hæc laurus, jure virebit amor.
Pergite vos studiis Sophiæ virtutis Alumni,
Pergite, lauteolam multiplicare licet.

Professorum suorum unius P. Jacobi Linnich post, Oratoris diserti meminit Epigrammate CCLXXX. Lib. I.

Ex superiori Epigrammate, velut ex ungue leonem, cæteræ æstimare licet, nec diffitetur ipse, extemporalia esse sine lima pro occasione temporum & rerum effusa.

Coronatus fuit Laureâ Poëticâ anno ætatis XXV. jussu Cæsaris ac nomine à Martino Henrico à Strevesdorff Senatore Colonienſi, sacri Lateranensis Palatii, Aulæ Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comite, quem laudat Epigrammatum primo & secundo libri II. In ritu meminit serti laurei, & digito dextræ manûs inserti annuli.

Epigrammatum extemporalium Libri III. Joannis Bawmeisteri Colonienſis, Poëtæ laureati Cæsarei, ætatis anno 25. in 18vo pp. 144. typo Petri Metternich 1661.

JOANNES de BEDBURG, oppidum est Diœcesis Colonienſis, Carmelita Colonienſis, Doctor Parisiensis, Philosophiam & Theologiam in diversis Conventibus docuit, tandem Prior Spirensis novam Ecclesiam cum Monasterio ibidem ædificavit. Obiit Spiræ 1373. sepultus sub insigni lapide, sculptam ejus imaginem cum bireto magistrali exhibente. Ad hunc lapidem offendisse, & errorem suum videtur traxisse Philippus Simonis Ecclesiæ Cathedralis Spirensis Secretarius, dum in Chronico Brisgoiæ 1608. edito primam hujus Monasterii fundationem ad dictum Joannem refert. Contrarium patet ex Archivo Colonienſi & Chronico particulari Conventûs Spirensis. Scripsit

Commentarium in sententias. Ex Commentar. Eximii Brunonis Tevvis Ord. Carmel. Provincial.

JOANNES à BERSWORDE ex antiqua celebri familia Berswordica. Dominus erat in Husten, castro in Angaria sito, natus 1574. à patre Joanne & Margaretha Mumme de Bockholdt. Fuisse hominem valde sedulum, nec minùs eruditum, testantur relicta, & adhuc extantia ejus manuscripta.

Historia Westphaliæ idiomate Latino more Annalium scripta. Incipit cum Nativitate Christi, & cum anno 1622. desinit.

Liber Genealogiæ Westphalorum nobilium, sive nomina & fragmenta quædam nobilium familiarum Westphaliæ tam emortuarum, quàm superstitum ex diversis Chronicis & litteris Latino Germanicè ad seriem alphabeti congesta per Joannem Bersworde in Husten antiquitatis & historiæ studiosum, anno Domini 1624.

Illius manuscripti meminit Meibom ità scribens: Antiquæ Saxoniæ, Westphaliæ nobiles familias tam emortuas, quàm superstites ex chronicis & tabulis magnâ diligentiâ collegit ipse antiquo & nobili genere ortus Joannes à Bersworde in Husten, qui liber MSs. hactenus dignus est, qui à pluribus legatur. Illius quoque videtur meminisse Jacobus Fridericus Reiman histor. liter. Geneal. sect. 2. pag. 152. & Gelenius L. II. pag. 193. ubi dicit, se habere fragmenta familiarum Westphalicarum, eúmque nominat nobilem & sagacem Scriptorem.

Demum anno 1742. editus fuit accurante D. von Steinen Tremoniæ ex typographia Godeschalci Thiederici Badekers in 8vo.

JOANNES BERNARDUS ANTONIUS KEYLL Dusseldorpii lucem primam vidit anno 1697. 23. Septembris. Adultior amplexus est Ordinem Præmonstratensem, quem in Ecclesia Knechtstedensi professus fuit anno 1714. 19. Augusti, dispensante veniam ætati illustrissimo Domino Generali Ordinis Claudio de Lucas; cùm statuta Ordinis annum duodevicesimum exactum à Professuris poscant. Functus est variis sacris ministeriis Ordini & vocationi Apostolicæ convenientibus pari laude & fructu. Domi Catechistam, Magistrum Novitiorum, Sub-Priorem anno uno, annis quatuor & dimidio Priorem egit. Dein pastoralem curam adiit Ecclesiæ Greveradensis, in quo officio diem clausit 27. Septembris 1742. Scripsit, & typo edidit

Exercitia Norbertina diurna, hebdomadaria, menstrua, unà cum renovatione professionis religiosæ, quibus adjunguntur variæ directiones seu regulæ pro Candidatis, Novitiis, Neo-Professis, Seminariorum Alumnis, Fratribus studentibus Concionatoribus, Confessariis candidi & Canonici Ordinis Præmonstratensis. Denique exercitia præparatoria ad mortem concinnata per Adm. R. D. F. Joannem Bernardum Keyll, ejusdem Ordinis Ecclesiæ Knechtstedensis Priorem & Magistrum Novitiorum. 1732. Coloniæ Agrippinæ.

Ex fastis domesticis Knechtstedensis Abbatiæ D. Prioris Kocòs.

JOANNES BERTRAMUS BREIDT Mulheimii ad Rhenum uno infra Coloniam milliari natus honestis parentibus, in Gymnasio Tricoronato mansuetiores & severiores musas coluit. Ecclesiæ Dussel-

Dusseldorpiensis Canonicatum obtinuit dum Scholasteriam senior Sacellanus ejusdem. Commissarius Conventûs Marienberg infra Novesii mœnia, & perillustris Parthenonis in Grefrath Canonissarum Regularium Ordinis sancti Augustini adhuc superstes. Studio ipsius prodiit libellus, cujus titulus:

DeVs ✠DoranDVs sVb nVbe panIs ꝟVCharIstICI pro Vera DeI gLorIa CertáqVe proXIMI saLVte. Das ist: *AnbettentLIChe ꝯttheit IesV Vater Den geſtaLten broDs VnD VVeIns zV gröſſerer ehr, preIs VnD gLorIe gottes, VnD geVVIſſen heIL Des nâChſtens, VorgeſteLt beI VoraLten proCeſsIon zVr ꝟVrz von Joan. Bertramo Breidt, &c. Dusseldorff bey Tilman. Libor. Stahl in 4to pp. 3. 1729.*

JOANNES BILLICUS patriâ & Carmelita Colonienſis, Ss. Theologiæ in Universitate Colonienſi Baccalaureus, Patruus supra laudati Everhardi Billici, magnæ ac profundæ fuit vir doctrinæ & vitæ religiosissimæ, magni Abbatis Trithemii familiaris. Ad virum illum scripsit Epistolam Rutgerus Sicamber Canonicus Regularis Heynensis, quæ habetur ante librum Trithemii de laudibus Ordinis Carmelitarum, moritur 1563. Coloniæ. Scripsit

Super librum sententiarum. Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ordinis Carmelitar. Provincialis.

JOANNES BILSTEIN, nâtione Belga, patriâ Vervicnsis, in Ducatu Limburgensi natus 1592. 15. Decembris, humaniores scholas Coloniæ, Philosophicas Moguntiæ frequentavit. Societatem amplexus est Coloniæ 1614, docuit litteras humaniores, præfuit scholis, Ascetæ spiritualis & perfecti numeros omnes implevit. Ad ardua quæque pro DEI honore & salute animarum intrepidus Sigenæ Collegio fundando per nivosa montium vallium̃que reptans potiùs, quàm incedens, Parochiâ geminâ administratâ præfuit. Creditum sibi à cælesti Oeconomo talentum præclarè impendit Academiæ Osnabrugensi à Carolo M. erectæ denuò restaurandæ, ubi ob præclaras virtutes & ingenii elegantis felicitatem carissimus extitit celsissimo Principi Episcopo FRANCISCO GUILIELMO Bavaro, postea S. R. E. Cardinali carminibus & dramatibus felici venâ editis, habendis Synodis, adornandis supplicationibus, formandis & deligendis Parochis, cui & suam conscientiam credere non dubitavit Episcopus. His aliisque sacris & literariis vigiliis fractus, morbum contraxit, quo ob votum Deiparæ Kollensi factum sublevatus postremos viginti ferè annos vitæ Coloniæ, licèt tussi aliisque morbis conflictatus, tamen in pœnitentibus audiendis, peregrinis solandis, & Parthenonibus excolendis magnâ omnium ædificatione traduxit. Mirè humilis, & demississimè de se sentiens, perægrè adduci potuit, ut libellos à se editos scripto notatos daret. Satis, ajebat, sibi esse, si in cælo notati sint. Deiparæ ejúsque Sponsi cultor eximius. Demum senio & febriculæ succubuit Coloniæ, continuis suspiriis ad cælestem patriam anhelans, obiit Coloniæ die sextâ Martii 1663. Præter minutiora è Gallico opuscula Latinè & Germanicè traducta edidit à se compositum Germanicè & Latinè libellum cum iconibus

In septem petitiones Dominicas & salutationem Angelicam. Item Elogia Ss. Virginum præcipua per annum. Coloniæ apud Woringen in 12mo.

Athenæum Christianum Encyclopœdiæ à Carolo M. institutum, & à Reverendissimo Principe Francisco Guilielmo Episcopo Osnabrugensi instauratum, &c. Coloniæ apud Joannem Kinckium in folio 1632.

Ogmius Hercules oblatus eidem Osnabrugensi Verdensi inaugurato 1630. Osnabrugi typis Martini Mannii 1631. in folio.

Catena aurea virtutum Episcopalium eidem electo Metensi, ibidem apud Mannium 1632.

Ex annuis Collegii S. J. Coloniæ.

JOANNES BLANCKENBERG nascitur è patritia familia Coloniæ patre Waleramo, J. U. D. Scabino Colonienſis alti judicii, & judicii in Niederich Vice-Comite, in Gymnasio Tricoronato bonis artibus & scientiis excultus, fit Religiosus Ordinis Cistercienſis, & subinde Abbas religiosissimi Cœnobii de veteri Monte in Ducatu Bergensi Diœcesis Colonienſis, sacræ Theologiæ in Universitate Colonienſi Doctor 1639. 8. Februarii creatus, Rector Magnificus ejusdem Universitatis electus sub finem anni 1654, vir undequaque magnus, & de universo ordine optimè meritus; de cujus laudibus ampliſſimus profectò patet campus, quas tamen laudes ejus adhuc inter vivos superstitis nunc temporis Author non recenset. Obiit anno Christi 1662. 11. Julii, ætatis 57. in Dierneburg Abbatiâ Diœcesis Hildesiensis, Ordinis Cistercienſis, per Westphaliam, Saxoniam & Tractum Rheni Vicarius Generalis. Scripsit

Librum Concionum moralium, quas diversis temporibus habuit partim in suo veteris Montis Cœnobio, partim Coloniæ apud Moniales Cistercienses ad S. Aprum. Refert *Carolus de Visch*, ipsum præ manibus habuisse ampliſſimum *Chronicon Monasterii sui*, in quo plurima haberet curiosa, *quæ historiam ditionum Clivensium ac Juliacensium plurimùm illustrare poterunt.*

Ex Bibliotheca Scriptorum S. Ord. Cistercienſis. R. P. Carol. de Visch.

JOANNES de BLUMENDHAL Scriptor excellens, floruit in Conventu Susatensi Ordinis FF. Minorum Conventualium. F. Joannes Gülicher ex Conventualibus sedulus antiquæ rei litterariæ scrutator sæculo superiore defunctus, in MSs. suis recenset, se in Bibliotheca Susatensi reperisse sequentes Blumendahlii Tomos MSs.

Sermones de Tempore.

Sermones Quadragesimales.

Sermones de Sanctis.

Commentaria in psalmos & sacrificium Missæ; sed hoc nostro tempore posterior tantùm extat vernaculâ in membrana conscriptus Tomus anno 1349, cæteris, quo nescio casu, amissis.

Ex Commentariis Eximii Putzii Convent. Provincialis.

JOANNES BLUMENDHAL verosimiliter ex sacro Ordine Crucigerorum Coloniæ. Scripsit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Postillam pauperum. MS. opus extat in catalogo Bibliothecæ FF. Crucigerorum Coloniæ.

JOANNES BOLTHE, natione Germanus, patriâ Monasterienſis in Weſtphalia natus 1583. 27. Decembris. In patria humaniora, Philoſophiam Coloniæ docetur in Gymnaſio Tricoronato, promotus Magiſter artium anno 1605. in Societatem cooptatus eodem anno 7. Aprilis, ætatis ſuæ 22. Philoſophiam Padibornæ ac Treviris docuit, vota quatuor profeſſus 1625. 28vâ Octobris Coloniæ. Eccleſiaſten linguâ Latinâ ad altiores ſcholas & Sodales parthenios Eccleſiaſticos diu egit. Confeſſarius in templo & Catechiſta ſtrenuus. Ægrorum etiam lue infectorum Viſitator ſedulus, egentium præcipuè ſtudioſorum, & ad ſupplicia condemnatorum Conſolator aſſiduus, plurium Acatholicorum ad fidem orthodoxam Ductor fervens. Nec erubuit vir ſeptuagenario proximus inopum, exulum, incolarum ſupplicabundum agmen quot annis hebdomadâ ſanctâ per Coloniam deducere, cibo & potu ad certas ſtationes reficere, collectis undequaque eleëmoſynis, ad quas fervore & induſtriâ ſuâ inducebat perilluſtres perſonas. Eccleſiæ Collegii Colonienſis pavimentum candido ac cærulo marmore ſternendum curavit. Demum annis & laboribus confectus, accedente ex humoribus noxiis in pedes defluentibus gangrænâ, poſt egregia patientiæ & pietatis in morbo edita ſpecimina, ex hac vita Pater pauperum migravit ad meliorem, non ſinè lachrymis mutuis, veniam erratorum à ſociis flagitans Coloniæ 28. Martii 1658. Scripſit

De quinque columnis contritionis. Coloniæ typis Petri Brachel 1628. in 12mo.

Speculum ex ſpeculis, ſex mores Cleri ex Ss. Patribus. Latinè Coloniæ 1644. in 12mo.

Scalam Jacob docentem pia in cælum deſideria, ibid. Coloniæ 1627. in 12mo.

Iter vitæ ſeu orationem Dominicam explicatam, ibid. 1637. in 12mo.

Sacram fœderum normam, ibid. 1638. in duodecimo.

Laureolam Ss. Ignatii & Xaverii. ibid. 1639. in 12mo.

Manna abſconditum S. Euchariſtiæ. ibid. 1650. in 12mo.

Borromæum redivivum ſeu Canones clericales, ibid. 1642. in 12mo.

Auream clavem paradiſi, ſeu virtutes duodecim Chriſtianas ſub nomine Petri Lolertii. Coloniæ 1643. in 12mo.

Ex annuis Coll. Colon. S. J.

JOANNES BOLTZBACHIUS, patriâ Spirenſis, Carmelita Colonienſis, excellens ſuo tempore verbi divini Præco, floruit poſt annum 1400. Scripſit

Complures ſermones de Tempore & Sanctis.

Collationes item diverſas.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ord. Carmel. Provincial.

JOANNES BOUCQUETIUS Ordinis Prædicatorum, ſacroſanctæ Theologiæ Magiſter, Conventuum ſui Ordinis Antverpiæ, Ipris, Coloniæ Prior, ac per Belgium Provincialis, vir ingenio facili, comi ac benigno, & linguâ præſertim vernaculâ facundus. In lucem protulit

Joannis Nider ejuſdem Ordinis de reformatione Religioſorum Libros tres.

Diſputationes de imaginibus Catharinæ Senenſis, Authore Vincentio Juſtiniano, cum ampla ad Religioſos præfatione. Typis Plantin. 1611. in 8vo.

JOANNES BRAMMART Doctor Pariſienſis, fuit unus ex primis Authoribus novæ Academiæ ſeu Univerſitatis Colonienſis circa annum 1388. inſtitutæ per tredecim Doctores Sorbonicos, inter quos fuêre quinque ex Regularibus, ſcilicet ex Ordine Carmelitano Magiſter Joannes Brammart actu Provincialis, & Magiſter Simon de Spira, Regens ſtudii Carmeli Colonienſis: ex Ordine Eremitarum ſancti Auguſtini Magiſter Ciſon de Colonia, & Magiſter Nicolaus de Nuſſia: ex familia Dominicana Magiſter Alexander de Kempena, qui petitâ & obtentâ Bullâ ab Urbano VI. datâ Pontificatûs ſui anno undecimo, qui erat annus Chriſti 1388. anno ſequente 1389. die 3to Januarii in Vigilia Epiphaniæ Domini hujuſmodi Univerſitatis ſolemne fecêre initium, primâ lectione Academicâ habitâ ſuper verbis Iſaiæ: *Surge illuminare Jeruſalem, quia venit lumen tuum:* cui Univerſitati 1391. Conventus Colonienſis cum omnibus ſuis perſonis præſentibus & futuris incorporatur in die Conceptionis immaculatæ Virginis octavo die menſis Decembris, comparentibus in Refectorio Fratrum Ordinis beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli, domûs Colonienſis horâ Veſperarum, Dominis Rectore & Univerſitate Colonienſis ſtudii, nec non F. Joanne de Raude de Mediolano Magiſtro Generali dicti Ordinis, F. Joanne Brammart Provinciali, Simone Spirenſi, Magiſtris in Theologia, ac Priore totoque Conventu dictæ domûs præfati Ordinis. Iſtat etiam apud eandem Univerſitatem præfatus Magiſter Joannes Brammart Provincialis & Magiſter Simon: quatenus de cætero omnes ſermones Latini ad Clerum Univerſitatis faciendi in feſtivitatibus B. Virginis Mariæ, vel ſaltem in quatuor ejus feſtis debeant fieri in eodem Conventu duntaxat. Quod eadem Univerſitas hîc conceſſit & ordinavit, ſicque per duo fermè ſæcula hujuſmodi collationes & ſermones habiti ſunt in feſtis B. Mariæ Virginis conceptæ, natæ, purificatæ & aſſumptæ: ex quibus modò unicus in Vigilia Aſſumptionis adhuc eſt in uſu. Per quem ſermonem habitum Orator ſupplet unam reſponſionem Theologicam in ſchola publicè pro gradu licentiæ adipiſcendæ faciendam. *Hæc ibi: De præfato Simone in iſdem Provinciæ libris iſta commorantur:* " Hic Simon fuit unus ex præclaris il-
" lis viris Theologis Sorbonicis, qui petitâ & im-
" petratâ Bullâ Urbani VI. 1388. inſtituêre no-
" vam Academiam & Univerſitatem Coloniæ,
" fuitque præfatus Magiſter Simon primarius in
" eadem nova ſchola Colonienſi Profeſſor & Se-
" nior, de quo in libro dictæ Univerſitatis legun-
" tur ſequentia: 1395. mortuo D. Joanne de
" Waſa, qui primus erat Decanus Univerſitatis
" Colonienſis in Facultate Theologica, recepit ad
" ſe ſigillum cum ſtatutis ejuſdem Univerſitatis
" R. P. Simon de Spira Ordinis Carmelitarum
" ejuſdem Facultatis Senior, & iterum 1397. Ma-
" giſter Reginaldus Decanus Facultatis Theolo-
" gicæ

« gicæ in Universitate Colonienſi in Congrega-
« tione habita apud Fratres Minores reſignat of-
« ficium Decanatûs ſui, & ſic iterum manſit
« idem officium apud Magiſtrum Simonem de
« Spira Ord. Carmelit. tanquam Seniorem.

Redeamus ad Joannem Brammart. Hic reliquit ſcriptum *inſigne opus ſuper ſententias IV. libros continens, quod Pariſiis implevit an. 1380. indict. III.* Incipit: *Verbum Domini ſuper Joannem.*

Sermones varios.

Queſtiones varias.

Obiit Brammartus in Carmelo Colonienſi ſepultus 1408. indict. XV.

Daniel à V. Maria Speculi Carmelitici parte V. n. 3097. Trithemius. Exim. Bruno Carm. Prov.

JOANNES BRANDO Germanus Aquiſgranenſis, Provinciæ Minorum ſancti Franciſci Coloniæ Definitor & ſæpè Guardianus. Scripſit

Manuale continens modum bene vivendi.

Tractatulum de vitiis & virtutibus.

Aliquot vitas Sanctorum ejuſdem Ordinis. Coloniæ apud Petrum Brachel 1626.

Wadingus. Scriptor. Ord. Minor.

JOANNES BREDEBACHIUS Duſſeldorpienſis ex Ducatu Montano ad Rhenum. In verſus coëgit *Militiam Chriſtianam*, quâ docetur, quî contra vitia pugnandum ſit. Duſſeldorpii apud Joannem Orydrium 1560.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JOANNES BUCHELS Juliacenſis. Prodiit ejus operâ

Corona Mariana tot anagrammaticis variationibus, quot in integra ſalutatione Angelica continentur litteræ, exornata, Leopoldo dedicata, ab Joanne Buchels Juliacenſi. in 4to Viennæ Auſtriæ typo Leopoldi Voigt pp. 6.

JOANNES BUCHERUS ex München Gladbach Juliæ vico ortus fuit (ſunt, qui eum vicum à Tacito Galbiacum vocatum eſſe velint, in quo Gero Archi-Epiſcopus Colonienſis Benedictinæ familiæ Cœnobium circa annum 1071. condidit) Monaſticum Gladbach nuncupatur, ut additamento hoc diſcernatur ab oppido cognomine in finibus Agrippinenſium Noveſio adſito. Ab hoc viro negari non poteſt, patriam ſcholam ſummo ſtudio cultam, ornatam ac promotam fuiſſe in Wickradiano oppidulo, ubi non plebejos duntaxat, ſed generoſos complures diſcipulos nactus eſt, quibus & libellos à ſe ſcriptos dedicavit. Præfectus Judex fuit diſtrictûs Wickradiani in Ducatu eodem, forſan beneficio Dominorum illuſtrium de Quadt. Ejus ſtudio in lucem prodierunt

Theſaurus ſynonimorum Tetraglottos, hoc eſt: *quatuor linguis Latinâ, Græcâ, Germanicâ & Gallicâ ex pretioſiſſimis aliorum gazophylaciis ſelectus, operâ M. Joannis Buchleri à Gladbach. Coloniæ ſumptu Bernardi Gualteri 1605. in 8vo 1. Alphabetum pp. 12.*

Elegantiarum centum & undeſexaginta regulæ, lectiſſimis Scriptorum, maximè Ciceronis, exemplis illuſtratæ. Coloniæ ſumptu Bernardi Gualteri in 12mo pp. 121. 1620. anno 1629. Antverpiæ apud Henricum Aertſſens in 12mo pp. 119. itidem 1666. typo Hieronymi & Joan. Baptiſtæ Verduſſen. Rurſum Theſaurus elegantiarum 1688. Colon. in 12.

Catalogus vocum barbararum, quibus Latinæ elegantes ſubſtituuntur. 1620. Editio quinta prioribus correctior. Coloniæ ſumptu Bernardi Gualteri in 12mo pp. 170

Theſaurus phraſium poeticarum priore multò accommodatior locupletiórque. Coloniæ typo Bernardi Gualteri 1611. pp. 310. in 16to. Idem eâdem formâ editione nonâ. Coloniæ Agrippinæ ſumptibus Bernardi Gualteri 1620.

Inſtitutio poetica ex R. P. Jacobi Pontani Soc. Jeſu potiſſimùm libris concinnata. Coloniæ typo Bern. Gualteri 1711. in 16to pp. 150.

Gnomologia ſeu ſententiarum memorabilium Germanica, Gallica, Latina brevis deſcriptio, præter ænigmata.

Tractatus de anno & partibus.

Carmina funebria variorum. Editio tertia, quæ mihi nunc præ manibus eſt, ſumptu Bernardi Gualteri, prælo Joannis Volmari Moguntiæ. Præfatur ad Dominum Joannem de Quadt, Dominum in Wickradt-Berg, Schwantenberg ſcripta 1606. quo fortè prima editio facta eſt.

Officina Poetica, in qua carminum appellationes in novem genera diſtinctæ, & exemplis perſpicuis iisque ſelectis illuſtratæ luculenter & breviter pertractantur, operâ M. Joannis Buchleri à Gladbach.

Theſaurus conſcribendarum Epiſtolarum 1700. in 12mo Coloniæ.

JOANNES BUSÆUS Prior Canonicorum Regularium Domûs ſanctæ Crucis Coloniæ. Scripſit

Conciones. Tomus unus MSs. aſſervatur Coloniæ in Bibliotheca ejuſdem Ordinis.

Commentaria in libros de cælo, de generatione & corruptione libros Meterorum, de anima & Metaphyſica pp. 105. extant ibidem.

JOANNES BUXTORFIUS Camenas Weſtphalus ex Veſta Archi-Diœceſis Colonienſis naſcitur 1565. (vicus eſt Camen in Veſta Recklinghuſana ſub Decanatu Tremonienſi Archi Diœceſis Colonienſis.) Anno 1585. Hammoniæ in Marchia docebatur jam Hebraica lingua, à cujus ſcholæ Correctore D. Georgio Fabritio didiciſſe ſe prima linguæ Hebraicæ principia faretur in præfatione Grammaticæ Hebrææ epitomes. Baſileæ 1605. 4. Maji editæ & inſcriptæ Conſulibus & Senatoribus inclytæ Reipublicæ Hammonenſis in Weſtphalia Moderatoribus. Uxorem duxit Margaretham Curioniam, ex qua filium ſanguinis & litteraturæ Hebrææ hæredem genuit, qui patris opera recenſuit, & perfecit, & varias editiones procuravit. Eſt mortuus Baſileæ 1629. 23. Septempris, ætatis ſuæ 65.

Claram Weſtphalicis Baſileam venit ab oris,
Hebræo Hebræos qui docet ore loqui.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ab eo scripta

1. *Epitome Grammaticæ Hebrææ breviter & methodicè ad publicum scholarum usum proposita, adjectâque succincta de mutatione punctorum vocalium institutio, & textuum psalmorúmque aliquot Hebraicorum Latina interpretatio, ut prompta sit juventuti, & ad manum posita lectionis & exercitationis materies. Basileæ* 1605. 1613. 1616. *Editio quinta Basileæ impensis Ludovici Regis* 1629. *in 8vo pp.* 120. 1641. 1658. *per Joannem Fil. cum ejusdem consilio universali de linguæ Hebrææ studio, &* 1669. *tum verò Amstelodami cum notis & appendice Christ. Schodani ad pleniorem Etymologiæ institutionem, item Ultrajecti* 1672. *&* 1675. *in 8vo per Joan. Leusdenium.*

2. *Joannis Buxtorfii de abbreviaturis Hebraicis liber novus & copiosus, cui accesserunt operis Talmudici recensio cum ejusdem librorum & capitum indice, item Bibliotheca Rabbinica nova ordine alphabetico disposita. Basileæ typis Conradi Waldkirchi, impensis Ludovici König* 1613. *in 8vo pp.* 335.

3. *Joannis Buxtorfii institutio epistolaris Hebraica, sive de conscribendis epistolis Hebraicis liber cum epistolarum Hebraicarum centuria, ex quibus* 50. *punctatæ, Latinè explicatæ, & notis illustratæ sunt. Accessit appendix variarum epistolarum R. Majemonis & aliorum ejus sæculi excellentium Rabbinorum, quas recensuit Joannes Buxtorfius. Basileæ sumptibus Ludovici Regis* 1629. *in 8vo pp.* 462.

4. *Thesaurus Grammaticus linguæ sanctæ Hebrææ duobus libris methodicè propositus, quorum prior vocum singularum naturam & propriætates, alter vocum conjunctarum rationem & elegantiam universam accuratissimè explicat, adjecta Prosodia metrica, sive Poeseos Hebræorum dilucida tractatio, lectionis* Hebræo-Germanicæ *usus & exercitatio. Editio quarta cum capitum & vocum irregularium indice. In inclita Helvetiorum Basilea, impensis Ludov. Regis* 1619. 1629. 1651. 1663. *in 8vo pp.* 690. *item Amstelodami* 1670. *in 8vo cum Prosodia metrica.*

5. *Lexicon Chaldaicum, Thalmudicum & Rabbinicum, in quo omnes voces Chaldaicæ, Thalmudicæ & Rabbinicæ, quotquot in universis V. T. paraphrasibus Chaldaicis in utroque* Thalmud Babylonico *& Hierosolymitano, in vulgaribus & secretioribus Hebræorum* Scriptoribus, Commentatoribus, Philosophis, Theologis, Cabalistis & Jurisconsultis *extant, fideliter explicantur. Opus XXX. annorum, nunc demum post patris obitum ex ipsius Autographo fideliter descriptum, in ordinem æquabilem digestum, & multis propriis observationibus passim locupletatum, Reipublicæque Christianæ bono in lucem editum, Joanne* Buxtorfio *filio linguæ* Hebraicæ *in Academia Basileensi Professore ordinario, cum indice vocum Latinarum & locorum N. T. illustratorum, cum privilegio Basileæ* 1631. *sumptibus & typis Ludovici Regis* 1640. *in folio pp.* 2678. *&* 1663. 1667. 1676. 1698. *quæ decima editio est Amstelodami* 1654. *in 8vo.*

Ejusdem Tiberias & clavis Masoræ Basileæ 1620. *in 4to.*

More Nevochim R. Maimonidis Latinè ab J. Buxtorfio redditus 1629. *Basileæ in 4to.*

6. *Biblia Hebraica Rabbinica. Editio quinta juxta secundam editionem annı* 1549. *concinnata, additis Commentariis Aben-Esre in Jesaiam, XII. Prophetas minores & Esram, omisso Commentario R. Mosis Kimchi in eundem Esram studio Joannis Buxtorfii Patris, qui in Targumim puncta vocalia ex Analogia linguæ Chaldaicæ immutavit, plurima errata Masoræ diversorum exemplarium & concordantiarum studio castigavit, 4. Vol. in folio Basileæ Typis Ludovici König Tom. I. & II. an.* 378. C. 1618. *III. & IV. an.* 379. C. 1619.

Eam editionem Venetis omnibus præferendam meritò putat Waltonus in præfat. Bib. Polygl. Londin. aliorum crises de hac editione refert.

Wolfius Biblioth. Hebr. part. II. pag. 376.

7. *Synagoga Judaica Joannis Buxtorfii Germanicè Basileæ* 1603. *&* 1643. *in 8vo, hinc Latinè Hanoviæ per Joan. Germbergium* 1604. *in 8vo & aliàs. Hæc interpretatio, cùm minus se probaret Buxtorfio filio, aliam dedit Daniel Clericus, postquam Buxtorfius totius operis ordinem ad Leonis Mutinensis libellum aliter conformâsset. Vide præfationem Buxtorfii filii ad editionem Lat. Basileensem anni* 1661. *Germanicè demum recusa* 1738. *Francofurti & Lipsiæ apud Joannem Paul. Krausen in 8vo pp.* 608.

8. *De causis odii Judæorum in omnes gentes ac mundi populos omnium autem maximè in Christianos initium, progressum, continuationem, blasphemias, convitia in Christum, Christianorum Magistratum, Christianos omnes scripsisse se testatur Joannes Buxtorfius in Epistola ad Matthiam Martinium. Wolff. Bibliothecæ Hebrææ part. II. pag.* 1084.

9. *Manuale Hebraicum & Chaldaicum* 1612. *in 12. Basileæ, rursum* 1619. 1630. 1658. *in 12. Joannis Pastritii additiones ad hoc Manuale ineditas, ut putat Wolfius, memorat Imbonatus p.* 127. *Biblioth. Latin. Hebr.*

10. *Variantium lectionum* Hebræarum *in Bibliis Hebraïs non solùm impressis, sed & MSt. integrum librum collegit, & in unum corpus digessit, judiciumque suum de singulis adjecit Joannes* Buxtorfius. *Opus hactenus à nullo Christiano tentatum, cujus titulum Author nuper communicavit, & brevi edendum promisit.*

Waltonus in apparatu ad Biblia Polyglotta *Prolegomeno VIII. §. 22. pag.* 50.

11. *Concordantiæ Hebraicæ veteris Testamenti, quæ rectiùs Angeli à Clavasio, quàm* Buxtorfii *nomine inscriberentur.*

12. *Lexicon Hebraicum & Chaldaicum, complectens omnes voces tam primas, quàm derivatas in Bibliis sive Hebræâ sive Chaldæâ linguâ scriptis.*

Accessit Lexicon breve Rabbinico-Philosophicum, cum indice vocum Latino. Editio prima Basileæ 1607. in 8vo, sumptu Ludovici König. Dicatum est Comitibus de Bentheim Mecœnatibus suis. In præfatione est brevis historia eorum, qui à Christo nato Hebræa linguæ docendo, instauranda operam dederunt. Editio quinta 1645, septima 1667, decima 1667. cum effigie Authoris. Hæ Basileenses editiones: insuper Francqueræ, quam editionem improbavit Buxtorfius in præfatione editioni VI. præmissâ. Amstelodami 1654. in 8vo.

13. *Grammatica Chaldaica & Syriaca:*

14. *Tiberias seu Commentarius Masoreticus.*

Ex Wolfio, Hofmanno, Iselino, de Witte.

JOANNES CÆSAR Canonicus, postmodum Prior Nobilium Monasterii Scheda, & Sacellanus Tremoniæ ad Cœnobium sanctæ Cathatinæ frequenter à Stangenfol citatur. Adhuc sæculum decimum septimum supervixit. Conscripsit

Catalogum Præpositorum in Scheda & Weddinghausen Priorum Tremoniæ & Antistitum ad sanctæ Catharinæ. Præterea collegit varia ad historiam prædicti Monasterii spectantia. Testatur J. D. von Steinen, se reliquias aliquot Tremoniæ in Bibliotheca D. Schultzeus reperisse, quæ tamen in omnibus non conveniant cum iis, quæ à Stangenfeld citantur.

J. D. von Steinen in originibus historiæ Westphalicæ.

JOANNES CÆSAR Coloniæ sacrosanctæ Theologiæ Doctor, bis Provincialis, Græcè & Latinè doctissimus, adversùs Hæreticos strenuè decertavit, fidémque Catholicam Hasseleti conservârit. Pestilentiâ sublatus est 1579. Erat in lectione Patrum versatissimus, in quorum plures libros extant

Doctæ ejus annotationes. MS. in Bibliotheca Conv. Hasseleti, ubi & requiescit.

JOANNES CÆSARIUS nascitur Juliaci. Jacobum Fabrum Stapulensem Præceptorem habuisse se testatur *in præfatione ad introductionem Fabri in Arithmetica Boethii.* Coloniæ Græcas litteras docebat anno 1510. teste Loritho Glareano ejusdem ibidem discipulo. Insuper bonas artes, Dialecticam & Logicam explicabat acerrimus insectator barbariei, quæ bonas litteras fœdissimè eo sæculo nascente invaserat. Num obscurorum virorum epistolis consuendis, aut saltem edendis disseminandisve commodârit operam, non omninò liquet; hoc certum ab Erasmo monitum, ut ab impiis nugis manum removeret. Epistolam Ortivinus Gratius ideò retulit, ut Erasmo easdem displicuisse orbi litterato constaret. " Magnopere (ait Roterodamus) mihi displicebant epistolæ obscurorum virorum. Quæso te, vir optime, ut istiusmodi nugas impias pro tuo virili premendas cures, priusquam excudantur. Porrò quod ad me pertinet, scio neminem fore, qui me novit, quin satis intelligat istiusmodi nænias mihi supra modum displicuisse quippe indignas eruditis & probis viris. Bene vale doctissime Cæsari, Antverpiæ, postridie assumptæ Virginis 1517. " Medicum fuisse in eadem urbe narrat Desselius. Cùm novis erroribus favere videretur, coactus fuit solum vertere, apud Guilielmum Neuenarium & Moersensem Comitem benevolo hospitio exceptus; videtur tamen resipuisse ab errore, & ad Catholicæ Ecclesiæ gremium rediisse. Obiit Coloniæ anno 1551. Nonagenarium testatur Petrus Mersæus, & in Collegio Fratrum S. Hieronymi am Weydenbach ad rivum salicum prope summum altare sepultum esse, addito hoc epitaphio lapidi inciso:

A puero colui musas studiosus honestas,
Cura, quibus vitæ quælibet hujus abit.
Non mihi divitias contraxi turbidus altas,
Contentus modico parcior usque foco.
Ad senium veni cælebs, mea tempora cani
Ornârunt crines, barbâque cana fuit.
Sed breve momentum videor vixisse, quid in se
Portio temporis hæc quantula, quæso, capit?
Esse DEI verbum Christo Doctore colendum
Duxi, quod superat cætera cuncta potens.
Hoc manet æternum florens duntaxat, at ille
Perpetuæ redit huc grande salutis opus.

Vide præfationem Joannis Sturmii ad Hermannum Archi-Episcopum Conensem in Tomum II. orationum Ciceronis, quo loco plura de Cæsario. Edidit & scripsit

1. *Introductionem Jacobi Fabri Stapulensis in Arithmeticen Boethii.* Coloniæ 1513. 3. Kalend. Junii.

2. *Artem supputandi tam per calculos, quàm per notas arithmeticas Jodoci Clitovei.*

3. *S. Augustini de progressione numerorum.*

4. *Epitomen geometricarum rerum Caroli Bovilli. Basil. apud Henr. Petri.*

5. *Campani demonstrationem quadrandi circuli.* Dicavit editionem Henrico Monocero cognomento de Wesalia.

6. *Dialectica Joannis Cæsarii* inscripta Wilhelmo Riffenstein Quæstori & Consiliario generosi & illustris Comitis à Stolberg & Vernigerodæ 1532.

Editio secunda locupletior. Intellexerat Cæsarius, ab ipso Melanchtone Wittebergæ suam Dialecticam prælegi, palam Doien laudare. Porrò altera editio egregiè Latinè scripta est, & iterum edita Parisiis 1537. hoc titulo:

Dialectica Joannis Cæsarii novissimè ab ipso Authore diligenter recognita, & accessione locupletata, capitibúsque distincta miro compendio omnia ferè artis ejus præcepta complectens. Parisiis apud Simonem Cholinum in 8vo paginæ adversæ 155. Iterum Lugduni apud Gabrielem Coterium 1556. in 8vo cum scholiis Hermanni Rajani Vuelstalli. Alia editio curata fuit ab Joanne Oporino. Basileæ in 7vo 1559. cum annotationibus Henrici Loreti, Glareani & Hermanni Rajani scholiis.

7. *Horatii Epistolas* desumptis ex Landini Commentariis, cum argumentis recudi fecit MDXXII. in 8vo typo Joannis Soteris, in gratiam illustrium discipulorum Antonii & Salentini Comitum Isenburgicorum. Præclaro labori applausit Hermannus Comes de Newenaer præmissâ elegiâ.

8. *C. Plinii secundi opus historiæ naturalis* cum argumentis ad libros singulos & brevibus ad marginem scholiis. Coloniæ 1524.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

9. *C. Plinii libri duo de medicina piscium*, castigati, & scholiis explanati. Argentorati 1534. cum aliis ejusdem argumenti.

10. *Boetius de consolatione Philosophiæ recognitus.* Coloniæ 1535. cum Murmelii & Rod. Agricolæ Commentariis.

11. *Rhetorica Joannis Cæsarii in septem libros digesta*, jam denuò excusa, sed castigata & locupletata. Coloniæ apud ædem Divi Lupi anno 1535. Dicatus liber Antonio Schawenburgico, & Joanni Wiedano illustrissimis S. R. I. Comitibus, suis discipulis in 8vo, recusus Parisiis & Friburgi 1541.

12. *Diomedes Grammaticus emendatus, & scholiis illustratus.* Coloniæ 1536. apud Soterem.

Foppens Bibliotheca Belgica. Weislinger in Hutteno detarvato. Iselins allgemeines Lexicon.

JOANNES CALCHARIENSIS. Quàm sibi artis pictoriæ laudem præ cæteris regionibus ùt propriam ferè arrogaverat Italia, eam, uti invidetur multi, ità & prope quandoque assecuti videntur exterorum non pauci, quos inter facilè Princeps fuit Joannes Calchariensis, hoc uno infelix, quod nescio, quo temporum vitio, tam pauca de ejus solertia memoriæ prodita legantur. Orbi eum dederat urbs Calchariensis in Ducatu Clivensi sub Archi-Diœceti Coloniensi: ubi autem, & quem initio artis Præceptorem nactus sit, haud liquet, at illud certè, quod anno 1536. aut 1537. Venetiis moratus dignum Titiano discipulum se exhibuerit, cujus methodum & artem adeò feliciter imbibit, ut tandem discipulum inter & Magistrum vel peritissimi ægrè dijudicarent, Goltzio aliisque non smel opera ejus Neapoli visa, Titiani esse tantum non jurantibus.

Mirè insupet callebat delineandi artem, cretâ pariter & calamo promptus. Eminet inter alia tabella quædam quadrata, vix palmo major, quæ natum exhibet Servatorem cum exceptis à B. Josepho Opilionibus, luce à pueri capite per noctis tenebras festivè internitente. Erat illa tanto apud doctos in pretio, ut Rubenus toto, quo vixit, tempore è cubiculo eam non dimiserit, ab hujus morte ad B. Joachimum Sandrartium, inde anno 1652. ad Ferdinandum M. Imperatorem delata, tandem Gazophylacio Pragensi ornatûs causâ inserta fuit. Grandiori jam ætate Joannes imitandum sibi proposuit Raphaëlem de Urbino, ad cujus normam adeò dextrè ducere penicillum noverat, ut à prototypo ectypon nihil admodum discreparet.

Est etiam hic ipse, qui celeberrimum illum Anatomici Vesalii librum figuris æneis iisque elegantissimis illustravit. Quare dolendum est summopere tantam cum viro isto artem fato tam præcoci sepultam interiisse Neapoli anno circiter 1546. *Joach. Sandr. Teutscher Academie zweyten Theils III. Buch pag. 243. Numberg 1675. in folio, typo Jacobi v. Sandrat Tom. I. Part. II. Lib. III.*

JOANNES CAMPENIUS Carmelita primò apud Frisones in Conventu Hicensi, postea apud Colonienses celeberrimus vir à pietate & mitâ in agendis prudentiâ ac dexteritate commendatus, floruit 1494. Scripsit

Super sententias.
Quodlibetorum opus.
Summulas artium.
Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ord. Carmelit. Provincialis.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JOANNES CHRISTIANUS BORCKEN Agrippinensis, J. U. Licentiatus, S. R. I. Principis Saltuensis Consiliarius. Prodiit ejus studio in lucem

Lectio Blumiana juris Cameralis, sive notæ perpetuæ ad Jacobi Blumii processum Cameralem. Coloniæ sumptibus Authoris typo Petri Putz in 4to pp. 805. præter indicem.

JOANNES COCUS Prior domûs Canonicorum Regularium S. Crucis Coloniæ. Scripsit

Collationes variæ.

JOANNES COLONIENSIS Scriptor ex Ordine Prædicatorum ab Altamura in suo indice laudatur, quasi de eo egerit in appendice ad 1572. ubi tamen ne Gry quidem de Scriptore hujus nominis, nec annus ipse 1572. indicatur: visus est tamen hic indicandus, ne Colonienses putent, ex industria omissum esse, & si quæ ejus acta & opera noverint, hîc addant.

Echard & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicatorum Tomo II.

JOANNES de COLONIA. Montfaucon MSt. fol. 1241. de la Bibliotheque du Monastere de Cauries en Languedoc: ait MS. extare hujus, ùt videtur, Jurisconsulti, hoc titulo:

Joannis de Colonia & Nicolai Jansen in Libros Decretalium.

F. JOANNES de COLONIA ex Ordine Fratrum Minorum sancti Francisci Conventualium, floruit in Conventu ejus Ordinis Coloniensi, Henrico Werlensi Contemporaneus, utriusque effigies in fenestris sacristiæ depicta hodiedum conspicitur. Scripsit opus, cujus titulus:

Quæstiones magistrales in divina subtilissimi Scoti volumina: Sententiarum, Quodlibetorum, Metaphysices, de anima, posteriorum, &c. editum Basileæ per Adamum Petrum de Langendorff 1518. Continet autem opus hoc 430. quæstiones, recusúmque est per Wendelinum de Spira (quo anno & loco, nescio) nitidiori typo alióque ordine, nempe alphabetico, quo quæstiones disponuntur.

Wadingus & Commentarii MS. eximii Adami Putz Minoris Conventual. Provincialis.

JOANNES CONRADUS à KNIPPENBURG Menapius ex Emmichoven, suo Domino ac Principi Ferdinando Archi-Episcopo Electori Coloniensi inscripsit & vulgavit

Exhortationem de gerendo Magistratu. Coloniæ MDCIV. typo Joannis à Mertzenich, in quarto 6. Bogen.

JOANNES CONRADUS à LYSKIRCHEN Canonicus illustrium Ecclesiarum Ss. Gereonis & Ursulæ, & Prioris Camerarius. Tertium beneficium obtinuit Præposituram Ecclesiæ sancti Cuniberti, cui Archi-Diaconatus Tuitiensis annexus est ab anno 1638, qua in dignitate successit Maximiliano Henrico Bavaro, postmodum Archi-Episcopo. Scriptus ab eo editúsque

Psalterii Davidici Commentarius, quo litteram paraphrasi, spiritu mysterium enucleat. Serenissimis, Reverendissimis, Illustribus, admodum Reverendis, Venerabilibus & Religiosis DD. Sodalibus B. M. V. assumptæ dicatus ab Adm. Reve-

Præn.

Fœn. & Amplissimo Domino J. C. à Lyskirchen Præfecto Sodalitii. Coloniæ apud Henricum Krafft 1639. in 8vo pp. 131.

Porta Domini. Extat in Cartusia Colonienſi HHHH. 695.

JOANNES de CRONBERG, patriâ Moguntinus, Carmelita Colonienſis, celebris ſui temporis Concionator, moritur Arluni circa annum 1310. Scripſit

Librum unum ſermonum de tempore & Sanctis, inter quos extat

Sermo funebris prolixus habitus Arluni in funere Conjugis Baronis von Aelteren.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ord. Carmelit. Provincialis.

JOANNES CRUSIUS natione Germanus, patriâ Bremenſis, natus Societati Jeſu 1620. ætatis ſuæ 21. Hic Coloniam miſſus à parentibus hæreticis juris addiſcendi causâ ſenſim ex conſuetudine noſtrorum & fidem ſanam, & poſtea ipſam Societatem quoque amplexus eſt, atque in ea docuit litteras humaniores & linguam ſanctam. Excelluit præcipuè ſcientiâ juris, uti fidem faciunt & libri ab eo conſcripti & variæ lucubrationes MSs. pro juribus Societatis propugnandis. Profeſſionem edidit votorum quatuor, orationi apprimè deditus, etiam inter confertiſſimas occupationes negotiorum nihil de ordinario rerum ſacrarum penſo omittebat. Antiquâ & innocente ſimplicitate erat, fideli memoriâ, profundo ingenio, facili & promptâ in omnes charitate. Ad fidem Catholicam varios ſtudioſos juris etiam heterodoxos verbo & exemplo perduxit. Magno zelo animarum præditus, ad vicina Coloniæ oppida excurrebat Catecheſeos causâ, etiam hyeme gelidâ & annis pluribus. Patientiæ inſignis monumenta edidit plurima, & olim captus ab exercitu hæretico & in morbis variis, quibus fuit vehementer afflictus, & maximè in poſtremo, in quo conjunctiſſimus cum divina voluntate & ſacris myſteriis munitus, præeuntem orando Sacerdotem ad ultimum uſque ſpiritum proſecutus, piè exſpiravit Butenæ die 13. Junii 1662. Edidit

Aſtri inextincti à Gaſpare Scioppio & F. Romano Hay Benedictino in orbem evulgati eclipſim ſeu deliquium. Coloniæ apud hæredes Bernardi Gualteri 1639. in 4to pp. 229.

Aulæ Eccleſiaſticæ & Horti Cruſiani ſubverſionem, ſive F. Romani Hay aliorumque Commentariorum diſcuſſionem Coloniæ apud Jodocum Kalckovium 1653. duobus Tomis in 4to. Tom. I. pp. 741. Tom. II. pp. 241. Tom. III. pp. 262.

JOANNES CURVELLO, ortu Agrippinas, Ordinis ſancti Benedicti, in Monaſterio ſancti Joannis in Rhingavia profeſſus, claruit anno 1508. Superat ejus

Poëmatum Sylvula. MS. in Bibliotheca Lacenſi apud Euphrados.

Hexaſtichon in Epitoma Metricum Jacobi Syberti, ibidem cod. 27.

Plura de eo commemorat Joannes Boutzbachius Premontanus Lacenſis Prior in MS. Auctario Trithemii de Script. Eccleſiaſt.

Ex Comment. Oliv. Legipont Benedictini Martiniani.

JOANNES à DART videtur medio ſæculo ſæculo XVI. Profeſſor legum Colonienſi in Univerſitate fuiſſe: quia Proviſoribus Univerſitatis Conſulibus opus ſuum, uti Patronis & Tutoribus, dedicavit.

Juris Cæſarei pro ſuo jure ſuúque vigore aſſertorio repetitio, ex L. II. C. quæ ſit longa conſuetudo, Authore Joanne à Dart. Coloniæ apud Joannem Bathenium 1562. in 8vo pp. 7.

JOANNES à DAVENTRIA Tranſiſalanus, Ordinis Minorum, Magiſter Provinciæ Colonienſis, Hæreticorum, præſertim Anabaptiſtarum ac Lutheranorum iſtis in locis graſſantium ſtrenuus impugnator. Scripſit

Exegeſin Evangelicæ veritatis contra errores confeſſionis Lutheranæ Cæſari in Comitiis Auguſtanæ exhibitæ. Coloniæ 1535. in 8vo typis Melch. Noveſiani.

Catapultam. Ità nominat librum contra Anabaptiſtas ſcriptum, aliáque. *Valer. Andreas.*

JOANNES DINGENS Profeſſus Cartuſiæ Colonienſis ſanctæ Barbaræ.

Catechiſmus de charitate ſeu de Decalogo & Sacramentis. Extat in Cart. Colon. OO. 166.

Compendium Commentariorum Salomonis. 59. 60. 61. 62.

Loci communes ſeu exempla è Sanctorum vitis diverſis.

Explicatio in Pſalmos. Libris duobus.

Ex indice Biblioth. Cartuſ. Colon.

JOANNES DOCCOMIENSIS J. U. Doctor, Colonienſis Academiæ ornamentum inſigne fuit, in qua jus utrumque diu cum ſumma laude profeſſus eſt, unde ob egregiam nominis claritatem in Cameram Spirenſem evocatus, inter Aſſeſſores imperii controverſiis Principum, civitatum ac Provinciarum decidendis operam ſtrenuam per complures annos navavit: inde dum aſſiduis ſtudiis & ſtipendiis haud quaquam pœnitendis à Duce Cliviæ invitaretur, Cameram reliquit, eâ commoditate ductus, quòd Coloniæ habitare nihilominus poſſet, etiamſi Duci eſſet à conſiliis; maluit enim inter Literatos, quàm Aulicos agere vir litteris promovendis natus. Anno Domini 1557. illi dedicatum fuit opus, cui titulus: *Candela Evangelica*, in cujus præfatione ei tribuitur ab Authore libri hic titulus: Ad eximium virum Joannem Docken Friſium, J. U. Profeſſorem, Viglius Zuichemus. Audio eum reliquiſſe quædam in jure ſcripta; ſed mihi hactenus videre non contigit. *Suffridus Petri de Scriptoribus Friſiæ Decad. X. n. 9.*

JOANNES de DORSTEN (oppidum eſt Comitatûs Recklinghuſani) Ordinem Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini profeſſus, in Conventu Erfordienſi floruit, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, ſermone ſcholaſticus, vitâ & converſatione honeſtus, claruit ſub Friderico Imperatore III. & Sixto IV. Papa, ſub quibus & mortuus eſt. Scripſit

De Monochordo Lib. 1.

De modo bene cantandi Lib. 1.

De collectarum concluſionibus Lib. 1.

Sermones multos & varios. Lib. 1.

Hactenus *Trithemius in catalogo illuſtrium virorum* ad annum Domini MCCCCLXXV. profeſſus, cætera, quæ hic Author ſcripſiſſet, ad notitiam ſuæ lectionis minimè veniſſe. Verùm extat in Biblioth.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bliotheca Coll. Colon. Societ. Jesu MS. in folio codex

Chronica Imperatorum Romanorum ab initio Æræ Christianæ ad annum Christi MCCCCLXXVII. cui subscribitur *Joannes de Durſten*, & non de Dorstein, uti apud Trithemii impressa legitur. In iisdem Chronicis extremis meminit belli inter Colonienſem Archi-Episcopum & Suſatenſes, item inter Noveſienſes & Burgundiæ Ducem, suo ævo & in confinibus patriæ suæ regionibus gesti.

JOANNES DUNS SCOTUS *DOCTORIS SUBTILIS* meritò apud omnes nomen assecutus, eâ viguit doctrinâ ac virtute, ut non exiguam apud omnes laudem sit adeptus, tribúsque nobiliſſimis regnis Angliæ, Hiberniæ, Scotiæ interminabilis contentionis studium indiderit, tantum virum ad se pertrahendi. Nihil erat vel tam difficile, vel tam densâ caligine involutum, quod illius vivax & perspicax ingenium non penetraret. Nihil adeò distortum aut nodosum, quod non dissolveret. Oxonii, Lutetiæ, Coloniæ magno discipulorum profectu, multorum encomiis, summo omnium applausu Theologiam publicè professus, multa scripsit doctissimè in Aristotelem, Petrum Lombardum, sacros Codices editis Commentariis. Mors immatura limam ultimam prohibuit, &, ne imperfecta complerentur, effecit. Obiit verò Coloniæ 6to idus Novembris 1308. apud Minores Conventuales, conditus in medio choro retrò aram majorem, cujus tumulo hæc appensa sunt carmina:

Ante oculos saxum Doctorem deprimit ingens,
Cujus ad interitum sacra Minerva gemit.
Siste gradum Lector, fulvo dabis oscula saxo,
Corpus JOANNIS hæc tegit urna SCOTI.
Annus milleno ter centum cùm adderet octo,
Postremum clausit letho agitante diem.

Scripsit Tomos XII. qui Lugduni impressi sunt cum notis variorum.

In primo Grammatica speculativa Scoti.
In universam Logicam quæstiones.
In 2do Commentaria in octo libros Physicorum, & quæstiones in libros de anima.
In tertio Tractatus de rerum principio. Tractatus de primo principio. Tractatus Theorematum. Collationes 23. Collationes 4. noviter additæ. Tractatus de cognitione DEI. Quæstiones miscellaneæ. Meteorologicorum libri 4.
In quarto Expositio in Metaphysicam, ejusdem conclusiones & quæstiones in Metaphysicam.
In quinti Tomi parte 1. libri primi sententiarum distinctiones 7. In parte II. reliquæ distinctiones lib. 1. sententiarum.
In Tomi 6. p. 1. libri secundi sententiarum distinctiones sex.
In parte 2da reliquæ distinctiones ejusdem libri II.
In Tomi 7. p. 1. libri tertii sententiarum distinctiones 25.
In 2. p. reliquæ distinctiones ejusdem libri.
In Tom. 8. libri 4ti sententiarum distinctiones 13.
In Tom. 9. ejusdem libri 4ti distinctio 14. cum reliquis usque ad 42. inclusivè.
In Tom. 10. à distinctione 43. usque ad finem ejusdem libri 4ti.
In Tom. 11. part. 1. Reportatorum Parisiensium libri III.
In parte 2. eorundem Reportatorum Parisiensium liber 4tus.
In Tom. 12. Quæstiones quodlibetales.
Desiderantur adhuc omnes ejus in S. Scripturam Commentarii,
Aliæque lucubrationes.
Lectura in Genesin.
Commentarii in Evangelia.
Commentarii in Epistolas S. Pauli.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Tractatus de perfectione statuum.
Ex Wadingo de Scriptoribus Ordinis Minorum.

JOANNES de DUREN Ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci Diœcesis Colonienſis, vir doctissimus, nec ulli Theologorum secundus, divini verbi Prædicator non otiosus, ingenio clarus, sermone facundus, & tam in divinis scripturis, quàm in sæcularibus litteris studiosus & doctus. Scripsit

Sermones de Tempore lib. 1.
Sermones de Sanctis lib. 1.
Quadrageſimale lib. 1.
De septem peccatis mortalibus lib. 1.
De manifestis vitiis lib. 1.
De occultis vitiis lib. 1.
De confessione lib. 1.

Trithemius. Eisengrein. Ex Biblioth. Gesneri & Simleri. Wadingus ait, alios eum ad annum 1412. alios ad 1468. referre.

JOANNES DURSFELDT Juliacensis, in Oberempt natus 1678. 7. Septembris, Juliaci humaniora, apud Aquas-Grani Philosophiam hausit, Societatem Jesu adiit 1700. 10. Aprilis, anno 1714. 15. Aug. quatuor votorum Professus Missionarius Catholicos inter & Acatholicos. Rector fuit Collegii Monasterienſis in Eifflia. Typo vulgavit etiamnum superstes

Catechismum de Confessione & Communione. Germanicè.

Catechismus practicus, oder Unterweiſung vom allerheiligſten Sacrament der Buß und des Altars. Coloniæ apud Leonardum Rommerskirchen in 4to typo editus 1722. pp. 120.

Alterum

Alterum etiam Germanicè, qui continet novem meditationes, in 12mo. Titulus: *Kleiner Seelen-Wecker.*

JOANNES ECHTIUS Germanus, lucem primò vidit in Colonia Agrippinensium, medio sæculo VVI. floruit. Wittebergæ primùm, subin in Italia medicam artem didicit & coluit, Doctor creatus in Italia. Dein Coloniæ magnâ celebritate nominis sui medicam exercuit, Botaniæ colendæ addictissimus, ferúrque ex odore vehementiori nescio cujus corporis ità cerebrum læsisse, ut inde mortem sibi accerserit. Jussu Magistratûs Colonienſis unà cum aliis Medicis scripsit

Dispensatorium Colonienſe.

Lexicon Basileense. Pantal. Prosopop. &c.

JOANNES de ESSENDIA Ordinis Prædicatorum Conventûs Wesalienſis Alumnus, sacræ Theologiæ Professor, circa annum 1438. florebat. Habetur Tractatus hoc titulo:

Declaratio quorundam dubitabilium circa acta seu dicta per spiritum in Megerick (qui spiritus apparuit anno 1437. in Ducatu Cluvensi) quæ dicidit F. Joannes de essendia Ordinis Prædicatorum. Hic Tractatus extat in Volumine VI. operum Henrici Kalteysen n. 7. & dicitur curiosus & eruditus. Habetur quoque ejus *MSs. Chronicon Westphaliæ* citatum in Rotulo *Actorum vvegen Oſtinshuſen inter Cöllen und Waldeck*, ex quibus Joannes Gelenius *Volum. III. Farraginum pag. 167.* notat, fortè apud hæredes Kleinsorgii extare hoc Chronicum MSs. ubi hæc excerpit ex eo Chronico: " Carolus M. habe zu dem End das heimlich " Gericht in Westphalen zwischen dem Rhein " und Weser angesetzt, damit dis Land bey der " Christlichen Religion erhalten, und von übel- " thaten gereiniget werden mögte. Das Still- " Gericht werde von den Westphälern genennt " *Va-mi*, das ist, *Væ mihi*, wanns wegen einer " übelthat über mich kommen solle. " Alii vocant has *Cometias Sânnen-Gericht*, & Judices *Senn-Scheffen*, quasi judicium famæ & Judices famæ. Inquisitionis species videtur à Carolo M. instituta in Cometiis Westphalicis. Vide *Chronicon Ertvvini Ertmahn Consulis Osnabrug. ab Hermanno Hamelmanno editum.*

JOANNES FABRITIUS BOLANDUS scripsit Coloniæ 1546.

Motus Monasterienses. in octavo apud Gymnicum.

Idem Psalterium Davidis Lyrico carmine reddidit. Simlerus & Gesner.

JOANNES FABRITIUS, cognominatus CÆSAR, Canonicus, Monachus (credo sancti Benedicti) Gladbacensis. Edidit 1616. Coloniæ

Chronicon Martini Poloni sinè mentione Joannæ Papissæ: cùm Leoni IV. immediatè subjungat Benedictum III. & testatur sic haberi in Cod. MSs. Tungerloensi; sed idem anno 1559. editum fuerat Basileæ à Joanne Oporino, & anno 1574. in 8vo editum fuerat Antverpiæ per Suffridum Petri typo Plantiniano. In utroque extat historia Joannæ Papissæ; sed Suffridus Petri sinè hoc emblemate Martinum vulgavit.

JOANNES FABRITIUS, patriâ Fischelensis, 1592. 27. Septembris natus, ad Societatem Jesu aggregatus 1611. 29. Martii, dixit pro concione per annos plures, fuit Minister, Præfectus scholarum, sanitatis, sodalitiorum, Confessarius, Superior. Ad animas, quæ in igneo illo exilio ad videndam DEI faciem inter tormenta aspirant, eruendas studiosè pius. Quoties licebat, atro apparatu sacrificium pro illis offerebat, aliis idem persuadere conatus. Auditas ad ejus cubiculi januam perstrepere pias illas & opis indigas animas quidam haud ex vano suspicati rem eò adduxêre, ut fateretur, strepitum illum illorum fuisse, opem libertatémque poscentium. Ipse certè omni eo sacrificiorum thesauro, quo post mortem suos filios ditat, & ad felicem usque æternitatem prosequitur Collegium Provincia; demum Præpositus Generalis ac Societas universa, iis animabus illum dono donans, se planè abdicavit, & quidquid suum esset, illis veluti testamento legavit, mirabili nec multis usitatâ liberalitate. Paucis. Joannem totum toto amplexu strinxit ubique charitas, & ad aliorum sublevandum ærumnas multifariam instruxit: ultimum specimen dedit Monasterii Westphaliæ, quo anno 1656. sæviens pestis correptos intrà biduum ferè extinguebat. Impetraverat Joannes, ut iis operam navare liceret. Decem dies suffecêre ad exantlandum laborem, & capessendum glorioſæ mortis bravium, quos dies ut factis impleret, summâ ope connisus est, omnibus, quæ accersere poterat, delinimentis ad solanda corpora animósque, usque dum 26. Septembris religiosæ verè assiduæque charitatis plenam vitam pari eo, quo decebat, exitu felix absolvit. Scripsit

De peccato gravi detractionis variis quæstionibus illustratum libellum. Coloniæ apud Wilhelmum Friessem 1646. in 12mo editum.

Ex Nadasi & annuis Collegii Monasterienſis.

JOANNES FENGER sacrosanctæ Theologiæ Baccalaureus in Universitate Colonienſi, Monialium Hospitalis ad sanctum Spiritum intrà urbem Marcoduranam Director, Parochiæ Binsfeldt, quæ haud procul abest Marcoduro, Rector. Edidit libellum precum, hoc titulo:

Wohl-riechendes Myrrhen-Büschlein. 1724. Coloniæ typo Matthiæ Randerath, qui tertium recusus fuit anno 1731. in 12mo pp. 268.

JOANNES à FLITTARDIA sancti Martini majoris apud Ubios Ordinis sancti Benedicti Asceta religiosissimus, vivebat sæculo XVI. adulto. Reliquit opusculum MS. sig. B. 25. hoc titulo:

Joannis à Flittardia chara supellex, sive Exempla, sententiæ & axiomata sacra ordine alphabetico pro materiarum diversitate digesta de abstinentia, avaritia, &c. &c.

Ex Comment. Oliv. Legipont.

JOANNES FRANCISCUS ERMEL nascitur vicino Coloniæ vico 1641. Joannis Hülsman discipulus, obiit 1693. pinxit historias, & ruralia, regiones, figuras, ædificia, aliáque ornamenta regionibus nobilitandis Norimbergæ ùt plurimùm habitavit, ubi apud insignem artium Fautorem Georgium Jacobum Lang varia manûs ejusdem monumenta, & apud alios visuntur, teste Sandrarto Coævo in *Academiæ Germanicæ Parte II. Lib. III. C. XXIII. n. CCLXXV.*

Harms Tableaux Historiques & Chronologiques Tab. 31.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

JOANNES FREYLINCK Reimbacensis patriâ, 1594. natus, adolescens in Conventu Colonienſi, Ordini Prædicatorum nomen dedit, vir eruditione præſtans & religione, magiſterii laureâ, poſtquam pluribus annis Theologiam profeſſus, & ſacras litteras interpretatus fuerat, tandem fuit inſignitus 1678. Florente ætate concionibus habendis diu inſudaverat nec ingratè; pluribus verò prodeſſe cupidus varios Authores è vernacula eorum lingua Latinè reddidit & aliqua Germanicè:

1. *Homiliæ Quadrageſimales R. D. P. F. Hieronymi Baptiſtæ de Lanuza. Editio nova nunc ex lingua Hiſpanica juxta mentem Autoris fideliter translata, & latinitati reſtituta. Moguntiæ typo Joan. Godef. Schonwetteri 1649. in 4to Tom. IV. Acceſſit Tomus V. Homiliarum in Evangelium, quod legitur in Solennitate Ss. Sacramenti.*

2. *A. R. P. Didaci Niſſeni Abbatis Ordinis ſancti Baſilii Magni opera omnia in IV. Tomos digeſta, quæ primùm ab Authore Hiſpano idiomate, alibi Italico & Gallico edita poſtremùm, Latinis auribus donavit R. P. P. Joan. Freylinck &c. Coventûs Colonienſis Filius, Moguntiæ typo Joannis Godefridi Schonwetteri 1650. in quarto.*

3. *Scala Jacob à R. D. Joanne Lindeborn Virginibus DEO cum propoſito perpetuæ continentiæ in ſæculo famulantibus inſcitè applicata, à R. P. Joanne Freylinck &c. reſtituta, & ut quibuſdam videtur, prorſus dejecta & contrita. Coloniæ typo Petri Hilden 1668. pp. 220.*

4. *Amica diſſertatio de ſpongia Lindebornii felle & aceto plena &c. inter Philaxenum & Antiputrem Interlocutores, ibid. 1668. in 8vo pp. 152.*

5. *Vita B. Fratris Dominici de Anadon Valentini à P. Vincentio Gomes ejuſdem Ordinis Prædicat. Hiſpanicè ſcripta, Germanicè reddita.*

6. *Vita Sororis tertii Ordinis S. Dominici Mariæ Raggi à F. P. Joanne Caragopa Hiſpanicè ſcripta, Germanicè verſa.*

Echard & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicatorum.

JOANNES FREYTAG de Duſſeldorff, Carmelita, Prior, & ſacroſanctæ Theologiæ Doctor Colonienſis, vir verè pius & doctus, regularis diſciplinæ cuſtos & amator præcipuus. Anno 1494. indictione XII. moritur Argentorati, pro quo Ss. Facultas Theologica Colonienſis apud PP. Prædicatores ſolenniter parentavit ſub Rectore Magnifico Bertramo Baan; quod ſignum eſt, fuiſſe Decanum ejuſdem Facultatis Theologicæ. Scripſit

De obſervantia dierum feſtivorum Lib. 1.

Sermones varios de Tempore & Sanctis Lib. 2.

Itinerarium terræ ſanctæ, quam in perſona propria viſitavit. Lib. 1.

In hiſtoria Templi Argentinenſis ſcriptâ à Schadæo 1617. in 4to pag. 85. reperi Joannem Freytag de Duſſeldorpio Carmelitam adſtipulatum Joannis Geyler Keyſerſpergio Concionatori Cathedrali damnanti uſum Tribunalis Argentinenſis, quo damnatis extremo ſupplicio (ùt ùt pœnitentibus) denegabatur Communio Corporis Domini. Sententia Geyleri & Joannis Freytag miſſa fuit ad tres Univerſitates, & harum judicio unanimi probata. A quo die plectendi extremo ſupplicio, ſi delicti præteriti dolorem ſincerum præ ſe ferant, Euchariſtiæ Communionem habent, & Senatus Argentinenſis veterem morem oſtenſæ ab his duobus eximiis viris veritati poſtponendum duxit. *Wimpfelingus in Catal. Epiſc. Argentin.* Extat & Keyſersbergii *Libellus* impreſſus *de Communicandis, qui extremo ſupplicio afficiuntur.*

Gerardus Voſſius de Hiſtor. Latin. Trithemius catal. viror. illuſtr. Eiſengrein, Geſner, Poſſevinus (qui ultimi cognomen viri ignorarunt) Daniel à V. Maria Specul. Carm. p. V. num. 3101. Eximius Bruno Tevvis Provincialis Carmelitarum.

JOANNES FRIDERICUS KARG natus in Franconia, ſacri Romani Imperii Liber Baro de Bebenburg, Dominus in Kirchſchletten. Poſt abſoluta Romæ, Pariſiis, Pragæ, Bambergæ ſacroſanctæ Theologiæ, utriuſque juris, & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudia, Bambergæ publicum Atcanioris Miniſtri munus ſuſtinuit apud celebem mæ memoriæ Principem Petrum Philippum Epiſcopum Bambergenſem & Herbipolenſem. Ad Bavari ſubin Electoris ſereniſſimi Maximiliani Emanuelis miniſterium pari candore ac fide tranſiit; iteratis apud plures Electorum & ſacri Romani Imperii Principum aulas legationibus defunctus, ab ipſo Auguſto Leopoldo graviſſimis cum Innocentio XI. & Curia Romana cauſis in alma urbe tractandis adhibitus, rem ex voto geſſit. Poſt vacante Archi-Epiſcopatûs Colonienſis cathedrâ contra Æmulum Potentiſſimi Franci ſuppetiis nixum rem felici marte eò perduxit, ut ſereniſſimus Joſephus Clemens Bavarus poſtulatus, & ab ſummo Pontifice & ab Auguſto confirmatus fuerit. Fuit ejuſdem Joſephi Clementis Archi-Epiſcopi Colonienſis ſupremus Cancellarius & Miniſter Statûs, Abbas Montis ſancti Michaëlis in Galiia, obiit die 31. Decembr. 1719. ætatis 72do penè exacto. Scripſit

I. 1679. Fried-reiche Gedancken über die Religions-Vereinigung in Teutſchland aus dem Wort GOttes, Conciliis, Patribus, Kirchen-Hiſtorien zuſammen getragen. Wirtzburgi typo Jobi Hertz. in 16to pp. 353. Dicatus liber Petro Philippo Epiſcopo Bambergenſi & Wirtzburgenſi.

II. 1690. Joannis Friderici Karg de Bebenburg ſereniſſimorum DD. Fratrum Principum Electorum Colon. & Bavar. Ducum, reſpectivè Plenipotentiarii, Ablegati extraordinarii, Conſiliarii Statûs, & inſignis Eccleſiæ Monacenſis B. Mariæ Virginis Decani, &c. Diſſertationes Theologicæ Nomo-Canonicæ, Hiſtoricæ & Polemicæ ad Conſtitutionem Gregorianam de immunitate locali Eccleſiarum, ſeu de jure ſacri Aſyli. Typis Petri Alſtorff Coloniæ 1690. in 12mo pp. 399. præter præfationem & indicem.

III. 1680. Pax religioſa in 16to Herbipoli edita 1680. Libellus relatus in indicem prohibitorum

bitorum Romæ, cui respondit P. F. Jacobus à S. Antonio de Monte Carmelo Exprovincialis, olim Ss. Theologiæ, nunc scripturæ Doctor Lovanii: Consultationes Canonicæ.

Amussis Epistinæ ejusdem illustrissimi Kargii. in 12mo.

Facialis pacis religiosæ. 1688.

Vita & mors & gloria S. Joannis Nepomuceni à D. Frid. Karg de Bebenburg. in 12mo Bonnæ 1702.

Diarium quoddam vel Protocollum Germanicè Bonnæ, Latinè Leodii 1696. Cui respondit Capitulum Metropolitanum Colonienſe.

Appendix Coloniæ sanctæ secundæ. Quænam prærogativæ ex communi gentium consensu, maxime quoad exercitium domesticum religionis, Legatis, Ablegatis extraordinariis & residentibus in terris Principum, ad quos missi sunt, debeatur tacito nomine. Subjungitur: Heiliges Cölen, edito ab Henrico Lidberg.

Ex præfatione Petri Alstorff Editoris libri de jure asyli.

JOANNES FRIDERICUS MATHENESIUS Magister in Gymnasio Tricoronato promotus 1597. Historiarum & linguæ Græcæ in Academia Colonienſi Professor ordinarius, Collegiatæ sancti Cuniberti Canonicus & Pastor.. 1607. die 24. Aprilis à Capitulo Cunibertino eligitur S. R. E. Proto-Notarius Apostolicus, sacræ Theologiæ Doctor in eadem Universitate creatur. Anno 1612. 24. Augusti, dum Sacramenta ministrat peste infectis, ex insigni charitatis opere luem traxit, & obiit. Scripsit

1. *Sceptrum Regale & Imperatorium Serenissimæ & Catholicæ Domûs Austriacæ, Authore R. D. Joan. Frid. Mathenesio Ss. Theologiæ Doctore, &c. &c. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1619. in 8vo pp. 127.*

2. *De parentela, electione, coronatione Ferdinandi II. Ungariæ & Bohemiæ Regis, Principis, Electoris, Archi-Ducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, in Regem Romanorum lib. III. cum stirpibus consanguineis Augustæ Domûs Bavaricæ & Lotharingicæ, item Palatinæ, Saxonicæ & Brandenburgicæ, adjectâ rerum memorabilium breviculâ narratione & religionum mutatione, Authore J. F. Mathenesio, S. T. D. P. & C. & Protonot. Apost. Coloniæ excudebat Arnoldus Kempensis 1621. in 4to pp. 136.*

3. *Peripateticum Christianum, sive Theophoriam sanctæ liberæ & imperialis Civitatis Colonienſis ab Hæreticorum calumniis vindicatam, cum sanctarum processionum apologetico ad amplissimos Consules Senatúmque Colonienſem. Coloniæ typis Petri à Brachel 1619. in 8vo pp. 224.*

4. *De luxu & abusu vestium nostri temporis discursus quadraginta ex sacrarum scripturarum gravissimorumque Authorum fontibus deducti, per J. F. Mathenesium Theologum, historiarum & Latinæ Græcæ in Academia Colonienſi Professorem ordinarium jure latio donati ad amplissimum prudentissimumque Senatum Catholicissimæ Reipublicæ Colonienſis. Coloniæ apud Joan. Crithium 1612. in 8vo pp. 170.*

5. *Syntagma criticum: Nescis, quid serus vesper vehat: de somno potúque Christianorum somnifero. Coloniæ 1602. sumptu Burgenii in 8. pp. 101. Inscriptus Joanni Gerardo Comiti de Manderscheidt, Decano Metropolitano, & Ericæ Comiti in Limburg, & Brunckhorst Scholastico Metropolitano & Decano Gereonitico.*

6. *Hermathenam orationum miscellanearum variâ & jucundissimâ scripturarum, Theologiæ, Philosophiæ, eloquentiæ historiarúmque cognitione instructam. Coloniæ apud Joan. Crithium 1613. in 8vo pp. 202.*

7. *Ara Busiridis, sive syntagma criticum de hospitalitate & contesseratione quorundam Christianorum in hospitali. in octavo typo Wilhelmi Friesſem.*

JOANNES FRIDERICUS RORICH natione Germanus, natus Coloniæ Agrippinæ, adolescens ingressus Societatem Jesu anno Domini 1599 ætatis suæ 17. vota quatuor in eâ professus est. Cùm humaniores litteras Fuldæ prælegeret, contentione studiorum valetudinem afflixit, quæ dein nunquam restitui potuit. Concionatus tamen est cum insigni eruditionis, prudentiæ & facundiæ laude, quam præcipuè tulit in Comitiis Electoralibus Francofurtensibus 1619, quibus electus est Imperator Ferdinandus II. Defunctus est Monasterii Westphaliæ vitio pectoris & pulmonum in florenti ætate confectus die 14. Decembr. 1633. Edidit Germanicè

Lucernam Euangelicam de Communione sub utraque specie,

Apologiam ejusdem Lucernæ contra Balthasarem Mentzerum, gründliche Ausklopffung und Zerstöberung der groben handgreifflichen Lügen-Dunst, Irrnebel und Ketzer-Dampff, mit welchen sich Balthasar Mentzer, die Paderbornische Communion-Fackel zu verdunckelen und zu verfinsteren, vergeblich zermartert hat. Gedruckt zu Paderborn durch Matthæum Pontanum in 8vo pp. 584. & plures.

De usu cæmeteriorum contra eundem Mentzerum.

Concionem funebrem in exequiis illustrissimæ Dominæ Sabinæ Catharinæ Comitissæ ac Dominæ Frisiæ Orientalis & Ritbergæ habitam 1618.

Concionem funebrem alteram in exequiis Illustrissimi & Reverendissimi Principis D. Theodori Episcopi Paderbornensis habitam 1618.

Sotuellus in Bibliotheca Script. S. J.

JOANNES FUIST sive FUISTGEN Carmelita, ex oppido Crucenacensi in Comitatu Sponhemensi, vivebat anno 1355. sub Carolo IV. Imperatore. Annis aliquot Professorem egit sacrosanctæ Theologiæ Coloniæ. Vir fuit ingenio subtilis, vitæ conversatione devotus, maximus & mirandus Declamator sermonum. Obiit 1363. Argentorati, ubi (ut Possevinus refert) Prior fuit. Meminerunt ejusdem cum en-

comio Elsengreinius, Gesnerus, & Possevinus. Scripsit, & posteritati reliquit

Quæstiones sententiarum : librum unum.
Sermones de Tempore & Sanctis. Lib. 4.

Addit Possevinus, ejus *Sermones MS.* ùt vocant, originales extare in Cœnobio Crucenacensi, teste Trithemio, sed à Lutheranis postea & locus & DEI cultus ademptus in eodem oppido fecit, ut & ejus viri Theologi & aliorum labores ibi perierint.

JOANNES GABRIEL de FABRI natus in patria Colonienſi 1668. perinsignis Collegiatæ Ecclesiæ ad sanctum Severinum intrà Coloniam Canonicus Capitularis, antiquissimi Montanorum Gymnasii in annos 31. Regens vigilantissimus. Erat generis nobilitate clarus, animo sagax, eruditione excellens in iis, quæ ad DEI cultum & honorem, dictæ Gymnadis florem jutiúmque conservationem facerent, zelator eximius, juventutis censor acerrimus, vitiorum & omnis dissolutionis impatiens, honestatis ac pietatis speculum, gravitatis ac prudentiæ specimen, Cleri totius exemplar singulare. Cùm annum ætatis suæ sexagesimum secundum attigisset, apostemate suffocatus, die tertiâ Julii occubuit 1730. Providè fideliterque congessit, & typis publicavit 1724.

Seriem sive successionem in antiquissimo apud Ubios Gymnasio Montano Regentum, cum compendiosa enarratione, a quo primordialiter fundus scholarum donatus sit, & quomodo in regimine Gymnasii succedendi forma statuta. in 4to Coloniæ.

JOANNES GAMANS natione Juliacensis, patriâ Nuenarius, natus 1606. Societatem 1623. ingressus Treviris, in castris versatus annos complutes, in Belgio & Germania instruendis ad DEI timorem militibus utiliter intentus. Interea sanctorum Martyrum vitas, ut è latebris Bibliothecarum proferret in lucem, singulari diligentiâ & industriâ adlaboravit. Nonnullas quoque egregiè discussit, & notationibus historicis illustravit, quas videre est in Tomo I. & II. vitarum Sanctorum à Joanne Bollando editarum. Professionem quatuor votorum emisit Antverpiæ die 26. Decembris 1641. Postea translatus in Provinciam superioris Rheni, sedulum in eâ egit Operarium. Scripsit

Commentarium de S. Thiatilde Virgine Abbatissa Freckenhorstensi, quem Joannes Bollandus edidit in appendice ad diem 30. Januarii Tom. II. pp. 1154. & seqq.

De B. Godefrido Cappenbergensi ad diem 13. Januarii Commentationem præviam historico-chronologicam.

Illustris vir Joannes Christianus L. B. de Boineburg Epistola XXIII. ad Diethericum anno 1655. Braubachii datâ : *Serarii*, ait, *Moguntiam jam accessionibus variis juxta & luculentis amplificat GAMANSIUS, Jesuitis Bollando & Henschenio familiarissimus, meúsque bonus amicus.* Hujus schedæ ab obitu maximam partem PP. Antverpiensibus cessêre, ait Joannes Tom. I. rerum Moguntiacarum.

JOANNEM GELENIUM Kempena Archi-Diœcesis Colonienſis oppidum (THOMA suo librorum de Christo imitando Authore notissimum) edidit die 17. Octobris 1585. Ejus Pater vir domi primarius Henricus Gelenius ab Herpesch, mater Gudula à Bockell lectissimum par conjugum pietate suâ & virtute dignum hæredem edidêre. Baptizando cùm imponendum nomen esset, contendêre cognati magnis studiis, quos ut conciliaret Parochus, ejus diei Patronum asciscendum suasit, quo *conceptus foret*: unde Joannis Chrysostomi nuncupatio adhæsit, cujus sanè zelum, & mores, & sapientiam Christianam præclarè in se expressit. Obstrinxit sibi puerum magno beneficio Deipara : cùm enim herniâ cruciaretur, delatus est ad Aquas-Grani, in quarum æde regia singulari fiduciâ invocata sanitatem plenam restituit.

Triviali scholæ traditus, eminere illicò cœpit inter æquales, & ingenii felicis semina prodere: cùm enim præcurreret sagacitate occurrentes Grammaticæ salebras, & memoriâ fidâ, quidquid ei committeres, tenacissimè retineret & redderet promptè, utebatur Joanne Ludi-Moderator veluti Legato, ejúsque vicariâ operâ aliorum tironum scriptiunculas emendabat, & pensa reddenda examinabat. Sensit puer ipsûs majus aliquid, atque hîc audiebat, superesse discendum, & patriam angustiorem suo ingenio. Fortè anno 1595. nato fratri Ægidio, & baptizando convivium instruxerat pater, quo ex Clero & Magistratu honestissimos advocaverat : eos Joannes tempore usus rogavit, & apud parentes intercessores adhibuit, ut altiores scholas adire sibi liceat. Datum id tantis amicis, indolem & animos mirantibus, qui Wickrodium missûs 1597. die 29. Maji Joanni Buchlero celebri in ea regione Grammatico erudiendus datus fuit. Ex quo Græcam Latinámque linguam copiosè adeò didicit, ut par esset altioribus disciplinis. Ejus rei gratiâ Metropolim Coloniam devectus, Gymnasium Montanum pari discendi aviditate adivit, nec latuit diu memoranda ubique ingenii ac memoriæ vastissimæ edens specimina. Hujus testimonium locuples non unum supereſt. Venere nescio quis in urbem artem memoriæ adolescentibus discendam offerens, mirâmque ejus beneficio facilitatem ac capacitatem promittebat: decades enim aliquot versuum Græco alióve ignoto idiomate scriptorum reddendas ab eo, qui semel aut iterum eas lectitâsset. Inaudiit Joannes, & jactabundo reposuit, se citra ullam artem naturæ beneficio idem præstiturum; nec mora: oblatas casu decades aliquot Græcorum versuum, ubi semel ac iterum legit, citra hæsitationem stupentibus omnibus recitavit.

Similis felicitas fuit in juris civilis indigesto volumine, reliquisque libris devorandis dicam an discendis : nam intrà paucos menses prægrandis illius molis capita omnia, paragraphos, titulos nunc recto, aliàs inverso ordine recitabat, & interrogatus quocunque de loco consequentia aut antecedentia illicò proferebat è fido memoriæ suæ scrinio: unde Jurisconsulti Professores affirmabant deperditos Justiniani libros posse unius Gelenii subsidio restitui.

Permoverunt hæ conspicuæ dotes eximium Gualterum Xylandrum, Gymnasii Montani Rectorem, Decanum in Facultate artium 1612. ut bonis artibus docendis & Philosophiæ admoveret aluminum jam maturum, atqui à jurisprudentiæ

dentiæ contentioſo foro in ſacræ Theologiæ adyta introduceret, ac demum ſucceſſorem regundæ antiquiſſimæ ſcholæ teſtamento diceret. Accepit ætus impoſitam Provinciam Joannes, patre jam anno 1609. 18. Septembris in Francofordienſi itinere ex apoſtemate defuncto. Anno proximo 1610. primam DEO hoſtiam litavit. Eodem anno in Kalendas Junii incidit mors Xylandri ſeniculi, cui diſpari ſanè ætate, ante prælectum Ariſtotelem, ſed judicio & ſapientiâ canus, gratulante Collegio & urbe ſucceſſit, non ſinè numine: par enim vegetæ juventæ Regentis, & ſagaciſſimæ menti fuit progreſſus, & flos litterarum & diſciplinæ. Ipſa ædificia reparata & aucta ſenſêve vividam manum, & labori cuivis ſuſcipiendo perinde ac perficiendo capax pectus. Biennio poſt 1612. Decanus almæ artium Facultatis eligitur. Præmia laborem, honor fugientem ſequi ſolet. Vacabat etenim anno 1613. morte nobilis viri Antonii à Cubach Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ ad ſanctos Apoſtolos; hunc Univerſitas Joanni detulit: verùm ut orbi conſtaret, labores eum, non honores ambire, memorando exemplo Sacerdotium adeò pingue ſibi oblatum in Gymnaſii ſui Profeſſorem Matthæum Hoenium infra à nobis laudandum tranſcripſit. Capitulum Andreaticum Colonienſis Eccleſiæ defuncto clariſſimo viro Jacobo Middendorpio ad diem XIX. Kal. Februarias Decano ſuo, adlegit Joannem perinſignis Eccleſiæ ſuæ Canonicum. Poſcunt ſtatuta, ut anno Eccleſiæ ſuæ functionibus omnibus divinis ſub arbitraria mulcta interſint novelli Presbyteri, & intrà ſepta Eccleſiæ (immunitatem vocant) noctu cubent. Dedit ea commoratio locum Joanni addiſcendæ Italicæ linguæ à familiaribus illuſtriſſimi Nuntii Apoſtolici, cujus prope Divi Andreæ Palatium erat. Adeò magnis ingeniis momenta omnia, caſus, loca augendæ ſupellectili literariæ vel ampliandis ſcientiis proſunt.

Theologicæ Facultati jam tum probatus licentiam magiſterii capeſſendi 1612. quinto nonas Octobris: ipſam lauream doctoralem XVI. Kal. Novembris 1618. unà cum Leonardo Mario induit. Huic infra elogium cùm poſuero, palàm fiet, quàm illuſtrem CollegamFortuna Gelenio ſociaverit. Certavit ipſa Reſpublica ornare optimè meritos de ſe viros. Ferdinandus II. Auguſtus Gelenium 1619. precibus imperialibus cohoneſtavit. Demortuo 1621. Guilielmo Manshovio, Presbyter Electoralis Metropolitanæ Eccleſiæ, & tertio poſt anno 1624. vivis erepto Doctore Joanne Broelmanno ſuffectus fuit Decanus Collegiatæ Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum. Demum ſereniſſimus Ferdinandus Archi-Epiſcopus noſter Subſidiariam primùm operam eximio Adolpho Schulckenio Vicario in ſpiritualibus navare, tum mortuo 1626. VI. idus Martii vicariam totius Archi-Diœceſis in ſpiritualibus curam ſuſcipere & gerere voluit. Tot mactatus beneficiis & officiis oneratus impendit & ſuper impendit ſe totum Eccleſiæ, totum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ perficiendæ, totum ſaluti & perfectioni propriæ.

Primus labor erat, oculis ſuis luſtrare & viſitare oviculas, & coram verbo eas, exemplo, doctrinâ & eleëmoſynis paſcere. Incredibilis erat vigilantia & indefeſſus ardor viſitandæ Diœceſeos, conſtantia animi & magnitudo in reſtauranda diſciplina, ſicubi labaſceret, & turanda juriſdictione Epiſcopi. Eccleſiarum omnium, altarium, beneficiorum fundationes, dotationes, inſtitutiones, mutationes poſcebat, eas ſuis ipſe aut librarii manibus deſcriptas aſſervabat. Catalogos omnium Abbatum & Prælatorum, quin & plurium Parochorum aut confecit primus, aut alunde collectos ſuis, uti ajebat, *Farraginibus* inſcribebat. Jura Eccleſiis, perſonis, beneficiis annexa in numerato habebat. Quot Sanctorum, Eruditorum, Nobilium, quot Fundatorum vitas et debemus è pulvere erutas, & poſtetitati vindicatas? Diplomatum, & eorum comprimis, quæ ad Metropoliticam noſtram pertinent, volumen juſtum confecerat, cujus optima pars vel periit, vel ab invido inter blattas & tineas detinetur. Verbo: erat Joannes vivum & plenum Lexicon hiſtoricum juris, diſciplinæ morum, Eccleſiarum, perſonarum & beneficiorum omnium Archi-Diœceſis Colonienſis. Teſtor XXX. immania volumina bonam partem manu propriâ ſcripta, at omnia ejuſdem ferreo labore collecta, ex quibus ampliſſimus Magiſtratus Colonienſis XXV. ſuperſtites Tomos emit à pronepote Crapolio; quinque reliquis Tomis vel diſtractis vel ablatis vel abſconditis.

Manavit fama viri ad vicinos Principes, ex quibus ſereniſſimus Neoburgicus 1629. Joannem Legatum & Arbitrum optavit diſſidii ſe inter & Nobilitatem Provincialem componendi; id quod dextro marte perfecit. Idem Elector res pro Romani Imperii pace Francofurti agitatas ferè ad Gelenium referebat, ejuſdémque conſilio ſagaciſſimo, ſimul & moderatiſſimo confidebat, nil non confectum iri. Quo negotio arduo diſtentum morbus improviſus corripuit. Vix ſenſit malum ingraveſcens, continuò exomologeſi generali vitam priorem omnem expiavit, multis ac intenſis virtutum Theologicarum actibus & aſpirationibus ſacris è ſcriptura depromptis paravit ſe ad viaticum ſuſcipiendum, quo magno pietatis ſenſu ſumpto inter amantiſſimi Fratris Ægidii brachia obdormivit in Domino 1631. ultimâ die Aprilis. Deprehenſa eſt à morte contagio morbi, qui & Veredarium quarto poſt die, & haud poſt multo undecim ex Geleniano ſanguine, quos inter Godefridus & Adamus Fratres, abſumpſit. Elatus fuit honorifico funere in Gentilitium ſepulchrum, quod eſt in Sacello beatæ Margarethæ, cui ornando vivus plurimùm inſudavit.

EPITAPHIUM.

JOANNES GELENIUS, Ss. Theologiæ Profeſſor, Metropolita-Colon. Canonicus, Ss. Apoſtolorum Decanus, & in ſpiritualibus Colonienſis Vicarius Generalis, obiit anno 1631. ultimâ Aprilis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Carmen in mortem, Atlantem mundi, cancrinum.

Ecce tacens Atlas aras altas necat ecce,
I, pare Geleni, ſtat ſinè lege rapi.

Statura viri heroica erat, digna Imperio forma, graciliori fuit pueri ſpecies; ſed in ampliorem molem & decentem adoleſcentia & juventus provexêre corpus. Capillus flavus & criſpus, frons aperta & liberalis, oculi renidentes, & vultus gravis ſimul & ſerenus. Fratres ejus tres noti ſunt. Ægidius, de quo ſupra, Godefridus Canonicus ad ſanctos Apoſtolos, Adamus Conſul & vigiliarum Præfectus urbis Kempenæ, ex quo tres nepotes vidit Joannem juris Licentiatum, Civem Kempenſem, Martinum Sacerdotem Eccleſiaſticum ſancti Antonii in Myrica, & Ulricum. Sorores duas habuit, altera nupſit N. Heiſtero, unde natus Joannes Henricus Heiſter, de quo ſuo loco: altera nupſit Crapolio, cujus nepotes Michaëlem & Engelbertum Crapolium & horum filios poſteritas vidit.

D. Godefridus à Redinckhoven eoſdem apud Crapolios inſpexit, & deſumpſit lectiſſima diplomata, alia indicavit.

Joannem Gelenium meditatum fuiſſe, & manu ſuâ jam ſcripſiſſe *Annales Agrippinenſes* teſtatur Frater Ægidius *L. III. de magnitud. Coloniæ Agripp. pag. 295.*

Peligrini Archi-Epiſcopi vita ex notis Joannis Gelenii editur à Fratre Ægidio *L. III. de Col. Agripp. magnitud. pag. 298.*

S. Engelberti Archi-Epiſcopi & Martyris vita ab hoc Joanne ſcripta; ſed ab Ægidio edita fuit, ùt inſpectâ libri fronte patet.

Lexicon Iſelini. Ægidius Gelenius variis in libris.

JOANNES GELENIUS Kempenſis, natus ex Adamo Gelenio Conſule & vigiliarum Præfecto urbis Kempenſis, Fratre Joannis Vicarii Generalis & Ægidii Suffraganei Oſnabrugenſis, Jurisconſultus, adeóque nepos tantorum virorum. Ejus ſtudio prodiit

Succinctus tractatus de natura & ſignificationibus Cometarum, eclipſium & terræ motuum. Ubi de ſignis & cauſis everſionum rerum publicarum agitur. Coloniæ in 16to pp. 48. ſumptibus Henrici Fiſcher 1665. Author Bonnæ ſcribebat. Libellum Maximiliano Henrico Archi-Epiſcopo Colonienſi dicat Typographus Fiſcher.

JOANNES GEORGIUS ab ECKARD, cùm jam Germaniam plurimis ingenii ſui vaſtiſſimi monumentis illuſtraret, & liberali ſtipendio Bibliothecam ſereniſſimi Electoris Hannoverani Angliæ Regis potentiſſimi curaret: DEO intus monenti diutiùs reſiſtere non potuit. Profeſſus eſt enim non ſemel ſociis Colonienſibus (ad quos anno 1724. confugit, nihil monitis, ut ne obſiſterent, uxore, liberis & honoratiſſimo officio ac ſalario, abdicatis) annorum XX. & ampliùs concatenato ſtudio ex omnibus profanis & ſacris omnium ſæculorum à Chriſto nato ſuperſtitibus Scriptoribus, monumentis, actis, nummis, ſigillis, diplomatibus, fœderibus publicis & privatis certiſſimum ſibi eſſe, aut nullam ſupereſſe in orbe à Chriſto fundatam Eccleſiam, aut eam ſolam eſſe, quæ Romanæ Eccleſiæ Magiſterio & communione gaudet: quare exuit omnem ſenſum carnis & ſanguinis, poſtpoſuit omnem honoris & emolumentorum curam, & in Colonienſe Collegium S. J. noſtrum veræ fidei amplectendæ causâ ſe abdidit. Quanto gaudio, quàm liquido & vero ſolatio Lutheranos errores ejuraverit, & Catholicam fidem in manibus P. Stephani Bremmer profeſſus fuerit, nobiliſſimi quique Colonienſium Patriciorum & Magiſtratuum ex ore graviſſimi & celeberrimi Polyhiſtotici & Hiſtoriographi admirantes audiebant. Nec defuit divina Boniras ei, qui ob fidem Chriſti omnia Evangelico ſpiritu calcaverat: oblatus enim ei fuit honoratiſſimus locus Conſiliarii & Archivarii ab celſiſſimo Principe Wirceburgenſi, quem Eckardus, quod ab litteratiſſimo viro facilè expectes, ornavit mirificè, & demum uxorem ac liberos ad Catholicæ Eccleſiæ gremium redeuntes, veluti iterum pater genuit Chriſto.

Scripſit, dum in Colonienſi ſacro otio degeret, pro ampliſſimo Magiſtratu Colonienſi contra Authorem ſecuris ad radicem poſitæ. *Gründliche Widerlegung Capitis ſecundi der ſo genannten Securis ad radicem poſitæ, abgefaſſet von J. G. Eckard 1724. in Coll. Colon.* Autographum extat apud DD. Syndicos urbis hujus, reliquum viri elogium & Scriptorum ſyllabum dabunt Wirceburgenſes aut Hannoverani.

JOANNES GLUEL Aquiſgranenſis, Ordinem Carmelitarum ingreſſus, Prior Coloniæ fuit, excellentis ac præclari ingenii, divinis in ſcriptura egregiè doctus, vir omni admiratione digniſſimus, dicendi artifex, & Orator eloquens, gravis & ingenioſus Poëta, Theologus, ſacrarum litterarum nemini ſecundus. Obiit Coloniæ 1399. ut *Eyſengrein* ſcribit, Coloniæ obiiſſe 1412. 4. Idus Octobris. Scripſit

Speculum Carmelitarum, ſive de origine & profectu Ordinis ſui.

Quadrageſimale. Incipit: *Theſaurizate vobis. Lib. 1.*

Sermones de Sanctis. Lib. 1.

Sermones de Tempore. Lib. 1.

Trithemius. Eiſengrein. Daniel à V. Maria.

JOANNES GOBELINUS Vicarius Bonnenſis, claruit Friderico III. imperante, Pio II. Papa à ſecretis. Scripti ab eodem

Libri XII. qui falsò inſcribuntur *Commentarii Pii II.* Cùm ſint Commentarii de rebus geſtis Æneæ Sylvii, qui poſt Pius ſecundus dictus: ab hujus ortu, qui incidit in annum 1405. 14. Kalend. Novembris uſque ad Kalendas Januar. 1463. qui annus erat ſextus Pontificatûs Pii II. nondum exacti, ùt Gobelinus ipſe ſcribit extremo libro XII. Obiit autem Pius II. 1464. 15tâ. Auguſti, ſedit annos 5. menſes 11. dies 27. Bonâ autem fide Gobelinum ſcripſiſſe, indicare videntur hæc præfationis verba: *Tu, qui hæc aliquando legeris, ſtà demum boni conſule, ut mentionem nihil ignoſcas.* Ad ætatem pertinent, quæ in eadem præfatione dicit: *Martinum V. vidi, & Eugenium IV.*

IV. & Nicolaum V. & Calliſtum III. quos dum vixêre, damnavit populus, fato defunctos magnis extulit præconiis..... Orditur ab origine Picolomineæ domûs & Majoribus Pii II. Gratum ſanè opus Picolomineæ domui. De eo ſic Franciſcus Bandinus Picolomineus Archi-Epiſcopus Senenſis Epiſt. ad Gregorium XIII. Papam: *Qui quidem codices mihi pergrati fuerunt; ſed unus longè gratiſſimus inter eos inventus, accuratiſſimè manuſcriptus & delineatus in membranis, quo res geſtæ temporibus Pii II. Papæ, qui avunculi mei, Joannis Piccolominei Cardinalis Senenſis Oſtienſisque Epiſcopi avus fuerat, continebantur à quodam Joanne Gobelino ipſius Pii II. familiari ſatis luculenter, ùt ea erant tempora, in Commentarium relatæ atque deſcriptæ. Hunc ego, dum eſſem juvenis, perſæpè legi, multáque in eo, ne dicam omnia, non commendatione ſolùm, ſed admiratione digna judicavi.* Hos Gobelini Commentarios idem Bandinus juris publici fecit anno MDLXXXIV. typis Dominicæ Boſſæ & ſociorum ubis Typographorum. Poſtea autem Francofurti in Officina Aubriana recuſi fuêre anno CIↃ. IↃCXIV. Hactenus *Voſſius. Oudin in ſupplement. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Aubert. Miræi in Auctario de Scriptorib. Eccleſiaſt. Labbe de Script. Eccleſiaſt.*

JOANNES GODEFRIDUS von REDINGHÖVEN natus 1628. 10. Novembr. J. U. D. fuit, Aulæ Clivenſis Conſiliarius & Commiſſarius, Præfectus Archivii, junctus matrimonio Mariæ Eliſabethæ von Ley in Bulganaw und Vinſtel, mortuus 1678. 8. Maji. Reliquit manu ſuâ ſcriptos

Tomos XX. in folio & plures. Ampliſſimam & literatiſſimam hæreditatem, quibus Juliæ, Montium, Cliviæ & Statuum affinium Palatinæ domui Neoburgicæ ſubjectorum plena luculentáque notitia continetur, diplomatibus, chartis, pactis genuiniis, documentis, ſigillis, inſignibus, Genealogiis, epitaphiis, omnigenóque genere documentorum refertiſſima, præter ſexagenos & ampliùs variæ formæ Tomos collectaneorum inſtrumentorum.

JOANNES GODEFRIDUS ROETZ naſcitur in vico Baaſem prope Croneburgam in Eifflia. Vocatus à DEO ad ſtatum Eccleſiaſticum anno 1696. Sacerdotii Ordinem ſacrum ſuſcepit: anno 1699. Parochiam ad ſanctam Crucem in Glaad ſibi oblatam regendam aggreſſus, verbo & exemplo zeloſiſſimum animarum Paſtorem, divini cultûs & decoris domûs DEI Inſtauratorem indefeſſum ſe præbuit; electus ſubin Camerarius Chriſtianitatis Eiffliacæ. Vacante per mortem Parochiâ Mulhemianâ ad Rhenum, interventu Reverendiſſimi Vicarii Generalis Colonienſis (cui præclaræ dotes & talentum regendis animabus aptiſſimum bene notæ erant) promovetur ad hanc Parochiam, quam pari ſpiritu Apoſtolico ad mortem uſque ſanctè obitam gubernavit. Hæc incidit in diem 9. Julii anni 1739. ætatis 66. Scripſit & typo dedit

1. *Täglich eröffnete Schule der Liebe im Hochwürdigſten Sacrament des Altars, ſive Vitas Ss. BB. & eximiorum cultorum ſanctiſſimi Sacramenti. Erſter Theil. Cöllen am Rhein gedruckt von Johan Alſtorff 1714. pp. 517. Anderer Thel ibidem eodem anno & typo pp. 615.*

2. *Die zum andernmahl eröffnete Schule der Liebe im Hochwürdigſten Sacrament des Altars, das iſt, Sacramentaliſches Jahr-Buch. Zweyter Jahr-Gang. Cöllen in den Nœtheniani ſchen Buchladen 1733. neben dem Regiſter pp. 651. Tomi 2. pp. 714. Tomi 3. pp. 686.*

3. *Himmliſche Tiſch- und Zucht-Schul, das iſt, Sacramentaliſche Andachts-Ubungen &c. in Franzöſiſcher Sprach beſchrieben durch R. P. L. Vaubert S. J. anjetzo in das Teutſche überſetzet durch Joannem Godefridum Roetz Paſtoren zu Mülheim am Rhein. Cöllen in den Nœtheniani ſchen Buchladen 1738. pp. 544.*

JOANNES GOLDENER ſive GULDENERUS Carmelita Conventûs Colonienſis, Doctor Pariſienſis, vir fuit doctrinæ profundæ, & Eccleſiaſtes ſui ſæculi ſummus, obiit actu Regens Bruxellis 1355. Scripſit

Sermones de Tempore & Sanctis.
Sermones Adventuales & Quadrageſimales.
Poſſevinus, Suverttius, Friſius.

JOANNES GROPPERUS naſcitur Suſati 1501. ex Joanne Gropper Conſule Suſatenſi & Anna Hugen primus è novem liberis. Philoſophica ſtudia abſolvit in Gymnaſio Montano Colonienſi, cujus munificus Mecœnas fuit fundo dato, è quo ſalaria præberentur duabus ſacris lectionibus habendis in eo Gymnaſio diebus feriâ IV. & Sabbatho. Doctrinæ præſtantiâ meruit lauream Doctoris Juris Canonici in Univerſitate Colonienſi, & beneficia Eccleſiaſtica plura; fuit enim Præpoſitus Xantenſis & Officialis, Præpoſitus quoque Suſatenſis, Scholaſticus ſancti Gereonis Coloniæ, Canonicus Metropoliticus. Anno 1551. adiit Decanatum B. V. M. in Gradibus, quem reſignavit ad manus Capituli Graduani 1580. Gratus comprimis fuit Hermanno Electori Colonienſi, & in reformanda ſub hoc Archi-Epiſcopo Eccleſia multum eidem delatum fuit. Primò mitiorem in partem inclinabat, & inter eos potiùs, qui conciliandâ utrâque parte, quàm qui in confutandis proteſtantibus ſatagebat, numerandus venit, Iſelino in ſuo Lexico Baſileenſi 1536. confecerat exemplar reformandæ ab Hermanno Eccleſiæ Catholicæ, quod neque Catholicis neque Proteſtantibus probatum fuit. 1541. ob notam pacatæ indolis lenitudinem ac prudentiam ab Cæſare deligitur inter eos, qui collocutioni nomine ſuo inſtituendo adeſſet, quæ res magnam Lutheranis de eo ſpem excitârat, contra ſuſpicionem Catholicis, Eckio imprimis injecerat, quanquam Auguſtus de fide ejus & candore in Conventu palàm teſtatus ſit. Sunt, qui eundem faciunt Authorem libelli ab Imperatore collocuturis oblati, velut prototypi concordiæ ineundæ, cujus aſſertionis certa fundamenta deſidero. Interea hic Bucerum omnia promittentem, & hæreſes ſub pacis nomine venditantem intimiùs noſcere cœperat, quem Elector Hermannus poſt Hagenoenſem congreſſum, inſciis Theodorico Comite de Manderſcheidt Cancellario, & Joanne Groppero evocat Argentorato Bonnam anno 1542. Accerſiti Buſchovium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vium Nopelius Suffraganeus & Gropperus, admirantur, Bucerum inexpectatum hospitem. Gropperus mox detecto Buceri consilio hæreticos introducendæ palàm obstitit, imò in colloquio Wormatiensi omnes præcipuos articulos fidei Catholicæ confitentis, & manu suâ subsignantis Autographum Gropperus Hermanno Archi-Episcopo ostendit: cúmque nihil proficeret, Electorali Reformationi viribus omnibus opponit sese, scribit nomine Universitatis & Cleri Colonienſis Antididauma, & delegatur 1545. ad Conventum Imperii Wormatiensem Ecclesiæ Colonienſis Patronus & Advocatus apud Cæsarem, demum Hermanno Electore abdicato à Papa & Cæsare succedit Adolphus Schawenburgicus. Pontifex donat Groppero loco Friderici de Weda Archi-Diaconatum & Præposituram Bonnensem. Paulus IV. eundem 1555. Cardinalem elegerat, sed recusavit Galerum suscipere. Surius *in præfatione in versionem Latinam de veritate Corporis Christi* ait: " Multa in eo (Groppero Cardinali designa- " to) vidi laude digna, cùm adolescentulus apud " D. Gereonem in ædibus D. Georgii Lunden- " sis Archi-Episcopi Convictor essem. Mensa " Joanni Groppero etsi honesta & liberalis erat, " tamen ad eam nihil, nisi ferè de divinis scri- " pturis ab illo proferebatur, quas etiam inter " edendum ex Ss. Patrum monumentis eâ gratiâ " interpretari solitus erat, ut mihi privatim qui- " dam urbis hujus Colonienſis non infimus di- " xerit, se libenter centum illi aureos numera- " turum, ut liceret vel anno uno quotidie illius " mensæ allidere; & quamvis totus esset in li- " bris, nisi aliò eum (id quod identidem acci- " dit) seria negotia avocarent, tamen prope as- " siduus in templo fuit, cùm illic pro more di- " vinarum laudum pensum persolveretur, & ut " cæteris ejus virtutibus prætermissis rem in pau- " ca conferam, talem ille interea se præbuit, " cùm Coloniæ vixit maximè in hæreticis ab " hac tota Diœcesi arcendis, ut eum non im- " meritò PATREM PATRIÆ appellare possimus. " Castimoniæ ejus exemplum narratur singulare, " quod intritus casu famulam absente famulo " lectum suum componentem, non illam solùm " expulerit cubiculo, sed lectum cum stragulis " per fenestras ejici mandârit.

Anno 1558. 7. Kal. Augusti electo jam Gebhardo Mansfeldio Archiepiscopo Col. iter Romam instituit cum Fratre Cæsparo & Joanne Oliverio Colonienſi Vicario B. Virginis Mariæ ad Gradus sæpè invitatus à Papa. Augustam Vindelicorum cùm advenit, tertianâ tentatur, quâ spretâ, iter prosequitur in forum Livium usque, ubi malo licèt ingravescente Petaram contendit, quo propinquior esset Laureto. Ad extrema deductus, B. Virginem Lauretanam invocat, liceat ante mortem invisere. Voti reus adit, hæret sesqui die. Romam appulsus, jubetur in Palatio Pontificis residere, cujus medicis brevi restitutus sibi fuit. Quantum placuit hospes Pontifici, tantum displicuit æmulis, quorum suasu Delphinus Venetus libros ejus acriori censurâ mordet. Verùm præsens Gropperus exhibuit confutationem luculentam, utique manu scriptam duntaxat, quâ integritatem suæ fidei & doctrinæ probavit omnibus. Quattiduanâ subin febri correptus, viatico & unctione sacrâ munitus, diem obiit suum. Episcoporum more solemni pompâ tumulato biduo ante conspiciendus populo datus, tantam sui admirationem concivit, ut plurimi exclamarent, se nunquam vidisse virum magis aspectu decorum, ac serenâ majestate conspicuum. Post triduum in Ecclesia Germanorum ad pedes Adriani Pontificis sepultus est. Pontifex in oratione funebri, quam in demortui laudem ore proprio recitavit, sæpè hæc interpolavit: *Nequaquam D. Gropperum amisimus; sed ad DEUM præmisimus. Hæc omnia Crombach ex ore Oliverii auriti & oculati testis.*

Hoc Pontificis Encomium, hoc Epitaphium.

D. O. M.

D. JOANNI GROPPERO religionis fideique Catholicæ Propugnatori acerrimo post incredibiles summis cum periculis pro Ecclesiæ ac religionis conservatione magno semper & invicto animo exantlatos labores, multáque præclara litterarum monumenta edita ob perpetuam fidei pietatisque constantiam, incomparabilem doctrinam summas virtutes absenti, nec quidquam minus cogitanti in sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptato præmaturâ adhuc morte, quando suî opera imprimis desiderabatur, ex humanis erepto Fratri piissimo, atque optimè merito Godefridus & Casparus Fratres Gropperi mœstissimi pp. vixit annis 57. diebus 18. obiit 7timo idus Martii 1559.

Præter amplam & instructissimam Bibliothecam, quam Gropperus noster multæ ac prope incredibilis lectionis tenaci memoriâ & infatigabili animo vir Joanni Groppero ex fratre nepoti, & in officio Scholastici Gereonitici successori reliquit, scripsit

1. *Von vvahrer, vvesentlicher und bleibender Gegenvvärtigkeit des Leibs und Bluts Christi nach geschehener Consecration und derselben Anbettung im hochvvürdigsten heiligsten Sacrament des Altars, und von der Communion unter einer Gestalt vvider jetziger Zeit entstandene und vveit ausbreitete Ketzereyen und Secten, durch Johannem Gropperum Doct. Ertz-Diacon der H. Kirchen zu Cöllen. in folio pp. 448. aber nur auff einer Seiten*

ten gezeichnet 1548. Laurentius Surius ait se didicisse, quòd Author ipsus cœperit Latinum facere hunc librum; sed ut absolveret, occupationes gravissimas non fuisse passas: dein Christophorus Cassianus Karbachi sacrosanctæ Theologiæ Doctor Latio eum reddidit, non sinè quibusdam erroribus, quos correxit Laurentius Surius, mentem & sensum Authoris & verba felicius assecutus.

De veritate Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia. De asservatione Eucharistiæ. De Christo in Eucharistia adorando. De Communione alterius speciei. Optimè integréque Latinè redditum opus per F. Laurentium Surium Cartusianum. Colonia apud hæredes Joannis Quentel in 4to pag. 724. præter eruditam præfationem & copiosum indicem 1560.

2. *Haupt-Artickel Christlicher Unterrichtung zur Gottseeligkeit, auch ein Bett-Büchlein aus Göttlicher Schrifft und den heiligen Vätteren gezogen durch Doctor Johan Gropper Scholaster zu sanct Gereon in Cölln, vertentscht und gedruckt durch Gaspar von Gennep in 8vo pp. von A bis Mm. 1547.*

Idem Latinè editus circa 1547. videtur, sed primam editionem non vidi.

Institutio Catholica, elementa Christianæ pietatis succinctâ brevitate complectens, cui subjungitur *Isagoge ad pleniorem cognitionem universæ religionis Catholicæ omnibus ad sacros Ordines & Ecclesiastica ministeria provectis & provehendis apprimè necessaria. Coloniæ excudebat Jaspar Gennepæus in 8vo pp. 825. 1550. Eadem in 12mo.*

Eruditissimus liber, insigni præfatione præstructâ, quâ & Hæreticorum fraudes, & vigilantiam Catholicorum, & modum evellendæ hæreseos ostendit Adolpho Archi-Episcopo Colonienfi, cui librum dedicat. Unum observo, prodiisse verosimiliter editionem Latinam hujus institutionis ante 1547. quam Germanicam factam Gennepæus eo anno prodidit; sed ea editio non est mihi visa hactenus.

3. 4. *Antididagma* & *Enchiridion* eidem Joanni Groppero velut parenti, authori, aut saltem præcipuo scriptori qui tribuat, non aberrabit à vero meo judicio.

5. *Oratio habita in Concilio Tridentino ab Joanne Groppero die Epiphaniæ Domini.*

6. *Libellus Germanus Coloniæ editus: Wie bey Haltung und Reichung der heiligen Sacramenten, vermög der Käyserlichen Declaration, die Priester das Volck unterrichten mögen von dem Wesen und Wirckung der Ceremonien, welche dabey in Catholischer Kirchen gebraucht werden durch Johan Gropper, mit Käyserlichem Privilegio, zu Cölln bey Jaspar von Gennep MDXLIX. pp. 4.*

7. *Capita institutionis ad pietatem ex sacris scripturis & orthodoxa Catholica Ecclesiæ doctrina & traditione excerpta. Colonia apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1563. in 12mo pp. 256. Eadem in 8vo prodierunt.*

Kurtze und vvahre Beschreibung geistlicher und vveltlicher Sachen ad annum Christi 1545. Sleidani decumanas calumnias in Groppetum jactas confutat, quanquam ipse Gropperus scripto in oculis Augustissimi Conventûs Ratisponnensi edito rumores de se falsò jactatos evidenter dissipat, & ab ipso Augusto Cæsare Carolo V. testimonium candidi & sinceri Colloquutoris impetravit. Bucerus omnium horarum Theologus uti Eckio, sic Groppero & Pflugio multa imponit libello Argentinæ vulgato 1541. Ex hoc fonte venenato bibit Sleidanus, sed quæ à Groppero sunt edita, non vidit Sleidanus, si Diis placet. Credite Acatholici!

JOANNES GROTHAUS natione Germanus, patriâ Bechemensis, in Westphalia natus anno sæculi XVI. primo, Societatem Jesu vicennis ingressus est, & vota quatuor solemnia nuncupavit. Tradidit in eâ manfuetiores litteras, Philosophiam, Matheſin & Ethicam apud Ubios, & ibidem cum eximio eruditionis encomio sacram scripturam est interpretatus. Adscitus in Confessarium à celsissimo Principe & Episcopo Paderbornensi Ferdinando de Fürstenberg, verum exemplar veterum Religiosorum & solidarum virtutum, dum in illius aula Neuhusii degeret, se exhibuit. Eminuit in eo insignis humilitas & abjectio sui ipsius demittentis se ultrò ad infima aulæ servitia, eluxit etiam effusa in omnes charitas, sed præsertim in egenos. Paupertatis in se ipso mirum in modum amans, quidquid in victu, vestitu vel habitatione singulare quid saperet, non admittebat; quamvis viribus penè fatiscentibus perpetuò langueret. Convivia adire cum suo Principe, imò & ipsius Principis mensam, quoad licuit, declinabat. Quàm peritus fuerit in Matheſi, Historiis, Chronologia, luculenter ostendit Ratisbonæ in Comitiis Imperialibus, ad quæ suum Principem secutus; cùm ibi ageretur de Ephemeridibus Gregorianis totâ Germaniâ recipiendis, illarum æquitatem ità dilucidè peritis ex historia & astronomia momentis illustravit, ut nihil ultra disquirendum fuerit, evicisséque omninò, nisi pertinacia Heterodoxorum obstitisset. Demum annis gravis, & multâ fruge bonorum operum cumulatus, ex hac vita excessit Neuhusii die 28. Aprilis anno 1669. Quanti porrò illum æstimârit Princeps suus, tum aliàs sæpiùs ostendit, tum maximè, quando extremæ illius unctioni & luctæ interesse voluit, & exequias defuncto solemnes tum Neuhusii, tum Paderbornæ cum suo clero celebravit. Edidit vernaculâ linguâ vir pro bono animarum admodum laboriosus

Doctrina Christiana centum quæstiones. Coloniæ apud Frieſſem 1647. in 12mo. Auctas & recusas octies in Bavaria & alibi.

Vitam Christianam nonaginta quæstionibus explicatam. ibid. 1649.

Rosarium seu Psalterium B. Virginis cum facili modo meditandi mysteria. Coloniæ apud Overradt 1649.

Mysteria fidei compendio demonstrata in sacrificio Missæ cum figuris, Latinè, Germanicè & Latinè recusa apud eundem. 1649. in 18vo.

Cor humanum triplici disciplinâ eruditum, apud eundem 1655. in 16to.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Auxiliares Sanctos quatuordecim. Colon. 1646. in 16to.

Dictionarium minus pro scholis Grammaticæ, majus pro superioribus, maximum pro usu Philosophorum. Coloniæ.

Historiam Sodalitii Ursulani Coloniæ in templo ejusdem reformati. Coloniæ 1645.

Suffraganeos Colonienses editos à D. Heistor. Coloniæ 1641. & recudendos ibidem 1670. MSs. augmentis ampliavit.

JOANNES GUINTERIUS Andernaci ad Rhenum, non ad Mosellam (ùt scribit Pantaleo) in civitate municipali Archi-Diœcesis Colonienſis nascitur. Lovanii linguas & artes didicit. Parisiis Græcas litteras publico & honorario stipendio docuit (ùt refert Pantaleo) itidem cùm rei medicæ non segnem operam navâsset, ad laurum professionis ejusdem devenit. Medicum fuisse appellatum, scribit Henricus Scherer Geographiâ politicâ pag. 630; postmodum ob celebrem nominis famam à Rege Daniæ in aulam suam evocatum, sed gratiam oblatam modestè recusâsse, à Ferdinando I. Imperatore nobilium insignibus & privilegiis donatum esse. Inter Reipublicæ Argentoratensis Proceres adlectus, anno demum 1543. ad Germanos rediit.

Jacobus Omphalius purioris Latinitatis sæculo suo Vindex, popularem suum Guinterium multis laudibus ornat: Multorum sermonibus (ait *Epistolâ ad eum Tolosâ scriptâ 1536. 4. idus Febr. pag. 363. inter familiares à filio editas*) usurpatur, unum te esse, qui Germanus Romanâ civitate Galenum donaveris, Romanam juventutem in Græcorum possessionem avitámque laudem quotidie magnâ auditorum affluentiâ atque admiratione restituas, nec industriâ solùm aut ingenio cæteros omnes, qui in eruditionis gloria versantur, facilè vincas; sed interpretandi quoque fide & altâ quâdam magnarum disciplinarum cognitione superes. Obiit Argentorati 1574. 4. Octobr. Edidit

Versa primùm à se, aut castigatiori stilo vulgata hæc Galeni opera, teste Frisio ultimo Editore Simleriana & Gesneriana Bibliotheca.

De anatomicis administrationibus libros IX.

De constitutione artis medicæ.

De Theriaca ad Pisonem.

De pulsibus ad medicinæ Candidatos.

Introductionem seu medicum de sectis ad medicinæ Candidatos.

De præsagiis ex insomniis.

Hippocratis librum de victûs ratione privatarum cum Galeni Commentario.

Polybii de victûs ratione libellum.

De semine Galeni lib. 2. adjectis castigationibus Græci exemplaris.

De facultatum naturalium substantia.

Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur.

De elementis.

De propriorum animi cujusque affectuum remedio & agnitione.

De optima corporis humani constitutione.

De bono corporis habitu.

De plenitudine.

De atra bile.

De tumoribus præter naturam.

In librum Hippocratis de natura hominis Commentarii 2.

De antidotis libros duos.

Præfationem in methodum medendi, Galeni ad Glauconem seorsim Græcè Parisiis excusam: querimonia est Guinterii de medicinæ veteris interitu.

Pauli Aginetæ libros II. qui summam rei medicæ complectuntur ex novissima translatione Guinterii Commentariis illustratos. Argentorati apud Richelium 1541.

Anatomicarum institutionum secundùm Galeni sententiam ad Candidatos medicinæ libros IV, impressos Basileæ apud Robertum Winter 1506. cum opusculo Georgii Vallæ de partibus humani corporis. Dein hi recogniti & aucti fuêre per Andream Vesalium. Venetiis in 16to.

De victûs & medicinæ ratione tum alio, tum tempore pestis observanda. Argentorati apud Wendel 1542.

De totius morbi temporibus Galeni librum versum à Guinterio impresserunt juncti Fratres Venetiis 1550. cum reliquis Galeni operibus. Danus Cornarius Physicus 1549. in editione omnium operum Galeni hujus & aliorum supra laudatorum penè omnium versionem Guinterio attribuit.

De medicina veteri & nova tum cognoscenda, tum facienda Commentarios duos. Basileæ apud Henricum Petri 1571. in folio.

De balneis & aquis medicatis dialogos tres.

De peste scripsit 1564. cùm grassaretur per Rheni tractum.

De compositione medicamentorum & usu eorundem.

De humorum præparatione.

Commentaria Oribasii (ùt credebat Guinterius) in Hippocratis aphorismos primus ipse edidit.

V. Petrum Castellanum in vitis illustrium Medicorum, Gesnerum, Simlerum, Swertium, Pantaleonem, Scherer in Geographia politica.

JOANNES GUMMERSBACH natus Coloniæ Agrippinæ, Societatem Jesu ingressus est 1711. iteratis precibus rogavit admodum R. P. N. Generalem Angelum Tamburinum aditum ad missiones Indicas. Impetratâ veniâ, cùm vacaret studiis Theologicis, primâ datâ occasione sacros Ordines suscepit, & oblatâ Ostendanâ navigatione, amore DEI & animarum zelo inflammatus, ibidem navim magno alacrique animo conscendit cum aliis, quâ diutiùs provecti, in tempestatem adeò terribilem inciderunt, ut, quorquot aderant, tumbam in navi, sepulchrum in mari designarent. Sed Pater Joannes sereno vultu, & quasi Prophetico spiritu ajebat: *Fratres ponite metum, navis hæc secura ab interitu est, DEUS me eâ vehet in Indias:* & licèt duabus aliis occasionibus in manifestum vitæ discrimen

men incurrissent, P. Joannes pari constantiâ iis inculcabat, nemo abjiceret animum, certum sibi esse, hâc navi se ad Indias portandum. Ubi ad portum *vera Crux* feliciter appulit, mox inde ad Collegium Mexicanum Ss. Petri & Pauli traductus, studia sua Theologica prosecutus est. Interea incensus adeò zelo animarum, & sacris functionibus distentus erat, ut dubitares, alumnus scholæ Theologicæ, an operarius Collegii esset. Absolutis studiis Theologicis & tertiâ probatione, quatuor votorum professus, reverà Indis præstitit, quod Apostolus Corinthiis dicens: *Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris*, 2 Corinth. c. 12. Concursus ad sacrum ejus tribunal extra ordinem frequens erat, ità ut subinde intrà duos dies & unam noctem plus quàm triginta horas insumpserit in audiendis exomologesibus. Si quid temporis erat residuum, vel ad carceres vel ad nosocomia visenda ferebatur, inde regressus ad cubiculum, orationi & meditationi totum se dabat. Ultrò offerebat se ad labores pro salute animarum subeundos, & oblatos magnâ aviditate arripiebat, pro DEO laborabat, pro DEO mortificabat se, pro DEO comedebat, imò pro DEO & cibum & omnia derelinquebat. Tam exteroi, quàm domestici stupebant insatiabilem Patris Joannis zelum. Qui vitam ejus descripsit ex urbe Mexicana huc Coloniam transmissam, Antonius Balthasar Julius, Rector Collegii Mexicani, refert sequentia: "Fateor religiosâ ingenuitate, " quòd si industrias, quas amor purus DEI dicta- " bat Joanni, minutim exponere voluero, oporte- " bit conficere ingens volumen vitæ scribendæ, " quam semel DEO dicatam totam in ara perfe- " ctæ charitatis insumpsit. Passim, publicéque di- " cebatur *Pater Indorum.*" Sub finem vitæ prolixiores virium defectiones passus præter rheuma è capite in pectus defluum, malignâ febri correptus fuit, extremisque piissimè munitus, die Veneris sancto inter tertiam & quartam maturinam, dum anima ejus Deo commendaretur, eandem in manus Patris cælestis (ût planè confidimus) transmisit 1736. 19. April. Vita ejus Coloniæ Agrippinæ Germanicè ex Hispanico versa typo fuit edita 1737. Scripsit varia, quæ è Castellano in Mexicanum idioma transtulit, non nisi utilissimos ad sanctimoniam

De præstantia divinæ gratiæ.

De discrimine temporis & æternitatis Joannis Nierenbergii.

Exercitia S. P. N. Ignatii.

Veritates æternas Caroli Rosignoli.

Discursus P. Joannis Martines de la Parra.

Et alios varios lectos sermones.

JOANNES GYMNICUS Colonienſis, celebris in patria ſua Typographus, à quo editos libros in ſuas claſſes digeſtos Michael Mattaire Annalium Typographicorum Tom. II. à pag. 585. enumerare operæ pretium cenſuit, ubi eos vide. Juriſconſultos, Poëtas, Hiſtoriographos, varios Theologos, Dialecticos, Grammaticos, Græcos, Latinos. Conradus Geſnerus Tiguri huic J. G. decimum quintum ſuarum Pandectarum de Metaphyſica librum inſcripſit cum inſigni encomio induſtriæ typographicæ. Exordium Epiſtolæ deſcribo: " D. Joanni Gymnico Typographo Colo- " nienſi de bonis litteris optimè merito Conradus " Geſnerus S. P. D. Multi & egregii nobis ex " tua officina nati codices, optime GYMNICE, " non ſinunt te facie mihi ignotum, libris excuſis " notiſſimum inter clariſſimos noſtri ſæculi, quos " quidem ipſe noverim, Typographos præteriri.... Tiguri 28vâ Maji 1548. Genuit filium cognomine Joannem, qui & ipſe typographiam coluit.

JOANNES HASIUS natione Belga, patriâ Sylvæducenſis, die 24tâ Januarii anno ſalutis 1562. Coloniæ Soc. Jeſu adſcriptus eſt. Hic in Provincia Rheni ſtrenuum ſe Societati Jeſu Miniſtrum exhibuit: nam Coloniæ in Gymnaſio Tricoronato ter Philoſophiæ docendæ laborem ſubivit; inde Eccleſiaſten annos aliquot egit, Sodalitio quoque majori Academicorum in Gymnaſio Tricoronato præfectus fuit, tum Doctor creatus Herbipoli Theologiam profeſſus eſt. Tribus Præpoſitis Provincialibus adjunctus Conſiliarius & Comes obeundæ Provinciæ aſſiduum atque utilem laborem impendit. Rectoris officium Embricæ Clivorum, cujus Collegii prima fundamenta jecit, inſigni conſtantiâ animi ſemel obivit, animi magnitudine tantâ præditus, ut Embricâ ab Hæreticis cedere juſſus, neque minis, neque terroribus, neque hoſtium exercitu ſe de mentis conſtantia deduci paſſus ſit, perſtiteritque Hæreticis invitis ac frementibus in civitate. Dicendi, & vitia caſtigandi libertate fuit ſingularis. Adulatores & ſimulatores peſſimè perſequebatur, eò tutiùs, quò magis erat religioſâ obſervantiâ & doctrinâ conſpicuus. Poſtquam ultimo aut penultimo vitæ anno generali exomologeſi ad mortem Chriſtianâ fiduciâ excipiendam ſeſe comparâſſet, obiit Embricæ octavo Kalend. Aprilis 1624. ætatis 81, religionis 62, à ſuſcepta votorum quatuor ſolemni profeſſione 53. Scripſit vel perfecit potiùs

Opus Petri Buſæi, qui Catechiſmum P. Petri Caniſii Ss. Patrum authoritatibus locupletavit.

Cæſarii Heiſterbacenſis exempla illuſtravit, & ut viſiones, quæ in illis referuntur, confirmaret, bene longam præfationem adjecit.

Chronologiæ, quæ paſſim in patente folio per Germaniam magna cum laude circumfertur, ipſe quoque Author eſt.

Adornabat etiam editionem meliorem Chronici Mariani Scoti ad vetera exemplaria comparati.

Sodalis ſtudioſus, ſive modus piè ac Chriſtianè ſtudendi, Sodalibus parthenicis, Theologis, Juriſtis, Medicis, Philoſophis, ac politioris litteraturæ ſtudioſis accommodatus, & Sodalibus beatæ Mariæ Virginis Colonienſibus in Gymnaſio trium Coronarum S. J. ſtrenæ loco diſtributus. Coloniæ 1636. apud Joannem Kinckium in 18vo pp. 69. Præfationi nomen ſubſcribit Haſius. In ea eruditè diſcurrit de uſu xeniorum ex jure & hiſtoria Eccleſiaſtica.

JOANNES HEIM natione Germanus, patriâ Biſchopheimio-Fuldenſis, cooptatus in Societatem Jeſu 1618. ætatis 19. vota quatuor emiſit. Philoſophiam & Theologiam multis annis pro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ceſſus eſt. Ejuſdem Licentiatus ab eximio Franciſco van der Veken S. J. Doctore renuntiatur anno 1641. in Univerſitate Agrippinenſi, ab eodem Eximio Doctoris laureâ coronatur 1656. die 25. Januarii. Goloniæ Eccleſiaſten in ſumma Æde Metropolitana egit. Vir magni ingenii, limati judicii, prudens, humilis, religioſus, apoplexiâ tactus, & triduo cum morte luctatus, tandem ſuccubuit Coloniæ die 13. Octobris 1662. Edidit inter alia minutiora Germanicè

Regulam Theodoſii Imperatoris pro terminandis horum temporum controverſiis per ſacras ſcripturas ſecundùm explicationes priſcorum intellectas. Coloniæ apud Wilh. Frieſſem 1652. in 12mo.

Concionem in funere Ferdinandi Archi-Epiſcopi & Electoris Colonienſis habitam de ejus vita & virtutibus. Coloniæ.

JOANNES HEINSBERGIUS illuſtri proſapiâ Dominorum de Hinsberg progenitus intrà Ducatum Juliacenſem ex Præpoſito Aquiſgranenſi in Leodienſem Epiſcopum 1419. electus, Eccleſiam ejúsque Principatum totis annis 36, & quod excurrit, adminiſtravit; anno autem 1445. Synodum celebravit, ac decreta ſeu ſtatuta tam ſua, quàm prædeceſſorum ſuorum in unum corpus collecta conſcribi, publicari & obſervari mandavit: quorum collectio prodiit Lovanii 1500. typis Theodorici Aloſtenſis. Verùm cùm ferre ultra effrænem Leodienſium civium inſolentiam non poſſet, ultroneus Epiſcopatui ceſſit 1455. Demum obiit 1459. die 18. Octobris, ùt monumenta Eccleſiæ Heinsbergenſis ſcribunt. Hæc Valerius Andreas *ex Biblioth. Belg. pag. 414. editionis 1643. Lovanii in quarto. Caſimirus Oudin Tom. III. p. 2568.*

JOANNES HEYL celebris Typographus Colonienſis initio ſæculi XVI, Græcè maluit Soter nuncupari. Videtur Orientalium linguarum Græcæ ac Hebraicæ, & imprimis Latinæ linguæ peritus fuiſſe: affirmat enim Le Long *in Biblioth. ſacra*, affinem ejus Joannem Potkenium in edendo 1518. Pſalterio tetraglotto adjutum admodum fuiſſe à Sotere.

Ludere etiam ſolebat in ſuo nomine variis ſymbolis illud libris appingendo: apponebat enim vel fronti libri vel fini figuram quinquangulam cum Græco Ygeia, Pentalpha, *Sanitas* circumſcripto quaſi Amuletum, ab Antiocho Soteros Syriæ Rege uſurpatum ex monitu Alexandri Magni, cujus ſpeciem vidiſſe ſe ſomniavit aut credidit veluti efficax medium Galatis debellandis, quæ lege apud Pierium *Hieroglyph. 47. pag. 599.* & apud Lucianum; dein Æthiopicis litteris circumſcribebat illud Proverb. XII. 18. *Lingua Sapientum ſanitas.* Græcum illud: *Sanitate nil melius in vita.* Latinum illud: *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.* Quibus omnibus ſui cognominis Ἡγεὶ poteſtatem jactabat.

1528. *Epigrammata Græca veterum elegantiſſima, eademque Latina ab utriuſque linguæ viris doctiſſimis verſa, atque in rem ſtudioſorum è diverſis Authoribus per Joannem Soterem collecta, nuncque iterum edita Coloniæ ejuſdem typo in 8vo pp. 320.*

Idem Joannes Soter Soligniaci (ſic vocat Solingam in Ducatu Montenſi) typographiam habuit, è qua multa prodierunt, quæ Colonienſis Eccleſiæ & Univerſitatis lucem non ferebant.

JOANNES HILTZ Coloniâ Agrippinenſium ortus, tertius fuit Architectus celeberrimæ totâ Europâ Turris templi Cathedralis Eccleſiæ Argentinenſis. *Anno Domini 1277. in die beati Urbani hoc glorioſum opus inchoavit Magiſter Joannes de Steinbach* (ùt legere eſt ſupra apſidem mediæ januæ ejuſdem Eccleſiæ) quo anno 1318. defuncto ſubrogatus fuit filius, ſanguinis & artis paternæ hæres, & Synonymus Joannes, qui turrim, cùm uſque ad ſpeculum *das Wächter-Häuſlein* perduxiſſet, ereptus terris fuit anno Domini 1399. Huic ſucceſſit noſter Holtzius, qui quatuor cochleas admirando artificio & turrim ad galeam uſque *biß an den Helm* perfecit, & vitâ functus, opus affectum bene longo tempore reliquit, donec idoneus Architectus ſufficeretur. Demum anno 1439. in hebdomada ſancti Joannis Baptiſtæ crux & globus & egregia Deiparæ ſtatua galeæ turris impoſita fuêre, & turris intervallo 163. annorum; tota Eccleſia (qualis nunc eſt, ait Schadæus anno Domini 1617.) 670. annorum ſpatio conſummata fuêre.

Turris, judice Wimpfelingio, altitudo excedit DXV. cubitos, qui & Æneæ Sylvii Itali (ne ſolis patriis Scriptoribus commendari opus putetur) ſententiam de Germanorum Architectonicæ ſubjicit: *Sunt* (ait Sylvius) *Teutonici mirabiles Mathematici: omnes gentes in architectura ſuperant.*

JOANNES HINSEN J. U. D. celebris Advocatus & Conſul Weſaliæ. In fine prioris ſæculi diem ſupremum obiit. Relicta ab eodem ſcripta Latino idiomate

Cliviæ & Vicinia Hiſtoria, & in illis Incolæ, Principes, & ſub illis mutationes præcipuæ ex fide dignis Authoribus & eorum verbis collecta. Initium ducitur à Monarchis Romanis, & 1490. terminatur. Opus illud conſtans Capitulis LIII. & duobus voluminibus in folio grandi labore confectum fuit.

Genealogia illuſtriſſimorum Comitum de Limburg in Styrum, jam etiam Comitum de Bronckhorſt, Dominorum in Borculo, Wichs, Gehmen, &c. ex antiquis litterarum documentis illuſtrata. Totum opus conſtat capitibus 20.

Dominus Dithmarus in ſuis annotationibus ad Annales Teſchenmacheri ſcribit: Res quidem Clivenſes poſt ipſum deſcribere ſibi propoſuerat ampliſſ. Civit. Weſalienſis Conſul Hieſenius, magno in eam rem diplomatum apparatu congeſto; ſed opere, quod dolendum, imperfecto deceſſit vitâ.

Ex origin. Hiſtor. Weſtphal. J. D. von Steinen fol. 87.

JOANNES HOGENBERCH Sculptor omnigenis figuris in æs incidendis celebris, quas pari facilitate Joannes Buſemacher excudebat. Florebat Coloniæ ſæculo decimo ſeptimo adoleſcente. Utriuſque icones varias aſſervat Valetudinarium Collegii Colon. S. J.

JOANNES HOLTZMAN Agrippinenſis, diſcipulus fuit Auguſtini Brun celeberrimi Pictoris, in quem Magiſtri ſui ſagax in inveniendis ac diſponendis rebus genius immigrâſſe videri poterat: adeò ſcitè & imitari inventa, & nondum viſa invenire poterat. Omnia incepta felici pe-

nicillo

pícillo perficiebat, lætiſſimis coloribus illuminabat, & multa encomio digna artefacta ſuæ Coloniæ reliqua fecit. Obiit circa annum 1639. *Sandrart Academiæ Germanicæ ſculpturiæ picturiæ* Tomo I. P. III. L. III. circa annum 1620.

Cùm in templo Soc. Jeſu videret in ſacello ſancti Ignatii imaginem divæ Cæciliæ Martyris decollandæ in arcu ſuſpenſam Holtzmannus: Ecquis, inquit, hoc opus meum huc tranſtulit? Repoſuêre Patres, eſſe Fuggerodtii imitatoris opus, non Authoris; miratus eſt Holtzmannus tantam accurationem imitatoris, vix ut à prototypo diſcernatur. D. Guaita habet prægrandem imaginem Holtzmanni pictam, puta Adonidem morientem.

JOANNES HORN, condictus GOLDSCHMIDT, J. U. D. Proto-Notarius Apoſtolicus, naſcitur Coloniæ ex patre Joanne Wilhelmo Horn, condicto Goldſchmidt, Conſiliario Aulico Electoris Colonienſis mortuo 1628. 3. Julii, & matre Gertrude von Kreps. Sorores habuit Deo devotas virgines ſub directione PP. S. J. quæ lampadem decem virginum ante ſummam Eccleſiæ S. J. aram totam argenteam donârunt, & oleo perenni quinque lampadum dotârunt. Fuit creatus Licentiatus AA. ex Gymnaſio trium Coronatum 1592. 18vâ Martii à Martino Snellio Vice-Cancellario. B. V. M. ad Gradus Decanus, & Archi-Diaconus Tremonienſis eligitur 4. Auguſti 1639. Obiit Senior & Jubilarius Capituli Graduani die 26. Aprilis 1675. ætatis 70. adeptus, ſepultus in gentilitio monumento ad ſancti Joannis Evangeliſtæ in Curia, poſſedit Perſonatum, fuit Sodalitatis Eccleſiaſticæ Præfectus 1675. 28. Aprilis. Prodiit ejus ſtudio

Borromæus redivivus, hoc eſt: *Canones clericales à S. Borromæo ſcripti, & ante annos ſexaginta Clero dati. Typo Henrici Krafft Coloniæ in 12mo 1642.*

JOANNES HORRION natione Belga, gente Eburo Diœceſis Leodienſis, natus 1575, ingreſſus in Societatem Jeſu ſedecennis 1591, & vota quatuor profeſſus eſt. Is ad generis, quam natu acceperat, claritatem tanta ſcientiarum & virtutum adjecit decora, ut jam pro immortali, quam poſſidet, gloria minus debeat parentibus, quàm ſibi, Romæ Theologiam ſub celebertimis Societatis noſtræ Magiſtris cùm audiret, hauſtam ſapientiam ſingulari doctrinæ & pietatis colore reddebat illuſtriorem & gratiorem ſociis. Is cùm magnos feciſſet in Poëſi, & in oratoria Facultate progreſſus, Moguntiæ Philoſophiam, ac dein etiam ibi Theologiam ſcholaſticam & moralem variis in locis tum Padibornæ, ubi & ſacram ſcripturam cum approbatione multis annis docuit. Renuntiatus à P. Mutio Vitelleſcho primus ejus ſcholæ Cancellarius. Illuſtriſſimo Principi & Joanni Godefrido Romam ab Matthia electo recèns Oratoris munere & obedientiæ Pontifici teſtandæ gratiâ legato comes adjunctus fuit. Excitæ Oſnaburgi Univerſitati primus ipſe Pro-Cancellarii dignitate præfuit, ad id muneris ab illuſtriſſimo Principe Franciſco Guilielmo Bavarici ſanguinis Heroe merito ſuo poſtulatus, ubi Doctores primùm ſolemni inauguratione creare, cæteráque obire munera cœpit, quæ & iſtius officii amplitudo & modeſtia viri admitteret. Miram præ ſe ferebat in audiendis ac tractandis hominibus, ſummis juxta ac imis facilitatem ac dexteritatem, certus hominem ex virtute, non ex officio vel alio aſcititio ornamento æſtimare aut colere. Huic comitati ſocia eruditio multifaria, peritia linguarum plurium, accurata hiſtoriarum notitia faciebat, ut non utilis minùs, quàm jucunda eſſet cum eo viro domeſticis perinde ac externis conſuetudo. Subin morbis variis calculi colicæque doloribus agitatus, nihil tamen extra communem victum apponi ſibi patiebatur, nam modò ſilentium ægritudini aut doloribus acutiſſimis prætendebat, modò feſtivè cum ſuis morbis jocabatur; dum vires omnes morte ſenſim adrepente deficerent. Deſiit inter mortales vivere Coloniæ die 21mâ Auguſti 1641. Ex italico Virgilii Ceparii Latinè conſcripſit tacito ſuo nomine

Vitam B. Aloyſii Gonzagæ Societatis Jeſu. Coloniæ apud Bernardum Gualterum 1608.

Ex Hiſpanico autem vertit

Commentarium Prudentii Sandovalii de Sanctis Leandro, Iſidoro, Florentio. Extat in Sideribus Chriſtophori Broweri noſtri.

Ejus quoque lucubratio eſt:

Panegyricus de natali Academiæ Paderbornenſis ejus Fundatori oblatus. 1616. Paderbornæ typis Matthæi Pontani. Recuſus Amſtelodami, ad calcem libri illuſtriſſimi Epiſcopi Paderbornenſis 1672. in 4to.

Præterea edidit

Titi Livii Patavini Hiſtoriarum Librum XXXIII. in Bibliotheca Eccleſiæ Cathedralis Bambergæ MSs. primùm repertum, accuratè cum caſtigationibus & notis nomine Gymnaſii Paderbornenſis humaniorum litterarum ad Theodorum Epiſcopum Academiæ Fundatorem. Paderbornæ 1607. typis Pontani in 8vo. Idem liber de ejuſdem Patris exemplari mendosè excerptus paulo ante Romæ fuerat editus, cum notis Antonii Querengi.

JOANNES HUDALRICI Baſileenſis, Ordinis Prædicatorum, adoleſcens ingenii divini potiùs, quàm humani, quem ipſam eruditionem & fidei ſinceritatem dixeris. Tantam adhuc juvenis Græcæ phraſeos nactus eſt notitiam, quantam vix unus aut alter ejus ætatis; obiit Coloniæ 1536. adhuc adoleſcens. Scripſit Græco & elegant ſermone

In Epiſtolam B. Pauli laudatiſſima Commentaria.

Sixtus Senenſis L. IV. p. 288.

JOANNES JACOBUS KETTELER naſcitur in Colonia Agrippina, illuſtris Eccleſiæ Ss. Mm. Gereonis & Ss. & Archi-Diaconalis S. Cunibetti Vicarius. Lucem viderunt typo edita

Protheus hiſtoricus, ſive hiſtoria univerſalis ſacra & profana ab anno 1660. à ſancita ad Pyrenæos pace ad hæc uſque tempora 1719. Pacis Raſtadiæ & Badæ pactæ & ultra geſtorum decades ſex ex probatiſſimis Authoribus, actis publicis & Comitialibus, per Joannem Jacobum Ketteler S. G. V. Pars prima ab 1660. ad 1680. Coloniæ Agrippinæ ſumptibus Sebaſtiani Ketteler fratris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Authoris 1724. in 8vo pp. 572. præter indicem. Pars secunda ab 1680. ad 1700. typo & sumptu ejusdem in 8vo 1723. pp. 682. Pars tertia ab 1700. ad 1718. typo & sumptu ejusdem 1723. in 8vo pp. 891.

Monita politica moralia ex versatissimis politicis ante hac undigesta, nunc ordine, numero & augmento plurimo collecta, & ordine alphabetico digesta exhibet Joannes Jacobus Ketteler, &c. &c. Coloniæ sumptibus Sebastiani Ketteler 1714. in 12. pp. 474.

JESUS gekrönter König, dessen theils reichmässige, theils Schimpff- und Schmertz-reiche Crönung, dabey dieser zu dornern Cron eigentliche Abbildung, Erfindung &c. darzu unterschiedliche Andachten und sieben Fussfäll in Druck heraus gegeben durch Joannem Jacobum Ketteler. Zu Cöllen bey Sebastian Ketteler 1693. in 16to pp. 59. Dicavit Jacobo Lohe Prælato Veteris Montis Ord. Cisterc. 1707. Secunda editio facta, distractis exemplis primæ editionis.

Modus administrandi Sacramenta. in 8vo Coloniæ 1715.

JOANNES JACOBUS RABUS Philosophiæ Professor in Gymnasio trium Coronarum Coloniæ. Scripsit ad Patrem suum Ludovicum

Apologiam sui ad veterem orthodoxam Catholicam Ecclesiam accessus. Coloniæ typo Materni Cholini 1570. in 8vo.

JOANNES JORDANÆUS 1610. 1. Novembr. in Tricoronato Gymnasio admittitur ad examen Baccalaureatûs, postmodum sacrosanctæ Theologiæ Doctor, Collegiatarum Ecclesiarum Ss. Cassii & Florentii Bonnensis, & B. M. Reffertis ac Parochialis sancti Remigii Bonnæ Canonicus & Pastor. Edidit

Disputationem brevem & categoricam de pröba stigmatica, utrùm scilicet ea licita sit, nec ne, in qua pars negativa propugnatur una cum refutatione Commentarii juridici, hac eadem super re à Clariss. Consultiss. Domino Petro Osterman J. U. D. nuper conscripti. Coloniæ sumptibus suis in Officina Egmondiana in 4to pp. 60. Dicatur Electori Sereniss. Ferdinando 1630. die S. Georgii.

Processus juridicus contra sagas & veneficas, das ist, ein rechtlicher Proces gegen die unholden und zauberische Personen. Ist mit gutem Fleiss und gründlicher Probation und Beweiss durch P. Paulum Layman S. J. Theol. & JC. Doctorem in Lateinischer Sprach geschrieben, jetzt den Gerichtshälteren und guter Justitz Befreundten zum Besten verteutschet, mit bewährten Historien vermehret, tacito nomine à D. Doctore Jordanæo Canonico & Parocho Bonnensi, jussu sereniss. Principis Archi Episcopi. in 4to gedruckt zu Cöllen bey Peter Metternich pp. 91. 1629.

JOANNES ISAACUS Levita, agebat apud gentem suam Rabbinum seu Doctorem legis, quo in officio, cùm 53tium caput Isaiæ commentaturus adverteret, nulli alteri à Christo ea evenisse aut attribui posse, quæ Prophetes præcinuit, dedit gloriam DEO, & reluctante uxore, quæ geminam prolem unà cum agnatis retinebat, Wetzlariâ Marpurgum concessit, ubi 1546. illustrissimo Philippo Hassiæ Principe favente unà cum filio Stephano, qui matri ereptus fuit, suscepit Sacramentum baptismi. Eâ occasione usus Doctor Joannes Draconites Proselytum hunc hæreticæ Ecclesiæ adscriptum triumphabundus publicavit edito schediasmate. Agebat Joannes ætatis annum XXXI. Latinæ linguæ tum studis, cui discendæ biennium dedit eâdem in urbe annuo Principis stipendio victitans: cujus fructum habes ex libello contra Judæos scripto, quo rationem reddit desertæ sectæ Judaicæ. Annus 1547. fatalis fuit Hassiæ & Hassio ipsi in potestatem Cæsaris post bellum Smalcaldicum redacto, at faustior illuxit Joanni, quem Cardinalis Granvellanus Lovanium excivit, Hebraicam & Chaldaicam professurum commendavit Neophytum in fide D. Adriano Amerohio, à quo non Latinæ linguæ solùm perfectiorem notitiam hausit, verùm & salutaris Catholicæ Christi Ecclesiæ, extra quam uti arcam Noachi quotquot sunt, perire necesse est. Uxoris fæmineam pertinaciam fregêre demum gravissimi ex ea Universitate viri Ruardus Tapperus, Petrus Curtius, Jodocus Tiletanus, Joannes Hasselt, quibus cùm victas manus dedisset, unà cum natu minore filio baptizata fuit. Huic Caroli nomen Augustus à se tribuit; non paucas subin proles Joanni peperit. Gravellano Mecœnate suo vivis erepto ægrè subsistebat familia. Opportunè accidit, ut fama, quam interea acquisierat Joannes, Coloniam allapsa sit: eò enim ab Consulibus amplissimis Constantino von Lyskirchen & Hermanno Sudermanno accersitus 1551. Hebraicam & Chaldaicam Cathedram ornaturus annis sex & viginti: nam anno 1577. decessit in Ecclesiæ Catholicæ communione ante apostasiam filii sui Stephani; de quo suo loco. Sepultus fuit in templo parochiali B. M. V. ad Indulgentias, ut *Cratepolius in Annalibus Archi-Diœcesis Colon. p. 174.* Scripta ab eo editáque

Rationes desertæ Synagogæ Marpurgi circa 1546. quas non vidi.

De Hebræorum Grammatica liber methodo dilucidâ admodum ac facili à Joanne Isaaco Levita Germano concinnatus. Lovanii apud Martinum Rotarium Bibliopolam juratum in 8vo 1552.

De astrologia Rabbi Mosis filii Maimon Epistola elegans, & cum Christiana religione congruens, Hebræa nunc primùm edita, & Latinè facta Joanne Isaac Levita Germano Authore. Coloniæ per Jacobum Soterem in 8vo. Dicavit Georgio à Seina ex Comitibus de Witgenstein Decano Metropolitano, Præposito Susatensi, &c. Causæ dicendi sunt: 1. Quòd huic studio linguæ sactæ faveat plurimùm, ut cui discendæ ante annos 30. operam navârat. Altera beneficentia ejusdem in Scriptorem 1555.

Physica Hebræa Rabbi Aben Tybbon, ut fertur, quæ spiritus gratiæ inscribitur nunc primùm, & Latina facta, Joanne Isaac Levita Germano Authore Coloniæ Materno Cholino. Excudebat Jacobus Soter. Dicatus liber Adolpho Archiep. Colon.

Narrat in hac Epistola repertos à se casu mirifico Lovanii *tres vetustos manuscriptos, quorum hic unus est.* Incitatum porrò à Professoribus Lovanienfibus Cardinali Mendosa Latinum feciffe, adju-

adjumento in eo interpretando fuisse Joannem Habbichorstium, Monasterienſem in Colonienſi Montano Gymnasio Professorem: asserit etiam, hunc librum esse compendium celeberrimi de Physiologia tractatûs, quam Rabbinus Hispanus ante annos penè 400. Moses F. Maimon scripsit dictum *More Nebochim*. Hunc Maimoniden Hebræi justitiæ Doctorem salutant. Præludit septem distichis Gerardus Mathisius operi. 1555.

Perfectissima Grammatica Hebræa, Authore Joanne Isaaco amplissimi Senatûs Colonienſis Professore. in quarto Coloniæ typo Joannis Soteris 1557.

Eiusdem Grammaticæ editio quinta. 1570. Antverpiæ ex Officina Christophori Plantini in quarto pp. 159.

Meditationes Hebraicæ in artem Grammaticam per librum Ruth, Authore Joanne Isaaco. Coloniæ typo Joannis Soteris in 4to 1558.

Grammatica Hebræa absolutissima in duos libros distincta, nec non in ordinem studiosis commodatiorem digesta, ac pluribus in locis locupletata, Autore Joanne Isaaco, Senatûs Colonienſis publico Professore. Editio quarta Antverpiæ ex Officina Christophori Plantini 1564. cum privil. ad annos ſex in 4to pp. 162.

In præfatione ad Lectorem gratias agi vult amplissimo Senatui inclitæ Civitatis Colonienſis, qui ut non solùm in hanc suam Grammaticam, verùm etiam in Santis Pagnini Lexici castigationem incumberet (quod summâ curâ & diligentiâ Christophori Plantini Typographi imprimis industrii jam prælo committitur) pro sua liberalitate salvo ejus stipendio Antverpiæ aliquot menses manendi copiam fecit, idque beneficio nobilissimi viri Constantini Lyskirchen, & ejus & omnium literatorum Mecœnatis. Hæc Joannes Isaac.

Tabula in Grammaticam Hebræam, Authore Nicolao Clenardo à Joanne Quinquarboreo Aurelacenſi, mendis, quibus scatebat, repurgata. Accesere Joannis Isaaci & Genebrardi ad absolutarem institutionem scholia. Parisiis apud Martinum juvenem in 4to 1564.

Tabula in Grammaticam Hebræam, Authore Nicolao Clenardo à Joanne Isaac Levita nunc recens correctæ, & aptiori ordine digestæ. Coloniæ apud heredes Arnoldi Birckmanni 1555. in 8vo ab H ad L. Edidit quoque defenſionem veritatis Hebraicæ contra Lindanum Ruræmundenſem Episcopum, ni fallor, de optimo genere interpretandi ſcribentem. Coloniæ 1559.

JOANNES JUSTUS LANDSPERGIUS Landspergâ Bavariæ oppido & perantiquâ familiâ *Justorum* oriundus circa annum 1490. dum Coloniæ studiis vacaret Philosophicis, & de statu vitæ deliberaret, Cartusiam Colonienſem elegit, quam ingressus est 1509. Initio professionis suæ hanc sibi legem velut perpetuam indixit, quandocunque in mentem vel sensus incurreret, quod ad expugnandum animum suum putaret conferre, continuò in chartaceum volumen tanquam adversaria referret, ut deinceps in simili conflictu arma suppeterent, quibus pro virili compressò vitio virtuti militaret. Ex quo illi jam tum multus apparatus spiritualis doctrinæ subnascebatur, qui progressu quatuordecim annorum (quibus soli sibi vacare sinebatur) in tantam segetem optimorum librorum excrevit. Dein Vicarii munere functus fuit septem annis, & officio Magistri Novitiorum. Rigorem Ordinis per se humano sensui acerbum, adeóque perennem illam solitudinem seu carcerem, cilicii atque inediæ consuetudinem, tanquam adhuc mollia religiosæ vitæ rudimenta, ultroneis pœnitentiæ operibus majorem in modum asperavit, ut nemo facilè quâ vigiliis, quâ flagris, quâ cæteris afflictationibus Joannem superaret. Subinde etiam deprehensus ad nudam carnem ferreâ loricâ cingi. Quotidie, dum licuit per vices, sacratissimo Numini litavit, præcipuo affectu in Christi sacram passionem & B. V. fervebat; his ille lucubrationes suas replevit, integras conciones, meditationes & precatorios libellos de hoc gemino argumento conscripsit. Lucrum insignioris devotionis hoc quoque abstulit, ut, tametsi in Philosophicis atque Theologicis egregiè doctus esset, interna tamen sancti Spiritûs unctione collustratus, spiritualis vitæ munia multò perfectiùs calleret, ideóque peritissimus religiosi instituti Magister, quâ verbis & exhortationibus, quâ libris spirituali eruditione refertis conscribendis evaserit. Ipse eorum omnium, quæ in libris docebat, vivum quoddam simulacrum erat, nihilque in se admittebat, quod doctrinæ suæ aliquatenus adversaretur. Docebat, quæ ipse longâ exercitatione fuerat expertus, neque committebat tenerrimæ conscientiæ vir, ut vel levis maculæ suspicio in in animo resideret. Quàm exactam suis Superioribus præstabat obedientiam, tam perfectam proximis charitatem. Quidam ex ejus discipulis lethali morbo correptus, metuebat ultimum agonem, cui Joannes: Cur ex hoc carcere migrare times? charissime fili? Confidenter age, & securè propera ad Christum Dominum tuum, qui te diligit, cujus amore mihi semper obediviſti; & sicut aliàs absque tergiversatione, ità nunc quoque parere ne recusa. Quòd si Dominus te aliò amandaverit, dicito illi, me tibi injunxisse, ne quoquam aliò concederes, quàm ad regnum suum cæleste: quia mihi semper obediens propter ipsum extitisti, & talibus regnum suum atque se ipsum & omnia sua pollicitus est, cùm adhuc in mundo viveret, & si in aliquo adhuc tibi deesse objecerit, ideóque minùs idoneum consortio suo, dicito, me ex imo corde tibi communicâsse meditatem bonorum operum meorum, quæ, gratiâ illius adjuvante, perfeci. Quòd si necdum contentus foret, me omnia mea tibi dedisse. Si neque istud sufficit, tunc dicito: Passio tua, mi Domine JESU Christe! misereatur animæ meæ peccatrici. Tam liquida consolatio penetravit moribundi viscera, ut non modò spiritum erigeret, sed etiam gaudens & ridenti similior novissimum spiculum exciperet.

Subinde Cantavium prope Juliacum evocatus, Priorem egit annis fere quatuor, simul in aula Ducis Wilhelmi Concionatorem, & matri Ducissæ à confessionibus fuit, quibus ille officiis mirificè universos Aulicos sibi devinxit. Cùm à Superioribus Visitatori Ordinis aliquamdiu socius fuisset adjunctus, & postmodum Cantavium redüisset ad Prioris officium, valetudo ejus loci humore aliisque incommodis affligi cœpit, ut tandem gementibus Juliacensibus reverti Coloniam compelleretur, ubi reliquum triennium miserè morbis & doloribus infestum habuit, donec divinæ Bonitati pla-

placuit ad servatæ in DEUM ac religionem fidei cumulatissimam mercedem è mortali carcere evocare 10. Augusti 1539. Ultra annum quinquagesimum non pervenit dignissimus longiori ævo, nisi increbrescentes infirmitates, & ex Ecclesiæ cladibus torque animarum ruina continuus dolor optimo militi, & cætera invicto spiritum exhaustissent.

Opera Landspergii, quæ Latinâ vel Germanicâ linguâ scripsit, habentur in novissima editione à Garnefeldio recensita per Joannem Kreps Coloniæ typis impressâ 1650. in quinque Tomis.

Primus continet sermones in Evangelia & Epistolas Dominicales per totum annum Latinè

Secundus sermones in Evangelia & Epistolas dierum festorum per totum annum Latinè.

Tertius Homilias LVI. in passionem & agonem Christi Domini Latinè. Theoremata XXVII. de beneficiis Christi. Monotessaron seu elucidationem in passionem Domini secundùm quatuor Evangelistas Latinè. Conciones paræneticas sive sermones capitulares ad religiosos Fratres Latinè.

Quartus Apologiam pro Monasteriis de vera religione & votis monasticis ad Carolum V. Imperatorem Germanicè.

Dialogum inter militem & Monachum de vita monastica Germanicè.

Libros duos Epistolarum paræneticarum ad diversos tam religiosos, quàm sæculares utriusque sexûs & statûs Latinè.

Enchiridion militiæ Christianæ.

Speculum Christianæ perfectionis Germanicè, quod in Latinum sermonem vertit Antonius Hemertius Canonicus Regularis S. Augustini 1547. & ex illa versione in Germanicum transtulit Hermannus Baumgarter Ludimagister Augustanus. 1566. Dilingæ impressum.

Libros duos alloquiorum Christi ad animam fidelem Latinè.

Librum unum: Soliloquium animæ fidelis Latinè.

Quintus libros duos: Pharetræ divini amoris. Cùm pius Princeps Wilhelmus Dux Juliæ Cantavienſem Bibliothecam lustrâsset, atque in pharetram Landspergii incurrisset, mox oculis ac manibus in sublime elatis neque sinè lachrymis exclamavit: O ille insignis Sacerdos! ô ille optimus Pater!

Theorias CL. in vitam, passionem & glorificationem Domini Latinè.

Epitomen exercitiorum CL. articulorum vitæ & passionis DEI Salvatoris pro infirmis Latinè.

Alphabetum aureum animæ fidelis, sive meditationes in XXII. Threnos de vita & passione Christi in modum alphabeti Latinè.

Librum unum Threnorum B. Virginis Mariæ ex compassione erga Filium patientem Latinè.

Librum unum hymnorum Latinè.

His addi poterunt vita & revelationes B. Gertrudis Virginis & Monialis Saxoniæ ab Landspergio translatæ in sermonem Latinum, & iterum in Germanicum idioma versæ. Coloniæ typo Wilhelmi Friessem 1657. in 8vo pp. 821.

Vita scripta debetur Eisenrichio Soc. Jesu Bavaro, quam pro sua humanitate mecum communicavit D. Michael Morckens Cartusianus Colonensis.

JOANNES KALDENHUSEN Mosellanus, Carmelita Colonienſis, vir ingenio magnus, moribus gravis, claruit 1421. Scripsit volumen egregium, cujus titulus:

Pharmacopolia virtutum ad illa Senecæ verba: Mens bona non emitur, nec venditur.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ord. Carmel. Provincialis.

JOANNES KERCKHORDE scripsit, & memoriæ prodidit

Chronicon aliquod urbis Tremonienſis. D. Mullherr in parvo suo Chronico manuscripto ad annum 1451. scribit: Hoc anno Domini Tremonienſes curârunt totum suum Archivum pervestigari, omnia lustrari privilegia, & omnia antiquitatis monumenta in lucem proferri, & ex iis operâ Joannis Kerckhorde unum Chronicon urbis Tremonienſis confici. Fertur, illud incipere cum 1400, & cum 1460 terminari. Obiit diem suum 1466.

Ex orig. histor. Westphal. J. D. von Steinen.

JOANNES KHUENIUS natus in Breidbach Diœceſis Colonienſis oppido, ubi pater Andreas & Margaretha mater sepulti; cùm ipse juvenis Bononiæ studeret. Postmodum medicinæ & Philosophiæ Doctor creatus fuit, Archi-Ducatûs Carinthi Physicus. Scripsit

Zodiacum medicinæ seu materiæ medicæ, qui continet libros quinque seu quinque signa Zodiaci. Coloniæ apud Gerardum Grevenbroich in 8vo pp. 927. anno 1587. Dedicatio inscripta Provinciabus Archi-Ducatûs Carinthiæ carmine hexametro herbarum omnium naturas describit, sanè non inelegenter. An septem reliquos libros ediderit, nescio.

JOANNES KOELVER de WANCKOM nâtione Germanus, Professor Juris Canonici in Academia Colonienſi, clarus anno 1460. Juris-Consultus, qui sub Paulo II. & Sixto IV. Romanis Pontificibus floruit. Hujus meminerunt Martinus Lipenius *in Bibliotheca reali juridica pag. 69. 89. 134. Cornelius à Beugheim de incunabulis typographiæ p. 80.* Scripsit

Summaria & conclusiones circa Clementinas eidem methodo Coloniæ impress. non ùt scribit Casimirus Oudin 1484: nam inter codices MSs. & impressos Biblioth. Metropolitanæ Moguntinæ pag. 402. refert Gudenus *in sylloge 1. diplomatis* hunc impressum codicem: *Summaria pariter & conclusiones Sexti accuratè & compendiosè ex Doctoribus in eundem scribentibus per honorabilem virum D. Joannem Koelver de Vanckel artium liberalium Magistrum, J. U. D. in florentissimo studio Colonienſi collecta anno gratiæ MCCCCLXV. in Vigilia Purificationis B. V. M. &c. impressa finem acceperunt feliciter.*

« Collige & hinc secundum etrorem historiæ « typographiæ, quæ Francico sermone prodiit « Amstelodami in 4to 1740. cujus pag. 10. & 56. « primus Coloniæ signatus anno suo liber prodi- « tur quinquennio posteriot scilicet 1470. « *Authoritates decretorum impressæ Coloniæ Agrippinæ per me Petrum de Olpe sub anno à Nativi-*

tate

æræ Domini 1470mo finite & complete ipso die Lunæ XXII. mensis Junii. Finiunt feliciter: DEO gratias. in folio.

Joannis Koelver de Wanckel JC. summaria & conclusiones tam Glossarum, quàm Doctorum circa sextum Decretal. in florentissimo studio Colon. collecta anno Domini 1463. Item

Summaria & conclusiones in Clementinas impressæ per Joannem Koelhoff Lubecensem Coloniæ 1484.

Casimirus Oudin Commentar. de Script. Eccles. T. III. p. 2703.

JOANNES LAMBERTZ Juliacensis ex Vlatten, natus 1682. 14. Julii, Magister artium creatus in Gymnasio Tricoronato, Societatem Jesu ingressus 1701. 10. Junii, post humaniores literas Coloniæ traditas, dein Philosophiæ ibidem, post Theologiæ moralis Professor & scholarum Præfectus in Universitate Trevirensi, modò Præses Sodalitatis DD. Ecclesiasticorum Coloniæ. Edita sunt ab eodem sequentia:

Præmotio ad utrumlibet, sive concursus Dei prævius ad mentem D. Thomæ in causis liberis explicatus. Coloniæ 1719. typis Aldenkirchen.

Corona stellarum 12. sive offa in pietatis præcipua secundùm leges Marianæ Congregationis. Trevveris typis Jacobi Reuland 1728.

Synaxes Xaverianæ cum meditationibus decendialis pietati servientibus. Treviris 1729.

Bett-Schul S. Theresiæ, in qua deteguntur errores nonnulli Pseudo-contemplantium. Coloniæ in 12mo pp. 70. 1736.

Considerationes sacræ in vitam S. Francisci Regis. Coloniæ apud Engelhard 1738.

Walburgæ Bett-Schul, sub titulo: Walburgischer Gnaden-Brunn. Coloniæ apud Engelhard 1738.

Das liebe Pfleg-Kind, oder Schutz-Engelen Andacht. Coloniæ typis Balthasaris Wilms 1730.

Ignis holocausti. Coloniæ in 16to 1742.

JOANNES de S. LAURENTIO Ordinem Fratrum Minorum sancti Francisci Conventualium ingressus, vir in eodem eximius fuit, Prædicator & Confessor, diversorúmque librorum, quorum tamen nulli ad ætatem manúsque præsentium devenêre, Compositor, obiit in Conventu Coloniensi sæculo XIV., quo anno, incertum est. Videtur autem fuisse ex ipsa urbe Colonienſi & Parœcia S. Laurentii oriundus: ea enim consuetudo hujus Conventûs fuisse putatur, ut nempe exteri à loco originis, indigenæ verò à propria Parœcia aut domo, quâ nati erant, appellarentur.

Ex Commentariis Eximii Adami Putz Minor. Convent. Provincialis.

JOANNES LEURENIUS natione Germanus, patriâ Juliacensis, ex oppido Randeradt, natus 1606. Societati JESU se inseruit 1627, in eâ quatuor vota professus 1643. Enituêre in hoc viro cæteras inter virtutes insignis animi demissio, rum huic propinqua morum totiúsque corporis cum religiosa gravitate conjuncta compositio, rara inter continuas ægritudines dolorum tolerantia, eximius vocationis religiosæ amor, exacta regularum observantia, paratissimum Superioribus obsequendi studium. Rhetoricam & mansuetiores literas annos aliquot docuit, & præfecturam sodalitiorum & studiorum variis in Gymnasiis gessit. Rexit Collegia Aquisgranense & Confluentinum, atque ex hoc evocatus ad bravium laborum die 3tiâ Decembris 1656. Poëta facilis & felix varia edidit carmina, atque inter ea nomine Collegii Colonienſis

Auroram in Leone in inauguratione serenissimi Maximiliani Henrici Bavari Coadjutoris Archi-Episcopi Colonienſis. Coloniæ 1643. in fol. Item

Vitam S. Servatii Episcopi Trajectensis cum officio, cujus quoque beneficia in se commemorat. Coloniæ apud Henricum Halting 1649. in 12mo.

JOANNES LEYERDAM minor de observantia, cujus confessionis faciendæ formula Coloniæ vulgabatur typo Casparis von Geunep anno 1549. in 12mo hoc titulo:

Die gemeine Beicht, vvie sie der andâchtiger und geistlicher Herr Johan Leyerdam Vice-Guardian zu Bröll im Observanten Closter, und Prediger im Dhom zu Cöllen dem gemeinen Volck nach der Predig vorsprícht.

JOANNES LOTTLEY parentibus Joanne Lottley J. U. Doctore & Cameræ Imperialis Advocato, ac Adelheide Birckmannicâ Colonienſi. Discimus id ex Autographo Cartusiæ Colonienſis: « Ego Joannes Lottley sum oriundus ab ingenuis « parentibus patre Joanne Lottley J. U. Doctore, matre Adelheide Birckmans, natus anno « 1620. ultimâ Martii Cucheimio in oppido Archi-Diœcesis Trevirensis. Institutus humanitatis literis Spiræ, ubi pater meus Advocatus « causas in judicio Cameræ Imperialis procurabat, eo brevi mortuo, missis sum à matre ad « consanguineos Coloniam ad addiscendas Philosophiæ disciplinas, quibus decursis jam applicandus ad juris communis institutiones, salubriùs mihi visum est Cartusiensium institutæ « perdiscere, DEO utique me vocante, & sacro « isto Ordine me suscipiente, intravi Carthusiam « Colonienſem anno 1640. 25. Februarii & 23. « Aprilis, sacro habitu vestitus.

« Confiteor tibi DEUS, multas & frequentes « in Novitiatu habuisse tentationes, maximè « ultimis sex hebdomadibus, quibus dilatæ « fuit professio, eò magis infestæ ac periculosæ, quod illas Magistrum celaverim, « certè periissem, nisi tu DEUS meus adfuisses, & hanc à me caliginem dispulisses, mox ut anno 1641. 9. Junii Religionem professus, omnis mentis serenitas « rediit. Tibi soli sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Post absoluta Philosophiæ studia Ordinem Cartusiensem intravit anno 1640. 25. Februar. & 23. Aprilis habitum Ordinis suscepit. Altero anno 1641. 9. Junii Dominicâ die Religionem est professus, serius ob Prioris absentiam, qui Capitulo Generali interfuerat. Anno 1644. 24. Junii ipsâ Nativitate S. Joannis Baptistæ primitias celebravit. Anno 1647. in actu Visitationis institutus est Vicarius Colonienſis Domûs à Visitatoribus adhuc juvenis. Anno 1652. 7mâ Junii à Superioribus missus est ad Domum Friburgensem Procurator, ubi, cùm se sedulum ac solertem probâsset, postero mox anno 1653. translatus est ad Domum Erfordiensem, propemodum desolatam, restaurandam, quod egregiè præstitit difficillimis licèt temporibus, etiam cum vitæ periculo, anno 1667. hoc onere levatus, reversus est Coloniam,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& Procuratore paulò post mortuo, substitutus Procurator. Deinde anno 1676. Priore quoque defuncto, omnium conspirante consensu electus est Prior, & anno 1678. à Capitulo Generali in Provinciis Rheni ac Saxoniæ constitutus Visitator. Demum plenus dierum & meritorum, mortuus est anno 1686. 25. Novembris, ætatis suæ 66, professionis 45, Sacerdotii 42, cujus nomen est in benedictione.

Vir sanè gravis & prudens, magnæ in Ordine nostro authoritatis, nam præter Rheni & Saxoniæ Provinciarum domos, quâ Visitator ordinarius etiam Italiæ, Hispaniæ, Belgii, superioris & inferioris Germaniæ domos Visitatorum quà extraordinarius, ùt dicimus, Commissarius censoria cum potestate lustravit. Quamobrem satìs mirari non possùm, quemadmodum tot inter munerum suorum functiones, tam multa, quæ extant, propriâ ejus manu conscripta describere potuerit.

1. Vicarius Coloniæ scripsit catalogum sanctorum & piorum hominum Germaniæ, quibus singulis Authores, qui eorum meminerunt, adscripsit. Titulus: *Apparatus ad Germaniam sanctam.* Hunc habeo & asservo cum hac ad ipsum epistola Kritzradtii.

Rde adm. P. Vicari, &c.

Remitto cum gratiarum actione catalogum vestrum SS. curavi describi semel pro P. Bollando, semel pro me. Quòd si nunc unum post alium habere possem librum, curarem apponi, vel ipse adscriberem prima & ultima verba. Nisì fortè magìs placuerit, ut ego mittam duos trésve studiosos legibiliter scribentes. Obligo me vicissim, & quidquid mittitur, fideliter custodiam & remittam.

Coloniæ 1. *Augusti*
1650.

V. in Christo Servus

JACOBUS KRITZRADT S. J.

2. Prior Erfordiæ composuit *Chronica istius domûs ex antiquis loci monumentis, in quibus principia, causas, earúmque progressus ad sua usque tempora fusè latéque deducit.* Et hæc habeo atque asservo.

3. Procurator Coloniæ scripsit quoque *Chronica hujus domûs, in quibus ab exordio ad sua tempora fundationes, donationes, coemptionésque &c. accuratè describit, simul ac eventus prosperos & casus adversos exposuit ad providendum cavendúmque.* Hæc cùm spectent ad negotia domûs externa, asservantur in cella Prioris.

4. Conscripsit quoque *Librum Benefactorum, quorum liberalitate & benignitate Domus Colonienſis fundata ac stabilita fuit:* in quo beneficiorum, largitionum, donationum & eleëmosynarum seriem ad annos quæque suos digessit. Extat aliquoties descriptus in cellis.

5. Prior Coloniæ & Visitator Provinciæ collegit unum in librum viros illustres Ordinis nostri. Titulus: *Catalogus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinalium, Patriarcharum, Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum sacri Ordinis Cartusiensis.* Et eos, qui odio fidei ab Hæreticis aut aliis fuêre necati aut trucidati. Titulus: *Indiculus Martyrum sacri Ordinis Cartusiensis. Singulis his æquè ac illis adscripsit Authores, è quibus excerpsit.* Extat in nostra Bibliotheca.

6. Præterea composuit *Catalogum Priorum & Religiosorum, qui in domo hac Colonienſi religionem sunt professi.* Hunc ex Garnefeltii analectis excerpsit, adauxit, emendavit, & hoc poterat, quia Prior erat: libros, quos Garnefelt non viderat, ipse haberet ad manus. Profectò enim opus præclarum, si esset perfectum; certè perfeciſſet, si diutiùs vixisset; at morte præventus reliquit imperfectum. Descriptus tamen asservatur in cellis.

7. Collegit etiam ex Garnefeltii collectionibus *multa de Ordine nostro Cartusiano; quæ tamen ipse plurimis aliunde acquisitis accumulavit.* Hæc ego majori ex parte conservo; sunt autem Chronica aliáque documenta Domorum Ordinis nostri, non ejus, nec Garnefeltii manu descripta; sed aliorum, à quibus ipsis fuêre transmissa.

Ex Commentariis Domini Michaelis Mörckenſii Cartusiani Colonienſis.

JOANNES LUCKENRATH ex Heisteren prope Steinfeldiam in Ducatu Juliacensi, sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus insignis literaturæ, religionis integræ ex Priore Marensi in Abbatem Steinfeldensem votis 61. eligitur 1661. 26tâ Maji. Vir in utroque foro versatissimus, utpote ab anno 1649. pluries in visitandis Provinciæ Monasteriis à Prædecessore suo adhibitus, ac bis ejusdem Prædecessoris nomine ad Capitulum Generale Præmonstratense missus, ubi commissionis suæ vices eâ felicitate ac laude adimplevit, ut, licèt tunc Seminarii Colonienſis Præsidem tantummodo egerit, communi tamen omnium Patrum calculo Definitoribus Capituli adnumeratus fuerit. Bis quoque quà Prælatus iisdem Comitiis Præmonstrati adstitit. Synodo Colonienſi à Maximiliano Henrico Bavaro Metropolita congregatæ interfuit 1661. sub titulo & qualitate Archi-Diaconi tractuum Sleidani & Reifferscheidani. 1666. sanctimoniales stellæ Mariæ Ducatus Juliacensis ad Ordinem assumpsit. Circariatum Westphaliæ, Iveldiæ & Wadegotiæ Vicarius Generalis ingentes pro Ordine & Monasterio suo curas ac solicitudines laboriosissimè subiit, adeò, ut in legendo, scribendo, itinerando, seséque identidem domi & foris, nocte diéque occupando indefessus extiterit. Fervente bello annis 1673. 1674. & 1678. dum Steinfeldia Cæsareanis alternatim & Gallicis cohortibus versa est in prædam, nec suos à divinis cessare, nec ipse ab obeundo visitationum cursu abstinere unquam voluit, Prælatus meliore tempore ac fortunâ dignissimus. Denique relictis apud suos virtutum omnium, & maximè humilitatis exemplis, curis ac miseriis exhaustus, 1680. die Exaltationis sanctæ Crucis sacrâ ad Superos obiit

obiit Coloniæ. Corpus, uti voluit, Steinfeldiam translatum, & ante altare S. Crucis sepultum. Appictum monumento elogium cum hoc distichо:

QVI IACET HIC INTVS, LVX PERPES LVCEAT IPSI,
IS LVCRENRA DIVS LVX RADIVSQVE FVIT.

Scripsit *Opera quædam in folio de variis materiis Canonicis & Theologicis, quæ compacta, sed inedita asservantur tum Steinfeldiæ, tum Coloniæ.* Edidit *Theses prolixiores Coloniæ*, dum Seminario Norbertino præerat.

Ex Commentariis Eximii Prickartz, Præsidis Seminarii Norbertini.

JOANNES LUYDIUS Tungrensis, sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus & Professor in Academia Colonienſi, Arnoldi Doctoris Theologi frater, vivebat 1520. In compendium redegit

Summam Capreoli in Magistrum sententiarum, atque illustravit. *MS. apud Regulares Tungrenses.*

Foppens Bibliotheca Belgica.

JOANNES LYCAULAS Montanus (fortè an Joannes Wolffstail oder Wolffsfang aus dem Herzogthumb Berg) vir Latinè, Græcè & Hebraicè doctus, mox Coloniæ, mox alibi habitans, & quærens, quem devoret: in Marckia errores Luthericos, Anabaptisticos, aliósque libertate Evangelicâ sparsit, sed cum Solerio Colonienſi Typographo hæc committere sua non auderet, ejusdem Soteris Solingensi (Salingiacum enim *Solingen* vocat) typo committit, ubi plura lucem aspexère, quæ Coloniæ suppressa fuissent.

1539. *Apologia Joannis Lycaulæ Montani super eo verbo Domini: Omnis Scriba doctus ad regnum cælorum similis est homini patrifamilias, qui depromit è thesauro suo nova & vetera. Solingiaci Joan. Soter excudebat anno D. MXXXIX. erroneè pro MDXXXIX. in 8vo.*

JOANNES MAES natus Coloniæ 1595. studuit in Gymnasio Montano, fruitus munificâ fundatione avunculi sui Joannis Schwolgern, & subin in eodem Professor Ss. Theologiæ docendæ licentiâ donatus, in Universitate patria creatur Decanus Archi-Diaconalis Ecclesiæ ad sanctum Cunibertum 1631, quem Magistratum magnâ animi integritate & opum terrenarum contemptu gessit usque ad annum 1646. Serenissimus Ferdinandus Archi-Episcopus Colonienſis eidem ob præclara merita Canonicatum in Ecclesia Colonienſi Metropolitana promiserat, cujus pollicitationis amplæ literæ manu Principis exaratæ apud familiam supersunt scriptæ Bonnæ 1639. 16. Septembris. Extat editus ab eodem liber

Speculum ex speculis, quo Clericus, Sacerdos & totus regalis Sacerdotii populus cernat, quid ratione status & muneris sui debita requirat obligatio, Authore Joanne Maes, St. Theologiæ Licentiato, Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Cunibertum Decano, Præfecto Sodalitii Ecclesiastici in Gymnasio Tricoronato, cui id xerxii loco dedit 1644. in 12. Coloniæ typo Henrici Krafft pp. 87.

JOANNES MAJERUS à Gele Carmelita Thenensis, Provinciæ Alemanniæ inferioris Provincialis, & Ss. Theologiæ Doctor Colonienſis, vir doctissimus, & in lingua Græca adeò disertus & eloquens, ut hominem Athenis, non Thenis enutritum dixisses. Sub hoc Joanne 1565. Sorores Carmelitanæ hîc Coloniæ in der Büttgass, quæ hactenus sub directione spirituali Prioris Colonienſis duntaxat vixerant, se omninò Ordini consecrârunt, quarum eodem anno novem in festo Pentecostes dictum Ordinem & Regulam in manus præfati Joannis professæ sunt, obiit Antverpiæ 1580. Scripsit

Orationes tam Latinè, quàm Græcè.

Commentaria in decem præcepta.

In pleraſque S. Pauli Epistolas.

Sermones de Tempore, Sanctis; & Quadragesimales.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ord. Carmel. Provincialis.

JOANNES MATARE Ordinem ingressus est Fratrum Minorum sancti Francisci Recollectorum Provinciæ Colonienſis, modò Ss. Theologiæ Lector emeritus & actualis, Coloniæ edidit libellum, cujus titulus:

Dialogus Chronologico-charitativus, in quo facie religionis Seraphicæ sua sub vicissitudine repræsentatâ, citra ullius præjudicium de origine, profectu & divisione Ordinis Minorum S. Francisci agendo vincit veritas in Bullis Pontificis, præsertim Leoninis. Coloniæ typis viduæ Caspari Drimborn 1743. pp. 233.

JOANNES MATTHÆUS PHRISSEMIUS Colonienſis edidit

Scholia & apologiam & marginales adnotationes in Rudolphi Agricolæ Phrisii de inventione Dialecticæ libros tres. in 8vo Coloniæ ex officina Eucharii Cervicorni, expensis Magistri Godefridi Hittorpii pp. 768. 1538.

JOANNES à MECHLINIA Doctor, O. Carm. Theologus & Vice-Cancellarius in Universitate Colonienſi, multis annis in eadem publicè docuit Theologiam, magnámque eruditionis suæ laudem acquisivit, *Teste Trithemio & libris decanalibus Facultatis AA. Colon.* Edidit

Aristotelis parvorum naturalium textus Latinè cum Commentario ex Alberti Magni doctrina collecto. Coloniæ apud Henricum Quentel in folio 1498.

Speculum historiale Ord. Carmel. L. X. impressi 1507.

Copulata secundùm doctrinam Alberti Magni in libros tres Aristotelis de anima. Coloniæ 1491.

Theologica illius super sententias in psalterium, quæstiones varias, sermones & collationes, quæ citantur à Sixto Senensi lib. 6. Bibliothec. & Trithemio, & apud Regulares Corsendoncanos legitur: Expositio Joannis à Mechlinia (fortè hujus nostri) *in psalterium tomis duobus descripta.*

JOANNES MELAS Clivensis stilo ligato *Vitam Lushardi decimi Comitis Cliviæ inter Sanctos relati* exaravit.

Foppens Biblioth. Belg.

JOANNES MICHAEL GIGAS Ludensis, ex Ducatu Westphaliæ, medicinæ & mathematum Doctor, edebat Coloniæ

Geographicas mappas Archi-Diœceſis Colonienſis & Paderbornenſis à ſe delineatas, & Latinâ deſcriptione ac catalogo Epiſcoporum auctas. in folio.

Prodromus Geographicus, hoc eſt, Archi-Epiſcopatûs Colonienſis annexarúmque & vicinarum aliquot regionum deſcriptio nova, Joanne Gigante D. med. & mathem. Authore 1620. in folio. Dicatus Ferdinando Archi-Epiſcopo Colonienſi.

JOANNES MICHAEL von der KETTEN natus Coloniæ Agrippinæ 1649. 15. Septembris. Patrem habuit prænobilem & expertiſſimum virum Everardum von der Ketten medicinæ Doctorem & Profeſſorem publicum & ordinarium, Senatorem, civium Colonellum, &c. Principum ac Electorum Colonienſis ac Palatini, diverſorúmque aliorum Archiarrum, matrem verò Chriſtianam von Glaſer. Dimiſſis Canonicatibus ad B. M. V. in Gradibus & in Capitolio, ingreſſus eſt Ordinem ſanctiſſimi Salvatoris vulgò ſanctæ Birgittæ. Dein per annos tredecim Prior Monaſterii Monialium ſui Ordinis in Calcar exiitit. Poſtmodum in Poloniam per Nuntium Apoſtolicum adſcitus, ibidem per decem annos ſui Ordinis Commiſſarius Generalis, Deputatus, ac regii Principis Jacobi Ludovici Sobieski Theologus domeſticus fuit, ac pro eo variis & difficillimis legationibus & commiſſionibus functus fuit. Sed poſt iteratas preces ab aula dimiſſus, Coloniam rediit, ubi parum morari permiſſus ad Moniales iterum ſui Ordinis ad Aquas frigidas, vulgò *Kaade Water* Director migrare juſſus, villas exinde per invidiam Hollandorum pulſas in Uden ditionis Ravenſteinianæ locum tranſtulit, variósque labores ac moleſtias tulit. Poſtremò omnibus ritè ordinatis, aliquibus annis adhuc præfuit, donec tandem vitam in loco profeſſionis finire in quiete deſiderans, Coloniam reverſus, ibidem 1726. 10. Januarii in pace quievit, 76. annorum, menſium ſex, quo tempore in Polonia moratus eſt anno ſcilicet 1699. Typis vulgavit

Apellem ſymbolicum binis tomulis in octavo Gedani & Amſtelodami, quorum titulus: Joannis Michaelis von der Ketten Ordinis Salvatoris, vulgò S. Birgittæ Sacerdotis Apelles ſymbolicus exhibens ſertem ampliſſimam ſymbolorum, Poetis, Oratoribus ac verbi DEI Prædicatoribus concepta ſubminiſtrans varios duobus voluminibus. Amſtelodami & Gedani apud Janſſonio-Waesbergios.

Adhuc alia opera conſcripſit inter cætera librum Epigrammatum in vitas Sanctorum doctè & ingeniosè; ſed dicuntur ad typum non pervenisſe.

JOANNES MOIRS Colonienſis vivebat ſæculo XV. Extat ejus *MS. in folio in Bibliotheca Collollegii S. J. Coloniæ ſtilo veteri Teutonico.*

Der Seelen Troſt.
Exempelen über die zehn Gebott.
Uber die ſieben Sacramenten.
Uber das Leyden Chriſti.
Alles in alt Teutſchen Reymen oder Geſang.

JOANNES MONHEIMIUS ex præfectura & oppido Ervelvelda Ducatûs Montenſis natus, Duſſeldorpienſis Pædagogus erat 1560. Hic afflatus novaturiente ſpiritu, Autonomias ſprevit decretum à Guilielmo Duce latum & renovatum: ne quis à piæ recordationis Patris celſitudinis ſuæ ſanctionibus vel latum unguem diſcederet, & Novatorum errores ex Metropoli Ducatûs Bergenſis diffundere ſategit edito libello *Catechiſmo* inſcripto. Scripſit

Elementale Phyſiologiæ Coloniæ editum 9. chartis à Joanne Gymnico circa 1550.

Tomum ſecundum Phyſiologiæ editum ibidem à Joanne Gymnico chartis 38.

Dialecticæ & Rhetoricæ Epitomen vulgatam ab eodem Joanne Gymnico.

Invenio & ſequentem librum, qui an noſtro Joanni Monheimio, an alii cognomini debeatur, neſcio.

Methodus Arithmetices computatoriæ omnem ſupputandi artem tradens, Authore Joanne Monheimio in ſchola Roſtochienſis uſum ac commodum, typis exſcripta & emendata Roſtochi præſtat apud Joan. Hallervord 1634. in 12mo vel 8vo minori pp. 3. & quadr.

Catechiſmus, in quo Chriſtianæ religionis elementa ſincerè ſimpliciterque explicantur, Authore Monheimio in 8vo Duſſeldorpii, excudebat Joannes Oridoyus Bergwalt & Albertus Buſius pp. 117. conſtat dialogis undecim inter patrem & filium.

Eodem anno cenſuram doctam repoſuit ſacra Facultas Theologica Colonienſis, hoc titulo:

Cenſura & docta explicatio errorum Catechiſmi Joannis Monheimii Grammatici Duſſeldorpienſis, in qua tum ſacræ Scripturæ atque vetuſtis Ss. Patrum teſtimoniis, tum evidentiſſimis rationibus veritas Catholicæ religionis defenditur per Deputatos à ſacra Theologica Facultate Univerſitatis Colonienſis ad illuſtriſſimum Ducem Juliæ, Cliviæ, &c. Coloniæ apud Martinum Cholinum 1560. in octavo pp. 354.

Huic cenſuræ Henricus Artopæus ex Utopia & Martinus Kemnitius Lipſiæ oblatrare conati ſunt. Henricum Artopæum eſſe ipſummet Joannem Monheimium, aut Calviniſtam Colluſorem, non vana ſuſpicio eſt.

JOANNES MORENUS Canonicus Colonienſis Eccleſiæ. Ejus ſtudio edita fuit

Arca Noe quadruplex ſecundùm quatuor interpretationes quatuor Eccleſiæ Doctorum concinnata.

JOANNES MOSENUS.

Finitiva ſcriptis è Canonicis deciſio, ab Apoſtolorum provenire conſuetudine, populo ſub panis tantùm ſpecimine ſacram Synaxin eſſe tribuendam, Authore Joanne Moſeno Amſterdamenſi ſacroſanctæ Theologiæ Licentiato. Coloniæ excudebat Caſpar Gennepæus anno 1546. in 4to pp. 7.

Extat in Cartuſia Colonienſi K K. 2.

Interpretatio locorum aliquot obſcuriorum ſacræ Scripturæ. Coloniæ 1540. typo Joan. Ruræmundani.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JOANNES

JOANNES MULMAN natione Germanus, patriâ Lipſienſis, in Saxonia natus parentibus hæreticis 1600. cùm adultior relictâ patriâ veniſſet Coloniam ſtudiorum causâ, ibi & fidem orthodoxam cum bonis artibus in Gymnaſio Tricoronata hauſit, & poſtea Societatem Jeſu complexus eſt 1620. In ea diſciplinas Philoſophicas & Theologicas explicuit, & vota quatuor profeſſus eſt. Creatur Ss. Facultatis Theologicæ conſenſu Licentiatus Theologiæ 1641. ab eximio van der Veken. Linguas peregrinas varias, Italicam, Hiſpanicam, Gallicam ſuo marte condidicit, ideoque ab illuſtriſſimo Principe Hadamarienſi, ut à confeſſionibus ſibi eſſet expetitus, quamvis continuis fere podagræ, chiragræ & gonagræ doloribus conflictaretur, aſthmatis etiam & apoplexiæ ſymphonatâ ſubinde pateretur, omnia tamen generosè religioſâ patientiâ ſuſtinuit uſque ad diem 10mam Februarii 1651. quo Hadamariæ apoſtemate extinctus eſt vir vitâ longiore dignus ob raram eruditionem cum virtutibus inſignibus ſociatam. Edidit Latinè

Diſputationem de Miſſis privatis contra Calixtum Calviniſtam. Monaſterii Weſtphaliæ typis Bernardi Raesfeldii 1647. in 4to.

De calice Euchariſtico contra eundem.

De libris Machabæorum contra Scheiblerum. ibidem 1648. in 8vo typis Bernardi Raesfeld pp. 108.

De purgatorio contra Calixtum & ſectarios. Typis iiſdem 1648. in 8vo. Vertit ex Hiſpanico Latinè

Ideam Principis Chriſtiano-Politici centum ſymbolis emblematicis expreſſam per excellentiſſimum D. Didacum Saavedram. Bruxellis 1649. in folio. Dein Coloniæ apud Conſtantinum Münich in 12mo 1650.

JOANNES MURMELIUS Ruræmundenſis, in Colonienſi Academia diſcipulus inter cæteros eminens & præſtans. Transfertur ad Philoſophicam cathedram circa annum 1513. (fors ſolus, docuit in artium ſchola: non enim invenio alicubi ad Burſam Philoſophicam receptum) ſcripſit Commentarios

In quinque libros Boethii de conſolatione Philoſophica, qui inter opera Boethii recenſentur & extant.

Alcmariæ degens 1517. ſcripſit Coloniam ad Alardum Amſtelredamum ſequentem librum, qui 10. anno Coloniæ prodiit cum præfatione ad Alardum.

Nova Commentaria in Perſium.

H. Perſii Flacci Satyræ compluſculis, quibus ſcatebant, mendis repurgatæ, cum ecphraſi & ſcholiis Joannis Murmelii Ruræmundani. in 4. Coloniæ pp. 8. in Officina literaria Quentel in Septembri.

Verſus ſelecti ab Joanne Murmelio felicis Academiæ Colonienſis in Philoſophia Magiſtro, ex elegiis illuſtrium trium Poetarum Tibulli, Propertii & Ovidii. Qui certè verſus magis ſunt memorabiles, & ex Aldinis jam demum, quia pluſculis antea mendis ſcatebant, literis correcti, in 4to Coloniæ ex Officina Quenteliana pp. 4. & med.

Opuſcula Joannis Murmelii de compoſitis verborum. Eorum meminit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, eáque correcta, & convenientibus verſibus exornata eſſe à Joanne Nemio, quem vide.

JOANNES NAEVIUS Mechlinienſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, præfuit univerſo Ordini per Provinciam Colonienſem titulo Definitoris ac Provincialis, vir facili, commodo & affabili ingenio. Scripſit librum, cui titulus:

Eremus Auguſtiniana floribus honoris & ſanctitatis vernans. Lovanii typis Haſtenii 1638. in 4to.

Item idiomate vernaculo de frequenti & fructuoſo Sacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ uſu, cum appendice de ſodalitatibus & indulgentiis.

JOANNES NEDERHOFF Ordinis S. Dominici (ignotus Echardo & Quetifio in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum) vixit anno 1456, & poſteritati reliquit hiſtoriam Tremonienſem Latinè exaratam, hoc titulo:

Chronica Tremonienſis Reverendi Patris Joannis Nederhoff Ordinis Prædicatorum Alumni. Hiſce eam verbis orditur: Res geſta, lecta vel audita, ſi ſingularis fuerit aut nobilis, &c. Monumenta illa, cùm etiam ea, quæ in locorum viciniis contigerunt, complectatur, inter præcipua veterum Scriptorum merentur recenſeri.

Ex originib. hiſtor. Weſtphal. J. D. von Steinen fol. 7.

JOANNES NEDERHOFF alius à priore, Diaconus Eccleſiæ S. Petri Tremoniæ, qui 1655 fato conceſſit, ſcripſit 1603.

Librum de ritibus Eccleſiæ, teſte J. D. von Steinen in orig. hiſt. Weſtp fol. 7.

JOANNES NIHELLIUS natus Weſaliæ Clivorum 1571. Marpurgi Cattorum jura didicit docuítque, obiit præmaturè Caſellis 1597. vix egreſſus annum 25tum. Edidit

Controverſias juris feudalis diſputationibus 11. enucleatas. Marpurgi 1569. & 1615. in 4to.

Controverſias juris Juſtinianei ad inſtitutiones juris diſputationibus 36. Opus poſthumum Francofurti 1613. in 4to.

JOANNES NOPELIUS Lipſtadienſis, natus octavo idus Januarii 1548. Belgam Pantaleo è Weſtphalo facit ſolito errore. Laurentiani Gymnaſii Profeſſor Coloniæ, & Decanus Facultatis artium 1574. Collegii ſancti Swiberti. In Cæſaris-Inſula Decanus erat ab anno 1575, 76, 77, ex qua urbe dedicavit Gebhardo Truchſeſio librum ſuum. Ambroſianam confeſſionem Auguſtinianam Torrenſis è Societate Jeſu Doctoris imitatum ſe profitetur. Subin Coloniæ ad primariam ſanctæ Columbæ Parochiam promotus Ss. Theologiæ Doctor, Rector Univerſitatis electus 1594. 9. Octobris ad 25. Martii 1595. Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ in locum defuncti D. Conradi Orth von Hagen intravit 1590. Demum 1602. 10. Martii ab illuſtriſſimo D. Coriolano Auſorenſi Nuntio Apoſtolico conſecratus fuit Epiſcopus Cyrenenſis &. Suffraga-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

neus Erneſti Archi-Epiſcopi Colonienſis. Mortis cauſa fuit, cùm die ſancti Joannis Evangeliſtæ poſt concionem in Parochia habitam à ſacro ex Metropolitana Æde domum contenderet apud puteum infra turrim ſummæ Ædis ob viam glacie attritâ lubricam prolapſus è gradu in ſiniſtrum latus dextrum pedem in coxendice fregit, & decimo die ab hinc denatus, eodem, quo natus erat. Sepultus in Æde ſumma ante Capellam Conradi Archi-Epiſcopi prope Ss. tres Reges, hoc Epitaphio:

Reverendo in Chriſto Patri Domino
JOANNI NOPELIO Ss. Theologiæ Doctori, Epiſcopo Cyrenenſi, A. C. Suffraganeo, hujus Ædis Canonico, Presbytero, juris utriuſque Doctori, S. Columbæ Paſtori, viro pietate, doctrinâ vitæque integritate præſtantiſſimo amico ùt Fratri Jacobus Hutterus titulum hunc & tumulum eodem ipſe condendus mœrenti mœrens P. mortem obiit immortalitate dignus 1605. 8vo idus Januarii, vixit annos 56, diem ut non excederet.

Inſigne opus ejus:

Confeſſio Ambroſiana in libros quatuor digeſta, ex omnibus S. Ambroſii operibus congeſta, operâ D. N. Joannis Nopelii, Collegii S. Swiberti in Cæſaris-Inſula Decani. Coloniæ apud Gervinum Calenium & hæredes Quentelicnos in 8vo pp. 452. præter prolixam præfationem & duos indices.

JOANNES NOVIOMAGUS (fortè quia Noviomagi natus) circa annum 1509. linguas & artes variis in locis didicit, creatus Roſtochii Magiſter artium, ubi & publicè docuit. Coloniæ item & in Gymnaſio Montano Petri Caniſii popularis ſui Profeſſor fuit, quem 1540. 25. Maji renuntiavit Magiſtrum artium & Philoſophiæ. Daventrienſis ſcholæ Rector inſtitutus fuit. Scripſit

Scholia in Dialecticam Trapezuntii.

Arithmeticam ſive duos libros de numeris. 1544. Coloniæ in 8vo excudebat Joannes Gymnicus.

Vertit Ptolomæi Geographiam è Græca in Latinam Pantaleo *p. 111. ad annum Chriſti 1558. pag. 432.*

Joannis Noviomagi ſcholiorum in Bedæ librum de natura rerum meminit Petavius de opificio ſex dierum II. *c. 8. n. IV. p. 316.*

Apologia pro identitate Authoris librorum de cæleſti Hierarchia cum Dionyſio Areopagita, de qua Paulus in Actis Apoſt. C. 17. impreſſa inter opera Dionyſii Cartuſiani ſubjuncta hujus Commentariis in Dionyſii libros.

JOANNES de NURTINGEN Suevus (de Nordlingen habet Liber Decanalis AA. Coloniæ) Profeſſor Gymnaſii Laurentiani apud Ubios 1496. primo ſemeſtri Decanus fuit Facultatis artium, iterum 1504. Regens in Gymnaſio Laurentiano, Ss. Theologiæ Licentiatus. Plures ſcripſit Commentarios, quorum titulus:

Commentarii octo librorum Phyſicorum Ariſtotelis unà cum indice in eoſdem juxta doctrinam Magni Alberti in Gymnaſio Colonienſi, quod Laureti ſeu Laurentii Burſam vocant magnâ & accuratâ diligentiâ per honeſtum & diligentiſſimum virum Magiſtrum Joannem de Nurtingen, in eodem Regentem collecti, & in literatura ingenuorum liberorum Quentel officina Coloniæ expreſſi, ad laudem omnipotentis DEI & Divi Alberti; ſed aliorum utilitatem & profectum feliciter finiunt, ſub anno noſtræ ſalutis MDVI. ad calcem Decembris in 4to majori.

JOANNES OLDENDORPIUS natale ſolum nactus eſt Hamburgum urbem Saxoniæ liberam, Emporio hodie celebrem. Inde è patria Coloniam Ubiorum Metropolim, ut uberiores doctrinarum fructus caperet, miſſus fuit, ſingularem ibidem expertus avunculi ſui Alberti Crantzii Hiſtorici clari liberalitatem. Inde Gryphiswaldiam Pomeraniæ urbem Academiâ claram petiit, ubi ſe progreſſus tam inſignes feciſſe in omnibus diſciplinis, imprimis legum ſcientia demonſtravit, ut dignus foerit judicatus, qui ſummis inſignibus honoribúsque doctoralibus ornaretur. Publico itáque teſtimonio perhonorificè munitus, primùm Roſtochianæ Reipublicæ Synodum egit, dein Coloniæ in Univerſitate ejuſdem urbis legum Doctor creatus, publicè jura interpretatus eſt verus non tam juris, quàm juſtitiæ conſultus. Marpurgum poſtea evocatus, annis non paucis jus civile ibidem profeſſus eſt. Præterea Principi ſuo à conſiliis fuit, adeò, ut audierit Juriſconſultus actis judicii, & in praxi dexteritatis ſingularis, quæ à legibus & jure civili proficiſcerentur, ad æquitatem referre conſuetus, maluit controverſias tollere, quàm litium conſtituere actiones. Obiit 1576. tertiâ die Junii Marpurgi, honorifico funere ſepultus in ſummo templo ad ſiniſtram aræ. Petrus Nigidius eum proſecutus fuit quodam epigrammate, ex quo duos verſus hîc appono:

Multos ſcripſiſti libros, quos Gymnicus atque
Gryphius ornatis excoluêre typis.

Ejus in ore fuit crebrò ſententia Pauli:

Vita mihi Chriſtus, mors mihi dulce lucrum!

Egregia ſanè multa, & ad legalem ſcientiam, & ad alias diſciplinas facientia dixit ſcripſitque, inter quæ extant ſequentia in Cartuſia Colonienſi

De actionibus juris civilis.

Interpretes L. diffaman. C. de ingen. manumiſſis.

Tractatus de teſtibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De probationibus dictorum factorumque præstandis.

Epitome successionis ab intestato.

Introductio 1. naturalis, gentium, civilis.

Legis divinæ per Moysen datæ explicatio.

Lex XII. tabularum explicata.

Actionum juris civilis loci communes.

Formula libelli.

De jure singulari brevis enarratio. Coloniæ 1539.

Annotatio de nominibus Imperatorum & Jurisconsultorum. 1638.

Actionum forensium progymnasmata in septem classes distincta, apud Antonium Gryphum 1577. in 8vo pp. 1279.

Apologia sive consilium XXVII. Joanne Oldendorpio J. V. D. Authore.... Utrum pactum redimendi sive reluendi collatum per contractum beneficiarium, ità, ut per posteriores concessiones redemptio in prioribus expressa ac reservata, remissa & abrogata censeri debeat.

Extat in Tomo I. responsorum juris Francofurti editorum in folio 1568. apud hæredes Christiani Egenolphi Hadamarii pp. 224.

JOANNES ORANUS natione Belga, patriâ Leodiensis, natus 1543. Societatem Jesu Coloniæ ingressus 1559, & vota quatuor professus. Vir fuit virtute, literis, prudentiâ, & rerum agendarum peritiâ insignis, qui Theologiam Lutetiæ Parisiorum professus est, & aliquot Collegiorum nostrorum Rector, & Belgicæ Provinciæ Vice-Provincialis fuit. 1603. pridie Calendas Junias piè vitâ defunctus est Montibus Hannoniæ. Transtulit eleganti stilo in Latinam linguam librum

Petri Ribadeneira de Principe Christiano adversùs Nicolaum Machiavellum cæterosque hujus temporis Politicos. Antverpiæ apud Joachimum Trognæsium 1613. in 4to. Coloniæ, Moguntiæ, & alibi. Item scripsit

Brevem pro Societatis innocentia defensionem contra Lugduno-Batavos.

Literas Japonicas, Magorenicas & Chinenses.

JOANNES PACKENIUS natus Boslarii Juliacensis patriæ oppido 1626, admissus ad Societatem Jesu 1647. 30. Aprilis, quatuor vota professus Treviris 1662. 15. Augusti. Vir fuit ad summa natus, præclarissimis à natura donis instructus, quæ non minori curâ omnibus probè scientiis excoluit, humanioribus æquè ac sublimioribus. Concionatorem insignem fuisse, præ cæteris testatur Cathedra Trevirensis Metropolitana, è qua biennio integro dixit cum summa satisfactione. Philosophum fuisse non vulgarem, profitentur Academiæ & Trevirensis, in qua primum, & Colonienſis, in qua secundum Philosophiæ cursum emensus est. Theologum eximium indicat gradus Licentiæ in Colonienſi Universitate ei collatus. Singularem animorum Moderatorem, comprobant tam variæ gravésque expeditiones & demandatæ. Dum imprimis Domino Pompone Legato Gallico Confessarius, & Stockholmiam in Sueciam Missionarius triennio additus fuit. Postmodum sereniſſimo Principi Joanni Wilhelmo Palatino Rheni, Juliæ, Cliviæ ac Montium Duci Confessarius, peregrinationis per oras peregrinas Comes & inspector datus est, ac demum Collegio Dusſeldano Rector præpositus fuit, in quo anno ætatis 56to, regiminis tertio, asthmate & hæmoptiâ ad extrema deductus, inter pientissimos affectus & Crucifixi amplexus & oscula DEO animam suam reddidit 4tâ Octobris 1681. Edidit

Herculem prodicium post sæculum redivivum, in quo eleganti calamo conscripsit monumenta peregrinationis, quam cum Serenissimo Principe Wilhelmo per Hollandiam, Angliam, Italiam & Austriam confecit.

JOANNES PERLINUS natione Hispanus, patriâ Madritanus, cùm ab ineunte ætate vix 14. expletis annis 1588. DEO se in Societate JESU consecrâsset, ingenii sui felicitate & indefesso studio perfecit, ut in omni literarum genere præclarus evaderet, humaniore literaturâ in historiæ cognitione, Græcæ Hebræaque linguæ peritiâ, Philosophiâ, juris utriusque scientiâ ac Reginâ omnium Theologiâ, quam ipse complures annos in Regno Peruano, Limæ, Cusci, Quiti, in Hispania Murciæ, Compluti, Madriti professus est. Demum in Germaniam accersitus, Coloniæ Agrippinæ Doctor renuntiatus, eandem in illa insigni Academia, non sinè eximia omnium approbatione, professus est. Obiit Dunkercæ, dum adornaret reditum in Hispaniam, die 31. Octobris 1638. ab emissa præfatione quatuor votorum 34. Edidit

Apologiam scholasticam, sive controversiam Theologicam pro magnæ Matris ab originali debito immunitate. Lugduni per Jacobum Andream & Matthæum Prost 1630. in 4to pp. 757.

Sacrum Convivium, sive de frequentia & usu Eucharistiæ Coloniæ apud Joannem Kinckium 1632. in 4to pp. 304.

JOANNES PESSELIUS Tilanus Geldrus, Ordinis sancti Dominici, Doctor, Theologus Colonienſis recensuit

Epitomen operum S. Augustini, & auxit. Accessit ejusdem operâ ex eodem Augustino de septem Sacramentis Tomus quartus. Coloniæ 1539.

JOANNES PETRUS VERHORST fuit Episcoporum decus, gloria Sacerdotum, & Præsul numeris omnibus consummatissimus, quem Archi-Diœcesis Colonienſis optâsset fuisse immortalem. Natus Coloniæ Agrippinæ Patre ibidem Consule Bartholomæo Verhorst, matre Annâ Clarâ Francken-Sierstorffiâ, filius unicus 1657. 22. Februarii die Cathedræ sancti Petri sacrâ, ob quod Petri nomen indeptus est, avis paternis Wilhelmo Verhorst & Elisabethâ Bourel: avis maternis Theodoro Francken-Sierstorffio Syndico Colon. & Clarâ Cronenberg. In Facultate Juridica patria Doctor solemnibus cæremoniis inauguratur. Ab Eminentissimo Joanne Hugone Archi-Episcopo circa annum 1688. constitutus est sub titulo Arbensis Episcopi Suffraganeus Electoralis Trevirensis, pérque eandem Diœcesin Vicarius in spiritualibus Generalis, & ejusdem Curiæ Archiepiscopalis Ecclesiasticæ Officialis. Consuetam vicino Societatis Jesu Collegio vivendi rationem ordinémque, quantum per occupationes licebat, observavit, solitus ad pulsum Collegii campanæ constanter horâ quartâ surgere, meditari, aliáque pietatis exer-

exercitamenta obire, quovis etiam vespere domesticis suis Litanias precesque vespertinas prælegere, atque in actus fidei, spei & charitatis præire. Confessarii, qui viginti circiter annorum spatio confessiones ejus exceperant, sanctè testati sunt, nunquam se ab eo, quantumvis rigidus esset suî censor & accusator, mortalis peccati maculam audivisse, quod idem de sancto Francisco Salesio (erat is Joannis Petri Patronus præter cæteros singularis) p. 1. c. 2. memoriæ proditur. Uti nullâ re perinde in omni vita delectari pascique visus, ac studiorum usu assiduâque librorum lectione, ità omnis otii, compotationum, conviviorum, & vel umbræ libidinis osor perpetuus, œconomiæ curam, quo plenius DEO sibique vacaret, in domesticos transferebat omnem. Conciones sacras per Quadragesimam & solemniora anni festa Metropolitano in suggestu cum admiratione fructúque maximo populi declamabat. Præter vernaculum nativúmque idioma Latinè, Gallicè, Italicè sciebat & loquebatur ad amussim, Græci etiam & Hebræi sermonis non rudis, memoriæ item tam promptæ, totum ut Davidis psalterium ad verbum de memoria recitaret. In visitationibus Diœcesis à summo manè confessiones excipiebat ipse, ad populum pro concione dicebat, catechesin pueris & simplicioribus explanabat, sæpè ad quinquies mille capitibus uno manè ductúque Sacramentum Confirmationis ad defatigationem largissimúmque toto corpore profluentem conferebat sudorem, & nihilominus noctu extra lectum humi brevem capiebat somnum. Post mortem sunt inventa, quibus in vita frequenter usus fuerat, cilicia atque corporeæ afflictionis instrumenta. Delatum fuit ipsi, sed recusanti, officium Auditoris in Rota Romana. Ex improviso obiit, & quidem in ipso altari 1708. 12. Julii, vehementi tactus apoplexiâ, postquam solas Eucharisticas panis sumpsisset species, atque ità sibimet porrexisset viaticum, nec non eodem die mellifluæ Divi Bernardi, utpote quæ in ipsius pulpito adhuc explicata jacuêre, pervolvisset opera. 16. Julii concione funebri (cujus thema erat: *Quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo DEI*, Ecclesiast. 50. ℣. 7.) à P. Hermanno Mylius S. J. etiam Consulis Colonienſis filio parentatum eidem fuit in Collegiata insigni sancti Simeonis, ubi sepultus est, cum hoc præconio sepulchrali:

Sub hoc tumulo quiescit Reverendissimus Dominus JOANNES PETRUS VERHORST Ubius Patre Consule natus 1657. Episcopus Arbensis, Suffraganeus, Vicarius & Officialis Trevirensis, obiit IV. idus Julii 1708. Sacerdos verè magnus, &c. &c.

Scripta ab eo sunt

Sacræ militiæ typus & historia, sive Commentarius literalis & mysticus in librum primum Machabæorum e variis sacræ Scripturæ locis, sanctorum Patrum interpretationibus, aliisque Ecclesiasticis & profanis Scriptoribus collectus & elaboratus per Joannem Petrum Verhorst Episcopum Arbensem, &c. Coloniæ Agrippinæ apud Servatium Noethen in folio 1700. pp. 699. citra præfationem & indices. Inscripsit opus Archi-Episcopo Electori Treverico Joanni Hugoni.

Sermonum solemnium in præcipuis anni festivitatibus à Joanne Petro Verhorst Episcopo Arbensi, &c. pronuntiatorum Tomus primus complectens mysterium Christi nascentis viginti sermonibus explicatum, cum facultate Superiorum. Augustæ Vindel. sumptibus Georgii Schluter in 4to pp. 504. præter indicem 1706.

Sermonum solemnium in præcipuis anni festivitatibus à Joanne Petro Verhorst Episcopo Arbensi, &c. pronuntiatorum Tomus secundus complectens mysterium Christi patientis viginti sermonibus explicatum. Augustæ Vindel. sumptibus Georgii Schluter & Hoppach in 4to pp. 519. præter indicem 1708.

JOANNES PFEFFERKORN natus 1467. (Joseph ante baptismum dictus) 1503. ætatis 36. sacris undis tinctus & renatus cum uxore & liberis octo transiit ex Hebraica servitute ad libertatem Evangelii, ad quam & quatuordecim suæ gentis traduxisse se gloriatur literis ad Leonem decimum datis, quas Ortwinus Grotius inseruit lamentationibus obscurorum virorum. Ex libris adversùs Reuchlinum editis 1520. constat, eum civem multis annis habitâsse Coloniæ ad Rhenum, & Hospitalis Reviliæ Magistrum & Curatorem esse, quo amentes includuntur, & alii senes aluntur in der Stolckgassen.

Hauserat hic unà cum baptismo ingens odium *Panatismi*, quo libri Judæorum scatent, cui eliminando intentus statuit, quidquid Hebraicorum Christo, Moysi & Prophetis contrarium est ubiam, debere eliminari radicitùs. Ad quem finem credebat, utilissimum religioni Catholicæ fore, si vulgaretur primò libellus, quem 1507. feriâ III. post Decollationem sancti Joannis Baptistæ Coloniæ edidit in quarto Latinum, hoc titulo: *Speculum adhortationis Judaicæ ad Christum, conflatæ tribus partibus.* Parte 1. docet, Judæos frustra expectare alium Messiam. Parte 2. proponit Principibus varia media Judæos convertendi. Parte 3. ostendit, mundum hunc brevi interiturum. In secunda parte tertium medium convertendorum Judæorum proponit, ut omnes libri Hebræi Christo & moribus injurii auferantur eis à Magistratu; in hoc libro ait, annum 1507mum esse septimum à suo baptismo. Hic liber Germanicè scriptus fuit: nam Latinè etsi intellexerit, scribere tamen utrùm sciverit, dubito. Dein adiit Maximilianum I. in castris prope Ticinum degentem, ab eóque mandatum impetrat 1509. 19. Augusti, quo locorum omnium Magistratus datis Duumviris & Parochis assistere jubentur Joanni inspecturo, dijudicaturo & exterminaturo Hebraicos codices non Christo solùm, sed DEO, Moysi ipsi & Prophetis injurios. Fretus hoc Augustali edicto, Francofordiam properat, &; Magistratu adjuvante, insignem numerum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

merum librorum Hebraicorum collegit, & extradi Magistratui curavit.

Ea potestas Judæos turbavit vehementer, qui largitionibus id effecerunt, ut ne uni Pipericorno delectus, & judicium librorum suorum committeretur: acquievit Cæsar, & 6. Julii committit Augustus Urieli Archi-Episcopo Moguntino curam librorum Hebraicorum inspiciendorum & permittendorum vel exterminandorum, adhibito simul consilio Universitatum Colonienſis, Moguntinæ, Erfurtensis & Heidelbergensis, tum Jacobi Hoogstrati Inquisitoris Colonienſis & sactæ Scripturæ Doctoris, Joannis Reuchlin legum Doctoris, & Victoris de Korb Sacerdotis, Coloniæ Inquilini: similis formæ mandatum iisdem Universitatibus mittitur. Uriel pro sua prudentia inquirit judicia designatorum virorum literis ad eosdem datis 1510. feriâ II. post sancti Laurentii. Reuchlinus literas clausas fido homini dedit, quarum tenor & consilium erat hujusmodi: " In abolen- " dis Hebræorum libris discrimine opus esse Thal- " mudem ejúsque Interpretes tum historicos, Phi- " losophos, medicos, & id genus libros non con- " tinuò abolendos aut urendos: causam primam " allegabat, quia Christiani scriptis Theologicis " Judæorum, puta Thalmude utimur ad confu- " tandos Judæos & convertendos. Patere id ex- " perientiâ Lyrani, Raymundi Burgensis. Alte- " ram, quia ex his libris multa commoda Rei- " publicæ oriri possunt, puta in medendis ægris. " Contra, eos Hebræorum libros, qui in Chri- " stum blasphemias, injurias in Deiparam, San- " ctos, Ecclesiam & Ecclesiæ placita verba con- " tinent; magicos item superstitiosos Fanaticos " Judæis eripiendos, & Vulcano tradendos.

Hoc Reuchlini judicium Uriel Pfefferkornio, quâ Sollicitatori causæ communicavit. Indignatus homo sub hac exceptione latere pallium omnibus Hebræis libris tutandis vulgavit Germanicum libellum: *Hand-Spiegel* dictum, quo in Reuchlinum invehitur vehementissimè: quia eum toti Thalmudi & plurimis Hebræorum libris patrocinantem videbat. Quo anno mortuus sit & ubi, non legi: usque ad annum 1520. Coloniæ vixit Curator Moro- & Nosocomii. Scripsit Pfefferkorn Germanicè vitam suam.

1. *Zu Lob und Ehr* [*also fangt an die Historie des Lebens Johansen* Pfefferkorn.] *Gedruckt zu Augspurg von Erhard Beglein* 1510. *geordnet an Ihro Käyserl. Majestät Maximilian I.*

2. *Hand-Spiegel Johannis Pfefferkorn wider und gegen die Juden und Judischen Thalmudischen Schrifften, so sie über das Christliche Regiment singen und lesen, welche billig Gottslästerer, Ketzer und Aberglauber des alten, newen, und des natürlichen Gesetzes gezehlet, geheissen, verthumbt und abgethan werden mögen: darumb sich etliche Christen gegen mich setzen, anfechten, solche Artickel zu widerlegen; dargegen ich antworte, und mit bescheidenen Reden abgelöst hab. Sechs Bogen in 4to.*

Reuchlin citra ullam moram reposuit libellum, hoc titulo:

Doctor Johansen Reuchlins der Käyserl. Majest. als Hertzog in Oesterreich, auch Churfürsten und Fürsten gemeinen Bund-Richter in Schwaben warhafftige Entschuldigung gegen und wider eines getauften Juden, genannt Pfefferkorn, vermacht, gedruckt ausgangen unwahrhafftiges Schmähe-Büchlein Augen-Spiegel. Hic liber partim Germanicè, partim Latinè scriptus causa fuit belli ingentis, cujus exordium & finem in vita 1. Hoochstrati referunt Eccard & Quetif. *Scriptor. Ord. Prædicat.* Aliter Hæretici factum, causam & finem litis referunt, aliter Catholici. meo judicio controversia hæc ex libris ipsis & epistolis utrimque editis ab anno 1507. ad 1520. decidi potest & debet.

3. *Sturm Johansen Pfefferkorn uber und wider die treulose Juden Anfechter des Leichnams Christi und seiner Gliedmasen. Sturm uber einen alten Sunder Johan Reuchlin Zuneiger der falschen Juden, und Wesens us warer Thatt begriffen in seinem Büchlein Augen-Spiegel, welcher Augen-Spiegel durch sundlichem Geschefft Kayserlicher Majestet und Anzeigung vierer hohen Schulen durch den Ketzermeister mit Recht und mit Urtheill offentlichen zu Cöllen abgethan, verdilgt, und mit dem Feur verbrant ist worden: welche Verbrandtnis nun confirmirt durch die erwurdigst und allerhochst Universitet von Paris.*

Joannis Pipericorni Epistola ad Leonem X. Latinè versa extat in lamentationibus obscurorum virorum Ortwini Gratii pag. 115.

4. *Ein mitleidliche Clag an unseren allergnedigsten Kayser und gantze Deutsche Nation, durch Johan Pfefferkorn wider Johan Reuchlin und wider seinen falschen Rathschlag, furmals fur die trewlose Juden unchristlich ausgegossen. Præmittit rythmos Germanicos, quorum finis hic:*

Pfefferkorn wont an dem Rhein,
Zu Cöllen Meister im Spitall,
Zu recht will er stehen überall.

Hic liber in quarto editus fuit, acht Bogen cum figuris variis. Idem in 8vo sinè figuris editus fuit, sieben Bogen. Utraque editio est in Coll. Colon.

5. *Defensio Joannis Pipericorni contra famosas & criminales obscurorum virorum epistolas, indignâ eorundem provocatione totam fere historiam Reuchlinianam à Cæsarea Majestate contra perfidos dudum Judæos laudabiliter inceptam verissimè describentis; sanctissimo in Christo Domino nostro Leoni divinâ providentiâ Papæ decimo, reverendissimisque Cardinalibus, ac toti tandem Ecclesiæ reverenter dedicata. Coloniæ in 4to 1516. 14. Bogen. In fine dicit, se scripsisse hunc librum Germanicè, & Latinè vertendum curâsse, ut iis, qui obscurorum virorum epistolas legunt, antidoti loco sit ad calumnias detegendas. Extat in Collegio Colon.*

6. *Streydt-Puichlyn vor dy Warheit und einer warhafftiger Historie Joannis Pfefferkorn vechtende wider den falschen Broder Doctor Johannes Reuchlyn und syne Jungern obscurorum virorum, die vormals verstolen wider mich und noch viel*

mer vvyder die heylig Kyrch und vvyder vil erber Menner ausgegossen haben ein unchristenlich, Ketzerlich unvvarhafftig unendlich Schmach-Schrifft. 1516. in 4to sieben Bogen, sine loci vel Typographi mentione. Extat in Coll. Colon. S. J. Bibliotheca.

Weislinger. Huttenus delarvatus.

" Joannem nostrum alium esse à Joanne Pfef-
" ferkorn cognomine (qui anno 1514. Hallis in
" Saxonia ob hostiæ sacratæ violationem forcipi-
" bus ardentibus dilaniatus fuit) non solùm te-
" stantur cautiores Lutherani (quorum anteces-
" sores Schleidano Pseudarcho freti Bucholtzerus,
" Georgius Matthias Kônig, Burchardus Mencke
" id Pfefferkornio Reuchlini æmulo affinxerunt)
" sed Seckendorffius & Istelinus errorem fatentur
" Demonstrat autem ipse Huttenus in epistolis
" obscurorum virorum Epist. XXII. voluminis I.
" & Epist. 47. tum voluminis 2. Epist. 8. alium
" fuisse à nostro Joanne eum, qui olim Hallis à
" Margg avio combustus fuit: accedat nunc argu-
" mentum invictum libellus à Pfefferkornio Co-
" loniæ scriptus ad Carolum Cæsarem electum,
" adeóque post mortem Ferdinandi, quo denuò
" petit vindictam contra Reuchlini calumnias.

JOANNES PHILIPPUS FRIDT Teuto, Ordinis Prædicatorum, Conventûs Colonienſis Alumnus per omnes scholæ agones primò præsentati titulo decoratus, tum laureâ magisterii ornatus in Univertsitate Colonienſi. Pluribus annis Theologiam docuit Professor publicus & ordinarius, Provinciam etiam Teutoniæ rexit Prior Provincialis, Inquisitor præterea per Germaniam Generalis institutus, suo munere functus est cum diligentia & omnium approbatione. Vir fuit gravis & eruditus, plurimisque nominibus apud suos & posteros commendatus. Obiit Ratisponæ 1654. 27. Februarii. Ex Tabulario publico Conventûs Colonienſis. Scripsit

Tractatus Theologicos in summam S. Thomæ à se Coloniæ in scholis dictatos, & MS. ibidem in Bibliotheca Conventûs sui servatos.

JOANNES POCKEN (Poccanus nuncupatur Sixto Senensi *Biblioth. SS. L. 4. pag. 290*) Præpositus Ecclesiæ sancti Georgii Coloniæ, cùm anno 1511. (biennio antequam duos Chaldaicos libros suo sumptu ibi curaret imprimi) nonnullos habitu & colore Æthiopes, qui se Indos appellabant, psallentes ac DEI Genitricem & Sanctos quamplures, præsertim Apostolos per eos inter psallendum nominari advertisset, non sinè difficultate ab eis didicit, ipsos in eorum sacris Chaldæis literis uti. Quærens itáque interpretem, per quem cum eis loqui posset, nec illum in urbe gentium olim Domina, etiam neque inter Hebræos quidem inveniens idoneum, demum ab ipsis eruditi, quoquo modo fieri posset, statuit. Nec eum fefellit spes, tantum quippe ab iis didicit, ut DEO Duce Psalterium Davidicum in ipsa vera lingua Chaldæa imprimi curârit in eorum, qui peregrinas literas nôsse cupiunt, oblectationem. Præoccupat dein paratam sibi videns accusationem, quòd venditet eos characteres Chaldæos esse, qui minimè Chaldæi sint. Et respondet: Hebræorum majores eam, quâ vulgus & matres erga proles utebantur, non autem hanc, quâ literati Chaldæi utebantur, linguam didicisse, & alios non Chaldæo, sed Hebræo charactere docuisse uti. Dein in Æthiopia affirmat, hanc linguam Chaldaicam in sacris adhiberi; inde à tempore nascentis Christianæ fidei. Hæc ex prologo in psaltetium editionis Romanæ.

1513. *Romæ die 10. Septembris in 4to Æthiopico charactere edidit Cantica Canticorum, imprimi fecit præmisso alphabeto vel syllabario literarum Chaldaicarum, imò verius Ægyptiacarum. Extat in Cartusia Colonienſi pulpito N. N. 29.*

1513. *die ultimâ Januarii impressum est opusculum hoc Psalterii Chaldaici, Æthiopicis characteribus impressi, tum & Canticorum veteris Testamenti, uti Moysis, Annæ, & novi Testamenti V. Deiparæ, Zachariæ, Simeonis iisdem Æthiopicis characteribus absque Latina interpretatione in 4to, ingenio & impensis Joannis Pocken, Præpositi Ecclesiæ S. Georgii Coloniæ. Romæ per Marcellum liber alias Franck. Rarum opus extat in Cartusia Colonienſi pulpito N. N. 29. Secunda editio, sed copiosior, Psalterii Chaldaici facta fuit Coloniæ.*

Psalterium Chaldaicâ linguâ, sed characteribus Æthiopicis excusum, quo nunc [ait Sixtus Senensis l. c.] utuntur Monachi Æthiopes, qui se Indos appellant, ipsumque in templo, quod Romæ habent, publicè decantant. Addere decebat quadrilingue esse Hebræo-Græco-Chaldaico-Latinum.

1518. *Psalterium in quatuor linguis Hebreâ, Græcâ, Chaldaicâ, Latinâ impressum Coloniæ MDXVIII. III. idus Junii. In fine extat Epistola Joannis Pocken Præpositi Ecclesiæ S. Georgii Coloniæ peregrinarum literarum studiosis scripta, quâ excusi operis occasionem narrat. Sequitur brevis introductio in tres linguas externas Hebræam, Græcam, Chaldæam, sive rudimenta scribendæ, legendæ & pronuntiandæ hujus triplicis linguæ.*

JOANNES POLCH Rheimbacensis, sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus, Archi-Diaconalis Collegiatæ sancti Cuniberti apud Ubios Canonicus & Pastor. Edidit 1664. librum Germanicum partim Catecheticum, partim Polemicum, denique ad devotionem excitandam accommodatum, cujus titulus:

Verborgener Schatz im Acker des heiligen Evangelii JEsu Christi, das ist, vornehmste Geheimnus und Lehren, so JEsus Christus unser Lehrmeister und Seeligmacher in seinem heiligen Evangelio begriffen hat, in Fragstück und Antwort, sampt Anhang etlicher Gebetter und täglichen Ubungen Morgens und Abends, bey der H. Mess, auff der Reiss und sonsten allezeit und allenthalben zu gebrauchen, durch Joannem Polch Canonicum und Pastorem der Archi-Diaconal-Stiffts- und Pfarr-Kirch ad S. Cunibertum in Cöllen, allen Christglaubigen, insonderheit der lieben Jugend zu nutz gestellet, entdecket und erkläret. Gedruckt zu Cöllen bey Wilhelm Friessem 1664. in 12mo pp. 344.

JOANNES

JOANNES RECKSCHENCKEL, cognominatus à patria *Joannes Trevirenſis*, natus eſt Treveri 1525. 4. Februarii; ſub ipſo exordio ſectæ Lutheranorum, qui cùm creviſſet ætate ac literis, promotus Magiſter artium Lovanii, anno 1551. ad ſtatum Eccleſiaſticum convertens animum, ordinatus eſt Presbyter anno 1552. Sabbato poſt Pentecoſten; deinde factus Paſtor ruralis in Longuerich uno milliari ab urbe Trevirenſi, poſtea Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Paulini Epiſcopi & Martyris juxta eandem urbem: quo in ſtatu tam graviter decentérque ſe geſſit, ut annis aliquot tranſactis, Prælatus cæteris & Decanus fuerit electus. Ipſe verò perpendens lubricam illo in ſtatu conditionem è turbulentis hujus ſæculi fluctibus ad Ordinis Cartuſiani portum vir jam maturus, quadrageſimum quartum agens annum, confugit anno 1569. Profeſſus vota monaſtica in Cartuſia Colonienſi anno ſequenti 23. Novembr. cum D. Jacobo Moſander quondam Decano rurali in Flandria; cúmque ad noſtri inſtituti normam ritè formatus, ac virtutibus religioſis fuiſſet excultus, anno 1573. inſtitutus fuit Sacriſta ſeu ſacræ ſupellectilis Cuſtos: deinde anno 1577. ad exteriora adhibitus, Coadjutorem egit aliquamdiu, donec anno 1580. 18vâ Januarii Canonicâ Patrum electione Prior aſſumptus, & poſtridie confirmatus: quo tempore fuerunt in Conventu octodecim Monachi profeſſi, quatuor Hoſpites, & quibus duo Diaconi, unus Novitius, foris novem converſi, quatuor redditi. Fuit autem Prior Cartuſiæ Colonienſis quintus & vigeſimus, qui tanta edidit ſpecimina prudentiæ & pietatis mox ab initio, ut anno ſequenti vocatus fuerit ad Capitulum generale collationem habiturus ad Patres conſcriptos, quæ anno 1583. per chartam eidem denuò injuncta fuit.

Sub hoc Priore bellum novennale inter Gebhardum Truchſeſium Apoſtatam, & Erneſtum Bavarum ei ſubrogatum exarſit, quo Colonienſe Territorium miſerrimè vaſtatum fuit, id quod noſtræ quoque Cartuſiæ fuit exitioſum. Siquidem non ex agricultura ſive pecorum nutritione, ùt plures aliæ, ſed è reditibus & penſionibus ſuſtentatur, cúmque villæ hoc bello deſolatæ, & Penſionarii ad inopiam fuerint redacti vel mortui, hinc maximam paſſâ inopiam, ut nedum Prior gravi ære alieno domum obſtringere, ſed Conventum etiam dividere, & perſonas ablegare aliò compulſus fuerit.

Itáque Prior exulceratiſſimo hoc Colonienſis belli tempore plurimas ſuſtinuit moleſtias, afflictiones, inopias, quales prædeceſſorum ſuorum nullus, propter continuos tumultus hoſtiles: nec tamen deſpondit animum, ſed fiduciâ fretus in DEUM, à Principibus, Prælatis, Prioribus, diverſisque Ordinis noſtri Fautoribus, quos interpellârat, eo quo apud illos pollebat favore & gratiâ, maximas obtinuit eleëmoſynas. Sed etiam id laudis habet, quod jurium domûs ſuæ Defenſor ſtrenuus privilegia ejuſdem omnia & ſingula renovari curaverit, ſolennibus inſtrumentis deſuper confectis; impetratâ ipſorum confirmatione ab invictiſſimo Romanorum Rege & Imperatore Rudolpho, nec non à ſummo Tribunali Imperialis Cameræ Spirenſis: ſícque deinceps immunis factus ab omni exactione, quâ Principes Oppreſſorésque varii contra juſtitiam & æquitatem domum annis plurimis excoriaverant. Idem aliquoties Conviſitatoris vices ſupplendo, cum maximo vitæ diſcrimine, propter pericula itinerum ab Eccleſiæ hoſtibus infeſtatorum domus Ordinis luſtravit, hinc beneficio Miſſæ de Domina & anniverſarii perpetui poſt obitum ab Ordine remuneratus. Tandem cùm Prior iſte ſenio confectus, ac Septuagenario major, curis plurimis contritus, ac laboribus diverſis totus eſſet exhauſtus, anno 1596. 25. Septembris in viſitatione ad maximam ſui inſtantiam à Prioratu abſolutus, rediit ad cellam, reſiduum vitæ rebus impendens ſpiritualibus debitæque præparationi ad mortem, quam feliciter obivit ſenio gravis anno 1611. 5tâ Aprilis, annum ætatis agens 87mum.

Fuit vir hic aſſiduus Lector ſanctorum Patrum, è quibus ſententias notabiliores excerptas, paſſim muris ambitûs cellarúmque parietibus groſſo charactere inſcripſit, alias quoque in tabulis ligneis hinc inde affixis depinxit, quò hâc methodo ſæculares Cartuſiam frequentantes, quos vivâ voce non poterat, tacitè ad normam beatæ vitæ dirigeret. Inde referunt ſeniores, pueros his viſis lectísque matribus quandoque retuliſſe *parietes in Cartuſia loqui*, ità, ut ſimpliciores credulæ felices ſe reputâſſent, ſi eis aditus tanti videndi miraculi concedi potuiſſet.

Ex Schedis MS. Joannis Lottley Monachi Cartuſiani & Prioris Domûs Colonienſis.

Extant de eo codices MSs. in Bibliotheca Cartuſiæ Colonienſis hi *pulpito O. n. 102. & n. 209. & n. 210.*

Manuſcripta tria volumina in folio aſcetica hujus Joannis Trevirenſis extabant hoc anno 1744.

JOANNES von REIDT. Hunc prænobili & antiquiſſimâ Patritiorum gente ſatum edidit Colonia Agrippinenſium 1532, patre quartùm Conſule & nuper Legato ad Comitia Auguſtana 1530. ubi condemnationi Auguſtanæ confeſſionis inter 39. ſacri Romani Imperii civitates Princeps ſubſcripſit; matre Catharinâ Kannegieſſer Conſulari familiæ. Bonas literas & Philoſophiam cùm audiſſet in domo ſeu Gymnade Kuycana, fuit magiſterii laureâ inſignitus 1550. Dein Societati Jeſu votis ſpontaneis à Patre Leonardo Keſſelio Rectore ſub finem Septembris 1552. adſcriptus, & 1553. Romam miſſus fuit ad ſtudium Theologicum. Inde à ſancto Ignatio remiſſus fuit Coloniam, ubi Leichius novæ domûs coronarum Gymnaſiarcha Sacerdos, nuper uxoratus, aſt palàm Lutherizans Gymnadem Coronarum hæreſi infecerat: quod cùm Catholicus Magiſtratus Colonienſis & Facultas artium ferre meritò nec poſſet, nec vellet, Patres Societatis Jeſu variis libellis pro obtinenda doctione Senatui eidem ſupplicârunt quidem, ſed fruſtra: tandem uno Rhetii nomine propoſito, univerſus Magiſtratus aſſenſus eſt, quâ ſuorum benevolentiâ Rhetius opportunè tum uſus, acceptis clavibus 1557. 28. Januarii aperuit, DEO propitio, Gymnadem Coronarum vulgò dictam ipsâ purificatæ Virginis die bono omine, & vulgato lectionum habendarum indice ad diem XV. Februarii claſſibus diſtinctis ipſe ſimul Rhetoricam ſibi ſumpſit docendam, ſimul totius Reipublicæ illius literariæ regundæ Provinciam non niſi cum vita deponendam. Eo ævo muſarum facies lui-

dia, hiſpida, ſed morum longè fœdior & miſerabilior. Itaque cùm præter literas aliud nihil à nobis expectarent diſcipuli, Rhetius nova quædam & egregia, & paulò difficiliora hæc adjecit. Primùm ad Gymnaſium non admittebat, niſi prævia exomologeſi animum parâſſet ſapientiæ. Statas ſub initium & finem ſcholarum preces præſcripſit, roſaria propalàm geſtare juſſit, ſingulis diebus rei divinæ ab uno è noſtris factæ omnes unà intereſſe, & non turmatim, ſed ordine ſacris concionibus, ſub veſperum Litanias ad omnes Sanctos inſtituebat, reſpondentibus Academicis, divinam menſam inſolito ſpectaculo adibant multi octonis diebus, plerique quindenis. In San-Maximiniano conſini templo, quo utebamur precariò. Thomam à Kempis, & id genus libellos pios, quos excudi Rhetius ſatagebat, geſtabant apud ſe ſinguli.

Literariæ exercitationes tot & tam variæ ab eodem excogitatæ, ut plures certè inſtitutum noſtrum, quod plurimas ſuggerit, non numeret: nam humaniores quot hebdomadis, Philoſophi diebus feſtis congrediebantur; illi Præceptorum & Authorum repetendorum gratiâ, hi diſputationibus peripateticis, quibus anno 1560. bina ſtudiorum inſtauratio verna & autumnalis acceſſit. Præmittebantur variæ vario ſtilo lucubrationes oratorio tono, à lectiſſimis recitatæ: ſcriptiones ſubin variis linguis, Græcâ Hebraicâque, & de argumentis ferè aut neceſſariis, aut vulgo utiliſſimis, quibus cùm applauſiſſet corona, aſcendit in ſuggeſtum Regens Rhetius, & quo ordine ad altiorem ſcholam gradum faciant, quâve laude pronuntiat, Intrà biennium fama novæ Gymnadis eò excrevit, ut Rhetius, qui vix centum nactus eſſet, 1558. octingentos numerârit, & ex his jam 60. jam 80. Convictores & Contubernales ſuos, quos inter Rheingravii Comites & Barones non pauci. Vicinæ regiones, Principes, civitates certatim literis & hominibus miſſis aut Magiſtros ab Rhetio aut ipſummet poſtulabant rei Chriſtianæ opem laturum. Trevirenſis Elector & Moguntinus, Præſul Leodienſis, Geldriæ Cancellarius, Antiſtes Colonienſis pro urbe Andernacenſi, Neomagenſis Reſpublica &c. 1661. 10mâ Martii Moguntiam deſtinatur Rhetius, celebri illa in urbe jacturus fundamenta Societatis Jeſu; quo officio perfunctus, ad ſuos rediit. 1663. licentiam ad ſacroſanctæ Theologiæ lauream capeſſendam accepit, ipsâque coronatus fuit feriâ III. poſt Dominicam Trinitatis. Diebus ſacris in Baſilica ſanctæ Urſulæ ad populum dicebat: Factæ ſementis meſſis præſens erat manipulus peccatorum vel hæreticorum, qui ex cathedra ad tribunal pœnitentiæ deſcendentem coronâ cingebant. Diarium concionum ejus tale reperio. Diebus Dominicis dicebat Rhetius in Baſilica illuſtri Collegiata ſanctæ Urſulæ: feriâ II. in Parochia ſancti Jacobi: feriâ III. in Parthenone ſanctæ Gertrudis Ordinis S. Dominici: feriâ IV. in Parochia ſancti Mauritii: feriâ VI. in Capitolio diem Sabbathinum totum peccata expiantibus in Æde ſumma commodabat. 1567. profeſſionem quatuor votorum edidit 28vâ Auguſti in aurea Camera ſanctæ Urſulæ. Eodem anno & ſequentibus crebræ migrationes Geuſiorum è Belgio in Germaniam & Coloniam præcipuè, variiſque prætextibus & nominibus hîc ſedem figere ipſi & Lutherani, & Calviniſtæ, & Anabaptiſtæ conabantur. In hoc rerum articulo incredibile eſt, quæ fecerit Rhetius pro Eccleſiæ orthodoxæ & Catholicæ fidei puritate ſervanda. Plus millies egit cum Proceribus Eccleſiæ, Senatûs de proſcribendis urbe Sectariis, literas à Pontifice, Imperatore & vicinis Principibus Catholicis ad Senatum Colonienſem impetrat effecitque, ut continuò alia aliâque variis temporibus Senatûs conſulta ederentur de ejiciendis quibuſcunque Sectariis, de deroganda eiſdem ſepultura intrà mœnia, &c. Paucis. Si ſpectes hujus viri eruditionem, facundiam, literarum commercium cum viris præcipuis, ſi indefeſſum laborem, vigilantiam, ardorem pietatis, miſericordiam erga pauperes, cæterâsque virtutes, neſcias profectò, quid primùm, quid poſtremùm in hoc viro dicas aut admirêre.

Demum caſus improviſus virum hunc nobis abſtulit: nam Gerardus Peſchius è ſociis unus (quo Præceptore uſus fuerat Juſtus Lipſius Rhetio Regente. *V. Centuriam III. Epiſt. 87.*) Græcè, Latinè Hebraicéque doctus, ſed melancholico humore prævalente, & quadriennio mente captus, cultro Rhetium nil ſuſpicatum adverſum transfixit, nemine præſente, qui phreneticum cohibere potuiſſet. Humi collapſus, antequam à Confeſſario & Chirurgo juvari poſſet, in cælum tranſmiſit victricem animam tot de hæreſi, peccatis & ignorantia ſpoliis mactatam die 26. Octobris 1574. Acerbiſſimus hic exitus Urbem, Univerſitatem & Clerum luctu implevit. Funus ad Parochiam ſancti Pauli gentilitio Majorum tumulo illatum fuit ante locum, quo ſanctiſſimum Chriſti Corpus aſſervatur. Funebrem orationem alteram Georgius Braunius in Theatro urbium Tom. ſuis Præceptoribus immortali calamo ſcriptam exhibet. Libri editi vel MSs. ab eodem

1. *M. Tullii Ciceronis Epiſtolarum ad T. P. Atticum liber 1. & obſervationes in eas. Typo Materni Cholini pag. adverſæ 163. Coloniæ.*

2. *Libellus precum, hymnorum & meditationum concinnatus. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1560. in 8vo pp. 153.*

3. *MS. liber in folio Hiſtoria Gymnaſii Tricoronati ab exordio uſque ad annum mortis ſuæ.*

4. *MS. liber Epiſtolarum ad externos in folio.*

5. *MS. liber in folio Epiſtolarum ab externis eruditis penè omnibus, quos Europa tunc numerabat, Autographum ad Joannem Rhetium Scriptorum, ingens ſanè theſaurus hiſtoriæ literariæ.*

6. *MS. liber in 12. Ephemeridum ſuarum.*

Fuit Joannes Rhetius è tabula mortuali ad vivum delineatus, & in ære ſculptus Gymnaſii primùm aperti anno ſæculari 1657. die 15. Februarii, qui 1557. incidebat in diem Lunæ poſt Dominicam Septuageſimæ. Sub imagine ſequentes leguntur verſus:

Duice coronatis nomen ſociando palæſtris
Eſt triplex merito parta corona viro:
Prima fuit ſociis, Ubio fuit altera Clero,
Urbi Agrippinæ tertia parta fuit.

JOANNES RENSINCK Durſtenſis, Guardianus Marcodurenſis Fratrum Minorum de Obſervantia, & Provinciæ Coloniæ Miniſter. Scripſit

Manuale Franciſcanorum Regulæ expoſitionem, aliaque ad ejus obſervantiam ac monaſticæ vitæ diſciplinam

ſcipſinam ſpectantia breviter complectens, cum adjuncta de cenſuris Eccleſiaſticis aliisque ad confeſſionem pertinentibus, inſtructione Confeſſariis perneceſſariâ. Coloniæ apud Joan. Crithium 1609.

Wadingus. Scriptores Ord. Minorum.

JOANNES RIVIUS Attendoriæ in Ducatu Weſtphaliæ Archi-Diœceſis Colonienſis naſcitur 1500. felicis ingenii ſigna dedit, cùm prima elementa domi doceretur. Coloniam Metropolim ſuam miſſus, Arnoldum Veſalienſem & Joannem Cæſarium Præceptores habuit pari fructu & famâ Magiſtrorum ùt diſcipuli: in templo, quod ad Gradus Mariæ vocatur, Coloniæ triennio ſcholæ præfectus fuit. Subin in ſuperiorem Germaniam aſcendit, utbes celebriores viſurus. Ob famam doctrinæ evocatur à Saxoniæ Duce Henrico, ut Ludi-Moderatorem ageret, & formaret juventutem. Poſtmodum ipſum Principem Auguſtum (qui 1565. Saxoniæ Elector erat) inſtituit, demum Miſnienſis ſcholæ & judicii Eccleſiaſtici Inſpector fuit, quo in munere ad finem vitæ perſeveravit. Ab avita Catholicæ fidei regula deflexit ad placita Novatorum, obiit 1552. Varia edidit, quæ *Georgius Fabritius & Pantaleo* enumerant. Stangefol *L. IV. Annal. Circuli Weſtphalici pag. 52. 53.*

Buß-Glock von Joanne Rivio Attendorienſi in Lateiniſcher Sprach geſchrieben, verteutſcht durch Thomam Fabritium. 1609. Manheimii bey Nicolas Schrammen in 8vo pp. 122.

JOANNES ROBERTI natione Belga, gente Arduennas, domo Andaginus, Coloniæ ſtuduit, &, abſolutâ Philoſophiâ, in Gymnaſio trium Coronarum Magiſter, & primus Univerſitatis 12. Februarii 1592. ab Henrico Werhaen Soc. Jeſu Doctor creatur. In Societatem Jeſu 1592. ætatis ſuæ 23. in Provincia Rhenana Treveri ingreſſus, magnos in omni genere doctrinæ progreſſus habuit, & vota quatuor profeſſus eſt, ſacræ Theologiæ Doctor, ejúsque & divinarum literarum Duci, Treviris, Herbipoli, Moguntiæ Interpres, Rector olim Collegii Paderbornenſis religioſo fine quievit Namurci 14. Febr. 1651. Edidit

Myſticas Ezechielis quadrigas, hoc eſt, ſancta quatuor Evangelia hiſtoriarum & temporum ſerie vinculata. Græcè & Latinè Moguntiæ 1615. in folio typis Joannis Albini.

Theophridi Epternacenſis Abbatis vigeſimi quarti (qui ex vita migravit anno Domini 1110.) flores epitaphios Sanctorum Lib. IV. Primus luci aſſeruit, & notis illuſtravit. Luxemburgi apud Hubertum Reuland 1619. in 4to.

Hiſtoriam S. Huberti Principis Aquitani, ultimi Tungrenſis & primi Leodienſis Epiſcopi, ejúsque urbis Conditoris, Arduennæ Apoſtoli, cum notis & paralipomenis ad vitam, & quæſtionibus Hubertinis, quibus dubia circa vitam explicantur. Luxemburgi typis Huberti Reuland 1621. in quarto.

Vitam S. Lamberti, quam Gallicè vertit & edidit Alardus Le Roy noſter. Leodii apud Joan. Tournay 1633. in 8vo.

Nathanaelem Bartholomæum, ſeu demonſtrationem, quâ probatur, Nathanaelem eſſe Bartholomæum Apoſtolum. Duaci apud Arnoldum Wion 1619. in 4to.

Legem Catholicam, quâ oſtenditur, Leodienſes Epiſcopos ab uſque S. Materno S. Petri diſcipulo ſemper fuiſſe Catholicos, Latinè. Eam Gallicè eſt interpretatus Alardus Le Roy.

Elogia 50. Juriſperitorum Sanctorum. Leodii typis Joannis Ouwertz 1632. in 12mo.

Edidit præterea contra Hæreticos & Hecebolios hujus temporis nonnulla, his titulis:

Tractatus novi de magnetica vulnerum curatione, Authore Rudolpho Goclenio, brevis anatome. Lovanii typis Chriſtophori Flavii in 8vo, & Treviris apud Henricum Bock 1615.

Goclenius Heauton-Timorumenos, id eſt, curationis magneticæ & unguenti armarii ruina. Luxemburgi typis Huberti Reuland 1618. in 8.

Metamorphoſis magneticæ Calvino-Gocleniana. Leodii typis Joannis Ouwertz 1618. in 8vo.

Goclenius Magus ſeriò delirus Epiſtola. Duaci typis Arnoldi Wion 1619. in 12mo.

Curationes magneticæ & unguenti armarii magica impoſtura adversùs diſputationes Joannis Baptiſtæ Helmontii. Luxemburgi apud Hubertum Reuland 1621. in 8vo, & Coloniæ typis Joannis Kinckii 1622. in 8vo.

Diſſertationem de ſuperſtitione. Treviris apud Henricum Bock 1604. in 16to.

Parallela Ss. Miſſæ & cœnæ hæreticæ ipſo Præſide propoſita diſputationi a Joanne Eringo.

Anglicanæ Eccleſiæ reformatæ baſis, impoſtura. Luxemburgi apud Reuland 1619.

Magia Fanatica, qua tamen, à quo prodierit, non conſtat.

Scripſit præterea Gallicè

Conſiderationes ad Leodienſes pro retinenda fide Catholica Gallicè & Flandricè.

Examen confeſſionis fidei Belgicæ Reformatorum edidit Authoris Anonymi.

Contemptum mundi verſu rythmico. Luxemburgi apud Reuland 1618. in 8vo.

Parabat plura; ſed mors præoccupavit.

Sotuellus Biblioth.

JOANNES ROSENTHAL natione Germanus, patriâ Juliacenſis ex vico Hertzograd prope Aquas-Grani. Societati Jeſu ſe addixit 1630, & quatuor vota in illa nuncupavit. Docuit literas Græcas, Latinas, Philoſophiam, Matheſin, & Eccleſiaſten egit Coloniæ in ſumma Æde magna cum approbatione & fructu. Miſſionarius dein in oppido ſancti Goaris, & Confeſſarius ſereniſſimi Principis Erneſti Landgravii Haſſiæ omnes ferventis Miſſionarii partes explevit. Præter inſignem eruditionem & linguarum variarum peritiam ab ipſo Marte ſuo acquiſitam elucebant in eo multæ virtutes inſignes, utpote abſtinentia etiam in quotidianis jejuniis, paupertas in voluntario rerum etiam neceſſariarum defectu, caſtitas in mira ſenſuum cuſtodia, afflictatio corporis in perpetuo cilicio, obedientia in obſervantia etiam nutuum cujuſcunque Superioris, humilitas in obeundis palàm vilibus operibus, zelus in frequenti flagitatu Indiarum, patientia in adverſis, æquan-

mitas in ferendis injuriis variis & contumeliis. Nihil ferè aliud die ac nocte credebatur agere, quàm de cælestibus meditari, aut preces vocales decurrere, ut horis senis & quandoque octonis Creatori quotidie vacaret. Reliquo etiam tempore quidquid ageret, quocunque pergeret, meditabundus DEO conjungeretur. Tandem Romam cum memorato Principe Ernesto ad Alexandrum VII. Pontificem maximum accedens, ibi post paucorum dierum febrim Sacramentis omnibus ritè præmunitus, innocentem animam reddidit Creatori die 15tâ Octobris anno 1655. Apologiam viri hujus ac Societatis contra Valerianum Magni sereniſſimus Princeps Ernestus Epistolâ Latinè & Germanicè typo editâ scripsit. Edidit Germanico idiomate

Concionum diebus Dominicis & festivis Tomos II. in 4to. Prior Tomus editus 1653. pag. 651. Alter 1654. pag. 658. Titulus amborum: Weiden des guten Hirtens JEsu Christi, das ist, Predigen an den Sonn- und Feyrtägen des Christlichen Jahrs aus den Sprüchen und Schrifften GOttes und seiner Heiligen kürtzlich zusammen gefügt durch R. P. Joannem Rosenthal S. J.

Justam querelam contra Prædicantem Calvinistam de controversiis fidei. Coloniæ iisdem typis 1656. in 8vo.

De edificio supra Christum. Coloniæ apud Henricum Krafft 1653. in 4to.

Gute Zeit in Ubungen der Andacht durch Gebett und Gesprâch mit GOtt [id est] exercitiis & precibus ex verbis sacræ Scripturæ & Ecclesiæ collectis per totum annum opportunum & bene collocatum tempus. Coloniæ apud Henricum Mylium 1651. in 12mo pp. 592.

Latinè edidit

Epistolam Irenicam ad juventutem Hassiæ super dissensionibus Doctorum, quos audiunt. Coloniæ typis Krafft 16 5.

Friedens Predig als bey der Mess Maximilian Henrici Ertz-Bischoffs zu Cöllen die Durchleuchtigste Fürstin Elisabetha Amalia, gebohrne Land-Grâfin zu Hessen, Pfaltz-Grâfin beym Rhein offentliche Bekantnus des Catholischen Glaubens thate 1653. die omnium Sanctorum in S. Andreæ Kirch PP. Societatis JEsu zu Dusseldorff, gedruckt zu Cöllen bey Reinert Krafft 1654. in 4to pp. 32. gehalten durch P. Joannem Rosenthal S. J.

JOANNES à S. RUTGERO Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo, Ss. Theologiæ Licentiatus. In lucem ejus studio prodiit

Oratio panegyrica in laudem Ordinis beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo & Provinciæ Alemanniæ inferioris ad Patres ejusdem Ordinis in Comitiis Provincialibus Coloniæ congregatos proclamata à F. Joanne à S. Rutgero, Ss. Theologiæ Licentiato & Profess. Carmelita. Coloniæ typo Petri Alstorff in 4to pp. 11. 1699.

JOANNES RUYSCHIUS Trajectensis ortu, professione Benedictinus in sancti Martini apud Ubios Monasterio votis 1492. nuncupatis. Astronomiæ, picturæ, Chalcographiæ, aliarumque artium apprimè peritus fuit. Romam subinde profectus, in Pontificis palatio aliquandiu substitit, ubi edidit

Mappam mundi, seu orbis terrarum descriptionem, variásque picturas pereleganti penicillo delineavit. Urbe relictâ, Lusitaniam petiit, Regi factus in paucis charus & familiaris, à quo ob Astronomiæ, Cosmographiæ & nauticæ artis peritiam Navarchis ad Indos proficiscentibus est præfectus. Longæ tandem peregrinationis pertæsus, jâmque senio confectus, Coloniam repetiit, ubi in nativo Cœnobio felici exitu diem suum obiit 1535. Multa reliquit artis suæ instrumenta à se ferè elaborata, nempe

Astrolabia, acus nauticas, & similia.

Libellum item pro conficiendis coloribus, & de arte pingendi in membranis.

Item alium 1494. scriptum sub titulo: Admonitiones ad spiritualia trahentes.

Ipsus quoque Author est & Artifex majusculæ illius Literæ in Graduali Chori Prioris ad introitum diei Paschalis. *Idem condidit Tabellam, quæ in Triclinio Fratrum pendula dierum lunationem signorumque Zodiaci cursum miro artificio exhibebat.* Plura alia reliquit ingenii sui monumenta, quæ lapsu temporum aut custodum incuriâ intercidisse dolemus.

Ex Huberto Holthausen & Commentar. Oliverii Legipont.

JOANNES SCHAD seu SCHADLAND natione Germanus, Ordinis Prædicatorum Conventûsque Colonienſis Alumnus, sacræ Theologiæ laureâ in Universitate Agrippinensium donatus, vir doctrinâ & pietate conspicuus, Legatus Pontificius fuit aliquando, ac hæreticæ pravitatis Inquisitor fideique, adversùs insurgentes in Germania Joannis Wiclefi Angli errores Vindex acerrimus. Hic Innocentii VI. summi Pontificis authoritate provisionéque primùm 1359. institutus est Episcopus Culmensis, vulgò Culm. Urbs est Episcopalis ditionis jam Polonicæ in Prussia Regali sub Metropoli Gneznensi. Hanc ille cùm annis aliquot administrâsset Ecclesiam, ab eodem Pontifice translatus est 1362. ad Hildesheimensem, quam non plus biennio retinuit, Brunswicensiúmque incursionibus Principum interea divexatus, cùm nec tranquillam sibi gregíque suo utilem, studióque literarum, quibus mirè afficiebatur, opportunam obtineret, ultrò dimisit, Avenionémque ad summum Pontificem secessit, quo tempore, cùm Wormatiensis Ecclesia vacâsset ab Urbano V. tum in Italia agente, & cui se comitem Joannes dederat, constitutus est Episcopus Wormatiæ LVI, confossóque sagittâ paulò post, ac perempto Walthero Augustano Episcopo, Augustanus unà Wormatiensisque Pontifex assumptus est 1369. Verùm ubi Augustam eodem anno pervenit, excitatis tum inter Senatum, Clerum & populum gravissimis tumultibus atque dissidiis parum ibidem subsistit, Wormatiámque concessit, ubi cùm & in eum adhuc excitati essent tumultus, anno 1372. Augustanam sponte dimisit Ecclesiam, Wormatiensi retentâ, quam etiam non multum postea pacis amans studiorúmque avidus abdicavit, Confluentiámque secessit, ubi & paulò post, cùm anxiè diúque quæsitam vitæ tranquillitatem obtinuisset, æternam demum ille invenit & adeptus est requiem Kalendis Aprilis 1373.

1373, inque Prædicatorum æde sacra ad majoris aræ dextram sepultus est, hâc illi inscriptione positâ:

Hîc jacet Dominus JOANNES SCHADLAND de Colonia, Magister Theologiæ, Inquisitor Hæreticorum, Episcopus Ecclesiarum Culmensis, Hildesheimensis, Wormatiensis & Augustensis, Ordinis Prædicatorum, qui obiit anno Domini MCCCLXXIII. Calendis Aprilibus.

Opera ejus sunt:

Tractatus de Trinitate.

Sermonum volumen, in quo plures de B. M. V. R. P. D. Joannis Episcopi Hildesheimensis Ordinis Prædicatorum Tractatus de virtutibus Cardinalibus. Sic incipit: Rex virtutum progressurus ad principatum adversùs Principes tenebrarum, &c. Jacobo Eccard major hujus operis notitia accessit ex codice Colbert. 2089. ætatis Authoris fol. med. membr. fol. 106. constanti, cui titulus ex mente Authoris inscriptus Culmensis; in eo verò agit *de statu & officiis S. R. E. Cardinalium.*

Extat in Biblioth. Prædicat. Coloniæ. Codex hic manuscriptus in folio. Charta unicas duas spissus cujus à P. Jacobo Quetif. 1671. die 14. Junii.

De statu & Episcoporum potestate, qui fortè jam alicubi latet.

Oudin. Echard. & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicatorum.

JOANNES SCHETZER natione Germanus, patriâ Colonienſis, natus in Brochhausen non procul à Rheno 1677. 24tâ Januarii, literis omnibus excultus Coloniæ, ibidémque Sacerdos, ingressus est Societatem Jesu Moguntiæ 1703. 11. Julii, quatuor vota professus Bambergæ 15. Augusti 1713. post tradita per sesqui annum Poëseos & Rhetoricæ præcepta Philosophiam ac Theologiam scholasticam docuit annis septemdecim Heiligenstadii, Molshemii, Bambergæ, Fuldæ, Confluentiæ, Aquisgrani. Potissimo tempore, quo Theologiam professus est, scholis simul præfuit & Sodalitio majori beatissimæ Mariæ Virginis annuntiatæ. Scripsit, & typis vulgavit

Institutiones Dialecticas. Bambergæ in 12. 1711. apud Gerardum Kurtz.

Theses ex universa Philosophia rationibus succinctè probatas, & ab objectionibus præcipuis vindicatas. in 12mo 1713. ibidem.

Theses Theologicas authoritate & ratione confirmatas de pœnitentia & matrimonio. in 8vo Fuldæ 1717.

De verbo incarnato. in 8vo Argentinæ typis Simonis Kürsner 1721.

JOANNES SCHLEIDANUS (de quo varii sunt Authorum sensus.) Plerique in hoc consentiunt, illum à patria sua, quod est oppidum in Eifflia, *Schleida* dictum, nomen accepisse, Archi-Diœcesis Colonienſis spirituali regimini subjectum. In eodem nascitur 1506, & didicit elementa literatum; Parisios verò delatus, artes & juris licentiam publicè impetravit. Ad novitates pruriente animo nec tutus in Galliis 1551. Argentinam perrexit, ubi fertur in sectam Zwinglianam incidisse, eámque postea cum Argentoratensibus in Lutheranam commutâsse, & in eâdem obiisse. Ibidem Jacobi Sturmii popularis familiaritate ac hortatu inductus, accedente publico Protestantium stipendio *Commentarios de statu Religionis & Reipublicæ* Carolo V. Augusto ab anno 1517. ad annum 1555. contexuit: 1556. Argentorati editos in 8vo, ut majori verisimilitudine apertissima mendacia nemo palliâsse hactenus inventus sit. Ea Henricus Pantaleo Schleidani veniâ ex Latinis Germanica fecit, & ad 1562. tribus Latinis libris auxit; si fortè posteri ea crediturі essent, quæ coævi, & oculati, & auriti, & germani testes, ut Caspar Gennepæus, Laurentius Surius, Eckius, verbo, omnes, qui oculos aut aures sæculo XVI. præter Protestantes habebant, conficta somnia esse affirmârunt.

Continuationem horum Commentariorum scripsit Londorpius Francofurti tribus voluminibus: Apologia eorundem prodiit 1610. Francofurti. Anno 1545. Legatus Protestantium ad Angliæ Regem missus fuit, ut eum ad studia pacis flecteret. Anno 1551, nomine Argentoratensis Reipublicæ Tridentino interfuit Legatus, cupisque omninò privatorum hominum colloquiis decidendam tradi religionis causam: quæ absurdissima postulatio Episcopis œcumenicæ Ecclesiæ visa est, qui Protestantibus sæpè securitatem obtulerunt suarum difficultatum proponendarum; atità, ut decisio non Apostatis, sed Episcopis à Spiritu sancto positis relinqueretur. Obiit morbo epidemico 1556. ætatis 50, sepultus Argentinæ. Scripsit opera quædam, & inter illa principem locum tenet

Historia sui temporis, in qua multorum etiam Lutheri partes sectantium tantum veritati passim detraxit, quantum suo affectui indulsit; indulsit autem frequenter & quàm maximè. Certè gloriosa Caroli V. Imperatoris gesta, ubicunque potuit, atro calamo notavit, aut penitùs prætervit; sed neque Francisco I. Galliæ Regi, à quo teste Moretio annuam centum imperialium pensionem acceperat, magis propitius fuit. Altera post Schleidani obitum hujus operis editio primâ longè iniquior est, utpote in qua etiam illa, quæ Schleidanus Catholicis gloriosa, nequidem ævo suo attingere ausus est, depravata, aut in sensum iniquiorem detorta sunt. Quare factum est, ut etiam illa, quæ Schleidanus magis certa conscripsit, apud æquos censores fidem omnem perdiderint, præsertim, qui utramque editionem anni 1553. & anni 1556. contulerint. Latio donavit

Librum Claudii Seissel de Francorum Republica, & de Regum juribus, item Philippum Comineum.

JOANNES SLOTANUS Valerio Andreæ Schlootanus, ab Eisengreinio Schlotanus, à Possevino & Fernandez corruptè Scholotanus agnominatus, natione Brabantinus, oppido Geffen, altero ab Busco-Ducis lapide sito ortus, & à patria vulgò *Geffensis* nuncupatus adolescens,

Ordini

Ordini sancti Dominici nomen Coloniæ Agrippinæ dedit. Juvenis cùm audisset tot barbararum gentium animas in Indiis & Insulis ab Imperatore Carolo V. detectis & occupatis plusquam cimmeriis immersas idololatriæ tenebris paucorum illuc pro Christo profectorum illuminari labore; eorum studio continuò, imo pectore exarsit, útque ad fidem eos perduceret, eò trajicere decrevit, & ad hoc idem alios etiam inducere cœpit consilium, sed ne impleret, infirmâ corporis valetudine, Superiorúmque, quibus parere tenebatur, prohibitus est voluntate. Nihil remissior tamen fuit pro Christi fide zelus, quanquam apud exteras barbarásque nationes ei non licuit verbo & opere dilatare religionem; hanc vel in patria contra Protestantium Hæreticorúmque impetus atque versutias, quà stilo vocéque potuit, & authoritate propugnare promoveréque totis viribus studuit; nec enim ille Latinè tantùm & Græcè scivit ùt vernaculè, sed in sacrorum Ecclesiæ Canonum erat sanctorúmque Patrum lectura & expositione versatissimus. Conventûs Colonienſis regimini electus præpositus est Prior, & in eo literas sacras professus, ac in ejusdem Academia civitatis è duodecim viris unus inter infulatos Patres. Demum & per Rheni Tractum & Colonienſem Diœcesin Generalis fidei Censor & Inquisitor, quo in munere cùm annis aliquot integerrimo infractóque se gessisset animo, *Velsiúmque* ovinâ veste, animo vulpino mentitum Hæreticum eâ civitate regionéque insidiantem, gregíque Colonienſi inhiantem detexisset atque compescuisset, ætate maturus, ibidem inter Fratres suos vitam in pace complevit 1560. 9nâ Julii, utì Necrologicæ Colonienſis Conventûs 1671. à Jacobo Quetif visæ excusſæque fidem faciunt tabulæ: quod & notat in Archi-Episcopis Colonienſibus ad Salentinum LXXV. Archi-Episcopum Cratepœlius Minorita. Schlorano stilus erat pro dicendi genere varius & aptus, cùm Oratorem egit, floridus, cultus & elegans, Latinéque purus: cùm Polemicam tractat, vivus & efficax, non inani verborum lenocinio, sed rationum authoritatúmque pondere suos urgens, egregiéque confodiens, Ecclesiæ scilicet Catholicæ, hostes & advertarios. Hæc supersunt etiamnum ejus edita opera:

I. Volumen hæc continet: 1. *De Baptismo parvulorum Tractatus, Hermanno à Bonhum Monasterii in Brauweiler Abbati nuncupatus è Colonia 10. Februar. proditque cum tribus sequentibus. ibid. typis Joan. Novesii 1559. in 8vo.*

2. *In Psalmum XC. Qui habitat. Homiliæ 9. ab e 11. ad z y.*

3. *Dialogus de barbaris nationibus convertendis ad Christum in præfatione ad Lectorem è Colonia 23. Maji 1558. sic ait: Animus quoque fuit ad idem opus adeò promptus, ut flagrarem desiderio trajiciendi ad easdem Insulas, pro fidei Catholicæ dilatatione; & quidem libenter &c. &c. ab A ad I 4.*

4. *De oratione. ab I IV. ad D V.*

5. *Concio Latinè pronuntiata in Capitulo majoris Ecclesiæ Colonienſis. 1544. in Capite quadrag. à Q V ad T. Quæ quinque opuscula simul prodierunt typis Arnoldi Birckmanni 1561. in 8.*

II. Volumen. Disputationum adversùs Hæreticos liber unus, in quo sub propugnatione articulorum Justo Velsio Coloniæ propositorum omnes fermè hujus sæculi controversiæ discutiuntur: nempe de Ecclesia, de primatu Petri &c. &c. Georgio ab Egmont Trajectenſi Episcopo nuncupatum opus. Coloniæ Joannis Ratherii 1558. in octavo. A ad L y pp. 882.

Apologiæ Justi Velsii Havelgani confutatio. Coloniæ typis Casp. Gennepæi 1557. in 8vo pp. 94. Extat apud Dominicanos Insulis.

III. Volumen. De retinenda fide orthodoxa & Catholica adversùs hæreses & sectas, & præcipuè Lutheranam. Opus libris II. constans, & Philippo Mariæque conjugibus Angliæ Regibus dicatum. Accessit de verbi DEI virtute & Ecclesiæ inexpugnabili potentia lib. V. iisdem Regibus nuncupatum. Coloniæ typis Joannis Novesiani 1555. A & A & A A ad CC. Quæ tria superiora volumina extant Parisiis apud Dominicanos S. Honorati.

IV. Volumen. De præcipuis Incarnationis divinæ nostræque redemptionis mysteriis Homiliarum libri tres. Coloniæ typis Caspari Gennepæi 1557. in folio pp. 780. Extabat apud Dominicanos Coloniæ 1671.

V. Volumen. De octo beatitudinibus sermones XIV. Coloniæ typis Joannis Novesiani 1556. in octavo.

Sequentia adduntur opera à Dominicano Ghilberto de la Haye in Bibliotheca Belgo-Dominicanorum.

1. *In Epistolas & Evangelia, quæ in festivitatibus B. M. V. leguntur*, Homiliarum libri *XII.*

2. *De laudibus* B. *Mariæ Virginis* Homilia *una.*

3. *In Epistolas & Evangelia, quæ leguntur secundis feriis per Quadragesimam* Homiliarum *liber unus.*

4. *In Psalmum CVIII. Tractatus XLI.*

6. *Orationes aliquot Latinè habitæ.*

7. *Postillæ in Epistolas & Evangelia Dominicalia totius anni, ex D. Thomæ Commentariis desumptæ.*

Quæ tamen quo prælo, quâve formâ, aut quo anno prodierint, idem Ghilbertus fatetur se non reperisse; sed nec, à quo acceperit, refert. Itáque penes illum virum utique sincerum & accuratum fides.

Echard & Quetif Scriptor. Ord. Prædicat.

JOANNES SCHNITZEL ex Wipperfurt, civitate Ducatûs Montenſis, Scripturæ sactæ & legum licentiandus Pastor ejusdem loci. Germanicè edidit

Scorpion-Oel wider das ketzerische Gift, das ist, wahrer augenscheinlicher Bericht, daß die Lutherische Lehr eine ungezweiffelte Ketzerey seye, aus den Lutherischen Prædicanten-Büchern und Schrifften ausgeführt durch Joannem Schnitzel. Gedruckt zu Cöllen durch Henrich Krafft, in Verlegung Constantini Munich 1635.

1635. in 8vo pp. 562. Constat capitibus 24. Dicatur D. Wolffgango Wilhelmo.

JOANNES SCHUCKING natione Germanus, patriâ Darnbdienſis, in Weſtphalia natus 1596. adoleſcens adhuc, dum Coloniæ operam Philoſophiæ daret, luculentum exhibuit ſpecimen abſolutiſſimæ virtutis, quâ poſtea excelluit, adeò maturè gravis, prudenter modeſtus, verecundè caſtus, piè candidus, laboris amans, cibi potûsque abſtinens fuit, ut ſuo exemplo complures ad Societatem Jeſu duxerit, quos ipſe præivit anno ſæculi præterlapſi 1617. jam tum artium & Philoſophiæ Magiſter 31mâ Martii promotus in Gymnaſio Tricoronato. Docuit in ea manſuetiores literas, Philoſophiam, Theologiam tum ſcholaſticam, tum moralem, & ſolemne votorum quatuor ſacramentum dixit. Rexit Collegium Monaſterienſe in Weſtphalia eo tempore, quo frequentiſſimus erat ibi concurſus Legatorum & Procerum Europæ ad conſtabiliendam pacem univerſalem, & oppido ſatisfecit: fuit enim rarâ virtute rationis ductum ſemper conſectans, ad divinæ voluntatis normam ſe totum accommodans, ad officium ſuum vigilans, in ſe rigidus, in alios benignus, in omni ſtatu optimè eos ad congruam ipſis virtutem dirigebat. Singulari erat tolerantiâ in perferendis identidem calculi doloribus. Demum Duſſeldorpii, quò recuperandæ valetudinis causâ ex Medicorum conſilio miſſus fuerat, ex erumnoſa hac vita tranſivit (prout ſperare fas eſt) ad cæleſtem 18. Novembr. 1660. Edidit

Lucernam viatorum ſeu fidei: theſibus Theologicis. Monaſterii Weſtphaliæ typis Raesfeldii 1647. *in 4to.*

Mercurium orthodoxum ad demonſtrandum purgatorium, ex Judæ Machabæi precibus & ſacrificio. ibidem 1649. *in 12mo.*

Inſtructionem Theologicam contra Scheiblerum & Tremonienſes ſub nomine D. Rudolphi Batterman Collegii Pontificii Coloniæ Alumni. Coloniæ typis Wilhelmi Frieſſem 1649. *in octavo pp. 87.*

Verbum incarnatum de Incarnatione Domini contra eoſdem. Monaſterii 1643.

JOANNES SCHWEITZER Juliacenſis, profeſſus Ordinem Eremitarum ſancti Auguſtini in Monaſterio Colonienſi, ſacroſanctæ Theologiæ Doctor, ibidem Decanus ſacræ Facultatis Theologicæ, Examinator ſynodalis, primus Rector conſtitutus Provinciæ Colonienſis 1679. 19. Auguſti, quando hæc ab utraque Belgica ſejuncta fuit. Idem in Capitulo Aquenſi 1682. 17. Aprilis Provincialis electus fuit uſque ad diem 30mam Auguſti 1685. Subin 7. Maji 1688. in Capitulo Colonienſi ſecundùm Provincialis eligitur, geſſitque magiſtratum ad diem 7mam Maji 1691. Demum quartùm in Capitulo Colonienſi Provincialis eligitur 26tâ Aprilis 1697. quem uſque ad diem 29. Aprilis 1700. adminiſtravit; obiit 1708. die 23. Januarii, ætatis 85, profeſſionis 64, Sacerdotii 61, Doctoratûs 48. Scripta ab eodem ſequentia:

Diſſertatio Theologica ad mentem S. P. Auguſtini de radice intolerabilium ſcandaloſarum propoſitionum ab Alexandro VII. & Innocentio XI. damnatarum. Coloniæ 1679.

Diſſertatio Theologica de prædeſtinatione & reprobatione. 1681.

Diſputatio brevis de incertitudine ſententiæ probabiliſticæ & periculo dictaminis practici. Coloniæ 1682.

Diſſertatio Theologica de ſufficientia & neceſſitate pœnitentiæ. Coloniæ 1678.

Regulæ de moribus & ritibus obſervandæ à Fratribus junioribus novitiis & profeſſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Coloniæ 1680.

Directorium Romano-Auguſtinianum in ritibus & cæremoniis, in officio divino, Miſſa, proceſſionibus, cum examine promovendorum ad ſacros Ordines, conciones & confeſſiones excipiendas. Coloniæ 1681.

Diſſertatio triplex de ſtatu innocentiæ, de primorum hominum lapſu, & de pœnis inde derivatis. Coloniæ 1682.

Juſta querela de reſponſione benigna, ſive prodromus diſputationis ſecuturæ. in 8. pp. 25. 1682.

Tombeur & Exim. Heuſchen *Eremitarum S. Auguſtini Provincial.*

JOANNES SEILER natus Schleidenæ ſub Archi-Diœceſi Colonienſi 1635. Societatis Jeſu tirocinium ingreſſus eſt 1662. Vota ultima emiſit 1675. Poſt ſcholas manſuetiores & doctionem Græcæ linguæ aliquoties repetitam Procuratoris munere annis multis Aquiſgrani perfunctus, ſacro pariter tribunali indefeſſâ aſſiduitate præfuit magnâ & præcipuâ urbis parte ad ipſum confluente: ùt erat obſervans regularum, ità ſedulò curabat, ne qua particula bonæ diei ſinè linea præteriret. Aberat ipſe procul ab omni faſtu & inanis gloriæ ſtudio, patiens tædiorum ac moleſtiarum, quæ tempore diuturno tenuerunt, nullo queſtu ſolabatur, quin jocis liberalibus, ùt erat animo hilari, recreare ſolebat. Cathartus apoplecticus illi malum fatale fuit, cujus extremo potiſſimùm tempore diſſolvi cupiens, piis querelis tarditatem mortis incuſabat, iteratâ precatione JEſum ſuum ad maturandum adventum ſollicitans: Veni, ſuſpirabat, veni citò, mi Jeſu, veni, mi optime Jeſu, útque deficientem memoriam adjuvaret, deſcriptum piis aſpirationibus catalogum obverſo oculis parieti affixerat, qui per intervalla inſpectus ſanctis cogitationibus materiem ſuggereret. Die 27. Februarii 1697. vivere deſiit, ad extremam luctam ritè præparatus. Poſthumum ſingularis induſtriæ ejus ac ſcientiæ teſtimonium accepit Bibliotheca Collegii Colonienſis Societatis Jeſu.

Tomum MS. grandem in folio ejus manu conſcriptum, nuncupatum ab ipſo: *Vocabularium, Pentaglotton.*

1. *Delectus adagiorum* quinque linguis Latinâ, Græcâ, Gallicâ, Hiſpanicâ & Italicâ. Opus multi laboris & vigiliarum, nec indignum luce, ſi manus ultima cœpto operi admota fuiſſet.

2. *Tomum MS. in 4to, inſcriptum Architectonica proverbiorum*, quo proverbia Latino, Gallico, Hiſpanico, Italico, Germanico ſermone referuntur, & exegeſi morali illuſtrantur.

3. *Tomum MS. in 8vo*, quo compendia Grammaticarum Hiſpanicæ & Italicæ, & Lexicon Hiſpanico-Latinum continentur.

Ex annuis Coll. Colon. S. J.

JOANNES SONNEMANNUS Carmelita Caſſelenſis in Heſſia, ſacroſanctæ Theologiæ Doctor promotus Paduæ ab anno 1428. ad 37. Philoſophiam & Theologiam docuit in Carmelo Colonienſi. Hujus cùm poſt annum 1446. nulla in libris Provinciæ ulterior fiat mentio, eo circiter tempore creditur obiiſſe. Scripſit

Lib. 1. de ſuperſtitionibus.

Lib. 1. de contractibus.

Lib. 2. de Tempore & Sanctis.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ord. Carmel. Provincialis.

JOANNES SPELBERG naſcitur anno 1619. Duſſeldorpii, quæ eſt Metropolis Ducatûs Montenſis, artem pictoriam didicit à patre & à Salomone de Bray. In hominum ſimulacris ad vivum effingendis felix laudem tulit Duſſeldorpii & Amſtelodami. Obiit anno 1709.

Houbraken Tom. 3. p. 42. Weyer Tom. II. p. 373.

JOANNES de SPORRE patriâ Trevirenſis, Carmelita Colonienſis, inſignis Theologus Pariſienſis. Anno 1529. fuit Provinciæ Alemanniæ inferioris Definitor: quo etiam tempore obiit, Coloniæ, an Treviris, certò non conſtat. De eodem agunt Geſnerus in ſua Bibliotheca, Poſſevinus in apparatu, Arnoldus Boſtius. Scripſit

Opus notabile & præclarum de caſibus matrimonialibus.

JOANNES STALENUS Paſtor & Canonicus urbis Reſenſis in Clivia. Ejus ſtudio in lucem prodierunt

Peregrinus ad loca ſancta orthodoxus & pius demonſtratus: ſive vindiciæ ſacrarum peregrinationum, proceſſionum, invocationis Sanctorum, cultus imaginum, & miraculorum Eccleſiæ à Joanne Staleno Canonico & Paſtore Reſenſi. Coloniæ apud Jodocum Kalcovium 1639. in octavo pagin. 508.

Oratio in recentem terræ motum, Germaniæ utriuſque terrorem 1640. 4. Aprilis poſt tertiam matutinam, habita feriâ tertiâ Paſchatis breviter Reſæ, nunc exemplis aucta ſimul, & hiſtoricè & moraliter explicata à Joanne Staleno Canonico & Paſtore Reſenſi. Coloniæ Agrippinæ excudebat Hartgerus Woringen 1650. in 4to pp. 43.

Papiſſa monſtroſa & mera fabula, ſive diſſertatio Hiſtorico-Theologica, quâ ex vulgi errore ortum de Papiſſa figmentum ex vera Chronologia & alto Scriptorum in ſubſequentibus de ea annis ſilentio, uti & levi & incertâ recentiorum narratione penitùs profligatur & eliminatur, oppoſita nugis & calumniis cujuſdam Egberti Grim Calviniſtæ, Authore Joanne Staleno Paſtore & Canonico Reſenſi. Coloniæ ſumptu hæredum Bernardi Gualtheri in 8vo pp. 184.

JOANNES STURMIUS natus Schleidæ in Eifflia (quod oppidum XII. leucis horariis Coloniâ diſtat) anno 1507. 1. Octobris. Prima elementa domi didicit inter liberos Comitis Manderſcheidii, cujus Quæſtor Pater erat, inde Leodium in ſancti Hieronymi Collegium, tum Lovanium anno 1524. venit. Hîc diſcendo triennium, docendo biennium impendit, ſocios ſtudiorum nactus erat Joannem Sleidanum, Guntherium Andernacenſem, Jacobum Omphalium, Andream Veſalium (primos tres viros ſuis locis ùti populares laudabimus) Chriſtophorum Montium, Bartholomæum Laromum, qui in Republica literaria inclaruerunt, patriæ & ſæculi ſui lumina, & Sturmio multùm addicti. Typographiam inſtituit ipſe & Atticæ linguæ Magiſter Rutgerus Reſcius, quocum Græcos Authores vulgavit, Homerum aliosque, quos Pariſios ſecum avexit 1529. Exin hac in urbe in multorum eruditorum commercium penetravit, & publicè prælegit Græcos ac Latinos Scriptores, & commenſales plures aluit. Uxore ductâ primâ, & ſubin ſecundâ & tertiâ, cæterâ vivam poſt ſe non reliquit prolem. Cùm Calvini in ſectam propenderet, haud ſemel nec leve diſcrimen fortunarum & capitis expertus, migravit Argentoratum anno 1537. Anno proximo 1538. Magiſtratu volente & Jacobo Sturmio nobili Argentoratenſi Præfecto primario noſter nuncupatur Rector ſcholæ eâ ætate celebris, quæ à Maximiliano II. anno 1566. Academiæ titulum, & anno 1621. ab Ferdinando II. Univerſitatis axioma impetravit. Effecit porrò ſuâ eruditione, linguæ Latinæ notitiâ, & methodo docendi accuratiſſimâ, ut inter Germaniæ ſcholas admodum floreret Argentinenſis. Præterea ſæpè ablegatus fuit in Germaniam & Galliam religionum variarum & dogmatum causâ, ipſe Calvinianis adeò addictus, ut eorum è Gallia profugorum causâ nomina multa contraxerit, ad egeſtatem penè redactus: eorundem causâ cum Lutheranis ardentioribus Oſiandro, Pappo & calamo & voce perpetuum bellum geſſit.

Cæterùm Zwinglianus ipſe cùm eſſet, videbatur non improbare Lutheraniſmum molliorem tum Argentinam introductum: interim nullum fanum, nullam cœnam, ùt ajunt Domini, annos multos vidit: uſus enim licentiâ Evangelicâ à Calvino indulta dies Dominicos ludo Scachorum terebat ſub ipſam concionis neo-Evangelicæ horam, ùt teſtatur Convictor domeſticus Fridericus Rhodius. Anno 1583. prævaleſcente Lutheranorum realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia tuentium factione Rectoratu dejicitur, quem annos 45. ſuſtinuerat, regendo, ſcribendo, docendo, declamando, ante mortem, quam anno 1589. 3. Martii obiit, oculorum uſurâ privatus. Scripſit vel vertit

Claudii Galeni opera. Baſileæ 1531. in folio.

De literarum ludis rectè aperiendis liber impreſſus diverſis locis 1539. 1543.

De amiſſa dicendi ratione, & quomodo ea recuperanda ſit.

De periodis liber I. 1551. Idem explicatur à Valentino Erythræo 1576. in 8vo.

Partitionum Dialecticarum Lib. IV. 1592. in 8vo.

De demonſtratione Lib. I. qui dialecticarum partitionum eſt tertius, impreſſus eſt anno Domini 1543.

In partitiones oratorias Ciceronis dialogi quatuor,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quatuor apud Cratonem Mylium impressi anno 1539.

Luctus ad Joachimum Camerarium cum epitaphiis Joan. Sabidi. Libellus excusus 1542.

In quosdam Platonis dialogos, excusos Argentinæ, præfatus est.

De ratione interrogandi atque collocandi Dialectica.

Ex Ciceronis Epistolis libros tres in usum puerilem selegit ibidem impressos anno 1539. & 1543.

In orationem Ciceronis de responsis Aruspicum Commentarios edidit, qui cum reliquis diversorum Commentariis in omnes Ciceronis orationes Basileæ impressi sunt M. T. Ciceronis orationes & Rhetoricorum libros omnes post Naugerianam & Victorianam editionem emendavit. Ribelius excudit Argentorati anno 1540.

Ejusdem de periodis libellus excusus est anno 1551.

Vitam beati Rhenani descripsit, quæ præfixa ejus Germaniæ; excusa est Basileæ in Officina Frobeniana 1551.

Nobilitas literaria ad Werteros Fratres Lib. I. excusus Argentorati anno 1549. in 8vo chartis 7.

Oratio funebris in obitu Jacobi Sturmii, ibidem excusa.

Ejusdem in Æschinis & Demosthenis orationes contrarias Commentariolum Hecatommetes, cum ipsis orationibus excusum est Basileæ 1551. in 8vo.

De educatione Principis.

De Nobilitate Anglicana.

Ejusdem scholia in librum primum Politicorum Aristotelis edidit Michael Toxites, excusa Tiguri à Froschovero in 8vo.

Idem edidit scholia ejus in orationes Ciceronis pro Quintio, pro domo sua, pro Cn. Plancio, pro C. Rabbirio posthumo, in divinationem contra Verrem, in primam & secundam Philippicam: impressa sunt hæc Basileæ cum diversorum in omnes orationes Ciceronis Commentariis, & resolutione operum Ciceronis 1570. in 8vo.

Sturmii Epistolæ duæ de victoria Christianorum ad Echinadas 1572.

Epistola consolatoria ad Fabricios Fratres Georg. Fab. Lipsiæ.

Epistolæ de morte Reverendissimi Principis D. Erasmi Episcopi Argentinensis. 1569. in 4. Argentinæ.

Aristotelis Rhetoricorum Lib. III. in Latinum sermonem conversi, & scholiis brevioribus explicati. ibidem 1570.

Prolegomena in varios Authores. Tiguri.

Hermogenis de ratione inveniendi oratoria Lib. IV. Latinitate ab eodem donati, & scholiis explicati. Argentinæ 1570.

Hermogenis partitionum oratoriarum liber, qui vulgo de statibus inscribitur, ab eodem illustratus, ibidem.

De dicendi generibus, de ratione gravitatis occultæ, Latinitate donati, & scholiis explicati. Argentinæ apud Josiam Ribelium anno 1570.

Ejusdem linguæ Latinæ resolvendæ ratio tradita in Argentoratensi schola anno 1573. & nunc primùm in lucem edita in 8vo Argentorati anno 1581.

De imitatione oratoria Lib. III. cum scholiis in 8vo 1574. Argentorati.

De statibus causarum civilium, universa doctrina Hermogenis Græci Rhetoris nunc primùm in lucem edita. in 8vo Argentorati apud Jobinum.

Ejusdem Commentarii in M. T. Ciceronis Tusculanam primam, nunc primùm editi operâ & studio Joannis Loberti Bonissi. in 8. Argentorati apud Bernardum Jobinum.

Itémque consolatoria Epistola ad D. Bernardum Botzheimium de morte filii Joannis Christophori Botzheimii tutissimo & improviso casu perempti, cui adjectæ sunt orationes funebres duæ. Argentorati in quarto typis Nicolai Wirioti.

Epistolarum Eucharisticarum libri primi Epistola quarta ad Clarissimum Jurisconsultum D. Bernardum Botzheimium. in 4to Neustadii. Epistolarum Eucharisticarum libri secundi Epistola secunda. Ambrosiana ad Joannem Pappum. in 4to Neustadii.

Commentaria in artem poëticam Horatii, edente Joanne Loberto. 1576. in 8vo.

De universa ratione elocutionis Rhetoricæ Libri IV. 1576. in 8vo.

Hæc sunt, quæ pro re literaria augenda edidit Sturmius: cætera, quæ pro tuenda hæresi sua vulgavit, cùm sint inter primæ classis damnata, tenebris & carcere quam luce digniora sunt.

Foppens Bibliotheca Belgica.

« Valerius Andreas varia contra Topogra-
« phiam errata admiscuit: nam Eiffliam Bel-
« gio attribuit, dein eam inter Ducatus Lim-
« burgensis & Juliacensis confinia collocat, cùm
« sit portio Ducatûs Juliacensis, intráque eum contineatur.

Lexicon nniversale Iselini.

JOANNES TAISNIERIUS Athensis Hanno, juris utriusque Doctor, Philosophus, Medicus, Mathematicus, Poëta, Musicus, quas artes cum laude singulas variis in locis professus est, obivit Europam penè universam, Rector item fuit musices apud Gebhardum Archi-Episcopum & Electorem Colonienssem. Tandem peregrinationis tædio ad scribendum appulit animum, ùt videtur, in Archi-Diœcesi Colonienssi: cùm in eadem pleraque legantur impressa, Coloniæ scilicet. Scripsit

De natura & effectibus Magnetis. Coloniæ typis Birckmanni in 4to 1562.

De motu continuo, de proprietate motuum localium contra Aristotelem & alios Philosophos.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De motu celerrimo hactenus incognito. ibid.

De annuli sphærici fabrica Lib. III. Antverp. 1560. in 4to.

De usu sphæræ materialis.

Astrologiæ judiciariæ Isagogen. Coloniæ 1559. in octavo.

Opus mathematicum octo libris comprehensum excudit Coloniæ Theodorus Baumius 1583. cum Authoris effigie. Sed notandum est, Chiromantica & Genethliaca ut præstigiosæ artis Sixti V. PP. M. diplomate esse damnata.

Epitaphium ei posuit Joannes Fontanus:

TAISNERIUS jacet hîc, parvâ resupinus in urnâ,
Qui vaga, dum vixit, sydera transiliit.
Quo non dexteritas, quo non prænobile magni
Pertigit ingenium, cura, labórque viri.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JOANNES TAULERUS Germanus, Ordinem sancti Dominici ingressus, Provinciæ Teutonicæ Alumnus, vixit sæculo decimo quarto, ob Ascetica, quæ scripsit, sublimis & illuminatus Theologus audiit, vitæque spiritualis Magister. Acta ejus conversionis (ut scribit *P. Jacobus Quetif Tom. I. pag. 677.*) scilicet ab inanis in sermonibus auræ & gloriolæ captatione ad sublimiorem cum DEO conjunctionem sincerumque salutis animarum studium (& vitæ spiritualis exercitia, & quibus ut minimùm 1346. sedulò incumbere inceperat) & exinde ad obitum usque operibus ejus præfixa, & à Surio Latinè data (cujus diligentiæ propterea non parum deberi fatetur Jacobus Quetif, quod tanto thesauro Ecclesiam universam ditârit) vulgo nunc pro certis circumferuntur, quæ nisi parabolicè maximam partem accipiantur, mihi non constant: equidem in actis civitas, in qua tot mira gesta dicuntur, non nominatur; sed eam Coloniam Agrippinam esse, Surius in titulo indicat. Hinc Alumnum Conventûs Dominicanorum Colonensis, ibidem in Academia laureâ donatum, majorem etiam vitæ partem duxisse, à Laico Præceptore ad perfectiora deductum esse, consueta sacri Ordinis exercitia cum majori Auditorum fructu & plausu peregisse, & in eadem urbe mortuum & sepultum esse narrant.

Sed R. P. Jacobus Quetif Tom. I. pag. 677. & 678. docet, fuisse Alumnum Conventûs Argentinensis, & Professum, nec Coloniæ Doctorem creatum; quòd nomen ejus in catalogo Doctorum ab 1386. satis accurato non recenseatur, Argentinæ maximam vitæ partem duxisse; sed tamen in variis Germaniæ civitatibus Coloniæ etiam aliquando concionibus claruisse non negat, in tota illa historia Laici Præceptoris quiddam subolere parabolicum, nec ad literam accipiendum scribit, certúmque suis esse, Taulerum Argentinæ in suo Conventu nativo diem obiisse cum fama sanctitatis, & in Odeo sepultum sub lapide effigiem ejus referente, cui insculpta hæc etiamnum legenda epigraphe:

Anno MCCCLXXXIX. obiit Frater JOANNES TAULERUS.

Ejus opera simul prodierunt primùm Coloniæ typis Joannis Quentel 1548. in folio, hoc ordine:

1. *Historia & enarratio vitæ sublimis ac illuminati Theologi Joannis Tauleri, quam ab ipso scriptam plures conjiciunt, in qua nunquam proprio nomine designatur.*

2. *Sermones de Dominicis & Festis Sanctorum per annum seorsim. Lugduni 1558. in 8vo, Venetiis 1556. in 8vo pp. 1071.*

3. *Divinæ institutiones aut doctrinæ recens inventæ, quibus instruimur, uti per spirituales exercitationes virtutesque ad amabilem DEI unionem pertingatur, cum notis Surii seorsim. Coloniæ 1587.*

4. *Epistolæ aliquot, quas ille spiritualibus amicis atque filiis scripsit, quibus mixtæ tres aliæ.*

5. *Vaticinia quædam sive prophetiæ in vetustis Joannis Tauleri codicibus repertæ.*

6. *Cantica quædam spiritualia animæ DEUM impendio amantis.*

7. *De novem statibus seu gradibus salutis ad proficiendum continuò per veram sui abnegationem, &c.*

8. *Speculum lucidissimum & exemplar amabilissimum Domini nostri JESU Christi, cum alia brevi instructione.*

9. *Convivium Magistri Eckardi, seu, ut alii, Aicardi.*

10. *Colloquium Theologi & Mendici.*

11. *Sermo seu exhortatio quædam fidelis, ut nos ad adventum Domini nostri & mortem præparare debeamus, & de diversis judiciis DEI super filios hominum.*

12. *Quatuor notabiles præparationes potissimùm ad felicem mortem, & quomodo tempus perditum recuperetur.*

13. *Alia notabilis ad felicem mortem præparatio.*

14. *De decem cæcitatibus, & quatuordecim divini amoris radicibus.*

Circa finem refert Jacobus Quetif, Joannem Eckium nimio zelo abreptum carpsisse doctrinam Tauleri; sed eandem à Ludovico Blosio Abbate Lætiensi viro piissimo egregiè vindicatam esse, & ab eruditissimo Episcopo Meldensi Jacobo Benigno Bossuet pluribus commendatam.

Ecqard & Quetif Scriptores Ordinis Prædicat. Surius.

JOANNES THOMAS BEY in Ubiorum Metropoli natus, in alma ejusdem Universitate Ss. Theologiæ Licentiatus, perinsignis Collegiatæ Ecclesiæ ad sanctum Severinum intrà Coloniam Canonicus Capitularis, Subdiaconus & Pastor, nec non Capituli memorati Secretarius, &c. Vi-

erat

erat *dilectus DEO & hominibus, cujus memoria in benedictione erit*, Eccles. 45. ℣. 1. Pacis cum DEO, secum & proximo habendæ & servandæ admodum studiosus, infatigabilem & zelosum in excipiendis pœnitentibus Confessarium, quotidianum ad aram mystam, indefessum in publicis cathedris verbi divini Præconem egit, non tam linguâ & verbo, quàm opere & veritate, annum agens quinquagesimum sextum, fatali morbo corripi cœpit, lentâque tandem tabe exhaustus, & Ecclesiæ Sacramentis ritè præmunitus, ad extremum usque halitum sibi præsentissimus exspiravit anno 1729. die sextâ Decembris, ætatis 56, Sacerdotii 32, Canonicatûs & Pastoratûs 14. Vertit Francicum Catechismum Germanicè:

Eine allgemeine Unterweisung in Form eines Catechismi, aus bewährten Frantzösischen Scribenten zusammen getragen, und treulich in das Teutsche übersetzt, mit zwey kleinen Catechismi-Büchlein, zum Brauch der Kinder, dritter Theil. Cölln in Verlag Phil. W. Portus in 8vo pp. 438. Vor den Grossen der kleinere erste Catechismus pp. 164. der zweyte kleinere pp. 47.

Catechismus Gallicus, quem Germanicum fecit Joannes Thomas Bey, est idem ille, quem Carolus Joachimus Colbert Episcopus Montis Pessulanus 1702. promulgari fecit pro tota sua Diœcesi, scriptus ab Francisco Amato Pouget Presbytero Oratorii Gallicani nato in Monte Pessulano, & mortuo 1723. Hic Colbertus appellantium à Bulla *UNIGENITUS* primus & novissimus pertinacissimúsque vixit. Clemens Papa XI. primâ Februarii eundem Catechismum damnavit, etsi enim sint in ea multa orthodoxa, ùt mors Christi pro omnibus, attritionis descriptio; attamen XII. propositiones evidenter noxiæ malæ, VII. & VIII. suspectæ, censuratæ & suppressæ fuêre. Eminentissimus Noallius eundem Catechismum approbavit, sed nec Coloniæ effugit Reverendissimi Vicarii Generalis virgam.

JOANNES THOMAS BROSII juris utriusque Doctor, Electoris Palatini in Juliæ & Montium Ducatibus Consiliarius intimus & Vice-Cancellarius, annis prope triginta Syndicus perillustris Ordinis Teutonici. Ejus industriâ lucem aspexerunt

Annalium Tomus I. Juliæ Montiumque Comitum, Marchionum & Ducum.

Posthumum opus à Mappio editum 1731. Coloniæ in folio pp. 130. præter indicem & præfationes, typis Francisci Metternich.

Tomus secundus ibidem eodem anno pp. 82.

Tomus tertius pp. 238. eodem Mappio accurante, anno, loco, typis iisdem.

JOANNES TINCTOR sacræ Theologiæ in Academia Colonienſi Professor sub Friderico III. Imperatore, & Canonicus Tornacensis, electus Decanus Facultatis artium Colonienſis 1433. in festo sancti Dionysii 10. Octobris continuatus, in vigilia sancti Thomæ abiit ab officio 1434. in profesto Annuntiationis B. Mariæ Virginis. Scripta ab eo

Tractatus contra defendentes aperturam clausurum. Incipit: *Adsunt, ni fallor, illi dies. MS. Tornaci ad S. Martinum.*

Consultatio de confessionis integritate in sportulæ fragmentorum Ægidii Carlerii. Item altera adversus Bonetum quenaam & Franciscum de Maronis asserentes, S. Joannem Evangelistam fuisse verum ac naturalem filium B. Virginis.

Commentaria in quatuor libros sententiarum. MS. Lovanii in Collegio Theologorum extat indicante D. Argentræo Comment. historico de prædest. & reprob. p. 118. & in Colon. Cartusia O 194.

In 1. partem D. Thomæ. MS. extat in Bertiniana Bibliotheca Audomaropoli.

In primam secundæ. MS. olim Hagæ Comitis & Roterodami apud Dominicanos ex Bunderii indice in Colon. Cartus. MS. O. 79. Excerptum ejusdem ex 2da 2dæ O. 83. ibidem.

De vitio proprietatis contra Waldenses MS. Lovanii ad S. Martinum.

Dissensiones Thomæ & Joannis Scoti nisus est concordare in uno volumine, quod morte præventus non perfecit.

Sermones ad populum.

Orationes varias ad Clerum.

Trithemius in catalogo illustrium virorum, & de Scriptor. Ecclesiast. Foppens Bibl. Belgic. Annales Facult. AA. Colonienſis.

JOANNES TYBIUS Duysburgensis Clivius, *Duysburgum* patriam tribus libellis, versu elegiaco scriptis, celebravit, editis Hombergæ ad Rhenum in Comitatu Meursensi anno 1579. Quos deinde inseruit suæ historiæ Cliviæ, Juliæ ac Montium Wernerus Teschenmacher paginâ 153. novæ editionis; sed notet Lector, hos versus ab homine Calvinista exaratos, blasphemiis in DEUM ac Sanctos, ipsámque Ecclesiam Romano-Catholicam refertos esse.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JOANNES TYTZ Colonienſis 1619. in Gymnasio Montanorum Coloniæ Professor erat Philosophiæ, subin sacrosanctæ Theologiæ Doctor, Andreaticæ & Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus, Gymnasii Montis Regens, Rector Magnificus electus 1648. 7. Febr. Edidit

Lexicon Theologicum, quo tanquam clave fores Theologiæ aperiuntur, primùm à Joanne Altenstaig Mendelhaimensi Ss. Theologiæ Doctore editum, subin magna ex parte ad mentem D. Thomæ accommodatum, auctum, & in meliorem ordinem redactum, studio & labore R. D. Joannis Tytz Ss. Theologiæ Licentiati. Coloniæ Agrippinæ 1619. sumptibus Petri Henningii in quarto pag. 994.

JOANNES de VERDENA Colonienſis Diœcesis, Ordinis sancti Francisci Fratrum Minorum, natione Teutonicus, vir in Scripturis sacris studiosus & eruditus, ac veterum lectione dives, atque in naturali Philosophia sufficienter doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, Declamator popularium sermonum suo tempore celeberrimus, floruit anno Christi 1300. sub Wenceslao. Scripsit inter cætera ingenii sui monumenta Prædicatoribus verbi DEI necessaria valde opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. Hi hodie vulgò dicuntur DORMI SECURE, eò quòd sinè labore quili-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bet Prædicator ex eis proficere possit. Hi sunt

Sermones de tempore duplices Libri II.
Sermones de Sanctis duplices Libri II.
Sermones etiam per Quadragesimam Liber I.
Ex Herm. Hamelmanni virorum illustr. Westphal. L. IV. 1564. & ex Trithemio & Wadingo.

JOANNES VERSOR in Universitate Colonienſi Profeſſor primò Gymnaſii Montis, dein domûs Cornelii, floruit exeunte ſæculo XV. circa annum 1490. Varia de rebus Philoſophicis ipſius curâ & labore ſunt edita Coloniæ.

Quæſtiones M. Joannis Verſoris in primam Ariſtotelis Philoſophiam, è tenebris, in quibus admodum diu latuerunt, recèns erutæ, & in commodum Reipublicæ literariæ in lucem editæ a M. Zacharia Sommero Fridebergenſi Sileſio. Witteberga excudebat Wolffgangus Meiſner in 8vo pp. 552.

Verſor ſuper omnes libros novæ Logicæ, id eſt, primum priorum, primum poſteriorum, ſecundum poſteriorum, octo Topicorum & Elenchorum. In fine. Quæſtiones ſubtiliſſimæ Venerabilis M. Joannis Verſoris a Magiſtris Burſæ Cornelii, quibus ipſas incumbit exercere, ſummo ſtudio atque diligentiâ denuò reviſæ, correctæ & emendatæ. Impreſſe in florentiſſimo univerſali ſtudio Colonienſi per honeſtum civem inſignis civitatis Colonienſis Henricum Quentel anno 1497. decimâ Kalendas Auguſtas feliciter finem habent. in folio.

Quæſtiones M. Joannis Verſoris ſuper de ente & eſſentia S. Thomæ de Aquino Ordinis Prædicator. in folio.

Quæſtiones M. Joannis Verſoris ſuper Metaphyſicam Ariſtotelis, cum textu ejuſdem in folio 1499.

Joannis Verſoris Profeſſoris Colonienſis in Burſa Montis Commentum in librum Ariſtotelis de cælo & mundo, de generat. & corrupt. in meteora, in naturalia, per Henr. Quentel. Coloniæ 1488. rurſum 1493.

Joannis Verſoris quæſtiones in veterem artem Ariſtotelis impreſſæ nitidiſſimè in florentiſſimo univerſali ſtudio Colonienſi per Henr. Quentel 1497.

Libri Politicorum Ariſtotelis cum commento multùm utili & compendioſo M. Joannis Verſoris tractantes de civitatum & rerum illarum neceſſitatem reſpicientium ſalutiferâ gubernatione pro pacifico civium convictu, per Henr. Quentel 1492. idem 1499.

Liber Oeconomicorum Ariſtotelis tractans de gubernatione rerum domeſticarum, cum commento M. Joannis Verſoris legentium aſpectibus multùm amœnus. in folio.

Quæſtiones M. Joannis Verſoris ſuper libros Ethicorum Ariſtotelis & textus ejuſdem, cum ſingulari diligentia correcta. In fine explicantur quæſtiones M. Joannis Verſoris peroptimè correcta ſuper decem libros Ethicorum Ariſtotelis cum textu ejuſdem. Impreſſum per Henricum Quentel civem almæ Univerſitatis Colonienſis 1494. in folio. Hæc in Bibliotheca Colonienſi Societ. Jeſu & apud Martaire.

JOANNES de VIANDA, quod eſt oppidum Ducatûs Luxemburgenſis, Carmelita Colonienſis, Theologus inſignis, verbi divini ſuo tempore Præco illuſtris, obiit 1500, Trevitis ſepultus. Scripſit

Sermones de Tempore & Sanctis.
De Adventu Domini.
De Paſſione Chriſti.
Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ordinis Carmelitarum Provincialis.

JOANNES VIETOR natus Spiræ 1619, tirocinium Societatis Jeſu ingreſſus eſt Treviri 1640. Poſt literas manſuetiores ſexennio traditas, & auditam Theologiam variis in cathedris ſacris Orator inclaruit. Singularem ejus in victu & potu potiùs, ſupra quam intrà modum abſtinentiam tam domeſtici, quàm externi potiùs ſunt mirati, quàm imitati. Hinc & illud conſecutus eſt, ut expers morborum corpus uſque ad graveſcens ſenium traduxerit. Multis tamen annis conflictandum ei fuit cum moleſtis herniæ, calculi & cholicæ doloribus, quos tamen nullo queſtu vel ægræ mentis ſigno ſolabatur. Non deſiſtebat interim effœtos artus voluntariâ caſtigatione affligere, relicto collegis teſte inſtrumento dupice, quod aculeis ferreisque calcaribus aſperum expreſſus ſanguis eruentavit. Creatæ Triados Jeſu, Mariæ & Joſephi eximius cultor erat, ſui contemptor ſubeſſe potiùs quærebat, quàm imperare; hinc oblatum ab admodum reverendo Patre noſtro Generali regimen Collegii Aquiſgranenſis detrectavit. Inter functiones, quas pro commodo proximorum & ſalute animarum obivit, Princeps fuit pro concione dicere, quod præſtitit tum Confluentiæ tempore aliquo, tum Coloniæ in templo beatæ Mariæ Virginis, quod *Capitolium* nominatur, annis prope triginta eà frequentis populi ſatisfactione, ut apud non paucos, cùm per vires non liceret ampliùs fungi hoc officio, præter gratam memoriam ſui deſiderium reliquerit. Multos Hæreticos, plures convertit peccatores. Vocationis ſuæ amantiſſimus, nihil habuit antiquius, quàm ut Societatis noſtræ æſtimationem apud exteros quà tueretur, quà promoveret, factus propter animi candorem & inculpatam converſandi rationem ſummis pariter & imis venerationi. Explevit ſupremam horam ætate & meritis gravis, ac ritè ad mortem diſpoſitus, die 24. Aprilis mercedem laborum, ut confidimus, æternam in cælis requiem conſecutus 1699. Edidit linguâ vernaculâ

Epitomen vitæ S. Franciſci Xaverii. Coloniæ apud Wilh. Frieſſem 1667. in 12mo.

Conſiderationes in Antiphonas: Salve Regina & Alma Redemptoris. ibid. 1667. & 1670. in 8.

Indubitatas quatuor Maximas de æternitate ex Latino P. Joannis Manni. ibid. 1668.

Hebdomadam ſacram S. P. N. Ignatii ex Latino P. Joannis Nadaſi. ibid. 1670. in 16to.

Piam fraternitatem de religioſis Societatis Jeſu Fratribus ex Belgico. ibid. 1670.

Ex annuis literis Collegii Colonienſis Societatis Jeſu.

JOANNES

JOANNES VOCHS Colonienſis ſcripſit
Opuſculum de omni peſtilentia & diuturna peſte morbi Gallici, impreſſum in Germania 1537. Geſneri Bibliotheca.

JOANNES VOGOLON Carmelita & Prior Colonienſis, Doctor Pariſienſis, per inferiorem Germaniam Carmelitarum Provincialis, claruit anno 1340. Eundem de Ordine & Provincia ſua bene meruiſſe, teſtantur antiquæ tabulæ & libri, cúmque ſuo dignum catalogo judicârunt Joannes Triſſa Pariſienſis Magiſter ipſi contemporaneus, Philippus Metius, & Epitomatores Bibliothecæ Tigurinæ, dicentes, illum fuiſſe virum & moribus & doctrinâ illuſtrem, Theologum gravem, Concionatorem celebrem & facundum, obiit Coloniæ 1373. Scripſit

Commentarios in ſententiarum librum 4tum.
In quatuor Evangelia libros 4.
Concionum ad populum lib. 2. atque alia.
Geſneri Bibliotheca. Exim. Tevvis Provincial.

JOANNES VOLSIUS Lunenſis, ejuſdem oppidi in Comitatu Marchiæ ornamentum, Rector primùm fuit ſcholæ Ludgerianæ poſt Joannem Murmellium, poſtmodum factus eſt Rector Monaſterii ad ſanctum Maximinum Coloniæ, ubi deprehendit inter libros ab Anteceſſoribus Monaſterio relictos librum pergamenum artificioſiſſimis characteribus ſcriptum, hoc titulo: *Liber S. Iſidori Epiſcopi*, in quo loquitur homo & ratio, quem nutriendæ pietati peridoneum typo Colonienſi Joannis Prael fecit publicum 1532. in 8vo pp. 4. & Monialibus ſuis in Chriſto Filiabus dedicavit. Scripſit

Epigrammata in Commentarium Harlemi ſuper Epiſtolam Cypriani ad Donatum.
Doctam quoque & prolixam Epiſtolam ad Joannem Peringium, quæ publicè extat. Ex Lib. IV. Herm. Hamelmanni.

JOANNES VOSS Inſtructor & Rector diſcipulorum in ludo literario, Principalis Eccleſiæ S. Reinoldi in Tremonia fatetur in ſcriptis ſuis, ſe anno 1506. cum Joanne Merrzenich, aliàs de Duren *breves Annotationes feciſſe ad urbem Tremonienſem ſpectantes.* Hinc Detmarus Mulherr eundem locat inter *Chronographos Tremonienſes.*
Ex orig. hiſtor. Weſtphal. J. D. von Steinen fol. 9. & 10.

JOANNES URSINUS, vel, ùt ipſe ſe nominat, HERESBACHIUS, Eſſendiâ oriundus. In ſecunda parte libri à ſe conſcripti refert, ſe originem ducere ex celebri familia Heresbachica: cùm in ea eruditum & celebrem virum Conradum Heresbach nominet ſuum Proavunculum, à quo & nomen ſuum ducit. In prima univerſali præfatione, quæ ad omnes imperii ſtatus dirigitur, prodit ſe fuiſſe Bibliopolam. Verosimiliter poſt annum 1616. obiit, de quo A. ab Hovel *in ſuo ſpeculo Weſtphaliæ* ità ſcribit: „Degit apud Eſſendianos, & civitatis Municeps „eſt Joannes Urſinus, quem ab inſigni animi „probitate multâque eruditione ex ſtudiis præ„ſertim hiſtoricis & Theologicis hauſtâ pluri„mùm commendari audio.“ Hic Urſinus in ſuis manuſcriptis reliquit

Hiſtoriam Weſtphaliæ ſeu veteris Saxoniæ, quæ tres libros complectitur:

In primo veteris & præſentis Weſtphaliæ Status compendium & fines referuntur. Dein natura cæli, influxus ſolis, fœcunditas terræ, montes, ſylvæ, ſolitudines, fluvii celebres & navigabiles, fontes & lacus, fodinæ metalliferæ, ſalinæ, aliáque ejuſmodi.

In ſecundo recenſentur ſitæ in Weſtphalia regiones, civitates, pagi, arces, aliáque pleraque ex parte devaſtata aut collapſa, vel alias celebria loca.

In tertio agitur de antiquis Weſtphaliæ incolis, eorum origine, nomine, moribus, diſciplinâ & facinoribus.

Altera pars etiam tribus conſtat libris:

Primus deſcribit hiſtoriam Weſtphaliæ moralem ſacram, ſive veterum Saxonum idololatriam, Deos, templa & flamines, eorum ſacrificia, vitam, mores, cæremonias, oblationes, vaticini, & plures alios ſuperſtitioſos ritus & conſuetudines.

Alter hiſtoriam Weſtphaliæ moralem profanam, ſive nobilitatem, dominium, leges, ordinationes, jura, patriæ ſtatuta, linguam, aliósque mores & conſuetudines, quibus tempore belli & pacis utebantur, aliásque eminentias & dignitates, etiam defectus & vitia.

Tertius hiſtoriam Weſtphaliæ moralem naturalem, in qua referuntur veterum Weſtphalorum natura, virtus, dignitas, eminentia & nobilitas, ob quæ ſemper fuêre celebres, & aliis populis prælati.

In calce libri legitur: Finis Weſtphalicæ hiſtoriæ moralis 1616. 17. Decembris.
Ex orig. hiſtor. Weſtphal. J. D von Steinen fol. 13. 14. &c.

JOANNES WAGENER honeſtis in Guſten Ducatûs Juliacenſis vico ortus parentibus 1652. & abſolutis Juliaci magna cum laude ſtudiis humanioribus, Coloniæ in Montanorum Gymnaſio curſum Philoſophicum emenſus fuit. Inde non ſatis habuit uni ſe tradere ſtudio Theologiæ aut Juriſprudentiæ; ſed felicioris ingenii ſui fretus capacitate, utrique ſcientiæ & caſuum moralium & legum civilium adipiſcendæ fructuoſam operam dedit. Poſſeſſis jam omnibus Juriſtarum inſtitutionibus legibúsque Spiram, ubi Camera erat Imperialis, profectus, primario Juriſconſulto & cauſarum Advocato ſe adjunxit, qui non ſolùm eodem ùt Amanuenſi, ſed etiam ùt negotiorum ſuorum conſorte ſibi non multùm inæquali feliciter uſus eſt. Jam mentis erat Advocatus, Joanni unam filiarum ſuarum matrimonio jungere, ſed effectum propoſiti impedivit DEUS. Spirâ domum ſuam regreſſus, cùm de ſtatu vitæ ineundo deliberaret, tactus occultâ DEI inſpiratione, vocatus & attractus fuit ad Ordinem Carthuſianorum: iráque Carthuſiæ Cantavianæ propè Juliacum Priorem accedit, locum ab eo & habitum Ordinis petiit & obtinuit. In Novitiatu graves paſſus eſt tentationes, quas divinæ gratiæ adjutorio ſuperavit. Abſoluto probationis anno, ut libris à juventute non mediocriter erat addictus; ità plurimam occupationem ſuam ſalvis Ordinis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dinis obligationibus in lectione librorum Theologiæ mysticæ & moralis, & rerum divinarum meditatione & conscriptione habuit.

Memorabilis erat ejus obedientia, submissio, reverentia erga Superiores, licèt talento, studio, praxi & merito se inferiores. Paupertatis extremæ amator & cultor erat eximius. In molestiis variarum & perseverantium in doloribus infirmitatum sinè querela quasi insensibilem se exhibebat. Anno 1699. missus fuit ad Cartusiam Xantensem, ut Vicarii officio fungeretur. Anno 1703. ad domum professionis suæ reversus, eodem functus est officio, dein Procuratoris. Demum anno 1721. in Cartusia Colonienſi, cùm non essent sufficientia ad electionem Canonicam vota, à Reverendissimo Patre Generali munus Prioris ei fuit impositum, quod insigni cum laude administravit usque ad annum 1730. cujus primus dies ultimus vitæ ejus fuit. Scripsit edidítque

Psalterium Davidis paraphrastico-morale, sive piam, brevem & moralem expositionem psalmorum Davidis. Coloniæ sumptu Viduæ Joannis Schlebusch 1725. in 8vo.

Scripsit præterea (quæ tamen, ùt opinor) edita non sunt)

Meditationes plenè formatas decem & septem pro diebus festis Ordinis principatioribus.

Quindenam annuæ renovationis votorum.

Quinquagenam primam Psalterii, quam fusiùs elucidavit.

Diarium piarum aspirationum pro Novitiis in suo Ordine digestum.

Ex Annalibus domesticis Cartusiæ Colonienſis.

JOANNES WALLENDORPIUS Ubius, ingressus fuit Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium, sacrosanctæ Theologiæ in Universitate Colonienſi Doctor, obiit Coloniæ 1628. 3. Februari. Scripsit

Sermones plures de passione Domini & justificatione hominis impii.

JOANNES WEINCKENS nascitur Coloniæ in Parochia sancti Laurentii, ubi & baptizatus fuit, & in Gymnasio Laurentiano studia confecit. Ingressus est Cœnobium Seligenstadiense ad Mœnum Ordinis sancti Benedicti, in quo Prior fuit, Proto-Notarius Apostolicus, Poëta Cæsareus laureatus. Ab eodem scripta, & typo edita sequentia:

Eginhardus illustratus, & contra quosdam vindicatus à R. F. Joanne Weinckeno, Abbatiæ Seligenstadienſis Professo, Sacerdote, Theologo, Priore, Protonotario Apostolico, & Poeta laureato. In fine adjectæ Eginharti epistolæ & diplomata. Francofurti ad Mœnum impensis Joannis Philippi Andreæ in folio pp. 127. 1714.

Navarchia Seligenstadiana, sive Fundatio antiquissimæ & regalis Abbatiæ Seligenstadienſis, cum serie & historia Abbatum epico carmine descripta à Joanne Weinckens, ejusdem Monasterii Professo, Sacerdote, Theologo, Protonotario Apostolico, Poeta laureato & Priore, cum diplomatibus allegatis & in fine adjectis. Francofurti ad Mœnum impensis Joan. Philippi Andreæ in fol. pp. 140. 1714.

Vera historia Translationis Ss. Marcellini & Petri ex Roma in Seligenstadt anno 826. factæ, quam Eginhartus prosâ scripsit quatuor libris, at heroico versu nunc cantat Joannes Weinckens Abbatiæ Seligenstadienſis Professus, &c. &c. Francofurti ad Mœnum 1714. impensis Joan. Philippi Andreæ in fol. pp. 130.

Ex Commentariis D. Seil Canonici Cuneberstini.

JOANNES WIERUS, quem Valerius Andreas & Melchior Adamus Graviæ in Brabantiæ finibus oppido natum dicunt anno 1515; ab aliis tamen è Zelandia ortus memoratur. Familiaris fuit *Henrici Cornelii Agrippæ*, quem & Præceptorem & Herum suum venerandum vocat, & apud quem se legisse scribit partem librorum Steganographiæ Trithemii, eámque inscio illo exscripsisse.

In Aurelianenſi apud Gallos Academia anno 1534. Doctor medicinæ creatus, postea in Africam & Insulam Cretam trajecit; unde redux, Cliviæ Ducis Archiater per annos plures extitit. Theologiæ quoque & Jurisprudentiæ non ignarus fuit: sed, quæ de præstigiis dæmonum, veneficis & sagis scripsit, ad Atheismum vergunt, homínemque ingeniosum quidem, sed audacem ac præsumptuosum fuisse demonstrant, qui à solis Hæreticis laudetur. Ideóque inter Authores primæ classis (ùt vocant) rejicitur in indice Concilii Tridentini. Moritur septuagenario major Tecklenburgi, dum ad Arnoldum Comitem Benthemiensem proficiscitur anno 1588. die 24. Februarii, sepultus illic in æde primaria, *mendaci* hoc encomio à filiis in memoriam parentis *Lutherani* appositio:

S. CHRISTO S.

JOANNES WIERUS nobili Zelandiæ inundatæ familiâ ortus, pietate in DEUM, probitate erga quosvis, eruditione eximiâ, medicinæ rerúmque politicarum scientiâ, usu, felicitate, publicis ingenii documentis, Imperatorum, Caroli V. ministerio, Ferdinandi, Maximiliani & Rudolphi singulari gratiâ, magnorúmque per Germaniam exterásque nationes virorum amicitiâ & testimoniis clarissimus. Illustrissimi Cliviæ & Juliæ Ducis Guilielmi Archiater, DEO, Principi & patriæ fide, consilio & operâ ad vitæ suæ finem devotissimus. Quum illustrem Dominum Arnoldum Comitem in Benthem & Tecklenborgh summo gratificandi studio inviseret, hujus sæculi satur, invictâ in Christum fiduciâ placidè animam DEO reddidit, corpus hic ad diem universalis resurrectionis deposuit, & mœstissimum suî desiderium superstitibus filiis *Theodorico*, *Henrico*, *Salene*, & *Joanni Wieris* reliquit anno nati Christi

Christi MDLXXXVIII. mens. Febr. die 24. anno ætatis suæ LXXII. VIVE ET VIVAS.

Opera ejus omnia, primùm diversis in locis temporibúsque edita, prodiérunt simul Amstelod. apud Petrum van den Berghe 1660. in 4to, quorum hic elenchus:

I. De præstigiis dæmonum & incantationibus ac veneficiis libri IV. ab Authore sexies revisi, olim Basileæ editi apud Joannem Oporinum 1564. in 8vo.

II. Liber apologeticus & Pseudo-Monarchia dæmonum.

III. De lamiis liber, & de commentitiis jejuniis.

IV. De iræ morbo ejúsque curatione Philosophica, medica & Theologica, olim quoque apud Joannem Oporinum Basileæ 1577.

V. Observationes medicæ variores, in quibus de Scorbuto sive Scorbutica passione, de quartana, de pestilentiali angina pleuritide & Peripneumonia, de curatione febris malignæ, aliáque perplura ad longum recensita in Georgii Mercklini Lindenide renovato. pag. 802.

VI. Accedit liber II. de varenis, morbo endemico Westphalorum permoleſto, ex Germanica lingua Latio donatus, operâ Henrici Wieri, Joannis filii.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JOANNES WILHELMUS THOUR in urbe Colonienſi natus 1646. ſtudiis abſolutis in Gymnaſio Tricoronato Coloniæ, cùm peſtis ibidem graſſaretur, ſtudio medicinæ ſe dedit; priùs tamen ſe applicavit ſcientiæ pharmaceuticæ, ut obtineret cognitionem herbarum & radicum, &c. Dein profectus eſt per varias regiones, præſertim per Italiam. 1671. 25. Junii creatus eſt in Univerſitate Patavina Doctor medicinæ; demum Coloniam iterum appulit, & non ſolùm receptus; ſed etiam in Decanum ejuſdem Facultatis electus fuit, & poſtmodum Viſitator perpetuus medicinarum. Fuit Reipublicæ Agrippinenſis Senator & votorum Cenſor, Parochiæ ſancti Albani ædilis Senior, &c. mortuus 1727. 27. Junii, ætatis 81. Scripſit in Italia

Herbarium vivum in folio. Sed negat expertiſſimus Dominus Steinhaus adhuc in vivis, Herbarium ullum typo datum eſſe ab expertiſſimo D. Thour, quando 1720. regiones adjacentes peſtis devaſtabat, & conſtituerat fuerat ab ampliſſimo Magiſtratu Colonienſi Medicus illius valetudinarii, vulgò *Peſthauß*, extra civitatem. Scripſit pro incolumitate urbis ac patriæ libellum in 4to, cujus inſcriptio eſt:

Kurtze Beſchreibung der Peſt, ſampt Præſervation und Genieß-Mittel, heraus gegeben von Johanne Wilhelmo Thour medicinæ Doctore. Cöllen am Rhein zu finden bey Georg Michel Beck 1720.

JOANNES WILMIUS Kempenæ natus in Archi Diœceſi Colonienſi, Canonicus Noveſienſis. Ægidius Gelenius in opere poſthumo *de Suffraganeis Colonienſibus* vocat eum *ſnum Conſangu-neum* pag. 22. & *Hiſtoricum Colonienſem*; fortè huic officio à Sereniſſimo Archi-Epiſcopo admotus fuit? an ſtipendio patriæ ſtatuum ſcripſit? an quia ſuâ ſponte laborem hunc in ſe ſuſcepit? neſcio. Imò adeò, quòd patriâ ab Haſſis 1642. indigniſſimè occupatâ pulſus non tantùm rerum ſuarum, ſed & honoris non modicam jacturam paſſus & ludibria, abſque dubio DEI & Eccleſiæ ergo tolerata, à Sereniſſimo Electore Colonienſi conſtitutus fuit Decanus Kempenſis, & inferioris Diœceſis noſtræ in ſpiritualibus Commiſſarius, obiit 1646.

Deputatus fuit 1645. ad hiſtoriæ de Coloniæ magnitudine ab Ægidio Gelenio cognato ſuo edendæ cenſuram, quam & libro præfixam legimus ſcripram Kempenæ 1654. 13. Septembr.

Hiſtoria Colonienſis ab initio urbis conditæ uſque ad obitum Sereniſſimi Erneſti Bavari Archi-Epiſcopi Colonienſis libri IV. MS. in folio apud R. D. von Redinckhoven & D. de Cordoné Conſiliarium intimum Electoris Palatini, & Syndicum Ordinis Equeſtris Juliacenſis. Eadem extat in volumine XX. Farraginum Geleniauarum, quod apud ampliſſimum Magiſtratum Colonienſem extat.

JOANNES WINTERUS Canonicus & Officialis Sanctenſis in Clivia. Scripſit

Vitam Stephani Vinandi Pighii ibidem Canonici, præfixam Annalibus Romanis ejuſdem Pighii.

JOANNES WITLICH ex Agrippinatum urbe, doctrinâ & eloquentiâ vir clarus, Poëta, Orator, Theologus ſuæ ætatis (1415.) celebertimus. Scripſit

Expoſitionem in quatuor libros ſententiarum Lombardi.

Commentarium doctiſſimum in omnes beati Pauli Epiſtolas.

Eiſengrein in catal. teſt. verit. ad annum Chriſti 1415.

JOANNES WOLFFGANGUS BOECLERUS Jemenſem & Lipſienſem Univerſitates adoleſcens viſit 1670. commiſſioni Eccleſiaſticæ in regia Metropoli Riga ſub Præſide Campi Mareſchallo Toltens intereſt, uti membrum regii Conſiſtorii ſupremi Aſſeſſor ordinarius in Ducatu Ehſten & Revalliæ à Rege Daniæ 1680. creatur. Ad fidem Catholicam converſus, inſignis & perantiquæ Collegiatæ Eccleſiæ Colonienſis ad ſanctos Apoſtolos Canonicus fit 1689, quem Canonicatum reſignat 1697. obiit Coloniæ in domo Fratrum Alexianorum 1717. Scripſit Germanicè jam Catholicus

Der wohl verſorgten Seele heilige Ruhe in dem Schooſs der Chriſt-Catholiſchen heiligen Römiſchen Kirchen. Cöllen 1690. in 12mo pp. 142. in Verlegung Engelberti Theodori Kinckii.

Der Kindern GOttes in der heiligen Catholiſchen Kirchen himmliſcher Wandel auff Erden, zum Dienſt der in Cöllen geheiligten Bruderſchafften JESU, Mariæ und Joſeph, wie nicht weniger der Tod-Angſt JEſu Chriſti, von Joanne Wolffgango Boeclero Canonico ad Ss. Apoſtolos Coloniæ in 12mo pp. 106. apud Engelbertum Theodorum Kinckium 1690.

Oratorium Gymnaſticum Colonienſe ex precibus ſelectioribus in gratiam Gymnaſiorum Montani, Laurentiani, Tricoronati ædificatum, à Joanne

Wolffgango Bœclero Collegiatæ Ecclesiæ ad Ss. Apostolos Canonico. Coloniæ apud Petrum Alstorff in 16. 1692. pp. 222.

JOANNES à WINNINGHEN Teuto, Coloniæ Agrippinæ natus, & Ordini Fratrum Prædicatorum adscitus, jam ibidem sacræ Facultatis Magister ac publicus Professor agebat; cùm erecta esset recèns ab Eugenio IV. ad Philippi boni Ducis Burgundiæ instantiam Universitas Lovaniensis, eò vocatus est, ut primus scholam Theologicam aperiret, publicúmque sacras literas interpretandi onus subiret, eâ lege, ut proximis Ordinis Comitiis hujus Academiæ privilegia probari fatageret & admitti, studiúmque Ordinis generale Lovanii non secus ac Coloniæ constitui. Quæ cùm juratus promisisset, in consilium Octovirûm admissus est & matriculatus, ùt ajunt, 1453 21. Decembris, & anno sequenti Professorem cœpit agere Academicum ad annos prope 16. anno verò 1447. nono Kalendas Junii & docere & vivere desiit. Hæc ejus opera:

Lectura in Epistolam ad Romanos, aliàs servata apud Lovanienses Dominicanos.

Dialogus pro inclusione Canonicorum Regularium, scilicet in gremium Universitatis.

Echard & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicatorum.

JOANNES WYRICH de Nussia, urbe Diœcesis Colonienſis inferioris primariâ, Carmelita, & sacrosanctæ Theologiæ Doctor Colonienſis, Provincialis Alemanniæ inferioris, Facultatis Theologicæ & Conventûs Colonienſis insigne decus, vitæ sanctitate ac doctrinâ illustris, Augustissimo Imperatori MAXIMILIANO perquam familiaris, & à consiliis Theologicis erat. Moritur Coloniæ 1515. die 12. Maji, in medio chori infra campanam sepultus. Scripsit

Insigne volumen in Lib. 4. Magistri Sententiarum.

Concionum ad populum Lib. 1.

Quæstionum Theologicarum Lib. 1.

Collationum synodalium Lib. 1.

Possevinus ex *Petro Lucio Carmelita* refert plura ab eodem Joanne conscripta asservari in ejusdem Conventûs Colonienſis instructissima Bibliotheca ad dextram ingredientis circa medium.

Ex Comment. Eximii Brunonis Tevvis Ordinis Carmelitar. Provincialis. Eisengrein, Sweertius.

JODOCUS BEISSELIUS nascitur apud Aquas-Grani patritiâ gente. Lovanii legum Licentiatus renuntiatur anno MCCCCLXIV; Decretorum verò anno MCCCCLXVI. Post Illustrissimi Austriæ Ducis Consiliarius, Philosophus, Poëta, Orator, incredibili sacrarum scripturarum amore fervens; tametsi ductâ uxore, domesticis & publicæ rei curis distraheretur admodum. Vixit familiaris clarissimis sæculi XV. & XVI. Scriptoribus ARNOLDO BOSTIO, HERMOLAO BARBARO, JOANNI TRITHEMIO, cujus *Epistolarum Libro primo Epistola XIII.* ex urbe Colonienſi scripta anno MDV. die 8. Julii (durante Principum Concilio Coloniæ) lectu digna est: nam eâdem recitat Trithemius eruditissimorum sui sæculi judicia & elogia Beisselio attributa. Scripsit

Rosaccatria coronamenta in honorem ANNÆ, MARIÆ & JESU, versu elegiaco Antverpiæ edita 1495. Lovanii 1623. in 8vo typis Haefteniis.

De mysteriis Rosarii libram unum.

Dialogum de optimo genere Musicorum.

Gesta Flandrorum; fortè eadem cum iis, quæ MS. Lovanii ad S. Martinum leguntur.

Jodoci Beisselii ad Carolum Virulum de seditione Gandavensi.

De Christiano ambitu: quem libellum absque loci & anni nomine vidit Foppens excusum hoc titulo: Marci Tullii Ciceronis conversi Commentarius de Christiano ambitu, id est, de petitione cœlestis eminentiæ, una cum

Epitome stimuli divini amoris, lib. 1.

Rosarium de Sacramento Altaris, lib. 1.

Orationes elegantissimas, Epistolas, & carmina varia.

Gesneri Biblioth. Possevinus, Schultingius Biblioth. Eccles. Tom. I. p. 2. & 205. Foppens Bibliotheca Belgica.

JODOCUS COCCIUS nascitur Bileveldiæ in Comitatu Ravensbergico honestis parentibus, à quibus ad ingenuarum artium studia destinatur. Lutheri errores puer pestiferâ Pædagogorum institutione imprudens bibit, quibus etiam tenaciùs se se addixit, missus ad varias extra patriam scholas, eodem veneno infectus. Tandem cùm placuit ei, qui Jodocum ab utero matris secrevit, & per gratiam suam vocavit, Coloniam Agrippinensium appulsus, publicâ & privatâ Catholicorum conversatione, tum ipso crebro conspectu Majestatis in sanctissimis Catholicæ Ecclesiæ officiis, ac Liturgia celebranda relucentis, auditis insuper celeberrimæ Universitatis concertationibus Academicis, comparare apud se cœpit novitiæ, sordidæ & secum undique prægnantis Luthericæ sectæ futilitatem cum solidâ purissima Catholicæ Ecclesiæ doctrina. Consulit omnium temporum & locorum historiam, expendit promissa, donum de Ecclesiæ suæ perennitate, unitate, Catholicitate, sanctimonia, quæ omnia Characteristica Christianæ Ecclesiæ, cùm in solam eam, quæ Romanæ communione gaudet, quadrare liquidò conspexisset, detestatur & evomit haustam pestem, & in Catholicæ Ecclesiæ gremium receptus, in eodem ad finem perstitit, frustra blandientibus veteribus amicis.

Presbyter creatus, Canonicam præbendam nactus fuit in Collegiata Juliacensi Ecclesia, ubi præclarum opus & diu meditatum perfecit spatio annorum XXIV. nempe: *Omnia & singula dogmata Catholicæ Ecclesiæ*, in suas classes distributa, prolatis Conciliorum & sanctorum Patrum Græcorum & Latinorum testimoniis per sæculorum ordines digestorum recitatis & descriptis stabilire.

Huic præclarissimo operi, cùm Bibliotheca ingens conficiendo necessaria esset: nec privati hominis opes eò sufficerent, adjutus fuit variorum Catholicorum operâ, præprimis nobilis viri Guilielmi à Waldenburg, cognomento Schenckern, Gubernatoris Castri Juliacensis, Canonici Collegæ, ut Colonienſibus locupletissimis Bibliothecis frui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtrui liceret, lubentes ſeceſſum Colonienſem etiam prolixum indulſerunt. Coloniæ adjutores habuit eximios viros Illuſtriſſimum LAURENTIUM FABRITIUM Suffraganeum, JOANNEM NOPELIUM, JACOBUM HUTTERUM, THEODORUM RIPHAN, GUALTERUM XYLANDRUM, CORNELIUM SCHULTINGIUM, ARNOLDUM SUAELVIUM HARDERVICANUM, CASPARUM ULENBERGIUM, & PP. è Societate JESU, teſte Laurentio Trivio Editore primi Tomi. Vir erat integritate vitæ & morum ſpectatiſſimus, trium linguarum notitiâ non vulgari præditus, hiſtoriarum præſertim ſacrarum, & antiquitatis præſertim Eccleſiaſticæ indagator ſolertiſſimus, remotus ab omni cupiditatis ſpecie, amicis plura identidem beneficia offerentibus: *Abſint* (reſpondebat) *ô mei, plura beneficia, quia viam ſternunt ad ſupplicia.* Pro Religione Catholica non tantùm doctiſſimè ſcripſit, ſed & multa præclarè ac fortiter geſſit: ejuſdem causâ non ſemel à patria exul, nec pauca à populatibus Ravensbergiis paſſus erat, quòd Lipſanomachorum rabiem adeò compreſſerit, ut, quid contra fremerent Prædicantii adversùs Chriſtum & Sanctos ejus, ad ſilentium cogeret, invictis pro Catholica cauſa argumentis. Tandem vigiliis & laboribus fractus, mortem vidit Juliaci, ubi in Eccleſiæ ſuæ choro medio tumulatus quieſcit die 31. Decembris ante annum 1619. Poſthumum opus prodiit:

Theſaurus Catholicus, in quo controverſiæ fidei jam olim noſtràque memoriâ excitatæ Ss. Scripturarum, Conciliorum, & Ss. tam Græcorum, quam Latinorum Patrum teſtimoniis, à temporibus Apoſtolorum ad noſtram uſque ætatem, deductâ ſucceſſione explicantur, Catholicæ Eccleſiæ conſenſus perpetuus inſtar catenæ connexus proponitur. Coloniæ ex officina Arnoldi Quentelii 1619. in fol. Tomus I. Libri octo pagg. 1138. Tomus II. ibidem anno 1620. in folio Libri X pagg. 1174. præter præfationes, indices librorum, articulorum, locorum S. Scripturæ.

Ex præfationibus librorum poſthumorum. Rhay illuſtres animæ Juliæ ad diem 31. Decembr.

JODOCUS à DUDINCK Canonicus Reſenſis & Paſtor Vinenſis ad Rhenum, pari inter Reſam & Sanctenſe oppidum intervallo, multæ vir lectionis, cujus rei indicium faciunt libri ſequentes:

Bibliothecariographia, hoc eſt: Enumeratio omnium Authorum operúmque, quæ ſub titulo Bibliothecæ, catalogi, indicis, nomenclatoris, Athenarum, &c. prodierunt Coloniæ apud Jodocum Kalcoven 1643. in 8vo.

Palatium Apollinis & Palladis, hoc eſt: Deſignatio præcipuarum Bibliothecarum veteris noviſque ſæculi. ibidem in 8vo. Notandum hic tamen, plures è Germanis Scriptoribus exiſtimare, duos jam recenſitos libros nunquam in rerum natura extitiſſe.

Synopſis Bibliothecæ Marianæ, hoc eſt: Recenſio omnium Authorum, qui de B. M. Virgine ſcripſerunt. ibid. in 8vo.

Mundus Marianus, hoc eſt: Specificatio omnium mundi locorum, in quibus B. Virgo Deipara miraculosè colitur. ibid. in 8vo.

Foppens Bibliotheca Belgica.

JODOCUS STIMPELIUS Juriſconſultus, in Ducatu Montium Advocatus Wipperfurdano-Steinbacenſis ſcripſit & edidit 1623.

Palatina memoria ſeu recreatio aureis Poetarum ſententiis moralibus gratulationem utrique Palatino Wolffgango & Philippo Wilhelmo) ſacram prædicationem beatæ Palatinæ Conjugis, & precationem pro vita & ſalute utriuſque Principis continens, &c. Sereniſſimis Patronis oblata à cliente Jodoco Stimpelio.

JOSEPHUS AVERHAUSEN. Mundo hunc dederat Kempena, urbs in inferiorum Colonienſium Diœceſi ſita 1664. 8. Julii. Societati JESU eundem adſcripſit annus 1686tus. In eâ profeſſis quatuor votorum annumeravit annus 1700mus 15. Auguſti, ubi bonas artes, quas in Gymnaſio Tricoronato hauſerat, magno cum fervore ac fructu diſcipulis ſuis Magiſter quinquennio reddidit. Theologiæ univerſæ defenſione publicâ ſubtiliori dubites an facundiori ancipites Superiores fecit, utri cathedræ illuſtre talentum crederent. Quare optionem fecêre Patri Joſepho aut docendæ Theoreticæ Theologiæ, aut divini verbi prædicandi. Nihil hæſitavit vir ingentis animi, majori zeli & ſummi laboris appetens, &, ſi ità videretur, Rhetoricam ſacram ſibi poposcit. Igitur poſt annum tertiæ probationis necdum evolutum Geiſſâ Coloniam repetere juſſus, perilluſtris Collegiatæ ſancti Gereonis Cathedræ admovetur, quam in extrema Colonia ſitam famâ divini eloquii numeroſo mox auditore ſtipavit, & in ſextum annum tenuit. Tum ad ejuſdem urbis Metropolitanam Eccleſiam traductus, Dominicis feſtisque ad ultimos ætatis provectæ annos diebus, pari ſpiritûs & facundiæ laude horis pomeridianis ad confertiſſimam concionem dixit annos octo ſupra viginti: neque vetò concionum labor aſſiduus impedimento erat, quominùs adiret confitentes in templo noſtro tantâ ad eum copiâ affluentes, ut matutinas eiſdem horas præter eam, quam divinæ rei dabat faciendæ, omnes plurésque veſpertinas dare cogeretur. Singulari prorſus dexteritate pollens in tractandis animis, & in vera pietate confirmandis. Virginitatis colendæ propoſitum perpetuum multis lectiſſimisque perſonis & exemplo & verbo ignito afflavit Pauli ac Hieronymi imitator. Conciones aliquot importunis clientum precibus pulſatus vulgavit. Extremis vitæ annis oblatum à Superioribus regimen Bonnenſis Collegii ſuſcepit, ſed non abſolvit: die enim 23. Julii 1734. poſt factam manè conſcientiæ exomologeſin, oblatámque in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio divinam Hoſtiam, lethargo ſuffocatorio à meridie obrutus, nobis poſtridie ad perenne laborum præmium, ùt meritò ſperamus, ereptus eſt magno ſuî deſiderio & ſanctitatis exiſtimatione relictâ, præſertim apud Ubios, quorum univerſa civitas vel abſentis mortem lugere viſa eſt. Scripta ab eodem editáque ſunt ſequentia:

Refutatio compendiaria Christophori Scheibleri Superintendentis Tremoniensis, sive Libri ejusdem Polemici, cujus titulus: Glaubens-Probe, welches der rechte uhralte Catholische Glaub und Religion seye, &c. contra Walenburgios & quoscunque. in 12mo.

Conciones quinque Germanica.

1. *Concio funebris in exequiis Josephi Clementis Bavari Archi-Episcopi & Electoris Coloniensis. Coloniæ in Metropolitana 1724.*

2. *Gratiarum actio pro victoria ardua, magna, divina, ad Belgradum, Duce Francisco Eugenio Sabaudo. Coloniæ in Metropolitana.*

3. *Polemica de regula fidei.* 1718.

4. *Polemica, an quilibet in sua religione possit salvari?* 1719.

5. *Polemica, an adoratio Christi in Eucharistia sit idololatrica?* 1720. *Dicta in festo Ss. Corporis Christi ad confertos Hæreticos Mulhemii.*

JOSEPHUS NEGRI Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ oppidi Bonnensis sanctorum Cassii & Florentii ex zelo mortuis justis procurandi suffragia vivorum scripsit hunc libellum:

Scintilla purgatorii, das ist, ein Funcken des Fegfeurs, und kurtze Weiss oder Nachrichtung der im Jahr 1649. angefangener Bruderschafft Mariæ de Suffragio in der Pfarr-Kirchen Sanct Martini der Churfürstlichen Cöllnischen Residentz-Stadt Bonn. Gedruckt zu Cöllen bey Wilh. Friessem 1640. *in 12mo pp.* 84.

ISRAEL von MECKENICH, *aliàs* von MECKEN, *aliàs* von MECHELEN ex Eifflia natus, cælavit multas viles nunc quidem, at magnas ùt plurimùm ad miraculum figuras. Quid litera *W* in iis figuris indicet, nescitur. Post Francisc. Bocholtz (qui Opilio, ùt ajunt, in Ducatu Montensi fuit, non invenitur figura in æs vel lignum incisa, sculpta aut cælata antiquior ea, quam hic *Franciscus Bucholtz* reliquit) Israel secundas sibi vendicat exeunte sæculo XV. XVI. ineunte jam florens. Utramque secutus est *Martinus Stock*, qui Franciscum & Israëlem longè post se reliquit: nam ultra cælandi artem noverat & delineare corpora & pingere. Hic fuit unus ex Magistris Alberti Dureri Norimbergensis, quocum omnes artes ad Geometriam, sculpturam, picturam, cælaturam, architecturam pertinentes in Germania, & subin in reliquo orbe revixêre. Obiit Durenus 1576. 6. Aprilis.

Hæc Matthias Quaden von Kinckelbach Chalcographus Coloniensis in der Teutschen Nation Heiligkeit pag. 125. Adde *Joachimum von Sandrart Tomi 2di Teutscher Academie der Bau-Bild- und Mahlerey-Künsten 2dâ parte pag. 79. editionis Norimberg. 1675. apud Jacobum von Sandrart.*

Ars autem cælandi æs, aurum, argentum eâ dexteritate, ut chartæ formæ reddantur, vel simul cùm vel paulò post inventam typographiam nata est: fuêre quidem semper, qui æs incidere noverunt; at adeò rudi & crassâ Minervâ, ut præ ea, quam nunc habet, perfectione nulla ars fuisse videatur. Cæterùm ars cælandi figuras, quæ chartâ exprimuntur, **Platen zu schneiden, und selbige auffs Papier ausdrucken**, admodum diversa est à typographiæ invento, 1. præ, lo, 2. cælaturâ, cùm literæ fusorio opere fiant, 3. colore, nigrore, 4. impositione, allinendo, illinendo colore nigro aliove ejusque coloris apparatu. Formæ iconum, quæ in Germanicis Bibliis primis Coloniæ circa annum 1470. editis extant, sunt fortè opus Francisci von Bucholtz aut Israëlis von Meckenich: cùm utriusque pagus natalis sit sub Archi-Episcopo Colonienſi, & verosimile est eos à Bibliographis invitatos ad cælandas has imagines juxta picturas veteres Colonienses, cùm delineare fors ipsi non possent.

JULIACENSIS SCHOLA. Anno 1646. primùm authoritate Serenissimi Principis ad frequentem supplicationem DD. Consulum, Magistratûs & civium urbis Juliacensis commissa fuit Societati JESU: unde ab iisdem Dominis scholarum Inspectoribus præfectura & administratio Societati Jesu decreto Serenissimi solenniter delata est, & Pædagogi minorum gentium Societatis directioni subjecti fuêre.

Anno 1647. ad longa multorum vota, authoritate DD. Provisorum, juventus literis Germanicis operam dans, omninò pro futuris temporibus separata est à Latinæ linguæ studiosis. Anno 1658. laboratum fuit à Sociis, ut superiorum temporum incuriâ collapsa disciplina restauraretur, eáque ad Societatis Jesu normam stilúmque institueretur. Anno 1663. sub initium Novembris adempta Societati Jesu fuit scholarum inspectio ab annis 17. eidem à Serenissimo nostro commissa, quæ res miras turbas excitavit, multorúmque animos afflixit; sed 1664. nomine Serenissimi Principis, Venerabilis Capituli, & Magistratûs urbici nobis ad Gymnasium deductis non præfectura tantùm restituta est, sed & scholarum claves cum jure doctionis solenniter sunt traditæ. Itáque tres Magistri de Societate Jesu docere cœperunt tres Grammaticæ classes, iis quidem initiis, ut in hac novitia Juliæ palæstra omninò octoginta Alumni jam eo anno numerarentur. Demum apertis scholis artium Poëticæ & Rhetoricæ veluti armamentariis, unde Oratores sacri & profani Reipublicæ & Ecclesiæ sufficiuntur, floruit Gymnas hæc numero & nobilitate Alumnorum. Ab ea scriptum

Choragium Apollinis & Musarum Juliacarum Serenissimo Principi Philippo Wilhelmo Comiti Palat. Rheni, &c. à Residentia Societatis JESU Juliaca, quando solennibus auspiciis, favente cælo ac populo, urbem & arcem Juliæ subiit, honoris observantiæque causâ præparatum ac dedicatum anno reparatæ salutis MDCLX. 10. Aprilis.

JULIACENSIS RESIDENTIA Societatis JESU.

JUSTUS VELSIUS Haganus, artes in patria doctus, in Academiis Philosophiam, Medicam & Theologiam didicit, & Coloniæ Ubiorum in Domo Cucana inter Professores recipi postulavit anno 1554. 1. Augusti, imò & præsedit disputationi in scholis AA, sed quia receptus non erat ad Facultatem Regentem, nullus Baccalaureus ex aliis Gymnasiis adversùs eum argumentari voluit, nec ea disputatio sub tali Præside legitima habita fuit. Sed anno 1555. quia de hæresi suspectus,

ctus, mensibus aliquot in Gereoniticæ Ecclesiæ vicina turri detentus, & ab Inquisitore interrogatus, sæpiùs damnatur sententiâ ejusdem Inquisitoris tanquam Hæreticus, & de hæresi manifestissimè suspectus, & extra civitatis & Diœcesis fines relegatur 27. Martii. Magistri Violentiarum erant Joannes de Brickel & Joannes Bruelman, quando Justus Velsius è carcere illo ad Cunibertinam portam educebatur, ubi Constantinus à Lyskirchen & Arnoldus à Siegen Vice-Comiti & duobus Scabinis eum tradunt, illi satellitibus, ut sententiam ab Inquisitore latam exequantur. Illicò jussu Vice-Comitis satellites arripiunt hominem, educunt ex urbe, imponunt navi paratæ, trans Rhenum ducunt, & juramentum exigunt, ut Diœcesi perpetuò absit.

Anno 1556. Justus Velsius Apologiam scripsit suorum errorum contra hæreticæ pravitatis Inquisitores, eorúmque de fide ipsi propositis interrogatoriis pp. 224. in 8vo minore. In præfatione debacchatur contra Joannem Gropperum. Rana contra Jovem, sus contra Minervam & sese noster Thersites sinè teste & judice laudat mirificè, se admiratur, & innocentiam suam Justus scilicet & sanctus homo deprædicat. Maleficos Ægypti appellat Gropperum Archi-Diaconum, Billickium Carmelitam, & Jesuitas Pseudo-Tribus & Pseudo-Prophetas pag. antepenult. Præfationis: in hoc libro Augustanæ confessioni se adhærere profitetur in præfatione & in fine veluti communi pallio omnium ab Ecclesia Apostatarum: etsi pag. 73. & Anabaptistæ & Calvinistæ præsentiam Christi in Eucharistia negantis causam propugnet & defendat, idem post in varias sectas more fratrum suorum abiit, & destructus fuit. Cum Calvino Francofurti colloquium habuit publicum de libertate humana, in quo uterque victor judicio suo palmam sibi gratulatus est. Scripsit

De artium liberalium & Philosophica præcepta tradendi explicandique recta ratione ac via in celeberrima Universitate Colonienſi CC. Coss. Proviſorum & amplissimi florentissimæ Reipublicæ Senatûs authoritate posthac servanda, à Justo Velsio Hagano descripta & explicata. Coloniæ apud hæredes viri Birckmanni in 8vo pp. 67. 1554.

In Commentarios Simplicii ad prædicamenta Aristotelis præfatus est.

Commentarii in tabulas Cebetis. Argentorati 1550. Lib. VI. Lugduni 1551. in 4to. Parisiis 1557. apud Wechelium.

Oratio: in medico variarum artium & scientiarum cognitionem requiri.

Hippocraten de insomniis, Galenum de ea, quæ ex insomniis habetur, affectuum cognitione è Græcis Latinos fecit.

Commentarii in librum de virtutibus sub nomine Aristotelis notum. Lib. III. anno 1551. & 1590. in 8vo.

Lectio & enarratio Aphorismi quinti Hippocratis & Galeni ad eundem Commentarius, Latinus factus, editus Basileæ 1540. in 4to typo Oporini.

Disputatio de universalibus.

De humana vitæ recta ratione.

Tabulæ in Aristotelis Topica.

Oratio de disciplinis mathematicis.

Oratio in Matthæum Cardenum, Coloniæ in Philosophicis adversarium Ramistam.

Demum relegatus extra urbem & Archi-Diœcesin Colonienſem contra Judices suos Catholicos varia effudit.

Apologiam contra hæreticæ pravitatis Inquisitores.

Crisin, sive veræ Christianæque Philosophiæ Comprobatoris atque Æmuli, & Sophistæ per comparationem & descriptionem.

His arrogatis titulis fucum & mendacia absterserunt Scriptores orthodoxi Colonienſes varii coævi, sed unus speciali certamine Velsium prostravit. En librum.

Apologiæ Justi Velsii Hagani confutatio per D. Joannem Slotanum Geffenſem ex Ordine Prædicatorum S. Theologiæ Professorem & hæreticæ pravitatis Inquisitorem. Coloniæ 1557. excudebat Caspar Gennepæus in 8vo pp. 94.

Pantaleo & Gesner correcti ex historia Colonienſis Universitatis. Foppens Bibliotheca Belgica.

K.

KUKANA DOMUS in urbe Colonienſi ultra sæculum Regentem & Professores bonarum artium numeravit permultos. Geminæ fuêre Domus eo nomine. Una Domus sita è latere Templi Magdalenæi *in der Buſs*, in vico Eigelsteiniano, altera in vico San-Maximinianæo. Anno 1440. in profesto sancti Dionysii electus Decanus Facultatis artium, & in Vigilia sancti Thomæ Apostoli confirmatus M. Joannes de Kuick usque ad annum 1450. Laurentii Groningenſis socius fuerat in moderanda juventute. Verùm eo anno secessit, & in vico Eigelsteiniano juxta latus meridionale Ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ ludum literarium reseravit, adeóque jam tribus in ædibus Philosophia docebatur. Anno 1476. florebant præter eas tres, Domus *Campis*, Domus de *Barkau*, aliàs *Berchem* vel *Berka*, Domus *Montis*, Domus de *Buseo*, è quibus varii præsentati, ad gradus Academici honoris admissi fuêre. Nec alii eos consequebantur, quàm qui Magistros ex his Bursis audivisset, sæpiùs enim decrevit alma AA. Facultas, ùt Annales ad annum Christi 1459. ostendunt. Neminem, nisi qui *Bursam intrâsset, modò onera bursalia ferre queat, ad gradus Academicos præsentandum.* Circa annum 1550. quidam Magistri è Cucana Domo egressi ad novam (quæ & Coronarum & nova Cucana dicitur) domum Philosophis colligendis & exercendis in vico San-Maximinianæo coierunt, de qua sola meminit Middendorpius *L. V. Academ. pag. 149.* Cùm ex testamento Adriani de Breda Magistri & Con-Regentis Bursæ Kuick anno 1541. demortui constet, Domum primævam Cucanam fuisse, sitam apud Pixidem *in der Büſſen* (hâc dialecto populari ædes S. Mariæ Magdalenæ audit) Domûs primæ Cucanæ Regentes repetio hos;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannem de Kuick. Petrus Suls de Colonia Theologiæ Doctor, Scholasticus sancti Gereonis, Pastor sancti Laurentii, Canonicus sancti Severini, Regens Domûs Kuick obiit anno 1525. Alterum Hermannum de Clivis, aliàs Kekenyck, Canonicum sancti Lamberti & sanctæ Mariæ Clivensis. Tertium Adrianum de Breda. Steit ea Domus ad annum 1556, quo fundi alendis Professoribus ac discipulis Cucanis conlati inter Montanum & Laurentianum Gymnasium divisi fuêre.

Domûs novæ Cucanæ seu Coronarum in San-Maximinianæo vico varia fortuna fuit.

Ejus Regentes hos exhibent Annales Facultatis artium. Hermannus Coynsberg anno 1549. dicitur Regens Coronarum L. V. Facult. AA. Henricus de Kempis sacrosanctæ Theologiæ Baccalaureus annis 1550. & 1551. Regens Bursæ Cucanæ audit. Godefridus Wilich anno 1552. Regens Domûs Cucanæ sub Pentecosten, sub Remigii verò is, qui anno proximo 1553. 22. Decembris Quæstor concorditer eligitur venerabilis Dominus M. Jacobus Leichius Cochemensis utriusque juris Baccalaureus, Rector Bursæ novæ Cucanæ in platea sancti Maximini situatæ, pro tempore Decanus Facultatis AA. anno 1556. 4. Julii M. Jacobus Leichius reddidit clavem cistæ quæstoriæ, & jus omne quantum ad regimen in manus Facultatis AA. tradidit.

Middendorpius loc. cit. ob Justum Velsium Haganum Professorem Bursæ Cucanæ, hæresin palàm spargentem, extinctam Bursam vult: sed Annales Facultatis AA. & Historia Gymnasii Tricoronati accusant Leichium Sacerdotem, quòd nuptias incestas Lutherano stilo celebraverit, & hæc vera causa est abdicati regiminis.

Quatuor Domus supra memoratæ jam ante hanc diem defloruerant, nec in albo Annalium ullo vestigio deprehenduntur.

Domus San Maximinianæa anno proximo 1557. decreto Senatûs & Universitatis traditur Joanni Rhetio è Societate Jesû. Vide *Gymnasium Tricoronatum.*

Domûs Cucanæ celebratus Magister fuit Ortwinus Gratius, ùt constat ex præfatione ab eodem præfixa operibus Victoris Carben, nec Author Epistolarum obscurorum virorum id ignoravit. Vide *Ortvv. Gratium.*

Memoria Cucanæ Domûs gratitudinis ergo perennat, nam præter tres Examinatores è ternis Gymnasiis quartus Cucanus semper interest, examinandis iis, qui gradum Baccalaureatûs & Magisterii petunt, qui Bursæ veteris nomen & officium repræsentat.

Hermannus Kersenbroick à Lemgow Scriptor *Belli Monasteriensis* renuntiatur Baccalaureus Philosophiæ & artium anno 1541. 21. Aprilis, Præside & Promotore Magistro Godefrido à Wilich Domûs Cucanæ; hæc igitur Domus Leichium & hunc Scriptorem formavit.

L.

LAMBERTUS du CHATEAU natus Leodii 1669. admissus Coloniæ ad Societatem Jesu, Novitiatum Trevitis ingressus est 1689. Quatuor vota ibidem professus est 1701. Post traditam eodem in loco & alio Philosophiam functus est annis aliquot officio Missionarii Castrensis, & ut paucis absolvam omnia, fuisse virum solidæ & probatæ virtutis maturæque prudentiæ, amantem vocationis suæ & regularis disciplinæ, privari publicique profectûs spiritualis studiosum, circumspectum, sagacem, industrium in negotiis urgendis & promovendis, varia, quæ cum laude & fructu gessit, munia prodiderunt: fuit enim Procurator Provinciæ, Regens Gymnasii Tricoronati, Socius R. P. Provincialis, Præses & Minister Seminarii Trevirensis, Rector Collegiorum Bonnensis, Aquisgranensis & Trevirensis. Sub finem vitæ Coloniæ hydrope cœpit laborare, quo omnibus Ecclesiæ Sacramentis prænunitus, undecimo Kalendas Februarii extinctus est 1743. Scripsit, sed typo non publicavit

Compendium historiæ Societatis Jesu, aliáq;.

LAMBERTUS HENRICUS XYLANDER Gymnasii Montani Professor fuit, Coloniæ sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus, Pastor in Hinsbeck. Scripsit sub patrocinio D. Fabri Regentis Montani metro cabalistico

Mysteria Dominicæ Nativitatis celebriora.

LAMBERTUS Leodiensis Monachus S. Laurentii in Cœnobio Tuitiensi, Ordinis sancti Benedicti in Diœcesi Colonienſi, claruit 1220. sub Werimboldo Abbate III. Scripsit *præter hymnos & epigrammata, mandante Metropoli Agrippinâ, ut habet præfatio.* Item *de vita S. Heriberti Archi-Episcopi Coloniensis libros II. meminit Molanus ad Usuardum 16. Martii, & Arnoldus Wionus in ligno vitæ sive libro de illustribus Benedictinis.*

LAMBERTUS MOLL sancti Martini Coloniæ, Ordinis sancti Benedicti, Cœnobita perdiligens & industrius, obiit 1622. 12 Octobr. A quo supereſt

Manuscriptus in ejus loci Bibliothecâ libellus, continens varios aphorismos, excerptas preces, & similia ex Ss. Patribus aliisque Scriptoribus collecta cod. sig. B. 29.

Ex Comment. MS. D. Oliv. Legipont.

LAMBERTUS de Monte Domini von Heerenberg, Canonicus ad sancti Andreæ Coloniæ, Decanus ibidem Facultatis artium 1458. ultimo semestri, primùm avunculi sui in secundo Gymnasio Montano collega & socius fuit. Regens dein constitutus ab Gevardo à Monte Domini avunculo suo ab nona Novembris anni 1480. ad anni 1499. 17timam Aprilis: ædes, quas antecessor conduxerat, emit, & suas fecit, aliásque domos diversas, 1469 *den grossen Wald*, *Neuenwalde* 1498, & 1499. parvam domum in angu-

gusto

gusto vico à Valentino Engelhard emit. Rector Magnificus in Universitate Colonienſi 1478. in profesto S. Thomæ Apost. eligitur, obiit 1499. 17. Aprilis. In eâdem ipsum inter antiquiores & celebriores Philosophiæ Professores studii Philosophici promovendi perquam studiosos meritò recenseri debere, edita ejus testantur opera:

Compilatio commentaria Magistri Lamberti de Monte Domini, artium sacrarum, sublimitatum, Interpretis perspicacissimi in octo libros Aristotelis de Physica, sive de naturali auditu intitulatos ex communi acervo probatissimorum Philosophorum; maximè tamen juxta fidissimam doctrinam sancti ac Cherubici Doctoris Thomæ Aquinatis transumpta. in fol. pag. adv. 149. Cui equidem Magistro familiare fuit, ùt Syris & maximè Palæstinis, singulis suis declarationibus parabolas jungere: ut, quod per simplex præceptum teneri non poterit, per similitudinem saltem exempli accipiatur. Coloniæ operâ atque impensis Henrici Quentel anno à virginali partu MCCCCXCVIII.

Expositio celeberrima Magistri Lamberti de Monte Domini circa tres libros de anima Aristotelis, quâ præclarissimis Commentariis D. Thomæ Aquinatis naturalis Philosophiæ Interpretis acutissimi, ad profectum studentium. in fol. pag. adv. LXXXI. Calcis meta quievit Agrippinæ, cutâ pervigili Henrici Quentel civis ejusdem, virginei partûs anno nonagesimo, octavo supra millesimum quadringentesimum; die vero 5ta Octobris.

Quæstio magistralis a Venerando Magistro Lamberto de Monte Domini, artium & sacræ Theologiæ Professore eximio vigilantissimè congesta, continens per authoritates Scripturæ divinæ, quid juxta saniorem Doctorum sententiam probabilius dici possit de salvatione Aristotelis Stagiritæ natt Nicomachi Græcorum omnium sapientissimi.

Livida ne timeas rabidi canis ora libelle,
Ibis in adversos, qui tueatur habes.

in folio pp. in fine. *Cùm juxta Commentatoris in prologo libri Physicorum elegantissimam, & notatu dignam nullus eorum, qui ætate secuti sunt, Aristotelem olim Græcorum sapientissimum usque in hunc diem, quique suis addidit artibus, quod esset dignum harum pars appellari, nec quisquam in ejus verbis invenit errorem alicujus quantitatis, & talem virtutem esse in individuo uno miraculosum & extraneum existit, & cùm hæc dispositio in uno reperiatur homine, dignus est potius esse divinus, quam humanus.* Etiam sanctus Thomas in pleraque locis de æternitate mundi loquens, & præcipuè in octavo Physicorum asserit veritatem fidei rationibus Aristotelis efficaciter impugnari non posse; nec venit Aristoteles circa mundi perpetuitatem, aut circa intelligentiarum multitudinem censendus hæreticus. Idcircò venerandus & eximius Magister noster Lambertus de Monte Domini, sacrarum literarum Interpres & Scrutator profundissimus, in præhabita quæstione ostendit & concludit probabiliter per authoritates Scripturæ divinæ, & juxta saniorem Doctorum sententiam *Aristotelem summum, & Philosophorum Principem de numero salvandorum esse.*

LAMBERTUS Præsul inclitæ Benedictinæ, nec non exemptæ sancti Laurentii Abbatiæ in Monte Leodii post S. Popponem XImus cùm generis nobilitate, tum pietate clarissimis parentibus Coloniæ Agrippinæ oriundus, Leodii prima institutionis scholaris rudimenta suscepit sub Adelmanno (alii Adelmo) Præceptore, illustris Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis Scholastico tunc celeberrimo: quippe, qui tum humanarum literarum esset peritissimus, quique eo nomine famâque postmodum Brixiensis seu Brixinienſis in Italia creatus est Episcopus. Sub tanto Magistro ità profecit Lambertus, ut brevi utriusque literaturæ peritissimus evaserit. Qui post hæc sub Stephano Abbate, viro scientiâ ac vitæ sanctitate claro, regulari vitæ nomen dedit..... quique, cùm scripturis eruditus valde esset, nec minus vitæ merito reverendus, à Stephano Abbate Laurentianis suis Religiosis præfectus *Scholæ interioris* bene docuit (distinguebatur olim in Cœnobiis Benedictinæ Religionis duplex schola, *exterior* una, in qua erudiebantur à nostris Laici; *interior* altera, in qua instituebantur ipsi Religiosi ad omne scientiæ genus) in qua hîc in sancti Laurentii Academia mirificè profecit Rupertus noster, postea Tuitiensis Ecclesiæ Abbas, & doctrinæ suæ plura edidit specimina, quibus se egregiè eruditum, nec non multis modis utilem & notum se posteritati præbuit.... quibus tum eruditionis, tum virtutis monumentis dignus habitus deinde est, qui Stephano laudato in Abbatiali regimine succederet; eundem Reinerus noster *in libr. de viris illustribus Cœnobii S. Laurentii* indigitat fuisse hominem multimodæ utilitatis. Vivebat Reinerus medio sæculo XII. Obiit Lambertus plenus virtutibus anno 1069. Kalend. Octobris. Præfuit annis decem & ultra. Terræ traditus ad sinistram Stephani Abbatis ejus prædecessoris cum opinione sanctitatis vitâ functi, cujus corpus integrum cum illibatis vestibus repertum est ab illustrissimo Josepho Zantfelicio ad tractum Rheni Nuntio Apostolico anno 1656. post sex ab ejus obitu sæcula integra.

Lamberti scripta hæc recensentur: imprimis pulchro ordine ac diserto admodum eloquio accuratóque stilo descripsit

Vitam S. Heriberti Colonienſis Archi-Episcopi, nec non miracula.

Musicè item quædam de ipso composuit, cúmque in versibus ordinandis claro fretus esset ingenio, *Hymnorum varii generis carminum librum 1.* concinnavit

Epigrammatum librum 1.

Officium etiam nocturnum de eodem scripsit, quod pulchrâ & regulari modulatione composuit.

Hæc ex Reinero, nec non ex aliis S. Laurentii Leodienſis Scriptoribus, quibus ferè in omnibus consentit *Trithemius Abbas in catalogo Scriptorum Ordinis S. Benedicti.*

Super jam dicta nonnulla observatu digna occurrunt.

1mò. Quod eruditi Bollandi continuatores Godefridus Henschenius & Daniel Pappenbroichius in observationibus prævиis de vita S. Heriberti ad diem XVI. Martii *Act. SS. Tom. 2. pag. 465.* Trithemium Laudatum de Lamberto nostro scribentem minùs rectè arguant erroris in hoc, quod eam sancti Laurentii Scriptoribus accenseant, falsò existimantes, dictæ vitæ elucubrationem occasione Ruperti nostri, postmodum Tuitiensis Abbatis, illi fuisse tributam: cùm & certò constet

ex

ex antiquioribus ac finceris Lambertianis monumentis (ùt jam vidimus) illam tribui Lamberto: post quos Commentarios scripsisse videtur Trithemius.

2dò. Dicimus non solùm Lambertum seu Lampertum nostrum, sed & alium ejusdem nominis Tuitiensem Cœnobitam scripsisse vitam sancti Heriberti; sicuti & Ropertum ex hujus Abbatiæ Religioso in Abbatem Tuitiensem assumptum à Friderico Colonienſi Archi-Episcopo. Lambertus ergo ille Tuitiensis, quem cum nostro confundunt, alius planè ab illo est, qui tamen eodem ævo, vel circiter, claruisse videtur.

Videtur etiam personarum errorem iniisse *Arnoldus Wion* Archi-Monasterii Cassinensis Scriptor non ignobilis (qui illum confundit cum alio Religioso ejusdem nominis, qui hoc in eodem Monasterio vixit circa annum 1150, cui nulla fides, ut nec aliis, qui primùm claruisse tradunt 1220.) sed anno 1045. & verè floruisse dicitur.

Ex Athenæo Laurentiano in Monte Leodii vitâ scriptisque viros illustres dictæ S. Laurentii Abbatiæ Benedictinæ recensente, Authore Cœlestino Lombardo ejusdem Cœnobii Professo, edito à Bernardo Petzio.

LAMBERTUS Tuitiensis Monasterii Religiosus, ineunte sæculo XI. ante annum 1055. scripsit *Vitam S. Heriberti*, Archi-Episcopi Colonienſis, Fundatoris & Dotatoris sui Monasterii, quam Bollandus & Socii ad diem XVI. Martii ex quatuor codicibus manuscriptis vulgârunt, quorum unus extat in eodem Cœnobio Tuitiensi in parvo crasso codice, quem Joannes Gamans descriptum manu suâ Antverpiensibus Hagiographis transmisit. Hunc Lambertum fuisse Fratrem professum Monasterii Tuitiensis, evidens est ex præfatione hujus vitæ & omnium codicum MS. Consentit authoritas, eundem aliquando fuisse Leodiensis S. Laurentii Cœnobii alumnum vel Adelmanni discipulum, nullo sufficienti argumento probavit Trithemius.

Acta Sanctorum Tom. II. Martii p. 465.

LAMBERTUS à WICKEDE vixit sæculo undecimo sub Archi-Episcopo Colonienſi Annone, ùt ipse testatur. Rector erat Ecclesiæ sancti Benedicti, & Canonicus Collegii sancti Panthaleonis in urbe Tremonienſi. Ditmarus Mulherr ipsum nominat nobilem Patritium urbis Tremonienſis, asserítque adhuc anno millesimo octogesimo vixisse.

Parva ejus Chronica varie exhibetur. Exemplar ejus in Bibliotheca Domini Mulherrs reperit J. D. von Steinen, in eóque referuntur gesta à Christi Nativitate ad annum usque millesimum septuagesimum; præsertim tamen ad urbem Tremonienſem spectantia consignantur.

Quæ speciali animadversione digna sunt, pauca reperies. Excipe Diploma Caroli Magni Trutmanno (ùt fertur) datum; quod primò à Meibom typo editum eruditorum ingenia postmodum egregiè exercuit & fatigavit.

Qui Annales Circuli Westphalici L. 2. p. 103. à Stangenfol editos legit, eosdem à Lamberto stilo ligato scriptos fuisse, in errorem facilè induci posset: inde natum, quòd Sebastianus Reuther Spirensis in suo Genethliaco quingentesimo septuagesimo octavo supra millesimum impresso verba Lamberti in versus transtulerit, addito ejusdem nomine. Hinc videtur judicâsse Stangefol, versus illos è Lamberti vena fluxisse; sed erroneum esse ejus judicium, inquit *J. D. von Steinen*, id que se manifestè posse ostendere.

Ex orig. histor. Westphal. J. D. von Steinen.

LARARIA, EPHESTIA dicuntur ea loca, quibus statuæ antiquæ Deorum, Geniorum, Nympharum, inscriptiones, lapides, urnæ, sigilla, nummi asservantur.

Ea varia fuêre inter Agrippinenses.

Præ cæteris intrà mœnia Urbis Agrippinensis recenset Stephanus Broelmannus suo ævo celebrata.

I. Lyskirchianum.
II. Beiwichianum.
III. Kirickianum.
IV. Helmannianum.
V. Broelmannium.

In Epideigmate historiæ veteris civitatis Ubiorum Tabella VII. anno CIↃ. IↃ. CIIX. impressa apud Gerardum Grevenbroich in folio.

VI. Sæculo XVII. clarissimus vir Godefridus Balthasar von Hattzheim Censor Senatûs Agrippinensis domui suæ simile excitavit, & raris antiquitatis Romanæ exuviis nobilitaverat, cujus catalogum typo impressum vidit urbs, anno 1732. in octavo, enumerante & describente Ignatio Roderique.

VII. Celeberrimum nunc est in arce Comitum de Blanckenheim, ubi lapides ævo Romani Imperii stantis sculpti rariores visuntur.

VIII. Octavum dici potest vestibulum Armamentarii Civitatis Colonienſis, in quo collocati visuntur lapides, Romani Imperii testes coævi, & sinceri ad hunc diem conservati. Ephestiorum *Librum sextum* C. V. Stephani Broelmanni MS. sibi visum testatur Ægidius Gelenius *de Col. A. magnitudine L. III. Syntag. 1. pag. 255.*

LAURENTIUS DONCKERS Sylvæducensis, 1634. natus Patre Joanne ejusdem urbis Scabino, Lugduni Batavorum ab expertissimis Magistris Henrico Regio, Isbrando Diemerbroeck, Francisco de Le Boe Sylvio in Theoria & praxi medendi institutus, ab ejusdem urbis celeberrima Facultate medica circa annum 1662. 25. Octobr. medicinæ Doctor creatus fuit. Post in schola illustri paterna medicinæ, physices, chirurgiæ & anatomiæ professione ordinariâ & publicâ functus fuit.

Ut autem ad praxin admitteretur, in Colonienſi urbe & Universitate librum infra describendum obtulit. Uxorem duxit anno 1663. Annam von Schrieck, è qua plures genuit liberos, câque mortuâ, secundam duxit Gertrudem anno 1690. Religionis Catholicæ ergo reliquit solum Batavicum, & ad sanctam & felicem Coloniam accessit, ubi & Medicum expertissimum & Catholicum integerrimum palàm se gessit, totámque familiam ad avita sacra reduxit. Obiit 1700. 1. Decembris, sepultus ad D. Petri Parochiam.

Idea febris Petechialis, sive tractatus de morbo Panchulari, speciatim de eo, quo ab hinc circiter 12 Colonia ejúsque vicinia affecta fuere. Authore Laurentio Donckers Sylvæducensi medicinæ Doctore practico Coloniæ, olim in schola illustri

ſtri paterna ejuſdem Facultatis ac Philoſophiæ naturalis Profeſſore, nec non chirurgiæ & anatomiæ Prælectore. Lugduni Batav. apud Petrum van der AA 1686. in 8vo minore pag. 500. Inſcripſit librum DD. Coſſ. Quæſtoribus & Procoſſ. Senatoribus liberæ Imperialis Reipublicæ Coloniensis.

Relicti MS. Laurentii Donckers Tractatus Phyſico-Metaphyſico-medici *de homine.*

Pars prima de corpore humano, in qua hujus forma ſeu conſtructio & natura cum ejus functionibus, per æterna principia & leges naturæ ab ævo ſive prima ſui generatione curioſiſſimè demonſtratur.

MS. Laurentii Donckers Tractatus Phyſico-Metaphyſico-medici de homine pars ſecunda Metaphyſica ſive de mente humana, in qua primò, quid ea abſtractè in ſe ipſa, ſive in ſimplici ſuâque ſua natura ſit. 2. Quatenus cum corpore unita hominem conſtituat. 3. Quas per hanc unionem induat facultates & functiones. 4. Quâ ratione & modo in corpore operetur, diſtincte explicatur.

MS. partis tertiæ vix tres quaterniones ſuperſunt in MS, quod extat apud filiam expertiſſimi viri Laurentii Donckers, nunc viduam clariſſimi D. Schulten. In omnibus ſuis ſcriptis ſe Carteſianæ Philoſophiæ ſtudioſiſſimum vindicémque acerrimum contra diverſas ſectas oſtendit.

LAURENTIUS à DRIPT Venlonæ natus anno 1633. ſolemnem in Abbatia ſancti Viti Gladbacenſi Ordinis ſancti Benedicti profeſſionem emiſit 1652. 17. Februarii, Presbyter ordinatus 1657. Fuit vir ſolers, ingenioſus, ac in Theologicis comprimis verſatus: cùm & Gladbaci & in inclita Corbeja Theologiam multis annis docuiſſet, ab Epiſcopo & Principe Paderbornenſi in aulam adſcitus, Theologus domeſticus, ac dein Vicarius Generalis per dictam Diœceſin conſtituitur, obiit ex calida febri Neuhuſii 1686. 27. Aprilis, ætatis 53, profeſſionis 35, Sacerdotii 29. Opuſcula ab eo edita ſunt ſequentia:

Cautio judicialis Prælatorum Eccleſiaſticorum & Regularium, in qua, quid ſit, ſummariè de plano, ſimpliciter, ſinè ſtrepitu & figura judicii, ſola rei veritate inſpectâ, & quomodo Superiores Eccleſiaſtici & Regulares contra ſuos ſubditos in cauſis levibus, gravibus ſeu criminalibus procedere debeant, paucis demonſtratur; Autore Laurentio à Dript. Neuhuſii typo Joannis Todt in 8vo pp. 335. 1684.

Anti-Decalogus Theologico-Politicus reformatus, cum appendice refutatoria Theodori Reinkeck quondam Daniæ Cancellarii de regimine Eccleſiaſtico. Coloniæ editus 1672. in 12mo pag. 602. Idem Paderbornæ 1572. in 12mo.

Statera & examen libelli, cui titulus: Monita ſalutaria B. V. ad ſuos cultores indiſcretos. Coloniæ 1675. in 8vo pp. 231.

Speculum Archi-Diaconale, ſive praxis officii & viſitationis Archi-Diaconalis in gratiam Vicariorum Generalium, Archi-Diaconorum aliorumque Viſitatorum Synodalium, & curam animarum habentium compilatum, operâ & ſtudio &c. Neuhuſii 1676.

Virgo Lauretana. Neuhuſii 1673. in 8vo.

Ex faſtis Monaſterii ſancti Viti M. in Gladbach.

LAURENTIUS FABRITIUS Urdingenſis, primùm Capellanus Joannis Wilhelmi Adminiſtratoris Epiſcopatûs Monaſterienſis, ſacræ Theologiæ Doctor, dein Parochus ſancti Albani Coloniæ, ac Canonicus Metropoliticus. Demum anno 1588. 7. Auguſti conſecratus fuit Epiſcopus Cyrenenſis ab Illuſtriſſimo Cortolano Nuntio Apoſtolico Coloniæ. In patria ſua inſtituit & fundavit ſtipendium Magiſtro bonarum artium alendo. Obiit anno 1600. 22. Julii. Sepultus in Æde Metropolitica Colonienſi ante Capellam Walrami Archi-Epiſcopi, hoc epitaphio:

LAURENTIUS FABRITUS
Urdingenſis, ſacroſanctæ Theologiæ Doctor, Epiſcopus Cyrenenſis, Suffraganeus Colonienſis, & hujus Ædis Canonicus.

Ejus ſtudio in lucem prodiit

Gegen-Bericht und Chriſtliches Examen des Laſter-Buchs Münſterſchen Inquiſition genannt, welches 1583. 23. Decembris zu Münſter in der Nacht in Häuſern, auch Fabritii ſelbſten Hof geworffen und ausgeſprenget hat ein verführiſcher Calviniſt 1584. 31. Julii Monaſterienſi editione. 1585. Colonienſi typo prodiit. Quo libello, quòd Societati noſtræ recenter introductæ impactas ab Hæreticis calumnias diluerit clariſſimus Hyſperaſpiſtes, grates æternas debet Societas JESU.

Ex Heiſtero in Suffrag. Colonienſibus.

LAURENTIUS à GRONINGA ſecundus Moderator apud Ubios fuit ejus Gymnaſii, quod nunc ab ejus nomine *Laurentianum* dicitur: nam primus ejuſdem Moderator erat Joannes Hulshall Machlinienſis 1426. promotus Magiſter. Hunc ſecutus eſt in regenda Gymnaſio Laurentius Groningenſis, Decanus Facultatis artium 8. Octobris anno 1447, qui in hoc exercitio ſocium habuit M. Joannem Kuick. Hic anno 1450. 1mâ Septembris à Laurentio ſecedens, novam ſcholam Cucanam ab eodem dictam Coloniæ aperuit in vico *Eigelſtein*, dum anno 1549. in vicum San-Maximinianæum & Domum Coronarum nova ſeceſſio fieret. Anno 1569. translatio Collegii Laurentiani ob majorem commoditatem, Senatûs adſtipulatione, ac ſereniſſimi Archi-Epiſcopi authoritate ad Minoritarum Cœnobium æquis conditionibus tranſacta eſt. Nomine Laurentiani Gymnaſii impreſſus liber extat:

Reparationes lectionis Logicæ Ariſtotelis ſecundùm proceſſum Magiſtrorum Regentium in Burſa Laurentii. Coloniæ Agrippinæ 1500.

Middendorp L. V. Academ. Cratepœl. in Archi-Epiſc. Colon. p. 178.

LAURENTIUS SIFANUS PRUNSFELDIUS, Coloniam poſt longinquas & diuturnas peregrinationes veniens, aggreſſus eſt id, quod aliàs in Gallia (ùt ipſe ſcribit p. 3.) cum laude ac fructu fecerat, Græcum Scriptorem Iſocratem publicè interpretandum & explicandum, idque in Gymnaſio Coronarum, quod ab anno 1557. 2. Februar. Patri Joanni Rhetio & Sociis Jeſu traditum fuerat: non quòd deeſſent huic urbi aut Gymnaſio linguæ hujus Profeſſores (*haud enim ignorabam* (ajebat ipſe p. 4.) *hoc Gymnaſium habere non modò, qui Græcum ſermonem profiterentur, verùm etiam, qui Philoſophiam ex ipſis Græcorum fontibus, unde emanavit, ipſorum quoque linguâ explicarent*) *ſed ad dignitatem, celebritatem & nobilitatem hujus Gymnaſii atque urbis pertinere, ut non hujus ſolùm ſermonis, ſed cæterarum quoque ſcientiarum plures ſint Profeſſores.* Cœperat Sifanus hoc conſilium jam anno 1556; ſed causâ aliâ ex aliis tum Gregorii Nyſſeni ſcriptis aliquot Latio reddendis biennium & ampliùs occupatus fuit; quo opere abſoluto hortatoribus nonnullis conſularibus & ſenatoriis viris ex amore erga patriam (unde colligimus, patriam ejus fuiſſe Coloniam, aut ſaltem natum in Archi-Diœceſi Colonienſi; nam Pantaleo in Proſop. ad annum Chriſti 156. eum Schleidanum & Joannis Sturmii conſobrinum fuiſſe narrat & affirmat) & ſtudioſam juventutem ſuſcepit explanandum Iſocratem 1558, cui labori die ſextâ publicâ oratione panegyricâ Græci ſermonis & Iſocratis prælufit. Pag. 15. meminit cum laude Rudolphi Agricolæ, Alexandri Hegii, Eraſmi Roterodamenſis, qui Germaniæ reſtituerunt Græcas literas contemptu vel oblivione penè ſepultas. Eo loci ſcilicet pag. 16. copiam Græcæ facundiæ extollit, confutat Craſſum apud Ciceronem exprobrantem Græcis, quod ineptum linguâ ſuâ non expreſſerint: Exiſtimo, ait, Ciceronem, qui diligentiſſimè optimos quoſque Scriptores Græcos legiſſet, illorum ſermonis tam vel imperitum vel oblitum non fuiſſe, quin ſciret, quem Latini appellant ineptum, eum à Græcis iisque Atticis diu Apeirocalon: haud minùs aptè compoſito ac dilucido vocabulo, quàm Latinum eſt; neque enim Cicero eo loco ex ſua, ſed ex Craſſi perſona loquitur, qui cùm non tam doctus fortaſſe Græcè eſſet, quàm Cicero, ejus perſonæ ratio habenda fuit.

Profeſſorem juris ſe eſſe, & in libelli impreſſi titulo, & in laudatione hiſtoriæ p. 42. teſtatur: eſt enim mea quoque mihi profeſſio juris tuenda. Anno 1564. ex Senatûs-Conſulto, quo intermiſſam jam diu publicam hiſtoriarum prælectionem revocat, Sifanus hiſtoriarum Profeſſor renuntiatus fuit, quod munus antequam ſuſciperet, orationem publicam in hiſtoriæ commendationem præmiſit in Gymnaſio Coronarum habitam XIV. Kalendas Majas. Rationem ſuam docendæ hiſtoriæ ſubjunxit impreſſæ orationi, quæ hujuſmodi eſt:

" Quoniam partim Græcos, partim Latinos " Hiſtoricos vobis prælecturus ſum, commodiſ- " ſimum viſum eſt à Græcis, quorum ſcientia & " doctrina prior eſt, initium facere; & ea vobis " ſcripta imprimis ſumere interpretanda, ex qui- " bus haud mediocres progreſſus ad reliquas hi- " ſtorias intelligendas facere, & quaſi fundamenta hiſtoriarum cognitionis jacere poſſitis. Imprimis igitur oblatus eſt hic Xenophontis libellus, tum de publicis, tum de privatis Lacedæmonum moribus & inſtitutis: poſt quem ejuſdem Authoris alterum libellum de Athenienſium ſtatu civitatis (in quibus libellis harum duarum civitatum longè diverſos mores & inſtituta tradit) poſt hæc ejuſdem Authoris Hieronem ſive Tyrannicum, vel ſi maluerit, Iſocratis Nicoclem de regno vobis exponam, ubi de regio ſtatu & regno adminiſtrando, ſubditorúmque adversùs Reges ſuos obſequio & officio tractatur. Deinceps Polybii libri texti compendium vobis interpretari decrevi, ubi Romanorum civitatis liber ſtatûs quidem, ſed multùm ab Reipublicæ vel Athenienſium vel Lacedæmoniorum diverſus explicatur. Quibus ſcriptis cognitis intelligetis, vos haud infirmum poſuiſſe fundamentum, atque haud contemnendos ad reliquos Hiſtoricos tam Græcos, quàm Latinos intelligendos feciſſe progreſſus. "

Prodierunt in lucem

Orationes duæ Laurentii Sifani Prunsfeldii Juriſconſulti: altera de laudibus linguæ Græcæ & Iſocratis habita Coloniæ Agrippinæ anno 1558. pridie Nonas Julii.

Altera in commendationem hiſtoriæ ibidem habita anno 1564. XIV. Kalendas Majas in 8vo apud hæredes Arnoldi Birckmanni Coloniæ 1564. pp. 96.

LAURENTIUS SPRUNCKER Paſtor in Arenberg, & Camerarius Capituli ruralis vigilantiſſimus & zeloſiſſimus Cultor Angelorum Cuſtodum, ſub quorum titulo Sacellum extrui curavit haud procul à valle Arenbergica, quo populus frequens religione ductus accurrit, obiit 1720. 7. Januarii. Scripſit

Libellum de Ss. Angelis Tutelaribus.

LAURENTIUS SURIUS Lubecæ naſcitur ex Catholicis & perhonestis parentibus inter tumultus Lutheranæ hæreſeos, templa & Magiſtratum avitæ Catholicæ religioni eripientis: Patet enim unà cum Joanne Rhodio Decano majoris Eccleſiæ Lubecenſis orthodoxam religionem ad extremum uſque halitum profeſſi ſunt. Fratet Laurentii Nicolaus Surius J. U. D. in linguis Latina, Græca, Hebraica, Gallica, Italica exercitatiſſimus, Canonicus majoris Eccleſiæ Lubecenſis anno 32. ætatis morte immaturâ ereptus fuit. Soror Surii nupſit Neiburio, ex qua natus Laurentius Neibur, Eccleſiæ Lubecenſis Canonicus, *horum Commentariorum Author;* cognatus Surio fuit Joannes Tidemannus, Lubecenſium Catholicus Antiſtes. Humaniores literas didicit Francofurti ad Oderam, inde Coloniam miſſus, Sophiam in Gymnaſio Montis audivit explicari ab Nicolao Eſchio notæ ſanctimoniæ viro & Joanne Bronchorſt, à quo poſtremo Magiſterii lauream in Facultate artium accepit anno MDXXXIX. Socium ſtudiorum habuit Petrum Canſium, poſt Societati Jeſu addictum, eundem & Reverendiſſimum Georgium Stolbroch, Lundenſem Archi-Epiſcopum, Contubernales & Commenſales nactus eſt

apud

apud Andream Heerl Canonicum Gereoniticum & ſacræ Theologiæ Licentiatum. Abundabat eâ ætate Cartuſia Colonienſis viris eruditione & ſanctimoniâ clariſſimis Gerardo Hammontano, Theodorico & Brunone Loheriis, carne & ſpiritu Fratribus, Henrico Helmeſio, Juſto Lanſpergio. Hujus potiſſimùm odore allectus videtur, ut auſterum vitæ ſolitariæ genus eligeret. Veſtem ſacram induit anno MDXL. 23. Febr. & proximo anno 24. Februarii profeſſus eſt inſtitutum Cartuſianæ Regulæ: anno MDXLIII. primam DEO hoſtiam obtulit Sacerdos. Quadriennio poſt Prior Cartuſiæ Moguntinæ Surium ad ſe vocat, ſed poſt breve intervallum Coloniam rediit, ubi omnem vitam egit in quiete operoſiſſimam, in ſilentio facundiſſimam, & tot linguis, quot editis libris Eccleſiæ Chriſti patrocinantem, in ſolitudine cum Catholicis eruditis omnibus converſantem religioſiſſimus Eremita, ſed Apoſtolico zelo pro Eccleſia DEI deſudans, nec ante vivendi, quàm ſcribendi finem fecit anno MDLXXVIII. die XXIII. Maji, quæ erat feria IV. quatuor Temporum paulò poſt horam decimam matutinam, ſepultus ante feneſtram, in qua XV. ſigna judicium univerſale præceſſura picta videmus. Vixit in Ordine XXXVI. annos. Cruditas ſtomachi demum valetudinem prorſus dejecit, cui dum abſente Medico ordinario Domino Birckmanno imperitior mederi conatur efficaciori, ùt ſibi videbatur, potiunculâ, malum auxit, ſupremo vitæ die poſt recitatum cum Patre Matthæo matutinum officium uſque ad nonam horam, ſub qua in ſpondam lecti erectus, agonizare cœpit, collocatus in ſedili ſacelluli ſui Fratribus convocatis & Eccleſiæ preces perſolventibus ſpiritum DEO Creatori reddidit, ſanctiſſimi laboris pro Sanctis & Eccleſia DEI tot annos exantlati mercedem æternam recepturum: prædarè de ſuo Ordine, imò de tota DEI Eccleſia meritus: unde & ſanctiſſimus Papa PIUS V. Priori Colonienſi commendandam judicavit viri ſanitatem, quæ præter rigorem perennis abſtinentiæ, noctium vigilatarum & ſolitudinis ipſius frangebatur concatenato labore ſcribendi, commentandi, ſuósque & alienos libros, quos Eccleſiæ DEI profuturos ſperabat, typo aptandi. En Pontificium diploma:

PIUS Papa V. dilecto Filio Priori Cartuſiæ Colonienſis (Thomæ Lubecenſi.

Dilecte Fili! ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro pietate noſtra ac benignitate compellimur providere, ut, qui ſacrarum literarum ſtudiis dediti, laboribus ſuis rem Chriſtianam publicam juvare conantur, ad hoc præſtandum tantò magis excitentur, quantò ſe id commodiùs noverint per ſuorum Præpoſitorum indulgentiam exequi poſſe. Quocirca etſi dilectus Filius Frater Laurentius Surius Monachus Cartuſianus (qui opus de Sanctorum hiſtoriis laborioſum illud quidem, ſed utiliſſimum Chriſtiano populo futurum jam pridem inchoavit, & magna ex parte tranſegit) nihil unquam ſuper onerum ſui Ordinis allevatione impetranda per ſe ipſe nobis ſupplicaverit, aut per alios ſupplicandum curaverit: tamen nos illi, quâ præd. Frater Laurentius eſt, ætati magnis præſertim ſtudiorum laboribus adjunctis, parcendum eſſe cognoſcentes, dilectioni tuæ ipſum vehementer in Domino commendamus: volentes, ut ejus valetudinis & commodorum ejus habeas pro tuæ circumſpectionis modo rationem, quam & illa ætas jam ingraveſcens expoſcere, & ſuſcepti ab eo operis ratio poſtulare videtur; hoc enim præterquam charitati rationique conſentaneum eſt, erit præterea nobis admodum gratum. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 1. Julii MDLXX. Pontificatûs noſtri anno ſexto.

T. ALDOBRANDINUS.

Catalogus Chronologicus operum Surii à Garneſeltio collectus.

1545. *Margarita Evangelica Belgico idiomate ſcripta, jam anno 1535. à Theodorico de Stratis Cartuſiano Colonienſi, typo Colon. recuſa, à Surio Latina facta vulgata fuit. Præfatio eſt Nicolai Eſchii ad M. Burchardum Montanum S. T. D.*

1548. *Joannis Tauleri Ordinis Prædicatorum opera è Germanicis Latio donavit. Typo Joannis Quentel.* Gerardus Hammontanus Prior, & tot egregiorum operum vulgandorum Hortator dicat verſionem Adolpho Archi-Epiſcopo Colonienſi, typo Quenteliano in folio, poſt recuſi in 4to.

Ejuſdem Tauleri *Exercitia de Paſſione Domini*, quanquam non eſſe Germanum fœtum opinaretur, dicavit Surius Joanni Rinck J. U. D. Cartuſiæ Colonienſis, imò omnium literatorum ſui ſæculi Mecœnati maximo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

1549. *Joannis Ruubrochii opera è Belgico idiomate vertit, & edit Latino, præfante Gerardo Hammontano ad Reverendiſſimum Joannem Generalem Priorem Cartuſiæ, & Surio Interprete ad candidum Lectorem, ex officina hæredum Joannis Quentel. Anno 1692. Joannes Wilhelmus Frieſſem eundem recudit in folio Coloniæ.*

1552. *Florentii Batavi Cartuſiæ Lovanienſis Prioris Libros V. Chriſtianarum inſtitutionum Latinos à ſe factos vulgat. Coloniæ ex officina Quenteliana in 8vo Dicat Revendiſſimo Joanni Valloni Generali Cartuſianorum.*

Compendium ſalutis in 16to Coloniæ vulgat, non à mole, ſed ab ſpiritu magnum.

1552. *XV. Conciones de ſacroſanctæ Miſſæ ſacrificio, & unam de Euchariſtia in Comitiis Auguſtanis 1548. habitas Reverendiſſimi Michaelis Sidonii Epiſcopi, Suffraganei Moguntini, permiſſu Authoris Latinas reddidit, & ſubjecit typo hoc anno in folio, apud hæredes Joannis Quentel & Gerwinum Calenium, recuſas Lovanii 1577. in folio, typo Hieronymi Wallæ.*

1553. *Henrici Harphii Ord. Minor. de IX. rupibus typo vulgat, & dicat Joanni Tidemanno Decano Cathedralis Eccleſiæ Lubecenſis, cognato ſuo.*

1555. *Henrici Suſonis Ordinis Prædicatorum ex Suevico Latina facit, typis excuſa dicat Reverendiſſimo Ludovico Bloſio Abbati Lætienſi, cujus rogatu hanc operam navaverat myſticæ vitæ ſtudioſis. Coloniæ ex officina hæredum Joannis Quentel 1555. in 8vo.*

1557. *Joannis Fabri Heilbrunnenſis de Miſſa Evangelica & veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia Libros V. è Germanicis Latio donat, & dicat Rudolpho Archi Epiſcopo Colonienſi, qui dignatus fuerat Surium in ſua cellula inviſere, & ad præclaros labores inflammare.*

1560. *Joannis Gropperi volumen Germanicum de reali præſentia, adoratione & ſumptione unius ſpeciei Chriſti Euchariſtici, nuper invitâ Minervâ à Caſſiano Latinè verſum, feliciori ſtilo Latinum dedit Surius, & dicat Authoris nepoti Joanni Groppero Seniori, ad ſancti Gereonis Scholaſtico.*

1561. *Friderici Staphyli apologiam de Germano Scripturæ ſacræ intellectu, de ejuſdem in vulgare idioma translatione, de Lutheranorum Concionatorum concordia Latinè convertit, & publici juris fecit.*

1563. *F. Staphyli prodromum in apologiæ defenſionem de vero ſacræ Scripturæ intellectu adversùs Jacobum Schmidelinum Göppingenſem Concionatorem, ac demum abſolutam defenſionem Latinè evulgat, & dedicat Danieli Archi-Epiſcopo Moguntino.*

1563. *Martini Eiſengreinii concionem, cur tot ad Lutheraniſmum deficiant, Latino ſtilo excudi curat, & dicat Godefrido Groppero J. V. Doctori.*

1564. Nonnullis magnæ authoritatis & publici boni ſtudioſis urgentibus penè invitus pertractus eſt ad Joannis Naucleri juris utriuſque Doctoris, Tubingenſis Præpoſiti, & Academiæ Cancellarii *Chronicon continuandum, noſtrique temporis hiſtoriam* conſcribendam. Noverat quidem vir religioſus ac pius, pleroſque hujus ſæculi prudentes judicaturos, hanc ſcriptionem parum convenire ejus ſacro inſtituto, quod profitebatur: ſed cùm ex re eſſet Eccleſiæ, ut ſtudioſis hiſtoriarum lectoribus è manibus excuterentur ſectariorum infideliter ſcripta de rebus noſtri temporis Chronica Carionis, Schleidani, Peuceri & ſimilium Hæreticorum venenatæ hiſtoriæ, dúmque alii Catholici (quibus & plus adſcribendum otii, & ad res ipſas inquirendas media plura ſuppetebant) ceſſarent: coactus eſt etiam hunc laborem ſuſcipere; & quia nôrat, quod hæreſis, ùt cancer, ſerpat multósque adoleſcentes, dum literis operam dant, hoc tam corrupto ſæculo, in tanta pravorum librorum copia, non raro etiam imprudentes à fide vera Catholica aberrare, ut hos ab Hæreticorum conſortio avocaret, ſtuduit in eadem hiſtoria ipſorum diſſidia, abſurdas ſententias, falſiſſimas opiniones, ſimúlque manifeſta mendacia contra Catholicos detegere: neque fructu is labor caruit, DEO benedictionem tribuente & gratiam. En libri frontem:

Commentarius brevis rerum in orbe geſtarum ab anno MD. ad annum MDLXIV. recuſus cum additamento Michaelis ab Iſſelt ab anno 1500. ad annum 1586. 1602. in 8vo apud Arnoldum Quentelium.

" Henricus Fabritius ex Aquis-Grani oriun-
" dus poſt apud Nemetes ad ſuffraganeam Epi-
" ſcopo operam navandam accitus Germaniæ
" legendum obtulit, quod Latinè ſcripſerat Su-
" rius anno 1568. in folio typo Colonienſi.

1567. Concilia Eccleſiæ tam generalia, quàm particularia prodierant typo Colonienſi Tomis III. in folio ex officina Joannis Quentel annis 1530. 1538. 1551. quæ extant *in Biblioth. Coll. Col. S. J.* ſed cùm iis deeſſent multa, quædam curatiore judicio demenda aut corrigenda viderentur, hanc laborioſam ſpartam in ſe ſuſcepit Surius, & hoc anno pleniores & exactiores *quatuor Tomos Conciliorum typo noſtro vulgatos dicavit Philippo Regi Hiſpaniarum Catholico*, qui, quàm gratum opus fuerit, non verbis tantùm, ſed & liberalitate regiâ oſtendit, dum Duci Albano 200. aureos coronatos Surio numerandos mandavit.

1568. S. *Leonis Magni opera omnia relicta & caſtigata à Librariorum mendis prælo Colonienſi ſubjicit, & dicat Joanni Epiſcopo Monaſterieenſi.*

1569. *Homiliarium Doctorum Catholicorum ſelectis homiliis auctum edit, & dedicat Maximiliano Imperatori, typo Martini Cholini in folio pp. 1082.*

1570. Extabant jam multis prælis cuſæ hiſtoriæ Sanctorum, & quidem ex Colonienſibus Typographiis hæ memoriâ digniores:

1. " Hiſtoria Longobardica in folio per Con-
" radum de Homborch civem Coloniæ 1470.
2. " Præclara, ac multis profutura hiſtoria
" Lon-

« Longobardica, additis multorum Sanctorum ac « Sanctarum Legendis pulchris ac raris, ùt patet « tabulam sub alphabeti ordine editam intuenti. « Hæc ad laudem & gloriam DEI & gloriosæ « Virginis Matris ejus, nec non ad utilitatem « Christi fidelium impressa, & ad finem usque « deducta est per me Conradum de Homborch, « meóque signeto insignita anno Domini mille- « simo quadringentesimo septuagesimo sexto fe- « riâ sextâ ante mortem Martini Episcopi, de « qua sit DEUS gloriosus benedictus in sæcula, « Amen. 1476.

3. « Teutsches Passional mit seinen zugesetz- « ten Historien, ist verfertiget 1485. auff St. « Mariæ Magdalenæ Abend, impressum apud « Ludovicum van Renchen Civem Colonienſem « in folio.

His vel sanandis omni labe vel instaurandis Aloysius Lipomanus novam editionem adornaverat; verùm Hæreticis prorerviùs indies accusantibus eas historias utì confictas, spurias, interpolatas, &c. Surius suasu, imò hortatu & jussu sapientissimorum, quos consuluit, Europæ virorum, novam editionem apparat. Quorum dum sententias videt discrepare, nonnullis suadentibus, ut omnes suo stilo conscriberet: aliis, ut quo scriptæ erant, ederet, ut, quantum fieri posset, omnibus se accommodaret, mediam viam tenuit, &, quas Latinè satis & graviter scriptas invenit, in iis nil mutavit, in aliis rudiori oratione conscriptis & æquo verbosioribus *suo stilo* eas reddidit, & vitandæ prolixitatis causâ *contraxit*: in multis pauca mutavit in lectoris gratiam, non ignorans, quàm hoc sæculo inculta oratio ingrata sit. Hoc interim cavit, ne de historiæ veritate quidquam decederet. Primus Tomus hoc anno prodiit typo Gerwini Calenii & hæredum Quentelliorum, *de probatis vitis Sanctorum Januarii & Februarii menses complexus, dicatus PIO V. Pontifici maximo 1570. 2. Martii.* Respondit Surio sequenti benevolentissimo diplomate:

PIUS Papa V. dilecto Filio F. Laurentio Surio Cartusiano.

Dilecte Fili! salutem & Apostolicam benedictionem. Librum, sanctorum Patrum vitas continentem, à te nuper editum, atque ad nos missum libentissimè accepimus: qui quidem eò etiam gratior nobis fuit, quod opus in se continet à nobis semper desideratum, & ad refellenda Hæreticorum in easdem sanctorum Patrum historias maledicta aptissimum. Laudamus vehementer pium hunc laborem tuum, téque, quòd coram Domino vacuus apparere noluerit, sed in ejus domum, pro facultate tibi ab eo concessâ, quidquid potueris, ultrò obtuleris, debitis in Domino laudibus commendamus. Cujus tamen laudabilis laboris tui gloriam imprimis ei tribuendum esse memento, à quo accepisti & velle & perficere: quod & à nobis & omnibus piis, & Catholicæ Religionis studiosis meritò laudaretur. Hortamur autem te, ut hujusmodi opere prosequendo, & de Ecclesia DEI bene mereri, & tibi apud omnipotentem DEUM merita augere ne desistas, securus te à Redemptore nostro laborum tuorum centuplum esse fructum percepturum. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 2. Junii MDLXX. Pontificatûs nostri anno quinto.

1571. *Tomus secundus de probatis Sanctorum vitis mensium Martii & Aprilis Sanctos complexus, typo eodem, dicatus Ottoni Cardinali, Episcopo Augustano.*

1572. *De probatis vitis Sanctorum Tomum III. in lucem emittit, & inscribit M. Antonio Cardinali. Maji & Junii historiam sacram pandit.*

1573. *Tomum IV. de probatis vitis Sanctorum offert Gregorio XIII. PP. M.*

1574. *Tomum V. de probatis vitis Sanctorum consecrat Serenissimo Alberto Bavarorum Duci.* Joannes à Via Ss. Theol. Doctor Monachii hoc anno orditur versionem Germanicam Biographiæ Surianæ Sanctorum, sex prægrandibus voluminibus, quorum *primus hoc anno, ultimus 1580. lucem publicam vidit.*

Hoc anno *Commentarium brevem rerum toto orbe gestarum ab anno 1564. intermissum resumit, & hucusque pertexit*, simili candore, fide, religione.

1575. *Tomus VI. de vitis probatis Sanctorum è prælo Coloniensi prodit, auspice Surio, & Ernesto Bavariæ Duci dicatur.*

1576. Surius quotidie ditior ex codicibus MSs. quos Calenius & alii eruditissimi viri sufficiebant pulcherrimo operi perficiendo, & fontibus ipsis historiæ sacræ Ecclesiasticæ reclusis consummando, novam pleniorem & puriorem collectionem instituit, cujus primum Tomum anno hoc Europæ ostendit sub eodem titulo: *De probatis vitis Sanctorum, Gabriele Paleotto Cardinali sacrum Martyrologium antiquissimum Adonis* suæ

primævæ puritati & integritati reſtituere ſategit; ſed morte præventus Moſandro poſthumam partem expoliendam reliquit.

1578. *Tomum II. auctiorem de probatis vitis Sanctorum prælo ſubjecit, & conſecravit Jacobo Electori Archi-Epiſcopo Trevirenſi.*

His ſanctiſſimis curis detentum mors invaſit, vel potiùs volentem in Sanctorum communionem deduxit, virum ſæculo ſuo majorem, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ reſtauratorem copioſiſſimum, innumera contra Hæreticos argumenta & arma ſuppeditantem, familiæ Cartuſianæ ſidus, & à vitæ ſanctimonia & ab eruditionis ubertate ſplendidiſſimum.

Secundam hanc auctiorem collectionem ex Suriana hæreditate auctus Jacobus Moſander ejuſdem familiæ & domûs alumnus quatuor reliquos Tomos Colonienſi typo evulgavit.

Demum anno MDCXVII. Joannes Kreps & Hermannus Mylius ultimo typo recuderunt hos ſex Tomos in folio, hoc titulo:

Vitæ Sanctorum ex probatis Authoribus & MSs. codicibus primò quidem per R. P. F. Laurentium Surium Cartuſianum editæ, nunc verò multis Sanctorum vitis auctæ, emendatæ, & notis illuſtratæ.

Præmittitur icon Surii: nova præfatio de conſilio & ſcopo hujus tertiæ editionis vitæ Surii.

Ex Comment. Garnefeltii & Mörckens.

LAURENTIUS TEUTONICUS Colonienſis, ſacroſanctæ Theologiæ Doctor, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, ingenio magnus, corpore parvus erat. Pariſiis olim Prior, & 1464. Franciæ Provincialis, Academiam Pariſienſem diſputationibus & ſcriptis exornavit. Obiit Pariſiis anno 1493. 22. Februarii. *Ex Gratiano de Tombeur p. 216.*

Coronius & Bergomenſis aiunt, ſe non referre ea, quæ compoſuerat, eò quòd nondum eſſent in lucem edita.

LAURENTIUS WALRAMI Paſtor in Lechnich, ejus ſtudio in lucem prodiit *Carmen Heroicum* ſcriptum Lechniacenſibus, qui exercitui ex Gallo-Sueco-Haſſo milite conflato reſtiterunt, & obſidionem ſolvere coëgerunt.

Defenſio & triumphus arcis oppidique Lechnienſis contra Haſſo-Gallo-Wimarienſes, Sereniſſimo & Reverendiſſimo Domino Ferdinando Archi-Epiſcopo Colonienſi pro Epinicio conſecratus. Canebat P. E. M. Ss. O. N. L. promovente Reverendo admodum Domino Laurentio Walrami Paſtore in Lechnich. Coloniæ typo Wilhelmi Frieſſem 1643. in 12mo pp. 151.

LEONARDUS AQUENSIS von Aachen, Concionator Ord. Fratrum Minorum Capucinorum. Edidit

Concionum Dominicalium & feſtivalium duo Annualia, quorum titulus:

Apis argumentoſa, arbeitſame Biene. Item

Additamentum de inferno, judicio, paſſione. Coloniæ 1692.

LEONARDUS GOFFINE Ordinis Præmonſtratenſis, natus apud Ubios 1648. 6. Decembr. Abbatiæ Steinfeldenſi incorporatur 1669. 16. Julii, ubi primùm Novitiis, dein variis in locis curæ paſtorali præponitur indefeſſus utrobique animarum Zelotes. Juſſu Electoris Trevirenſis duas ſucceſſivè parœcias in Palatinatu ſuſcepit; ſed factionibus quorundam apud aulam Electoris Palatini ſupplantatus, Steinfeldiam redire cogitur. Lucerna ſub modio latere nequit: mox enim ab altefato Electore Trevirenſi requiſitus Paſtor in Oberſtein ad Navam fluvium inſtituitur. Hic medios inter Hæreticos Chriſtianiſſimi Regis Ludovici XIV. adjutus annuo liberali ſtipendio gregem ſuum verbo fovit & exemplo Paſtor Apoſtolicus, quem vitæ morúmque candor, dicendi fervor, ſcribendi facundia, ipſis etiam fidei hoſtibus reddidit venerabilem; à ferocioribus tamen ſæpè acerbiſſimas ſuſtinuit injurias, ſed eò hilarior, quò iis conformior, qui gaudebant pro nomine JESU contumeliam pati. Tandem laboribus & ſenio confectus ſervatis Steinfeldiæ Dominicâ infra octavam ſanctiſſimi Patris Norberti concione & exercitiis ſpiritualibus Oberſteinium redux, ad ſupremum Patremfamilias abiit, denarium æternæ retributionis acceptarus 1719. 11. Auguſti. Teſtes zeli ac doctrinæ ejus ſunt elucubrationes ſequentes:

Poſtilla Germanica pro rudium inſtructione concinnata, ac ſæpiſſimè recuſa Coloniæ typis Godefridi Meuchers in 8vo.

Explicatio Regulæ S. Auguſtini Germanicè. Coloniæ 1692. in 8vo.

Libellus conſolationis in adverſitatibus Germanicè. Coloniæ typis Petri Theodori Hilden in 12.

Cibus animæ ſeu preces in uſum Dominicarum ac feſtorum per annum. Latine in 12mo.

Conciones pro biennio vel radius luminum animæ. Germanicè Tomi duo in 4to Norimbergæ typis Chriſtophori Rothen 1705.

Catechiſmus P. Petri Caniſii explicatus Germanicè. Coloniæ typis viduæ Meuchers 1712.

Doctrina Chriſti Germ. typis Joannis Mageri 1715. in 8vo.

Parvus Catechiſmus pro juventute Germanicè. Typis Joannis Schlebuſch Coloniæ 1717. in 12.

Cuſtos verbi divini German. 1718. ibid.

Praxes ſacræ ſeu modus explicandi cæremonias per annum. Latine in 8vo.

Ex Comment. eximii Prickartz Canonici Steinfeld.

LEONARDUS JANSEN diem vidit in Vrelenberg, Ducatûs Juliacenſis vico, parentibus Joanne Janſen & Mariâ Wynands anno 1681. 14tâ Maji. Humanioribus & ſeverioris Sophiæ literis imbutus fuit in Collegio Societatis JESU apud Grani-Aquas, adſcriptus candido Ordini Præmonſtratenſium Knechtſtedenſium ſolemni votorum profeſſione anno 1703. 22. Julii. Poſt varia officia ſingulari cum laude obita, Præſidis ſtudiorum in Seminario Knechtſtedenſi, quod intrâ Coloniam eſt, Receptoris Cleri extranei Archi Diœceſeos Colonienſis, tum Magiſtri Novitiorum, Prioris Knechtſtedenſis Cœnobii, ac demum Prioris Monialium ſanctæ Catharinæ intrâ Tremoniam eligitur anno 1728. 12. Aprilis Abbas ſui Monaſterii & diſciplinæ & eruditionis laude florentiſſimi, cui hactenus magno ſpiritualis & temporalis rei incremento ac fructu feliciſſimè præſidet. Scripta hactenus

Theologia moralis univerſa ad mentem præcipuorum Canoniſtarum & Theologorum per caſus practicos expoſita à reverendiſſimo & ampliſſimo Domino Leonardo Janſen, Ordinis Præmonſtrat. Eccleſiæ Knechtſtedenſis Abbate. Coloniæ in officina

na Nœtheniana. Editio prima anno in 8vo. Editio 2da auctior & castigatior, curâ Authoris anno 1738. apud eandem Typographiam in 8vo.

LEONARDUS MARIUS Gœsanus Zelandus, vir præter reconditam in divinis scientiam, eloquentiæ ac melioris literaturæ cognitione imprimis erat excellens, quibus linguarum Græcæ & Hebraicæ notitiam non vulgarem adjecit. In Universitate Colonienſi apud Ubios sacrosanctæ Theologiæ Doctor fuit renuntiatus anno 1617. XVI. Kalend. Novembris Promotore eximio Adolpho Schulkenio. Fuit in eâdem sacrosanctæ Theologiæ Professor publicus & ordinarius, postquam in Gymnasio Laurentiano literas tradidisset.

Præfuit & hîc florentissimo Hollandico Collegio Ss. Willibrordi & Bonifacii tunc in vico Butyraceo sito prope Ecclesiam S. Laurentii, cujus erat Parochus. Ubi Antonium van der Plaet Coloniam fortè adventantem susceptit, fovit, ad fidem Catholicam ex Mennonistarum hæresi adduxit, ac ex scrupulis, quibus conversus torquebatur, sic feliciter exemit, ut hoc ei servierit exemplo, plures dein, cùm esset Pastor ex scrupulis eximendi. Quo tempore Archi-Diaconatûs, & exinde Canonicatûs ei promissi ab Isabella Brabantiæ Ducissa spe invidorum studiis frustratetur, in patriam redux, illic Sibrando Sixtio in omni penè ejus munere successit: evasit enim mox Pastor veteris lateris in urbe Amstelodamensi, Virginúmque Vestalium post Sixtium Rector, Harlemensis insuper Ecclesiæ Archi-Diaconus, Præpositus, Decanus ac Vicarius Generalis. Harlemensis Ecclesiæ Decanus totius Capituli nomine 1631. 27. Junii ad Procuratorem in urbe agentem sic Marii ac electionis ejus meminit: " In ejus (demortui Sixtii) locum unanimi "consensu Reverendissimi Domini Vicarii Apostolici & Capitularium omnium electus est eximius "D. Leonardus Marius vir doctrinâ & scriptis celebertimus Amstelodami degens. A concionibus "miraculo est, ut multi neque infimæ sortis ad "Ecclesiam reducantur; ministris collationem cum "eo declinantibus, Deo cooperante &c. &c. Non solùm Jodocum Vondelium, alterum linguæ Hollandicæ Virgilium, & Jacobum Ouzelium quondam publicum Calvinistarum Ministrum, sed & potiores ditioresque familias Amstelodamenses ad religionem Catholicam convertit.

Scripturus erat Marius in universa Biblia, ùt indicat titulus Commentariorum Leonardi Marii Ss. Theologiæ Doctoris *in universam Scripturam*. Tomus 1. & in ipsis Commentariis, ùt in versu septimo capitis quarti Deuteronomii dicturum se ait in psalm. 147. explicationem vocis *Appropinquante DEO*. Sed dum scribendo simul & docendo incumbit, summo omnium dolore Amstelodami occubuit 18. Octobris 1652. ætatis 64. Marii lemma: *Fortiter, sed suaviter*. Typo ejus vice epitaphii hoc suppositum vernaculum J. Vondelii carmen:

Dus stichte Marius by monde en by geschrifft,
Geerlerde en ongeelerde, vit goddelycke drifft
Nu schwigt de mond: nu geeft de pen niet langer int,
Zyn Schrifften toven uzyn levendighste print.

Quantùm desiderârit ulteriùs prodesse explicandis Ss. Scripturis, patet ex oratione in fine libri, quâ à DEO petit, ut exigua lecythus mei olei non minuatur; quamdiu supererunt vasa, in quibus oleum veritatis instillari possit. Ejus studio in lucem prodierunt

Tomus primus complectens Pentateuchum seu quinque libros Moysis. Editio prima cum copioso indice rerum præcipuè notabilium. Coloniæ sumptibus Authoris, typis Albini Dusseldorpii 1621. pp. 1066.

Volumina XX. MS. Annotationum in universam sacram Scripturam asservantur in Bibliotheca Collegii Hollandici D. Pulcheriæ in Academia Lovaniensi.

Catholica Hierarchiæ Ecclesiasticæ assertio, in qua beati Petri & Romanæ Sedis primatus contra hæresin & schisma M. Antonii Spalatensis quondam Archi-Episcopi ex Scriptura sacra, Ss. Patribus & CC. defenditur, ac simul illius mendacia, impostura & fraudes detegunter, Authore admodum reverendo & doctissimo Domino Leonardo Mario, Ss. Theologiæ Doctore, ejusdemque Professore ordinario in Universitate Coloniensi, sumptibus Antonii Hierathi in 8vo pp. 315. Col. Severinus Binnius quâ Decanus Facultatis Theol. approbat librum.

Pleraque alia, ad controversias fidei spectantia idiomate vernaculo, sed alieno nomine scripsit & evulgavit. Inter cætera

Responsum Catholicum contra Simonem Episcopium a viro erudittissimo Joanne Bugæo inchoatum, nec non libellum de multiplicibus miraculis sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti anno Dni 1345. in igne conservati.

LEONARDUS MESSEN ex Aquis-Grani oriundus, Ordinem Fratrum Prædicatorum Coloniæ ingressus, creatur Ss. Theologiæ Doctor in Universitate Colonienſi, & Inquisitor fuit hæreticæ pravitatis. Latinitate donavit

Commentarios in septem psalmos Davidis R. P. M. F. Innocentii Libochisii Ordinis Prædicatorum duobus Tomis in folio impressis Augustæ 1699. apud Bencard. Editionem accuravit eximius P. Albertus Grünewaldt ejusdem Ordinis, & neo-electo Herbipolensium Antistiti ac Duci inscripsit.

LEONARDUS OFFERMANS in Elffken Colonienſis Electoratûs vico ortus 1665. ad Societatem Jesu admissus 1685, & Treviris 1699. 2. Februarii quatuor vota fuit professus. Ad Residentiam Juliacensem regendam, fabricámque tot annis votisque domesticorum desideratam, maximéque necessariam inchoandam 1705. allapsus regimen suscepit, eâque animi magnitudine opus fabricæ aggressus est, ut, postquam per excellentissimum & generosum Dominum Leopoldum Hugonem I. B. de Lyebeck nomine serenissimi Electoris Palatini Joannis Wilhelmi primus lapis esset positus, fabricam quidem Pater Leonardus in debili semper corpore, indiésque magis fractâ inclinatâque valetudine magna cum sollicitudine in altitudinem eduxerit; verùm cùm tempus ædificandi & nervus fabricæ deficeret, tempus etiam vitæ suæ ab hydrope suffocatus absolvit 1706. 2. Septembris Juliaci inter frequentia ad DEUM suspiria, quæ latentem

tem ægroto licèt ſub pectore ignem prodebant ad extremum uſque halitum ſibi & domeſticis circumfuſis orantibus intentus ac præſentiſſimus. Scripſit Germanicè

Geſellſchafft JESU, Mariæ und Joſeph unter dem Schutz des heiligen Franciſci Xaverii zu mehrerer Beförderung der Chriſtlichen Lehr von Päbſten PIO V. eingerichtet, von PAULO V. und GREGORIO XIII. beſtättiget, von Ferdinando und Maximiliano Henrico Cöllniſchen Ertz-Biſchoffen in dieſes Ertz-Stifft eingeführet, von Joſepho Clemente zu halten anbefohlen, und mit dero Vorwiſſen und Willen in dieſe Form auffgeſetzt durch P. Leonardum Oſſermans Soc. JEſu. Cöllen bey Johan Alſtorff in 12mo pp. 144. annis 1700. & 1718.

LEONARDUS RUBENUS Eſſendiæ natus, ad Societatem Jeſu admiſſus fuit 1566, & cùm in eâdem accepta à DEO naturæ & gratiæ talenta excoluiſſet ſedulò, ea multiplicare ſatageret. Cùm anno 1580. (neſcio quò) illuſtre Capitulum Paderanum noſtrorum ſuppetias peteret, miſſi eò fuêre varii, quibus Superior datus Leonardus. Subin 1587. in Tranſylvania retundendis Arianorum & aliorum Hæreticorum calumniis in Catholicos velut idololatras theſes edidit, quas novennio poſt Coloniæ adſcriptus Monaſterio Martiniano Ordinis ſancti Benedicti auctas & probatas vulgavit. Societatem amore quietis deſeruit, & die ſancti Thomæ primùm mihi, ùt ait *in præfatione ad auream gemmam*, Monachi nomen quibuſdam inviſum, at viris ſanctitate & doctrinâ conſpicuis in tota Eccleſia celebre in Ordine ſancti Benedicti ad ſanctum Martinum Coloniæ obtigit. Anno 1596. 2. Julii profeſſus eſt Regulam ſancti Benedicti in Monaſterio Ss. Eliphii & Martini Epiſcopi ſub Abbate Balthaſare à Brée electo 1585, 41mo à Membrovino Abbate primo iſtius domicilii. Anno 1598. Rubenus (etſi tempus inter Baccalaureæ & Licentiæ gradum in ſtatutis præfixum evolutum non eſſet, at ob viri ætatem ingraveſcentem, doctrinam ſingularem, labores ſummos in diverſis nationibus & Academiis docendo, regendo, ſcribendo obitos, & jam eſſet poſtulatus Abbas Abdinghoffenſis accedente Nuntii Apoſtolici Coriolani diſpenſatione juramenti ſtatutarii) 2dâ Martii præſentatus & admiſſus fuit ad Licentiam, & nonâ Martii per eximium Riphan ſereniſſimi Philippi Epiſcopi Ratiſponenſis & Præpoſiti Colonienſis Vice-Cancellarium Theologiæ Licentiatus Coloniæ creatus fuit. *Ità Liber Decanalis S. Facult. Theol. pag. 151.* Eodem anno poſtulatus fuit Abbas celebris Abbatiæ Abdinghoff apud Paderæ fontem. Præſes Congregationis Bursfeldenſis erat 1604. Opera ejus ſunt:

De idololatria Libri III. in 8vo Coloniæ in officina Birckmannica ſumptibus Arnoldi Mylii 1597. pp. 327. citra præfationem & indicem. Libri hujus eudem epitomen confecerat Rubenus antea in Comitiis Provinciæ Tranſylvaniæ dicatam Principi Sigiſmundo Bathori de Somlio tantâ velocitate divulgatam & coëmptam, vix ut exemplar Authori ſuperfuerit, quod auctius Coloniæ recudit. Scopus libri eſt Apologia L. 1. contra impactam Catholicis idololatriæ calumniam, eam per Euchariſtiæ adorationem Sanctorum & imaginum cultum non exerceri toto libro ſecundo docet. Tertio calumnias in Calviniſtas retorquet, ùt parentes aut fratres idololatrarum. Stilus candidus, non barbarus.

Lingua aurea Chriſtianorum, quâ docemur rectum modum tam loquendi, quàm tacendi. Authore Rev. Domini Leonardo Rubeno Benedictino, Ss. Theologiæ Licentiato, Abdinckhovenſi Abbate, & Unionis Burſfeldenſis Præſide Principali. Padiborn æ ſumptibus Authoris, typis Matthæi Pontani in 16to pp. 358. præter indicem prolixum. Dicavit librum duobus Abbatibus Benedictinis Hildeſienſibus 1608.

Rev. Domini Leonardi Rubeni Ss. Theologiæ Licentiati, Abbatis &c. liber de falſis Prophetis & Lupis rapacibus. Coloniæ 1597. in 8vo pp. 327. recuſus Padiborn æ ex officina & typis Matthæi Pontani in 8vo pp. 432. 1608. Dicatur Theodoto Epiſcopo & Principi Paderborn. Furſtenbergio.

Paräneſis ad Prælatos Ordinis Benedictini in ditione Veneta.

Aurea gemma Chriſtianorum divinitatis & humanitatis JESU Chriſti figuras, prophetias & Evangelicas veritates libris VII. continens, Authore Rev. Domino Leonardo Rubeno. Paderborn æ ex typis & officina Matthæi Pontani in 8vo pp. 581. præter præfationem & indicem. Liber hic promiſſis eſt theſauri Biblici, quem Coloniæ dudum cœperat in gratiam Theologorum & Parochorum: uti enim hic ex litera C hæc de Chriſto dicta collegerat; ſic ſub ſimilibus titulis reliqua loca Scripturæ veteris & novæ collegerat, uſque ad literam P. qui theſaurus integer an poſt prodierit, neſcio. *Hæc ex præfatione ad gemmam auream.*

Theodori Molleri ab Hagen Apologia Leonardi Rubeni contra Florinum Godefridum. In Catal. Colon. KKK 65.

LEVOLDUS à NORTHOFF nobilis Marckanus, natus circa annum 1278. 21. Januarii, quo tempore, ùt ſcribit *Oudin*, ſtudia artium & linguarum in Germania & ubique terrarum triſti barbarie oppreſſa jacebant. Annum agens decimum ſextum, miſſus eſt ad Academiam Erfordienſem, ut bonas artes literásque addiſceret; ſed biennio elapſo à Rutgero de Altena, Comite Marckano Dapifero (quem vulgus Droſſatum nominat) domum revocatur. Canonicus Leodienſis & Abbas ſæcularis Viſetenſis 1322. ab Eccleſiæ Leodienſis Antiſtite Adolpho legatus fuit unà cum Hermanno Hennenſi Epiſcopo ad Concilium Provinciale Colonienſe ſub Henrico celebratum, cui ſubſcripſit. Poſtquam anno 1308. ætatis trigeſimo ſeverioribus ſtudiis in Academia Avenionenſi, ubi CLEMENS Papa V. ſedem fixerat, mentem probè excoluiſſet, cum Engelberto Comitis Eberhardi Marckani filio Romam profectus eſt anno 1326: hujus enim filii erudiendi bonis literis curam ſuſceperat. Romæ in Curia Pontificis ſubſiſtens, Præpoſituram Boppardienſem & Chorepiſcopatum Colonienſem impetravit. Ad grandævam ætatem pervenit: nam cùm Chronico ſuo finem imponeret, annum ætatis octogeſimum exceſſerat anno nimirum 1358. à partu Virginis, quo tempore ſe Comitibus Marckanis quinquagiata circiter annos inſerviſſe teſtatur. Quo anno obierit, incompertum eſt. Scripſit vel perfecit circa annum 1360.

Originet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Origines Marckanas sive Chronicon Comitum de Marcka & Altena editum in folio Hannoveræ 1613. Ulricus Verne Sacellanus Hammonensis vertit illud ex barbaro Latino in idioma Westphalicum. Joannes Kurtz Magister rationum Cameræ Clivensis vertit ex Westphalico in elegantiorem Germanicum sermonem. M. Henricus Meibomius Lemgoviensis Poëtices & Historiarum Professor in Academia Julia feliciùs Latio restituit, & Hannoveræ 1613. eruditis à se notis illustratum edidit typo Wetheliano primùm, subin Henricus Meibomius J. H. Fil. *Tom. I. Scriptorum rerum Germanicarum* indidit Tom. I. Helmstadii 1688. p. 373. At cùm omnes editi & à MSs. codicibus, & inter se discrepent perpetuò, constituit Dithmarus denuò recensere opus cum lectionibus variantibus in volumine Scriptorum rerum Westphalicarum.

Prodiit etiam in lucem studio Levoldi à Northoff

Catalogus Archi-Episcoporum Colonienſium à Materno primo Episcopo à C. XCIV. ad Wilhelmum de Gennepe anno MCCCXLIX. editus curâ ejusdem junioris Meibomii rerum Germanicarum Scriptor. Tom. II. p. 4.

LOLLARDUS WALTERUS natione Hollandinus, Hæreticorum Fraticellorum Princeps, & Hæresiarcha pessimus, qui, utinam nunquam scripsisset aliquid, aut elinguis fatuúsque semper fuisset, multis latuerat annis, & plures suis erroribus pessimis innodaverat simpliciores, anno MCCCXXIII. apud Coloniam deprehensus est, & per sententiam justitiæ ignibus traditus atque consumptus. Vir diabolo plenus, & omnium versutissimus, in errore pertinacissimus, in responsione callidus, in doctrina perversus, qui nec promissis, nec minis, imò nec sævissimis potuit induci tormentis, ut errorum suorum complices, qui tamen erant plures, indicaret. Capita hæreseos Fraticellorum ad annum Christi MCCCXCIX. refert Trithemius *in Chronico Hirsaugiensi.* Latini sermonis parvam habebat notitiam, & quia Romano non potuit, *sermone sibi teutonico plures sui erroris libellos composuit*, quos deceptis per se occultissimè communicavit: & cùm errores suos emendare & revocare contemneret, sed constantissimè, quin potiùs pertinacissimè dico, defenderet, in ignem projectus, favillam sui reliquit. *Idem Trithemius in eodem Chronico ultimâ editione S. Galli.*

LUBERTUS MIDDENDORFF natione Germanus, patriâ Bileveldiensis, in Comitatu Ravensbergiensi natus 1607. annos natus 24. Societati Jesu se adjunxit anno sæculi XVI. trigesimo primo. Philosophiam & Mathesin in Universitate Colonienſi apud Ubios cum plausu docuit, domi forisque omnibus gratus ob placidos mores atque eximiam in quosvis charitatem, ab illustribus & militaribus viris Præceptor Mathematum ambitiosè quæsitus. Ingenio fuit practico, & ad studia mathematica peridoneo. Nullum in ea scientia librum legere cœpit, quem non penetraret. Inventor quoque ipse multarum rerum futurus, nisi præmatura mors fervore studiorum (fit creditur) accelerata vitæ filum præcidisset. Phthysi laborans, & pedum usu destitutus, cùm sacrificium ipse offerre non posset, quotidie cælesti pabulo se refecit. Adeuntes sese rogabat, ut è paratis piis libellis sacrum quidpiam sibi prælegerent, ratus omni confabulatione sapidius id fore, cùm legere ipse non posset. Demum ad cælestia crebrò anhelans, decessit Coloniæ die 24tâ Maji 1648. Edidit

Logarithmiam. Coloniæ apud Herman. Mylium 1647. Recusam ibid. 1649.

Tabellam horologiariam, cujus & baculi in tredecim palmos distinctione quolibet anni die ex umbra solari ad elevationem poli grad. 51. seu Colonienſem hora enumerari posset. Coloniæ 1648.

LUCAS Monasterii sancti Cornelii ad Indam Abbas in Ducatu Juliacensi Archi-Diœcesis Colonienſis, claruit anno MCXXXIII. in scripturis sacris continuâ exercitatione versatus, & sæcularis Philosophiæ non ignarus, in exponendis sacris nobile ingenium consecutus, qui memoriam sui varia scribendo ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. De cujus tamen lucubrationibus pauca in manus suas pervenisse asserit *Trithemius in Chronico Hirsaug. ad h. a.* ubi hæc enumerat:

In Cantica Canticorum Lib. 1.
In Evangelium Matthæi Lib. 1.
In Evangelium Joannis Lib. 1.
Sermones multi ad Fratres, & alia.

LUDOLFF van GÔLLEN. Sudârunt post Archimedem veteres & recentiores Geometriæ in advenienda proportione inter circumferentiam & diametrum circuli. Archimedæa vulgata, sed justò minor vera est analogia peripheriæ ad diametrum, uti 22 ad 7. Paulò major vera est, si assumatur 223 ad 71, sic circumferentia ad diametrum. Moderni autem plures Duce Ludolpho Colonienſi statuunt talem proportionem circumferentiæ ad diametrum, qualis est 1810000 ad 31415 adhibitâ scalâ geometricâ. Eandem examinat & approbat Christophorus GRIMBERGERUS è Soc. Jesu *L. de Triangulis.* Eandem refert, & cum variis comparat RICCIOLUS Soc. Jesu *Tomo I. Almagesti L. 1. de sphæra pag. 5.*

LUDOLPHUS SCHAUMBURG natione Germanus, patriâ Recklinghusanus, in Archi-Diœcesi Colonienſi natus 1674. Societatem Jesu amplexus anno 1692. vota quatuor solennia nuncupavit: docuit literas humaniores, Philosophiam, Mathesin, literas Hebraicas, & sacram Scripturam interpretatus est Monasterii Westphaliæ, Jus Canonicum explicuit Paderbornæ, in salute animarum procuranda fuit oppidò industrius, in confessionibus sacris audiendis assiduus. Edidit idiomate Germanico

Catechismum polemicum, in quo ex tribus primis seculis Catholica veritas ostenditur. Paderbornæ apud Joannem Todt 1721. in 12mo.

Catechismum parvum complectentem necessaria necessitate medii & præcepti. Monasterii Westphaliæ apud Nagel 1722. in 12mo suppresso nomine.

Castitatem gloriosam viginti quatuor mediis communitam contra cogitationes, verba & opera obscœna. Paderbornæ apud Joannem Todt 1723. in 12. suppresso nomine, & addito nomine 1736. Monast. Westphal. in 12mo pp. 6.

LUDOVICUS CORN Marcoduranus Societatem Jesu ingressus, & quatuor votorum professus, strenuum operarium multis laboribus testatus. Dum Hildesii doceret Theologiam polemicam,

micam, obiit anno 1679. decimâ octavâ Septembris. Edidit

Catholicum examen libelli à Joanne Hundio Prædicante Calviniſta ſcripti. Hildeſii 1679. Germ. in octavo.

LUDOVICUS HILLESEMIUS Andernacus, cognatus Jacobo Omphalio Latiniſſimo Scriptore noſtræ Archi-Diœceſeos, quem ſæculum XVI. vidit, apud quem in epiſtolis Jacobi Omphalii mentio eſt pag. 378. & integra epiſtola bina eidem ſcripta pag. 345. & 346. Andernacum 1537. ſcripta: *Felix tibi, ait, ad omnes diſciplinas perdiſcendas ingenium, & ea fortunæ benignitas, quæ tibi omnis ſollicitudinis ſummam adferre poſſit allevationem*, quo majore ſtudio in hanc curam incumbere debes, ut excitatam de naſcente tibi ingenii laude expectationem non ſolùm ſuſtineas, verùm etiam magno aliquo & præclaro conatu ſuperes. Reliquit duos filios Antonium & Petrum. Scripſit

De conſolatione juſtorum Libri III.

Meditationes rerum divinarum in pſalmos Davidicos.

Elegia de morte hominis juſti conſolatoria.

De vita ſanctè inſtituenda liber unus in 8vo, dicatus Gebhardo Archi Epiſcopo Colonienſi, inſcriptus item filiis Antonio & Petro anno 1561. Andernaci ſcriptus, impreſſus Coloniæ apud Petrum Horſt 1580. pp. adverſæ ſolæ 158. bene Latinus liber.

LUDOVICUS KELLEN Ordinem Fratrum Minorum Recollectorum ingreſſus, Provinciæ Colonienſis FF. Minorum Definitor, & nationis Germano-Belgicæ Excommiſſarius Generalis. Scripſit

Leben der beyden neu-canonizirten Heiligen Joannis Capiſtrani und Paſchalis Baylon Barfüſſer Ordens des heiligen Vatters Franciſci, beſchrieben durch P. Ludovicum Kellen der Cöllniſchen Provintz der Minder-Brüder Recollecten Provincial zu Cöllen, in Verlegung Balthaſaris Ignatii Buſæi 1691. in 8vo pp. 80. citra approbationem impreſſam.

Scripſit etiam Latinè libellum, cujus titulus:

Solitudo ſpiritualis, hoc eſt, methodus, quæ ſalutis & perfectionis ſuæ amantem inſtruit, qualiter ſe ſemel in anno per octiduum ab omnibus exterioribus abſtrahat, in DEUM erigat, &c. conſtat 12. meditationibus, per Ludov. Kellen Ordinis Fratrum Minorum Recollect. Provincial. Coloniæ apud Joannem Wilhelmum Frieſſem in 12. pp. 286. Inſcriptus Godefrido Broichhauſen Abbati Heiſterbacenſi & Fratribus Abbatiæ ejuſdem.

Dreyfaches Tractätlein von dem allerheiligſten Nahmen JESUS, gefunden in einem Büchenbaum im Rheinbacher Wald anno 1681. und vom Churfürſt Maximiliano Henrico in eine new erbaute Capelle zur Verehrung vorgeſtellt durch P. F. Ludovicum Kellen S. Franciſci Barfüſſer Ordens der Cöllniſchen Provintz Prieſtern. 1686. Cöllen bey Wilhelm Frieſſem in 16to pp. 105.

Medulla cedri hoc est discursus...
Köln: Friessem 1682. (vorh. Xanten)
Medulla cedri: sive Evangelium...
T. 2. Köln: Friessem 1684-85. (vorh. Xanten

S. LUIDGERUS Werthinenſis Cœnobii Benedictini ad Ruram amnem intrà Archi-Diœceſin Colonienſem ſiti Conditor & Abbas primus, in eodémque tumulatus, locum meretur ſanè inter Scriptores noſtros. Natus eſt in Friſia Avo Weſſingo Adone illuſtri viro, Patre Thiadgrimo, matre Liafburga, & *Luidgerus* baptizatus fuit. Vix dum greſſus & voces formare noverat, cùm cœpit colligere pelliculas & cortices arborum, quibus ad luminaria uti ſolemus, & quidquid hujuſmodi reperiebat, aliis ludentibus conſuebat ſibi libellulos, deprehenſâque fortè fideliâ & liquore obvio impleta imitabatur ſcribentes, & offerebat nutrici uti libros utiles adſervandos. Interrogatus: Ecquid hodie rerum egiſſet? Ego verò, reponebat, totum diem aut lego, aut ſcribo libros: at quo Doctore? Deus, ajebat, me docuit. Ætate jam & gratiâ auctus, rogavit parentes, ut ſe cuipiam viro Dei erudiendum committerent. Committitur anno DCCLVIII. Trajectenſi ad Moſam licèt nondum conſecrato Epiſcopo Gregorio, è cujus ſchola multi nobiles & clari viri etiam Epiſcopi prodiêre. Inde in Angliam ad ſcholam Alcuini (poſtea ſub Carolo M. celebratiſſimi) miſſus cum Fratre Sigibodo majore creatur Diaconus, & Trajectum revertitur: anno proximo ſecundò in Angliam remeavit circa DCCLXXII. Poſt biennium redit ad Gregorium, qui anno ferè DCCLXXVI. deceſſit. Albricus in Cathedra Trajectenſi ſucceſſor ~~una~~ cum Luidgero & ſociis jam è Friſonum miſſione ſibi delegata unà cum ingenti theſauro Coloniam reverſis (cujus theſauri partes duæ Carolo Regi, tertia Alberico ceſſit) ordinatur Epiſcopus ab Berthelmo Archi-Epiſcopo Colonienſi, & Luidgerus Presbyter, móxque ab Alberico conſtituitur Doctor Eccleſiæ in pago Oſtrachiæ in loco, ubi S. Bonifacius eſt coronatus martyrio; ſcholarum autem Trajectenſis Monaſterii præfecturam hoc pacto diviſit Epiſcopus. Tempore verno doctrinæ ſtudio & ſanctæ converſationis præerat ipſis; Albericus menſes tres, æſtivos tandem Adalger Presbyter vice Antiſtitis, tres autumnales Luidgerus Presbyter, hyemales tres Theabracht Presbyter. Friſiam ſeptennio exultam invadere, vaſtare, diripere cœperat Widekind Dux Saxonum hactenus Ethnicorum. Eâ tempeſtate compulſus Luidgerus turbâ diſcipulorum compoſitâ, duos ex iis ſecum duxit Hildigrinum Fratrem & Gerbertum. His ſociis Romam primùm, dein Caſſinum Montem ingenti deſiderio noſcendæ & inſpiciendæ Regulæ ſancti Benedicti adivit, commoratus illic biennio & ſex menſibus; in patriam reverſus, ad Caroli Regis notitiam devenit, à quo Friſonibus Orientalibus erudiendis denuò præficitur. Dúmque Saxones victrice dexterâ Caroli eſſent domiti, in pago Saxoniæ Occidentali conſtituitur à Rege Paſtor in pago Sudergue in loco, qui *Mimigerneforde* dicitur, ubi ſtruxit Monaſterium Clericorum ſub Regula Canonica Chriſto ſervientium circa annum DCCXCV. ſtatim prædicando verbo Dei, deſtruendis idolis totum ſe conſecrat; at Epiſcopalis conſecrationis honorem, quâ licet, declinat, & interea ad amnem Ruram Cœnobium ſecundùm Regulam ſancti Benedicti Monachorum conſtruit. Coactus demum ab Hildebaldo Archi-Epiſcopo Colonienſi Metropolita omniúmque conſenſu conſecratur Epiſcopus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pus anno DCCCII, veritus, se omnium consilio, imò divinæ voluntati obstiturum, si diutiùs in proposito perstaret. Exinde omni curâ & vigilantiâ commissum gregem ex Frisonibus jam antea Christo genitis & Saxonibus pavit, erudivit ac tuitus est. Nec dubitavit Rex Carolus capacissimo illi & Dei proximique amore flagrantissimo pectori committere insuper regendum Monasterium sancti Petri Lohusa dictum, in Brabantia situm. Demum laboribus Apostolicis fractus, in morbum incidit, in quo tamen consueto more sanctis semper actibus intensissimè mentem occupavit, aut audiendis lectionibus sacris, aut psalmis canendis, aut spiritualibus rebus agendis, ne unquam à superna contemplatione mens soluta repesceret. Penè diebus singulis Missarum Sacramenta, quamvis ægrotus corpore, animo tamen fatigari nescio celebravit. Ipso Dominico die VI. Kalend. April. anno DCCCIX. cùm nocte sequente ex hoc mundo ad Dominum abiturus esset, veluti facto vale creditis sibi ovibus in duabus suis Ecclesiis publicè prædicavit; manè, in loco, qui dicitur *Coasfeld*, canente Presbytero Missam, & circa horam tertiam in loco nuncupato Billurbeki, ubi infirmus corpore, sed fervore charitatis valentior devotè Missarum ultima celebravit solemnia, & sequenti nocte, adstantibus discipulis, dilectam DEO reddidit animam VII. Kalend. Aprilis. De defuncti sacris exuviis contundebant Wertinenses Monachi & Canonici Monasterii Mimigerneford: sed imperio Caroli primis cessit, eò quòd vivus ibidem sepeliri jusserat corpus vir Dei. Quare tricesimo secundo die ab obitu, hoc est, VII. Kal. Maji Werthenæ extra Ecclesiam Monasterii sepultus fuit, Hildegrino Fratre Episcopo Cadalanensi præsente. Non fuisse professum Regulam sancti Benedicti aliámve Luidgerum, etsi in Monasterio Trajectensi tonsus, & in Cassinensi habitum Benedictinum aliquamdiu gestârit, concedit Acherius. Cæterùm cilicium interius, quia magis abscondi poterat, usque ad finem vitæ suæ gestavit. Carnium usum certis temporibus non renuit; satiatum tamen cibo vel potu discipulorum nemo unquam vidit. Pauperes ac divites cùm more solito pransurus invitabat, sacra vitæ æternæ inter epulas documenta illorum cordibus infundere non cessavit, ità ut plus spiritualibus, quàm carnalibus deliciis satiati remearent. Scriptas reliquit

Vitas venerabilium Doctorum Gregorii & Alberici Trajectensium ad Mosam Episcoporum.

Primordia S. Bonifacii adventûs atque ordinationis, quæ fuerant in alio opusculo prætermissa, pulchro sermone conscripsit. Linguas omnes, etsi non nôsset, Theotiscam tamen & Latinam (ne plures dicamus) id est, Barbaram & Romanam, non ignoravit, ut legitur in vita à Surio scripta.

« Epistolam de canonizatione sancti Swiberti « falsò adscribi sancto Luidgero *in saculi III. p. 1.* « D'Acherius demonstrat. Werthinenses Monachi « Abbatem Successorem sancto Luidgero numerant S. HILDIGRIMUM Fratrem ejusdem, « Halberstadensem Proto-Episcopum; tertium « GERFRIDUM Nepotem sancti Luidgeri suum « Abbatem, Monasterienses autem Ecclesiæ Episcopum secundum recensent.

« Omiseram tertium Monasterium sub Regula « sancti Benedicti Monachorum à sancto viro « Luidgero constructum in patrio fundo prope « Helmenstadium in Ducatu Brunsvicensi. Nunc « unus & idem Abbas est Werthinensis & Helmenstadiensis Cœnobiorum.

M.

MAGDALIUS JACOBUS GOUDANUS, sic à loco natali nuncupatus, Gouda sive Gauda apud Batavos ad Islam fluvium non ignobili municipio, Ordini sancti Dominici nomen dedit Coloniæ Agrippinæ, & circa annum 1460. vel 1470. professus est. Vir fuit humaniorum literarum peritus, Oratorésque & Poëtas, Grammaticos & Historicos callebat quamplurimos, ac sacrorum librorum lectioni & studio potissimùm incubuit, eâque ratione linguas Græcam & Hebraicam coluit diligentiùs. Quandonam obierit, nemo certè refert; sed ad annum MDXX. pervenisse facilè conjicitur. Ejus cum laude meminerunt *Miræus*, *Possevinus*, *Valerius Andreas &c.* Opera ejus sunt sequentia:

Correctorium Bibliæ, in quo continentur viginti quinque versus, quibus totus ferè Bibliæ textus comprehenditur. Ad calcem: Opus bipartitum finem habet per studiosum virum F. Magdalium Jacobum Gaudensem &c. Coloniæ apud ædes liberorum Quentel in 1500. *exemplaria transcriptum* 1508. *in 4to. Non omittendum, his addi duo ejusdem carmina elegiaca: Primum de D. Magdalena metris* 32. *Secundum de D. Joseph metris* 50. *haud invitâ Minervâ elaborata.*

Passio magistralis Domini nostri JESU Christi ex diversis Ss. Ecclesiæ Doctorum sententiis postillata, cum glossa interlineali Alberti M.

Polylogus compassionis Virginis Mariæ, seu compassio Christiferæ Virginis Mariæ in modum Polylogi. Coloniæ typo Henrici Quentelii 1508. *Quæ in editione dicitur: F. Jacobus Gaudensis vir devotus, Conventûs Colonienſis Pœnitentiarius, ex ditissima Provincia Hollandiæ procreatus, optimarum artium Scrutator indefessus.*

Eadem Domini nostri JEsu Christi Passio, sed compendiosiùs conscripta.

Ærarium aureum Poetarum tertiò ab ipso Authore recognitum. Coloniæ apud D. Quentel 1506. *in 4to.*

Neomachia Ecclesiastica. Carmen.

Vita Salomes matris sanctorum Martyrum Machabæorum. Carmen 73. *distichis constans. Coloniæ apud Quentel* 1517.

Legenda seu vita & miracula B. Alberti M. Carmen ejus tum juvenis conatus. Prodiit ad calcem *vitæ B. Alberti M. à F. Rudolpho Noviomago Dominicano scriptæ. Coloniæ apud Koelhoff* 1490. *in 8vo. Adjecit*

Doctrinale altum, sive liber parabolarum Alani (Magni scilicet de Insulis) metricè conscriptum, cum sententiis & metrorum expositionibus,

utilis valde ad bonorum morum inſtructionem. ibidem.

Epigrammata varia, quæ ſuorum lucubrationibus in commendationem operis præpoſuit.

MALMUNDARIENSIS MONACHUS Ordinis ſancti Benedicti in Archi-Diœceſi Colonienſi, qui præ modeſtia nomen ſuum poſteris innoteſcere noluit. Scripſit

Vitam S. Agilolphi Archi-Epiſcopi Colonienſis & Martyris. Vide Acta Sanctorum ad diem IX. Julii p. 719. 720.

MARCODURANUM GYMNASIUM. Marcodurum Ducatûs Juliacenſis urbs eſt primaria. In eâdem anno 1628. triennalis peſtilentiæ lues graſſabatur, quâ tot ſublati fuerunt animarum curatores, ut deſignati Paſtores novi admittere, adiréque officium pavidi recuſarent. Hâc occaſione Jeſuitæ aliunde acciti, cùm in iis, quos lues infecerat, indigenis ſpirituali & corporali ſolatio recreandis ſtudium poſuiſſent utiliſſimum, Sereniſſimus Princeps Woiffgangus Wilhelmus Dux Palatinus Neoburgicus, Juliæ, Montium ac Cliviæ Dux prima Collegii Societatis Jeſu fundamenta ponere clementiâ ſingulari dignatus eſt, & vivendi media procurare. Dumque ſucceſſu temporis numerus ſociorum Evangelicis Concionatoribus & Operariis creſceret, Gymnaſium inceptum fuit, quinque ſcholis humanioribus conſtans, in quibus adoleſcentes pietate & doctrinâ pro more Societatis informantur, jam ſecundo ſæculo perpetuo commodo civium & affinium agri Marcodurani vicinorum.

MARCUS VIPSANIUS AGRIPPA novitatem ſuam multis rebus nobilitavit, atque in hoc perduxit, ut eſſet Octaviani Auguſti Gener, Avus ac Proavus Cæſarum, Auguſtorum & Auguſtarum, ipſius ſolo nomine Auguſto minor, imperio & tribunitiâ poteſtate par.

Conditor & Author oppidi Ubiorum, quos ex ſuo Germanico ſolo trans Rhenum in Gallicum jam Romani juris ſolum duxit. Quibus autem viis ad hæc faſtigia modeſtiſſimus in ſumma fortuna vir elatus fuerit potiùs, quàm aſcenderit, paucis dabo.

Anno V. C. DCCXII. (id eſt, XLII. ante primum annum Æræ Dionyſianæ vulgaris, quem anno 54. urbis conditæ reſpondere ſtatuo cum Pagio) Peruſino bello primum enituit rei militaris peritia & fides ſumma erga Cæſarem. Cauſa belli Lucius Antonius offenſus novâ Triumvirorum potentiâ. Fulvia uxor, Cæſaris ſocrus ei belli fax fuit, cùm Legatis ultrò citróque miſſis nil proficeretur, Cæſar in Natſianos & Sentinates exercitum duxit. Lucius contra urbem invadit, Lepido, qui cuſtodiendæ præfectus erat, profligato. Cæſar, ut eò accurrat, Salvidiano commendat obſidionem Sentinatum. Hic ne ab Aſinio & Ventidio Antonianis Ducibus circumveniatur, Agrippa inſubres occupat, regionem Lucio opportunam, quo facto cogitabat eum à Salvidieno in ſe convertere. Nec fefellit Agrippam opinio: Lucius, ubi & ab Agrippa & Salvidieno parari ſibi inſidias intellexit, ad Peruſium urbem munitam ſe recipit. Illicò Agrippa, tum Salvidienus & Cæſar eodem concurrentes tribus exercitibus Antonium cingunt: igitur fame coactus, dedidit ſe, & veniam à Cæſare obtinuit anno ſequente V. C. 713. Domitio II. & Pollione Coſſ.

Anno V. C. DCCXIV. Præturam *(Dio L. 48. p. 227.)* urbis Romæ geſſit Agrippa ſplendidè, utì cætera omnia, ludis equeſtribus biduo, & ludo Trojano per nobiles pueros exhibitis.

Pompejus eâ occaſione uſus, è Sicilia Italiam invadit & deprædatur. Agrippa, cui abiens in Gallias occupandas Pompejanum bellum Octavianus mandaverat, moto exercitu Pompejum Siciliam repetere coëgit, relicto in quibuſdam locis præſidio. Antonius fœdere cum Pompejo icto Siponтum capit, contra quem à reduce è Galliis Cæſare deſtinatus Agrippa urbem *(ibid. p. 230.)* recepit.

Anno V. C. 717. Conſulatum primum geſſit M. Aprippa L. Caninio Gallo collega. Claſſem ſuam attritam & afflictam Cæſar Agrippæ totius navalis rei Præfecto commiſit, qui portum ad Bajas ingenio loci adjutus, inauditâ ad eum diem arte conſtruxit. Tumultuabantur Galli Romani jugi impatientes, imò palàm detrectantes: iis compeſcendis impoſitus Agrippa, qui ſecundus inter Romanos Rhenum tranſivit.

Hoc anno traductos Ubios trans Rhenum in eam regionem, quam Eburones, Uſipetes, Menapii incoluerunt, cenſent *Lipſius*, *Cluverius Brotmannus*, *Miræus*, *& nuper D. Maſcou.*

Contra *Gelenius (Lib. 1. Synt. 1.)* *Chronica Germanica Colon.* impreſſa 1499. & *Crombach in hiſtoria MS.* Metropoleos ad ſecundum Agrippæ in Galliam iter & præfecturam eam traductionem rejiciunt.

Henricus Turckius MS. (ad annum V. C. 716.) vult ambos conciliare hoc ſpacto. Hoc anno tranſmiſſum Concilium & populum Ubiorum in citimam Gallicam ripam, jacta oppidi fundamenta, mœnia, foſſas, turres, valla, curiam, templa: ſed alterâ præfecturâ poſt annos XVIII. oppidum dedicatum & conſecratum ab Agrippa. Cauſa traducendæ gentis erat nota Ubiorum erga Romanos fœderatos fides, nullis aut illecebris aut armis infracta. Hinc non ut cuſtodirentur *(Tacitus de moribus Germ. L. XII. Annal.)* ſed ut arcerent Germanos à limite Imperii Romani, quod Rheno claudebatur, collocati illic fuêre, Agrippâ agros aſſignante, & concedente ſociis.

Victoriâ de Aquitanis relatâ triumphus ei à Cæſare decernitur, quem neglexit, quaſi Cæſaris amici ſui fortuna inclinata ad ſe pertineret.

Redux in Italiam claſſi quàm maximæ parandæ & Claſſiariis mari exercendis totus incubuit, cujus fructum ſenſit apud Mylas *(Vellejus L. II. C. 79.)* ductu Agrippæ pugnarum proſperè navali prælio victor Democharis Pompejanæ claſſi præfecti, quanquam victum & fugientem inſecutus non ſit variis, ùt ajunt, de cauſis. Interim Pompejus Cæſarem accurrentem navibus & Cornificium exercitûs Cæſariani in Sicilia Ducem inopinato adventu in eas anguſtias conjicit, ut, niſi adveniſſet Agrippa, frumentúmque & milites Cornificio ſuppeditâſſet, actum erat de toto Cæſaris exercitu *(Dio L. 49. p. 213.)* ſubinde juſto prælio marino Agrippa & Pompejus coëunt. Hic victus cum ſuis Meſſanam aufugit. Cæſar ſingulis

lis militibus quingentos donarios, victoribus coronam ex olea, & Centurionibus spem senatorii ordinis inter suos, Agrippam aureâ coronâ rostratâ donavit *(Dio pag. 246.)* nulli ante, aut post datâ. Dein Senatûs consultu statutum, ut, quoties triumphans quis coronam lauream ferret, ipse navali uteretur.

Anno V. C. 723. Cæsare III. & M. Corvino Coss. Agrippa summum maritimæ rei imperium nactus Methonâ, occiso Bogude occupat, littoráque & portus Græciæ opportunos aut difficiles lustrat & observat: dum Cæsar Brundusio solvit, & in oppositam oram versùs Actium, ubi Antonianæ classis major numerus & statio, advehitur, Corcyram præsidio destitutam occupat.

Advenit eodem Antonius. Agrippa interea Leucadem repentè advectus Insulam, quot in eâ naves erant, cœpit; deinde Patras victo navali prælio Q. Asidio post Corinthum quoque recepit. Fossius Antonii Legatus absentiâ Agrippæ fretus, Taurestum paucis cum navibus sibi oppositum observatâ densâ nebulâ invadit & fugat; cùm ecce tottè fortunâ appulso Agrippâ ipse cum Tardondimelo aliisque multis interiit. Antonius ad decretorium certamen suos hortatur, Cæsar suos: longo tempore anceps fuit victoria, certamen ad decimam horam protractum; demum Cleopatra spectatrix primùm fugere, dein Antonius, Cæsareani incendio depugnârunt, & prorsus vicêre, hominum maximâ multitudine, navibus, armis, opibus, cæde, flammis, aquis haustâ, ad IV. Nonas Septembris, à qua die Cæsar solus *(Dio L. 51. pag. 272.)* rerum potitus est: natalis igitur hic est, Monarchiæ Romanæ, extinctæ Reipublicæ ultimus fatalis.

Tantam eo tempore Mecœnati & Agrippæ potestatem in rebus omnibus tribuit Cæsar, ut literas, quas ad Senatum aliósve ipse scribebat, antequam redderentur, legerent, &, quæ visum fuisset, mutarent; cujus rei causâ annulum ab eodem acceperant literis obsignandis.

Ex Ægypto redux Agrippam præter alios honores vexillo cæruleo *(Dio L. 51. p. 281.)* quod victoriæ navalis testimonium, ornavit.

Anno V. C. 724. Octaviano Cæsare IV. & M. Licinio Crasso Coss.

Anno V. C. 726. Cæsar VI. M. V. Agrippa II. Coss.

Anno V. C. 727. Cæsar VII. M. Agrippa III. Coss. fuêre.

Cui sororis suæ Octaviæ filiam Marcellam in matrimonium collocat. Cùm ad bellum *(Dio L. 53. p. 304)* unà proficiscebantur, par suo tentorio eundem uri voluit, & signum militare ab utroque accipi jussit.

Anno V. C. 727. ante diem XVI. Kal. Febr. Cæsar nomen AUGUSTI accepit, etsi Romani *Æram Augustorum*, Græci Monarchias à Kalendis anni ducant: idibus Januarii distributio Provinciarum facta.

Habitâ oratione ad Senatum, cùm Cæsar præ se ferret animum Senatui deferendi Imperii, quod Agrippa contra Mecœnatem suaserat, restitit Senatus, eique soli administrandum imperium defert; nihilominùs, ut umbram quandam potestatis ei relinqueret, divisit Provincias V. C. 727. idibus Januar. & pacatas quidem veluti faciliores Senatui & populo cessit: puta Africam, Numidiam, Asiam, &c. sibi autem tumultuantes reservavit, quia vel ipsi vel accolæ hostes facilè turbas cierent: has inter erat omnis Gallia Narbonensis, Lugdunensis, Aquitania & Celtica *(Dio autem ait L. 53. p. 309.)* Celticâ significari Germaniam superiorem & inferiorem: ab eo ergo tempore in patrimonio Cæsaris Octavii fuimus Ubii. Eodem anno imperium decennale suscepit, quasi post abiturus, imò jactantius addidit, si breviori tempore pacari Provinciæ possent, abiturum se imperio: hinc decennalia Cæsarum sepultis bellis civilibus....

Hispaniæ nunc Cæsaris præsentiâ, nunc Agrippæ, quem usque in tertium consulatum & mox collegium tribunitiæ potestatis amicitia Principis evexerat, multo varióque marte pacatæ. *Vellejus L. 11. C. XC.*

Anno V. C. 728. Cæsare, qui AUGUSTUS anno proximo cognominatus fuerat, VIII. & T. Statilio Tauro Coss. Agrippa septa Campi Martii ob comitia habenda olim à Lepido Porticibus cincta, tabulis lapideis & picturis à se exornata septa JULIA *(Dio L. 53. p. 314.)* cognominavit: unde sibi nullam invidiam, at maximam gratiam populi conciliavit & Cæsaris, cui omnium at maximè clementium, glorioſarum & utilium actionum perpetuus author & adjutor erat: nihil tamen hujus gloriæ sibi arrogabat, nec honores sibi tributos in privatum commodum aut voluptatem, contra in Augusti & Reipublicæ utilitatem omnes convertebat.

Anno V. C. DCCXXIX. Augustus Germanico bello Marci Vinicii victoriâ finito Janum clausit.

Agrippa *(Dio L. 53. p. 316.)* ære suo splendidissimis ædificiis urbem ornavit. Porticum Neptuni ob victorias navales extruxit Argonautarum picturis decoratum sudatorium fecit, dictum Laconicum, ideò quòd in eo more Lacedæmonum corpora nudarentur, & oleo inungerentur. PANTHEON perfecit, dictum, vel ex eo, quòd sub Martis & Veneris simulacris multæ Deorum imagines laterent, vel quia convexa tecti lapidei forma cæli similitudinem referret. Voluit & hoc opus Augusto inscribere, ejusdem statuâ impositâ: neutrum admisit Cæsar, quare intrà Pantheon Julii Cæsaris, suam & Augusti in vestibulo collocavit. Hoc delubrum usque ad ætatem nostram supereſt integrum tot inter ruinas, & miraculum Europæ censetur. *Sandrartus in Teutonicæ Academiæ Pictorum, Sculptorum & Architectorum parte 1. L. 1.* idem variis formis delineatum exhibet.

Neque hâc munificentiâ cujusquam offendit oculos veluti opum suarum ostentator vel æmulus Augusti: contra & populus & Princeps perenni benevolentiâ virum de republica adeò præclarè & perenniter merentem prosequebantur. Cùm enim morbo prohiberetur Cæsar interesse nuptiis Marcellum inter & Juliam filiam celebrandis, spartam eam Agrippæ dedit. Incendio *(Dio L. 53. p. 316)* absumebatur domus in Palatino Monte, quæ primò Antonio, subinde Messalæ & Agrippæ tributa fuerat, Messala argento donatus fuit, Agrippa intrà Cæsaris Palatium receptus.

V. C. anno DCCXXX. Augusti, X. Norbano Coss.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cùm in urbem revertiſſet Cæſar, decretum à Senatu, ut Marcellus, quem homines (*Velleius L. 11. c. 93.*) ſi quid humanitus acciditſſet ſocero, ſucceſſorem potentiæ arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam ſecurè ei poſſet contingere, inter prætorios in Senatu eſſet conſulatum decennio maturiùs, quàm leges poſtulant, peteret, ſtatimque ædilibus (*Dio L. 53. pag. 316.*) ei data fuit.

Agrippa, quanquam urbi præfectus, *ſub ſpecie Miniſteriorum principalium*, in Syriam, *ait Dio*, in Aſiam, *ait Velleius*, mittitur, re ipsâ ob taciturnitas cum Marcello offenſiones præſenti tempori ſe vir prudens ac moderatus ſubduxit, neque tamen in Aſiam abiit, ſed miſſis eò Legatis Lesbi ſubſtitit.

Herodes, qui anno proximo Hieroſolymis præter aulam regiam duas inſignes & præſtantiſſimas ædes extruxerat, alteramque Cæſaream, alteram Agrippiam dedicaverat, Lesbum illicò petiit, in ejúsque Inſulæ urbe Mytilene ſalutato (*Fla. Joſeph. Antiq. L. XV. C. XIII.*) Agrippâ remeavit. Acceſſerunt eodem Gadavenſes Herodem accuſaturi, quos ne auditos quidem ad Regem vinctos miſit, nimiâ ſanè fiduciâ innocentiæ Herodianæ.

Anno V. C. DCCXXXVIII. Herodes denuò (*Joſ. L. XVI. C. III.*) rediit ad Agrippam jam cum exercitu ad Boſphorum progreſſum, quem cùm apud Sinopen Ponticam demum reperiſſet, ſummâ benevolentiâ exceptus, perennis comes itineris & negotiorum fuit, & ad intimam admiſſus familiaritatem, imò nulla via facilior gratiæ ab Agrippa ineundæ, quàm interceſſore Herode. In Jonium cùm ambo veniſſent, ſplendida legatio Jonicorum Judæorum ad Agrippam deſtinata fuit, expoſtulans privilegia & immunitates à Romanis conceſſas denegari à Gentilibus, oratio Legatorum refertur *L. ut à Joſepho C. V.* His auditis, Agrippa reſpondit, non Herodis amici gratiâ duntaxat ſe illis gratificari paratum; ſed quod æqua poſtularent. Imò ſi ampliora poſtulâſſent, daturum ſe fuiſſe, quidquid ſalvis populi Romani commodis concedi poſſet; nunc quia id duntaxat poſtulant, ut olim conceſſa rata maneant, confirmaturum ſe populi Romani beneficium, & daturum poſt operam, ne quis iis juxta patria inſtituta viventibus moleſtiam creet. E ſtrato Herodes aſſurgens, omnium nomine gratias egit, & vale poſt mutuos amplexus dato Lesbo digreſſi ſunt.

In eadem urbe vel alia Judæi Epheſini & Cyrenenſes libellis ſupplicibus pulsârunt Agrippam contra Gentiles, à quibus vetabantur pecuniam mittere ad templum Solymæum. Agrippa utriuſque urbis Magiſtratibus, Senatui & populo interdixit hujuſmodi vexationibus. Verba utriuſque interdicti refert *Joſephus L. XVI. antiquit. C. X.* quæ hîc deſcribo:

* * * * * * * * * *

Agrippa Epheſiorum Magiſtratibus, Senatui & populo ſalutem.

« *Pecuniæ ſacræ, quæ Hieroſolymam mitti* « *ſolet, more patrio procurationem ac tute-* « *lam penes Judæos eſſe volo in Aſia: & ſi* « *quis ſacram Judæorum pecuniam furatus,* « *ad aſyla confugerit, eum inde abſtractum* « *dedi ad pœnam Judæis, quo jure abſtra-* « *Syllano etiam Magiſtratui ſcripſit, ne Ju-* « *dæi Sabbatis cogantur ad præſtanda vadi-* « *monia.* «

M. Agrippa Cyrenorum Magiſtratibus & Senatui ſalutem.

« *Judæi Cyrenenſes, pro quibus jam Au-* « *guſtus ſcripſit Flavio Lybiæ Præſidi, aliis-* « *que ejus Provinciæ Magiſtratibus non eſſe* « *vetandos, mittere ex more ſacram pecu-* « *niam Hieroſolymam: conqueſti nunc ſunt* « *apud me vexari ſe improborum quorun-* « *dam ſycophantiis, & vetari hoc facere* « *prætextu quorundam tributorum, qua ta-* « *men non debentur. Hos ego ſuo juri ſuis-* « *que moribus relinqui jubeo, & ſi qua in* « *urbe pecunia ſacra intercepta eſt, eam per* « *delectos ad hoc idoneos Judæis reſtitui C.* « *Norbanus Flaccus procos. Sardinorum Ma-* « *giſtratibus Sal. Cæſar mihi ſcripſit jubere* « *ſe neminem Judæorum vetari juxta pa-* « *trium morem collectas pecunias Hieroſoly-* « *mâ mittere. Quare ego vobis quoque ſcri-* « *bo de hac re, ne vos lateat tam mea vo-* « *luntas, quàm Cæſaris.* «

Poſterioribus annis cùm identidem vexarentur Judæi, Proconſules Aſiæ innixi Agrippæ & Auguſti interdictis eoſdem immunes & liberos præſtiterunt, *refert Joſeph*, interdictum JULII Antonii Procos ad Epheſiorum Magiſtratum: « Judæi Aſiam habitantes mihi jus apud Epheſum « idibus Februariis dicenti ſignificârunt Cæſarem « Auguſtum & Agrippam conceſſiſſe ſibi uti pa- « triis legibus & moribus.

Anno V. C. DCCXXXII. novis in urbe motibus compeſcendis aptiorem neminem Agrippâ, cùm nôſſet, præfecit eundem denuò urbi, atque Mecœnatis hortatu plus majeſtatis addendum viro ratus, eidem filiam ſuam Juliam connubio junxit, & Marcellam ſororis filiam priorem uxorem repudiari voluit.

Anno V. C. DCCXXXIII. cùm Galli (*Dio L. 54. p. 324.*) & inter ſe & Germanorum infeſtationibus tumultuarentur, Agrippa iterum Galliæ Præfectus fuit. *Dio L. 54. pag. 322.*

CROMBACH Hiſtoriæ MSs. Annalium Eccleſiaſt. & civil. Metropoleos Colon. ad annum 735.

C. SEN-

C. SENTIO SATURNINO & C. LUCRETIO VESPILLONE Coss. refert secundum Agrippæ in Gallias & Ubios iter actum ope hujus viri auxilioque, & designatam, descriptam & fabricatam urbem, & dehinc Agrippinenses dictos fuisse: sanctissimæ Mariæ h. a. conceptæ coævos.

Iis motibus sedatis in Hispaniam transiit. *(Dio ibid.)* Nam Cantabri bello capti & venditi, Heris interfectis, domum reversi jam ad defectionem multos concitaverant, & castella quædam occupaverant, alia adoriebantur.

Hos non sinè magna suorum clade postremùm domuit Agrippa, de quibus tamen neque literas ad Senatum dedit, neque triumphum Augusti jussu ei decretum agere voluit; se enim quasi Legatum Augusti esse, ejúsque non suis auspiciis pugnare asserebat.

Anno V. C. DCCXXXV. *Cn. Cornel. Lentulo & P. Cornel. Lentulo Coss.* cùm decennium imperii esset in exitu, in aliud quinquennium Cæsar id sibi prorogavit: at observato, se pluribus insidiis expositum, & parum præsidii esse in thorace (quem etiam, cùm in Senatum iret, sub veste gestabat) arbitraretur, Agrippæ tum alia fetè eadem quæ sibi, tum tribunitiam *(Dio & Vellejus L. cit.)* potestatem ad quinquennium dedit. Huc respiciens *Tacitus L. III. Annal.* ait, Agrippam fuisse primum Augusto socium in honore tribunitiæ potestatis.

Ex Julia Agrippæ nati sunt hi liberi *anno V. C.* 733. Cajus Agrippa. 736. Lucius Agrippa, quos Augustus, quo tutior esset ab insidiis, non expectatâ ætate virili adoptavit festo, quod honori & virtuti celebrabatur in eam diem, quâ hodie *(sub SEVERO Dio scribebat)* agitur translato: ex eadem suscepit Juliam & Agrippinam filias, denum & posthumum Agrippam. Ob principatum prorogatum quinquennales ludi exhibiti sunt ab Agrippa: hic enim à collegio quindecim virorum, quibus per ordinem horum ludorum curatio incumbebat, cooptatus & inauguratus erat.

Anno V. C. 737. Cæsar in Gallias, Agrippa in Orientem abiit iterum Syriæ Præfectus, ab Herode *(Joseph antiq. L. XVI. C. II.)* splendido apparatu exceptus, quem sciret secundùm Cæsarem posse omnia. Hierosolymis immensâ populi obviam effusi gratulatione DEO Hecatomben immolavit, populo epulum præbuit.

Anno V. C. 738. eundem Agrippam verno tempore Herodes denuò salutat. *(Dio L. 54.)* Scribonius quidam se Mithridati nepotem AGRIPPÆ esse perhibens, sibíque id regnum, quia Asander diem suum clausérat, ab Augusto traditum uxorem Asandri Dypamim, cui à marito regnum fuerat relictum, filiam Pharnacis neptem Mithridatis in matrimonium duxit, Bosphorúmque occupavit. Agrippa, re auditâ, Polemonem Ponti ejúsque Capadocia situm Regem misit, ut ei bellum faceret, isque Scribonium superstitem non invenit: fraude enim ejus cognitâ, Bosphorani jam necaverant hominem, resistentes tamen Bosphoranos, quod metuebant, ne is Rex ipsis constitueretur, prælio vicit, neque tamen eos subegit: cùm verò Agrippa contra ipsos exercitum adducens Sinopen pervenisset, armis demum positis Polemoni traditi sunt, conjúxque *Denomo* data, Augusto demum id probante. Ob hæc *Supplicatio* Agrippæ nomine fuit, neque tamen is *triumphum* etsi decretum sibi duxit: sicut neque initio quidquam de his rebus gestis ad Senatum perscripsit. Cujus exemplum pro lege quadam acceptum, posteriores imitari, ne ipsi quidem Senatum per literas de re gesta certiorem fecerunt, neque triumphum duxerunt; ideóque út ego sentio, nullos etiam, qui ejus similis esset, triumphus concessus deinde est; sed solis triumphalibus honoribus sunt ornati. Post Agrippam ex Syria reversum tribunitiâ potestate in aliud quinquennium prorogatâ cohonestavit, ac in Pannoniam, ubi jam bellum gliscebat, cum majori imperio, quàm ullus alius extra Italiam haberet, misit. Agrippa eam expeditionem jam hyeme instante, quâ M. VALERIUS MESSALA BARBATUS & P. SULPITIUS QUIRINIUS Consules fuêre, fecit: quo ejus adventu exterriti Pannonii, cùm à rebellione destitissent, reversus, cùm in Campaniam venisset, morbo decubuit. Augustus tum fortè quinquatrib. munus gladiatorium filiorum nomine exhibebat: is simul ac de casu Agrippæ cognovit, properatè ex urbe profectus, mortuum eum invenit, corpus ejus in urbem advexit, ac in foro propositum, funebri laudatione decoravit, cortinâ inter se & mortuum expansâ, id velum, quid sibi involverit, equidem certus non sum. Qui enim dicunt, propterea quòd summus Pontifex, aut quòd censor esset Augustus, ideò hoc factum, utrique errant: nam neque Pontifici Maximo cadaveribus aspiciendis interdictum est, neque Censori, cùm lustrum condit; hic enim si quod ante lustralia sacra mortui corpus intueatur, omnia ab eo anteacta rescinduntur, deinde funus ejus extulit in eum locum, in quem deinde ipse elatus est, suóque eum in sepulchro condidit, cùm esset Agrippinæ proprium in Campo Martio monumentum concessum. Ille fuit Agrippæ exitus: VIRO CITRA CONTROVERSIAM OMNIUM SUÆ ÆTATIS HOMINUM OPTIMO, AMICITIAQUE AUGUSTI AD EJUS REIQUE PUBLICÆ SUMMAM UTILITATEM USO. Quantò enim alios virtute anteibat, tantò ultrò concedebat Augusto, cui omnem cùm sapientiam cum summo ejus commodo utendam daret, honores ac potentiam ab eo recepta in bene merendum de aliis impendebat. Unde factum est, ut neque AUGUSTO molestus unquam esset, neque invidiæ aliorum obnoxius, sed & Augusto imperium ità stabilivit, ut eam formam Reipublicæ ipse maximè appetiisse videri posset, & populum beneficiis ità sibi devinxit, ut omnium maximè popularis judicaretur. Moriens etiam populo hortos & balneum à se denominatum legavit, ut gratis lavarentur, prædia quædam ab hoc Augusto tribuens. Augustus non hoc modo populo dedit, sed vititim quoque pecuniam à se, quasi Agrippa ità mandâsset, divisit. Nam plurima bona defuncti Agrippæ ad Augustum redierunt, intérque ea Chersonetus etiam apud Hellespontum, quæ nescio quo jure, ad Agrippam pervenerit. Desiderium autem Agrippæ diu admodum tenuit, ideóque & apud populum eum honoratum effecit, & filium, qui, eo mortuo, natus fuit, Agrippam nominavit. Scripsit

1. *Duos libros de vita sua*: de quibus *Gerard. Joan. Vossius de Histor. Latin. L. 1. Philagyrius*

in 2. Georg. Agrippa *in secundo vitæ suæ* dicit, excogitâsse se, ut ex Lucrino Lacu portum faceret. Viri hujus gloria Augusto cessit.

2. Idem *descripsit orbem terrarum*, *Plinius Lib. III. c. 2.* V. 162. Agrippam *quidem in tanta viri diligentia* prætérque in hoc OPERE cura, cùm orbem terrarum urbi spectandum propositurus esset, errâsse quis credat? Et cum eo Divum Augustum? Is námque complexam eam porticum ex destinatione & commentariis M. Agrippæ à sorore ejus inchoatam peregit, eò longitudinem & latitudinem Narbonensis Provinciæ tradit: alia loca plura Plinii, Agrippæ Cosmographiam laudantis, vide apud Vossium L. c.

3. Plinius L. VII. cap. 33. Extat ejus (M. Agrippæ) *Oratio magnifica, & maximo civium digna de tabulis omnibus signisque publicandis.*

Schema Agripparum.

Lucius Pater M. V. Agrippæ.

Marcus Vipsanius Agrippa, Marcella, Augusti Neptis, Uxor I.
Julia, Augusti & Scriboniæ Filia, Uxor II.

Cajus Agrippa Cæsar ab Augusto adoptatus.	Lucius Agrippa Cæsar ab Augusto adoptatus.	Julia	Agrippina Uxor Drusi Neronis Germanici.	Agrippa posthumus.

Cajus Caligula Augustus	Nero Drusus	Agrippina Augusta, Drusilla, Livia, *Civis nostra.* Maritus I. C. Domitius Ahenob. ex quo Domitius, post adoptatus Nero Augustus, Maritus II. Crispus Passienus. Maritus III. Claudius Patruus Augustus, qui ex priori thoro Messalinæ genuerat Britannicum, Octaviam, Antoniam.

MARIANI SCOTI iconem juvat ejusdem verbis seu coloribus nativis repræsentare. Sic ille de se loquitur ad annum Christi:

" Anno Christi 1028. CONRADI Regis " quarto ego miser MARIANUS in peccatis fui " in hoc anno natus. Anno 1052. HENRICI " 13tio ego Marianus sæculum reliqui. Anno " 1056. HENRICI II. decimo septimo ego Ma- " rianus peregrinus factus, pro regno meo cæ- " lesti patriam meam (*Hiberniam credit Labbeus, " præ Scotia Britannica*, etsi ipse Marianus se " *Scotum* vocitet ad annum 1043.) reliqui, & in " Colonia V. Feriâ Kal. Augusti Monachus effe- " ctus sum in sancti Martini Monasterio. Anno " 1078. HENRICI III. secundo Feriâ secundâ " post octavas Paschæ, exiens de Colonia causâ " orationis Podelbrunnam Paderbornam) visitavi, " ob bona, quæ narrantur de sepulchro Mona- " chi Scoti, nomine PATERNI à multis annis " inclusi (qui, quamvis Prænuntius urbis fuisset " & duorum Monasteriorum conflagraturorum, " in sua clusa ambiens martyrium, combustus erat " Feriâ secundâ ante Palmas hujus anni) ex Pa- " diborna cum Abbate Fuldensi Egeberto Fuldam " veni. Anno 1059. Henrici III. tertio ego Ma- " rianus indignus cum Sigefrido Abbate Fuldensi " apud Verzeburgum ad Presbyteratum consecra- " tus mediâ Quadragesimâ III. id. Martii, & fe- " riâ VI. post Ascensionem secundo idus Maji in- " clusus fui Fuldæ per decem annos in eadem " cella, in qua Annuchardus Scotus inclusus " obiit anno 1043. 3. Kalend. Februarii, &, " uti petierat, tumulatus fuit, super cujus sepul- " chrum visa sunt lumina, & psalmodia audita, " super quem ego Marianus *Scotus* decem annis " inclusus, super pedes ejus stans, quotidie can- " tavi Missas. Anno 1069. anno decimo tertio " ego miser Marianus jussu Episcopi Moguntinen- " & Abbatis Fuldensis feriâ sextâ ante Palmas " tertio Nonas Aprilis post annos decem meæ in- " clusionis solutus de clusa in Fulda ad Mogun- " tiam veni, & in festivitate septem Fratrum se- " cundò includor. " *Hactenus Marianus locutus est. Dodechinus Continuator Chronici Mariani ultimam lineam picturæ addat.* " Anno 1086. Ma- " rianus Scotus inclusus obiit, & apud S. Marti- " num sepelitur. "

Hactenus Chronica Mariani Scoti & Dodechini apud Pistorium Tomo uno illustrium veterum Scriptorum Germ. Trithemius, Nicol. Seranus, Bellarminus, Labbeus, qui Hibernum vult, etsi ipse se Scotum dicat. Ægid Gelen. de Col. A. magnit. L. III. Syntag. XIII. pag. 317.

Ejus

Ejus opera hæc Schannatus *Historiæ Fuldensis parte primâ* post Trithemium & Labbeum recitat.

1. *Mariani Scoti Chronicorum libri tres ab exordio mundi ad annum Christi MLXXXIII. sæpius typo subjecti. Pistorius denuò inseruit codici illustrium Scriptorum Germanicorum anno 1613. Francofurti impensis Claudii & Andreæ Marniorum in folio à pag. 265. ad 456.*

2. *Concordia Evangelistarum.*

3. *Tractatus de universali computo, & emendatione Dionysiani Calculi.*

4. *Epistolas omnes Divi Pauli Mariani manu exaratas, cum annotationibus extare in Bibliotheca Vindobonensi monet Lambecius.*

5. *Psalten Regium Commentariis ab Mariano illustratum fuisse testatur Gerardus Vossius L. III. de Latin. Histor.*

6. *Notitiam Romani Imperii eidem tribuit doctissimus Cujacius.*

MARTINUS BECANUS natione Belgà, patriâ Brabantinus, ex Hilvarenbeca Campiniæ municipio oriundus, absoluto Coloniæ in Gymnasio Tricoronato Philosophiæ curriculo laureâ Magistrii artium & Philosophiæ in Universitate Ubiorum donatur à Petro Stalenio 4tâ Martii 1583, cui vicem reddidit; dum annis 1590, 1591, 1592, 1593 artes & severiores disciplinas Coloniæ in eodem Gymnasio explicavit, vicennis autem Societatem JESU ingressus, votorum quatuor professionem suo tempore emisit. Vir fuit magno ingenio, & ad omnem literaturam nato, in Philosophia & Theologia clarus; Theologiam totos annos XXII. Herbipoli, Moguntiæ, Viennæ Austriæ rara cum admiratione & constanti Auditorum applausu Doctor & Magister eximius explanavit è cathedra. Celeberrimum ejus famam reddidit facilis quædam in interpretando D. Thoma Aquinate, fideique controversiis omnibus enodandis perspicuitas, brevitas, & plena doctrinæ sacræ soliditas, quam humanissima religiosæ modestiæ comitas exornabat, ut Matthias Imperator Martinum tanquam absolutissimum Theologum ad Viennensem Theologiam illustrandam evocârit. Demum Ferdinando II. Cæsari Augusto factus à confessionibus triennio, quo munus sustinuit, incredibile dictu est, quàm carus Palatinæ Nobilitati fuerit, eo maximè nomine; quod in tanta opportunitate agendi nequaquam pateretur se ad politica negotia, atque ab suo instituto aliena tractanda pertrahi. Interim summâ domesticæ disciplinæ observantiâ, summâ sui despicientiâ, insigni morum simplicitate, cum spirituali prudentia temperatâ omnibus erat exemplo, ut vel solo suo conspectu cæteros componeret ad modestiam & sincerum animi candorem. Omnibus erat in amoribus ob insignem facilitatem suavitatémque, solitus ipsos etiam Hæreticos honore prævenire, ut tali eos officio demereretur. Cum externis haudquaquam longos sermones ducebat, ut sui congressûs desiderium potiùs illis, quàm fastidium relinqueret. Ipse sibi vel cùm Imperatoris confessionibus præesset, aquam è puteo haurire, ipse in omnibus famulari; tandem acutissimis colicæ doloribus paucis diebus confectus, obiit Viennæ 9. Kalend. Februarii anno salutis 1624. ætatis 63, religionis 41, cum magno Cæsaris, Jesuitarum, imò & Reipublicæ Christianæ luctu, cui operam hæreticis Calvinistis præsertim confutandis & refellendis insignem navavit, & ex merito Calvino mastyx & Calvinistarum malleus sit à nonnemine nuncupatus.

Edidit Becanus opuscula plurima, quæ variis locis ac temporibus sensim edita tandem comprehensa tomis duobus prodiêrunt *Moguntiæ apud Antonium Stroheckerum 1630. 1631. in folio*, aucta lucubrationibus aliquot posthumis. Complectitur autem

Tomus I. opuscula polemica, seu de controversiis fidei contra Hæreticos, quæ superstium est singillatim recensere. Accessit

Tractatus de juro & justitia, antea non impressus. Prodiit præterea his duobus tomis minimè comprehensa

Analogia veteris & novi Testamenti. Moguntiæ typis Joannis Albini 1620. in 8vo.

De statu animarum post hanc vitam.

De censuris Ecclesiasticis.

De resurrectione &c.

Compendium manuale (ejus quod habetur inter opera polemica Tom. II.) controversiarum hujus temporis. De fide ac religione ultimus Becani partus in variis Germaniæ ac Belgii Provinciis insigni animarum lucro diversis formis excusus.

Ex historia Gymnasii Tricoronati, & Sotuelli Bibliotheca Scriptorum Soc. Jesu.

MARTINUS BUCERUS materiam scribendi contra Heterodoxos Diœcesi nostræ Coloniensi copiosam dedit. Natus patre Judæo Ockstenhorn cognominato, Slestadii in Alsatia 1491. domesticis scholis cultus, Dominicanorum Ordini se mancipat. Heidelbergam annuente Priore missus 1516. Græcis & Hebraicis literis, & tum Philosophiæ & Theologiæ perdiscendis applicatur. Ibi Lutheri & Erasmi libellos incautus legit, & nutare animo cœpit. Fridericus Palatinus Elector eundem aulæ suæ Ecclesiasten audit, & itineris Belgici sui comitem esse jussit. Exin consilium deserendi Ordinis hominem in varia pericula adduxit, quibus declinandis tantisper apud Franciscum de Sickingen delituit. Post delatus Argentinam 1523. novitia dogmata serere visus est. Bernensi de religione colloquio 1527. magnâ inter Novaturientes doctrinæ æstimatione interfuit. Anno 1529. cum Hedione Lutheri & Zwinglii collocutioni Marpurgensi adest, & tristi humanæ miseriæ exemplo Zwinglianum errorem adoptatis ante Lutherianis præfert. Econtrario in conventiculo Schmalcaldico 1537. relabitur in Lutheranam de cœna opinionem, eique ad tempus subscribit omnium horarum homo. Ambiebat arbiter medius fœdere inter Lutherum & Zwinglium Monarchiam inter Apostatas sibi mutuo arrogantium; unde *Vespertilio* à Luthero salutatus fuit. Sexies minimum suas fides (uti in Barbitis Fidicines sæpè amant) mutâsse Cnoglinus observat *in Symbolo Calvinismo*: nam vera fides unica est, & pluralem numerum aut genus

epicœnum nescit. Concubinas tres non vulgares de foro, sed ante DEO voto continentiæ dicatas Sanctimoniales, Evangelicâ libertate Lutheri exemplo domum duxit.

Hermannus Archi-Episcopus Colonienſis redux vel ex Ratisponensi colloquio, vel ex Hagenoano congressu 1540. in Buceri notitiam venit, adeò ad assentandum ficti, ut Groppero, cui jam Versipellis suspectus erat, de Catholica fide secum agenti & Hagenoæ & Wormatiæ 1541. per omnia consenserit. Hunc igitur clam accersit 1542. in arcem Buschhoven milliari uno Bonnâ distitam Argentorato evocatum consiliis communicatis Coloniâ singulis nuntiis invitantur Buschhovium Joannes Nopelius Suffraganeus, Orator & Theologus perspicacissimus, & Joannes Gropperus. Ubi convenêre, mirati alter alterum & Archi-Episcopum & Bucerum, & hunc quidem de concordia in controversiis fidei vix non adacti Principis precibus audiêrunt. Cùm Nopelius, quo erat candore expositis Catholicæ fidei dogmatis laudantem omnia & tacentem ex composito Bucerum videns, monet Episcopum, agnoscat demum impostorem nunc ea coram lingua palpantem, quæ tot pestiferis scriptis à se lectis turbandæ Ecclesiæ effutiisset. Parabat excusationes Bucerus (ùt scribit *Meshovius*) excidisse ea ferventi inter adversantium calumnias. Promptum ad emendanda, quæ pias aures offenderent. At Nopelius liberâ voce testatus est, sibi Episcopo cum veteratore Protheo toti Germaniæ noto bilingui, Ecclesiæ Catholicæ causam non tractaturum. Ultus est Hermannus hanc libertatem subtracto annuo salario, cùm aliter non posset; sed Nopelius Coloniam redux concionibus disertissimis civitatem in avita fide, dum vixit, confirmavit. Gropperus diutiùs agere coactus, ubi falsata & interpolata Ratisponensis colloquii à Bucero acta exprobrâsset, in iis, ùt quorum ipse testis fuisset, commercium abrupit, remeante Argentinam Apostatâ, & Capitulum Metropolitanum officii commonuit. Ablegatur Comes Newenarius cum literis Metropolitanæ Ecclesiæ dehortatoriis. Visus fuit flecti: at pruriente ad novandum animo, proximo anno 1543 & Bucerum unà cum Hestione & Pistorio, & Melanchronem Wittebergâ elicit mense Aprili, & furtim & palàm potestatem facit ex Papatûs ergastulo omnes ad libertatem Evangelicam vocandi; instat monitis Capitulum Principis Ecclesiæ verbo & scripto hoc: *Sententiæ delectorum per venerabile Capitulum Ecclesiæ Colonienſis de vocatione Martini Buceri: Reverendiſſimo Domino Colonienſi non licuiſſe Martinum Bucerum eo, quo factum eſt, modo verbi miniſterio præficere.* Germanicè & Latinè scriptus erat libellus. Nihil eo libello gravius & moderatius in tanta licentia facti legas. Respondit bonus Archi-Episcopus eo, quo præcinebant Apostatæ, tono generalibus formulis: Purum & putum verbum DEI prædicari per pios aliquot Concionatores, neminem Christianum operi huic ad solius DEI gloriam spectanti progressui se opponere posse. Repositi solidiora Clerus Colonienſis, & iteratò in Comitiis Bonnæ indictis proscriprionem Novatorum ursit, sed frustra: Bucerus iterum Germanicum schediasma protrusit.

" Quid hoc tempore in causa Evangelii Bonnæ doceatur in Diœcesi Colonienſi, & quid " Bonnenses inde expectare & sperare debeant.

Nempe fiduciâ Principis cæcè probantis omnia abusus cornua nativa Bucerus explicuit, hæresibus citra ruborem expansis, subnectítque vocationis suæ *Apologiam.* Tum verò Carolus Imperator, Paulus III. Pontifex, Clerus & Universitas Colonienſis accensum jam Capituli Metropolitani studium pro avita religione tutanda inflammârunt, & typo edunt

" Judicium universalis & Cleri Colonienſis de " doctrina & vocatione Buceri, 1543. impressa " Gennepæo Latinè & Germanicè 1544. post. *Antididagma* exhibetur Archi-Episcopo unà cum literis summæ, sacræ ac civilis Majestatis. Promittit abdicationem Buceri & gregalium, sed Græcâ, non Germanicâ fide: jam tum enim collectis viribus cudebant volumen ingens Germanicum octiduo vel decendio ante Comitia Provinciæ à se Bonnæ indicta, quod Capitulo majori Colonienſi submittit, subin approbatum Diœcesi totâ distribuendum. En titulum:

" *DEI gratiâ Hermanni Archi-Epiſcopi Colo-* " *nienſis & Electoris. Deliberatio, juxta quam* " *Chriſtiana in verbo DEI fundata reformatio* " *doctrinæ, uſus Ss. Sacramentorum, cæremonia-* " *rum, animarum cura, & Eccleſiæ ritus; do-* " *nec liberum Chriſtianum univerſale & natio-* " *nale Concilium aut Germanici Imperii ſtatus in* " *Spiritu ſancto congregetur inter eos, qui curæ* " *noſtræ commiſſi ſunt, inſtituenda ſit.* " *Buſchhoviæ 1543. in folio. Recuſum in quarto hoc anno Marpurgi apud Antonium Tiroldt.*

Capitulum brevi hoc intervallo, spisso operi pro dignitate responderi non posse, eámque stropham ab Hæreticis exornatam, ut, sin responderet, fecisse satis officio videretur Electos. Petunt prorogationem, duas aut tres hebdomadas, vix impetrant. Datur Provincia Theologis examinandæ Bucerianæ sententiæ. Interea Electos Capitulo & Statibus invitis, & frustra precantibus protestantibúsque, novum fœtum edit, dignos arbore Buceri fructus videt. Tumultuari Bonnæ plebs, involare in templa ac domos Religiosorum, & Sacerdos regularis sacræ Theologiæ Licentiatus Buceri exemplo publicè incestas nuptias celebravit. Commodùm Bonnam Cæsar venit, bellum Cliviæ Duci, quod Geldriam teneret, illaturus, & imprimis ab Hermanno petit, ut Novatoribus Aulam & Diœcesin purget. Obsequitur saltem ad tempus, & manipulo militum stipatum dimittit. Re ipsâ tamen aut Bucerus cum sociis, aut horum aliqui ad extremum 1545. in Archi-Diœcesi, sed urbe procul hæsêre & respondêre Reverendissimi Capituli libro huic Germanico:

" *Chriſtianum & Catholicum Antididagma* " *Reverendi Cathedralis Colonienſis Capituli con-* " *tra librum reformationis titulo propoſitum ſtati-* " *bus Archi-Diœceſeos ultimis Comitiis Bonnen-* " *ſibus, & nunc ſub titulo deliberationis 1790* " *variè auctum & mutatum vulgatum.* " *in folio Coloniæ excudebat Joannes Gennepæus, cum gratia & privilegio ſacræ Cæſareæ Majeſtatis 1544.*

Latine

Latinè versum in 8vo prodiit Parisiis 1549. apud Poncetum Le Preux, tacito Interpretis nomine. In fronte Germanicæ impressionis vides triplex diploma Caroli V., approbationem Rectoris Universitatis nostræ, & epistolam Capituli ad Reverendissimum Hermannum.

Arripuerunt scribendi materiam latentes Hæretici, & spissiori volumine anno 1545. Bonnæ apud Laurentium von der Mullen impresso Germanicè:

" *Constans apologia ex Scripturis sacris de vera*
" *Catholica doctrina, & traditionibus universa-*
" *lis Christianæ Ecclesiæ deliberationis de refor-*
" *matione Coristiana Reverendissimi in DEO Pa-*
" *tris, Principis & Domini D. Hermanni Archi-*
" *Episcopi Colonienſis & Electoris antea evulgata,*
" *una cum fundamentali eversione omnium, quæ*
" *adversantes Electorali gratiæ suæ sub titulo*
" *ANTIDIDAGMATIS, & sub nomine Colo-*
" *nienſis Cathedralis Capituli contra eam Electo-*
" *ralis gratiæ suæ deliberationem protulerunt, &*
" *in lucem produxerunt.*

Non soli delecti Capituli nomine Bucerianas hæreses refutârunt. Privato marte plures in aream descenderunt magni nominis viri, quorum sub propriis nominibus opera leges.

1. Albertus Pighius sacrosanctæ Theologiæ Doctor *Apologiam adversùs Martinum Bucerum* reliquit elegantissimo uti semper stilo 1540. Moguntiæ in 4to impressam.

Philippus Melanthon non jam alieno, sed suo habitu in scenam prodiens scripsit

" *Responsionem ad scriptum quorundam dele-*
" *ctorum à Clero secundario Coloniæ Agrippinæ*
" *adversùs Bucerum* Argentorati *Tomo III. de-*
" *clamationum Phil. Melanth. &c.*

2. Melanthoni & fœderatis occurrit eximius Billickius, hoc titulo:

" *Judicii Universitatis & Cleri Colonienſis*
" *adversùs calumnias Philippi Melanthonis,*
" *Martini Buceri, Oldendorpii, & eorum asse-*
" *clarum defensio, cum diligenti explicatione*
" *materiarum controversarum,* " *Authore F.*
Everardo Billickio Theologo Fratrum Carmelitici instituti per inferiorem Germaniam Provinciali.

3. Succenturiator erat Gymnasii Montani Professor, & subin Regens, qui duos libros contra Bucerum scripsit, quorum titulus:

" *Christiana ac pia de Catholica fidei regula as-*
" *sertio, cum dilucida pernitiosorum præcipuè hu-*
" *jus calamitosissimi sæculi dogmatum confutatione*
" *per Matthiam Aquensem Ss. Theol. Licentiatum.*
Apud Maternum Cholinum 1546. in 8vo pp. 316. Libro utroque, at secundo sigillatim Buceri sphalmata amputat. Idem vulgavit scripta adversùs mortifera Buceri opinamenta, ùt in præfatione hic asserit. Ea vide Germanicè edita.

" *Christlich Bericht, worauff zu grundfestigen,*
" *der standhafftig will bleiben in dem uffrechti-*
" *gen Glauben mit Widerlegung der principali-*
" *cher Articulen der verfüriger Lehr Martin*
" *Bucers im Buch zu Bonn usgegangen durch*
" *Matthiam von Aach der H. Schrifft Licentia-*
" *ten. in 4to 1543.* " *Dicatur liber dem würdigen hochgelehrten Herrn Bernardo von Hagen, der Rechten Doctorn, Probst der Collegiat Kirchen zu St. Andream, Priester, Canonichen des hohen Thumb-Stiffts, und Cantzler unseres gnädigsten Herrn Ertz-Bischoffen zu Cöllen. Matthias von Aach. Heyl und Fried in Christo.*

Extat in Collegii S. J. & Cartus. Biblioth.

Catholicæ ac orthodoxæ religionis adversùs Lutheranam hæresin Matthæi Aquensis miscellanea assertio, nunc primùm in lucem edita. Coloniæ ex officina Melchioris Novesiani anno MDXLII. mense Majo in 4to.

Extat in Cartus. Colonienſi.

Anno 1546. exautorato Hermanno Bucerus triennio Germaniâ vagatus demum à Thoma Cramnero Archi-Episcopo Cantuariensi Tutore hæretico Regis accersitur 1549, & biennio exacto sexagenario major ab apparente conspicuâ formâ dæmone (*Bosius L. 23. de signis C. 3.*) è lecto deturbatus effusis per cubiculum visceribus excessit è vita, professus in morte, quòd alius Christus, quàm JESUS, cum Judæis expectandus sit. (*Lindanus L. II. Dubitantii n. 62.*) Paulò ante sciscitanti Dudlæo Duci Northumbriæ, quid de Cœna Domini sentiendum esset, ingenuè respondérat: " De vera Christi præsentia in Eu-
" charistia si audimus Evangelistas, locum non
" esse dubitandi: se tamen non existimare, quæ-
" cunque Evangelistæ scripsissent, indubitatæ &
" irrertactabilis esse authoritatis. " (*Sanderus L. II. de Schism. Angl. p. 203.*) Buceri cadaver Cantabrigiæ sepultum Mariâ Eduardi sorore Catholicâ Reginâ clavum regni renente extumulatum exustúmque fuit. *Meshov. hist. schis. Hermanni de Weda, Lindanus Raynaudus, ex quibus Lexicon universale Basileense reformandum.*

MARTINUS DUNCANUS Kempenæ in oppido Archi-Diœcesis Colonienſis nascitur oriente sæculo XVI. pridie S. Martini Patre Notario & Geometrâ, matre admodum piâ, utrisque Catholicis & honestis; tenuioribus tamen, & quibus res angusta domi. Positâ infantiâ traditur Præceptori primis elementis imbuendus: at memoria infelix instar pertusi vasis retinebat nihil, septennióque inter flagra & pulveres consumpto vix prima rudimenta utcunque hausit. Accidit, ut fortè de sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris eruditione Philosophorum & Tyrannorum victrice audito encomio ingenti ejusdem patrocinii sibi impetrandi desiderio accenderetur. Continuò ad ædem factam protipit se, illic vota & & preces facturus, dum lucis aliquid cælitùs affundatur, nec sinè fructu: inde enim, quidquid legendum aut scribendum committeret, hærebat illicò memoriæ indelebilibus vestigiis. Pater vel desperans de profectu Mercuriali vel mechanica liberalibus præferens applicat figulinæ arti, morigerum semper etsi afflictum filium. Verùm cùm sciret elegantes formare characteres, & hoc artificio florenos duodecim puer duodenis esset lucratus, patre inscio, matre laudante & volente, Neomagum abit, bonis musis integrum se daturus; sed Neomagum advectus, absumpto

brevi peculio convertit se ad instituendos pueros: quo onere liberatus fuit benevolentiâ fratrum vitæ communis, quorum ædibus receptus, Rhetorica & Dialectica tam felici Minervâ audiit, ut parem haberet neminem: par erat, id est, eximia adolescentis modestia & in DEUM pietas: ægrè enim ferebat condiscipulos eodem lecto cubare, juréque metuebat verecundæ ætati ab istiusmodi licentia. Cogitabat jam Universitatem vicinam Lovanienſem, & sumptibus faciendis providentem patet denuò à studiis avocaturus Neomagum venit. Inquirit urbe totâ incassum. Igitur portæ civitatis hanc similémve sententiam inscribit: *Henricus Dunck filium suum Martinum quærit.* Martinus casu eâdem urbis portâ egressus, rogatur ab excubiis: num hos characteres nôrit? affirmat. Docetur ab iisdem Scriptoris hospitium, quo ingressus solito benigniorem patrem est nactus: nam quatuor florenis prolatis hortatus est filium nil tale expectantem ad studia liberalia prosequenda pollicitus, quidquid in sua potestate foret, lubentem eò collaturum.

Fretus hoc viatico & promisso sylvam Ducis devectus est, inde Lovanium adiit, ubi cùm vitam ægrè sustentaret, à Ruardo Tappero Cancellario Universitatis observatus, & Regenti Standonico inter pauperes alumnus cooptandus fuit commendatus. Admissus ob excellentiam doctrinæ partæ non minùs æmulorum invidiâ, quàm ante egestate divexabatur. Sed virtus & doctrina juvenis tandem præmium reperit, cùm Regens ipse Standonico Collegio datus est, cùm ante eodem in Collegio primas inter magisterii titulum meruisset. seriò tunc Theologiæ animum adjecit, & simul historias cùm sacras, tum profanas volvit, Concilia & sanctorum Patrum exegeses trivit, Græcas adhæc & Hebraicas literas didicit. Standonicus animadverso zelo & prudentiâ viri ablegavit eum Mechliniam, ea ut in urbe disciplinam collapsam & bonas musas revocaret. Inde revocatus fuit Lovanium Regens iterum futurus Collegii Standonici; invitus sanè, at receptam in eadem domo gratiam referre sibi aliter non posse videbatur, quàm eidem ad omnem scientiam & virtutem formandæ. Anno Domini 1541. ætatis 36. Guomarianæ apud Batavos Ecclesiæ Pastor & scholæ Rector fuit constitutus. Multos ibidem ab anabaptistico errore revocavit, multos ad eruditionis fastigium perduxit, & ad pietatem simul informavit. Hinc Delphensibus Regis jussu Pastor datus anno 1558 tertio Nonas Augusti gravem illam Provinciam suscepit, & grande cum Lutheri, Calvini, Zwinglii & Davidis Georgii assectis certamen illi fuit. Postremò Hagæ Comitis Guilielmo Lindano in Decanatûs ac senatoriæ dignitatis munere suffectus est. Verùm inde coactus secedere hæsit tum dies 12. Roterodami, 60. Ultrajecti, annos 6. Amstelodami, ubi Pastor fuit ad sanctam Catharinam, & viginti Pastoratuum Inspector, sed suscitatâ 1578. in Catholicos furiosorum rabie sub patibulum ductus, ad ædes extra urbis mœnia Lazarinas cum quibusdam aliis navigio sinè gubernaculo impositus, incertóque mari & vento expositus, in pagum Diemen feliciter appulit, unde Amersfortium properavit, ibidémque ultima fuit vitæ ejus statio. Ubique verbis, orationibus, scriptis scriptis contra Hæreticos certavit, animas Christo lucrifecit, ubique à perduellibus & sectariis multa passus, & perduellionis etiam reus ab iisdem factus, ac falsò accusatus fuit.

Sub extremum vitæ calculo laborare cœpit, ex quo & lapsu quo tibia parumper læsa infirmior paulatim & invalidior est redditus. Eo in morbo sæpiùs conscientiam sacrâ exomologesi expiavit, & demum extrema Sacramenta suscepit. Die Palmarum cùm peteret herbam, minus id intelligentes, qui aderant, interrogabant: quámnam vellet herbam? an palmam. an aliam? respondit, se non aliud velle, quàm herbam animarum, antidotum contra infernale venenum, viaticum peregrinorum, panem vitæ, &c. Alio tempore interrogatus: num Dominico Corpore pasci vellet? respondit, non: domestici ejus hinc lachrymantes & solliciti, si forte aliam de sanctissimo Sacramento sententiam amplexus esset, rursum eum interrogârunt: utrùm idem adhuc de sacrificio Missæ sanctæque Eucharistiæ Sacramento, quod docere solebat, scriptísque reliquerat, sentiret, respondit: JESU! ità, cupiens, ut libri ejus per omnia, prout scripserat, imprimerentur, ne verbo quidem adjecto aut adempto. Morbo demum ingravescente, DEUM assiduè orans, feriâ quintâ in Cœna Domini paulò post tertiam pomeridianam evocatus fuit ad Cœnam magnam & requiem sempiternam anno Christi 1590. ætatis 85. XVI. Kalend. Maji, Amersfortii sepultus in Divæ Agathæ, quod Monialium sancti Augustini est Cœnobium. Extat vita ejus teutonicè scripta à Joanne Hezio excusa ab Hieronymo Verdussio anno 1594. Reliquit plurima ingenii sui monumenta tum Latino, tum patrio sermone, ut sunt:

Prætextatæ Latinè loquendi formulæ in scholarum usu. Antverpiæ apud Joan. Latium in 8.

Confutatio anabaptistica hæreseos, sive verè Christiani baptismi ac pædo-baptismatis assertio adversùs Mennonis Simonis Frisii virulentas de baptismo blasphemias. ibidem 1549. in 8vo apud Joannem Gravium.

Populari sermone scripta leguntur pleraque Antverpiæ edita typis Verdussii.

Confutatio Apiarii Philippi Marnixii Aldegundi 1578. in 8vo.

De vera Christi in terris Ecclesia.

De sacrificio Missæ.

De vera Cœna Domini contra blasphemias libelli, cujus titulus: Ruina Ecclesiæ Romanæ.

De piarum & impiarum imaginum differentia & cultu, déque Sanctis in cælo, id est, vivis imaginibus DEI. 1579. in 8vo.

De Angliæ Rege Ecclesiæ Capite.

De origine condemnationis & justificationis.

Catechismus Catholicus oppositus Catechismo Reformatorum seu Heidelbergensi.

De vita Christiana.

Contra doctrinam A B.

De Ecclesia, quòd sit columna & firmamentum veritatis.

Ubi vera religio sit quærenda.

De superstitione.

Libri

Libri editi ferè nuncupati sunt Antistitibus Hollandiæ, Pastoribus vel Magistratibus ùt Amstelodamensi, Harlemensi, Delphensi, Goudano. Inter ineditos piæ meditationes cum religiosa epistola servantur in Bibliotheca Heussiana.

Foppens Bibliotheca Belgica.

MARTINUS FASTARDUS à BRAKEL Colonensis Civis, legum Licentiatus. Edidit anno 1565. consilium juris de hoc argumento:

An pecunia ad reditûs annui censum emendum data cum pacto retrovendendi res verè mobilis sit, & intrà bona mobilia computanda, an contrà immobile bonum sit?

Editum hoc consilium Tomo II. responsorum Jurisconsultorum Germaniæ. 1568. Francofordiæ apud hæredes Christiani Egenolphi Hadamarii in folio pag. 274. & seqq. Cui Justinus Goblerus Goarinus Jurisconsultus & Civis Francofurdensis & affinis Fastardi consilium de eodem argumento subjungit eodem Tomo III. pp. 282. Eodem Tomo variorum Jurisconsultorum resolutiones de eodem argumento occurrunt.

MARTINUS HENRIQUEZ à Strevesdorff, nascitur Novesii, D. Hæreditarius in Dieltath, Comes Palatinus, Cæsareus Capitaneus & Commendans in Schonburg, Archi-Diœcesis Colonensis Receptor Generalis. Uxorem duxit N. von Kreps. Ejus literarius partus est:

1. *Archi-Diœcesis Colonensis descriptio, Authore Martino Henriquez à Strevesdorff, Comite Palat. Cæsareo. Prima editio 1652. Secunda editio auctior. Coloniæ Agrippinæ sumptibus viduæ Joannis Portz & hæredum Demens in 12mo pp. 137. In fine additur imago Authoris. in octavo cum figuris 1670. Editio tertia auctior & emendatior, additis Archi-Episcoporum Colonensium & Comitum Baronúmque patriæ ejusdem insignibus, eorum arcibus & habitationibus, nec non feudis promiscuis & masculinis. Coloniæ sumptibus Ottonis Josephi Steinhaus 1740. in octavo pag. 176.*

2. *Chronica Novesiensis. Das ist: Summarische Beschreibung vom Ursprung, Aufferbauung, Kriegen, geist- und weltlichen Stand der Stadt Neuss. 1670. in 4to gedruckt zu Cöllen bey Wittwe Portz. Martinus Hermannus Brandt Canonicus Novesiensis hunc avunculi sui Martini Henriquez à Strevesdorff partum luci publicæ dedit.*

3. *Carmen panegyricum patruo suo Woltero Henrico à Strevesdorff anno 1635. 7. Januarii in Episcopum Ascalonensem consecrato Martinus Henricus à Strevesdorff Novesianus Patruelis in Gymnasio Montis Logices Auditor accinuit, & typo Colonensi edidit in quarto apud Petrum Metternich.*

MARTINUS SIBENIUS natione Germanus, patriâ Dalensis, in Ducatu Juliacensi nascitur anno 1604. 21. Octobris. Anno 1624. post auditam in Tricoronato Gymnasio Philosophiam vicennis Societatem JESÙ ingressus est, & Novitiatu confecto humaniores literas Treviris docuit. Jam ab eo tempore avebat nôsse, quidquid in quovis Europæ angulo additamenti aut incrementi scientiæ bonæve artes cœpissent è novis Commentariis libris ve editis, quem in finem literarium commercium frequentissimum cum exteris instituit, & selecta doctorum hominum monumenta huic Provinciæ comparavit. Monasterii Westphalorum insignem Operarium se præbuit, sodalitio Academicorum ibidem & Coloniæ annos viginti duos Ecclesiasticorum Præfectus fuit raræ & exquisitæ eloquentiæ laude, quam ejus industria, pietas auxit multâ & eleganti supellectile. Genio affabili, juxta serio ac sereno, quidquid charitas proximi reliquum faciebat, libris aut volvendis aut scribendis, aut ex peregrino idiomate vertendis dabat: plurium enim linguarum non vulgarem notitiam dudum comparaverat. Cultum D. Rosaliæ eo anno, quo Coloniam lues epidemica vastabat, & venerandi Patris (nunc Sanctorum albo inserti) Joannis Francisci Regis procuratis ex ejusdem sepulchro pulveribus mirificè propagavit non sinè plurium prodigiosa (ùt ajunt) liberatione ex gravibus corporis animæve molestiis. Calculi, quocum sæpè luctabatur, vehementia, & sanguinis è naribus exundantis copia febri æstu accedente admoverunt Patrem Martinum fatali horæ, quam cùm adesse intelligeret, primùm sacris mysteriis procurari voluit, & residuas particulas vitæ aspirationibus sanctissimis transegit. Ultimo biduo loquela intercluſa, cùm adstans socius suggereret: *Sancta Ursula ora pro me*, revocato veluti sensu, complicatisque manibus eadem verba utcunque repetens, obdormivit in Domino 1668. 15. Octobris Coloniæ magno apud omnes, quibus innotuerat, sui & religiosissimi Convictûs desiderio relicto. Edidit Latinè ex Hispanico, Flandrico, Gallico

Vitam divinam, quam Joannes Eusebius Nierembergius conscripsit. Monasterii Westphaliæ typis Bernardi Raesfeldii 1642. in 12mo.

De amore JESU & Mariæ ejusdem Nierembergii. Antverpiæ apud Henricum Aertsens 1645. in 12mo.

Magnificentiam Mariæ ex Gallico P. Barry. Coloniæ 1649. in 16to Germanicè vertit.

Centum devotiones erga Christum & Mariam P. Pauli Barry. Coloniæ apud Guilielmum Friessem 1648. in 12mo pp. 428. Quas auctas in singulos anni dies recudit ibidem 1656. in 4to.

Offener Himmel für Philagia durch hundert Andachten zur Mutter GOttes von Patre Paulo Barry Frantzösisch geschrieben, und verteutscht von P. Martino Sibenio, beyde der Gesellschafft JEsu Priestern. Cöllen bey Wilhelm Friessem 1648. in 12mo pp. 428.

Vertit Germanicè

Philagiæ solitudinem ejusdem P. Barry. Coloniæ 1646. in 12mo, & 2dâ editione 1661. apud Michaelem Dahmen in 12mo pp. 667.

Triduum ejusdem P. Barry. ibidem 1648. in 12mo.

Mariologium P. Lyrai. ibid. 1649. in duodecimo.

Praxin præsentiæ DEI P. Nierembergii. ibid. 1649. in 12mo.

Vitas S. Rosaliæ & P. Joannis Francisci Regis.

gis. Coloniæ apud Buſæum 1666. & 1667. in duodecimo.

Ex annuis literis Collegii Colon. Soc. JEſu.

MARTINUS STOCKIUS S. Martini Coloniæ, Ordinis ſancti Benedicti Profeſſus, arte poëticâ & pictoriâ clariſſimus, effulſit ad annum Chriſti 1556. Ab eo ſupereſt MS.

Libellus in Biblioth. S. Martini S. E. 24. continens varia pro conficiendis coloribus arcana & documenta.

Reliquit etiam

Poëmata quædam & epigrammata, ut qui perbelle noverat & verſus pangere, & pingere penicillo.

Ex Comment. Oliv. Legipont.

MATTHÆUS BOYS natus Monaſterii Eiffliæ, ſacrarum legum Licentiatus, ac demum Doctor, annis ampliùs quinquaginta Coloniæ Agrippinæ celeberrimus, clariſſimi viri Stephani Broelmanni affinis. Filios duos Societati JESU donavit Matthæum & Guilielmum, de hoc ſuo loco. Ejus operâ prodierunt varii utiles rei literariæ libri:

Tractatus de electionibus novorum Prælatorum utilis & neceſſarius quondam per Reverendiſſimum P. ac D. Guilielmum Mandagotum Archi- & Card. compoſitus, unà cum additionibus D. Nicolai Boerii viri undequaque doctiſſimi. Acceſſit de permutatione beneficiorum Friderici de Senis Tractatus recenter purgatus & auctus per Matthæum Boys LL. Coloniæ apud Baumium 1573. in 8vo pp. 220. 440. præter indicem. Inſcripſit Boyſius Joanni ex Comitibus de Manderſcheidt & Blanckenheim Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopo electo Landgravio Alſatiæ ſuo & ſui patris, imò omnium eruditorum Mecœnati.

Additiones in tractatus duos de pactis circa ſucceſſionem Georgii Matthæi & Joannis Ramati adjectæ, per Matthæum Boys J. V. D. Coloniæ apud Joannem Gymnicum 1593. in octavo pag. 380.

1574. Tractatus varii atque utiles de monetis, earúmque mutatione ac falſitate in gratiam ſtudioſorum ac practicorum collecti, ſtudio Matthæi Boys legum Licentiati. Coloniæ apud Theodorum Baumium in 8vo pagina adverſa ſola 372. præter indicem & præfationem ad Reinerum Beudelium, Præfectum rei monetariæ ſub Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe Electore Colonienſi.

Authores Tractatuum editorum ſunt hi: Gabriel Biel, Joannes Aquila, Bilibaldus Pirckeymherus Nurenbergenſis Patricius, Martinus Garratus Laudenſis, Franciſcus Curtius, Joannes Regnaudus Avenionenſis, Albertus Brunus Aſtenſis, Carolus Molynæus, Didacus Covarruvias, Henricus Hornmannius. Conſilium in materia augmenti, monetarum factum per excelſum Collegium Papienſe idem Boyſſius indicat, qui parciùs vel remiſſivè de re nummaria egerint. Guido Papa deciſ. 493. de mutatione monetar. Matthæus de afflictis deciſ. 184. Idem in feudis tit. de Regaliis §. monetæ. Nicolaus Boërius deciſ. 327. Antonius Natta conſil. 303. Boverius in ſingul. in fine DD. in lege 2. ſi certum peratur & in L. Paulus de ſolutionibus. Ferrarius in forma de pignoribus & hypothecis. Tiraquellus in retractu §. 1. gloſſ. 20. num. 11. Minſing. obſerv. Cent. 4. De falſis monetis Jacobus Menochius arbitr. caſu 316. Boſſius in criminal. tit. de falſa moneta. D'Anchanderius in tit. de falſis. Julius Clarus Lib. V. §. falſum.

Gratias tibi multas debemus candidiſſime Boyſſie, qui maluiſti coronare fontes, quàm eos epotos, id eſt, tranſcriptos, tuo nomine denuò vendere, ùt tot alii faciunt.

Tractatus Jacobini de S. Gregorio de Homagiis & Rotdis, hoc eſt, operis ruſticorum, diligenti ſtudio Matthæi Boys J. V. D. ab innumeris mendis expurgatus, pluribusque additionibus auctus & illuſtratus. Francofurti è typographia Joannis Spieſſii 1600. in octavo pagin. 199.

MATTHÆUS CREUTZ Civis Andernacenſis edidit Germanico rythmo *duas comœdias civibus ſuis delectandis & docendis ſcriptas*, ex quibus primam per illuſtrem Equitem Antonium Huyſman de Namedy juris Cæſarei Doctorem & Conſiliarium Electoralem Electori Adolpho Archi-Epiſcopo Colonienſi Domino ſuo dedicatam obtulit 1551. XVI. Februarii ex Electorali urbe Andernaco. Scripſit & typo vulgavit Comœdiam Germanicam 1551. 16. Febr.

Ein Faſtnachts Spiel gedicht jetzt new,
Es lehret, wo man ſol finden Trew.
Legt aus das zweyte Gotts Gebott,
Lieb deinen Nechſten neben Gott.

Zu Cöllen bey Jaſpar von Gennep 1522. in octavo. Argumentum. Eremita quærit in toto orbe fidem, & non invenit.

1522. Suſanna. Comœdia ab eodem dicata civibus Andernacenſibus. Utraque in 8vo Coloniæ typo Jaſparis Gennep.

MATTHÆUS HOEN Noveſienſis ex Gymnade Montana, Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ ad ſanctos Apoſtolos, Coloniæ Agrippinæ ſacroſanctæ Theologiæ Doctor renuntiatus 1617. XVI. Kalend. Novembr. Parochus Eccleſiæ ſancti Pauli, Camerarius Parochorum, Decanus Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Andreæ, Rector Magnificus electus 1643. 24. Martii, obiit anno 1653. 2dâ Aprilis. Edidit

Compendiaria reſolutio Organi Logici Ariſtotelici Stagiritæ, Authore Matthæo Hoen D. in octavo.

Commentarii in Dialecticam Ariſtotelis. in 8. typo Petri Henningii.

Literalis pſalmorum Davidis explicatio, in qua ſingulorum..... ſive hiſtorica ſive Prophetica exactè enucleantur, & præterea membra concinnè deſignantur, Authore Matthæo Hoen Noveſienſi, Ss. Theologiæ Doctore, apud Ubios Profeſſore. Coloniæ Agrippinæ typis Gisberti Clementis bey der Würffel-Pforten 1630. in 8vo pag. 1153. Inſcriptio Ferdinando Archi-Epiſcopo Colonienſi 26. Auguſti 1630. à Sacellano Hoen facta. Præfatur ad Lectorem, & cauſam reddit, cur potiſſimùm literalem ſenſum commentatus ſit; nec tamen merum Paraphraſten, ſed Germanum Interpretem egerit. Addit, ſe eodem ſtilo (ubi lateant

teant hæc MSs, DEUS scit) & methodo totam Scripturam sacram, cujus potissimam partem confectam habet, explicaturum & prolaturum.

Neues Hand-Büchlein deren Epistelen und Evangelien, wie selbe durchs Jahr im Cöllnischen Ertz-Stifft und in Cöllnischen Pfarrkirchen auff alle Sonn- und Feyrtäg abgelesen werden, mit einem Christlichen Kalender, darin alle Fyr- und Festtäg obgedachten Ertz-Stiffts und Pfarrkirchen angezeigt werden. in 16to pp. 325. Cöllen bey Gubert Clemens 1631.

MATTHÆUS SCHRICK prænobili apud Aquas-Grani familiâ nascitur 12. Maji 1567. humanioribus musis in Gymnasio Tricoronato Coloniæ puer datus, absolutâ anno 1582. Rhetoricâ, Romanum Collegium adiit, in quo admitti ad Societatem JESU cùm vehementer expetteret, facultatem quidem anno 1587. impetravit; sed non nisi post biennium Treviris pridie B. Ignatii in domum primæ probationis deductus fuit, & quatuor Professorum votis Fuldæ anno 1607. 22. Julii se obstrinxit. Triennio penè Regens fuit Gymnasii Tricoronati Coloniæ, unde ad tenellum nativo in solo Aquisgranense scilicet Collegium regendum dicam an formandum translatus Rector divinis officiis templum à fundamentis usque ad pensiles choros; bonis artibus omnibus Gymnasium ædificavit non Architectus duntaxat, sed Concionator matutinus ad cives, à meridie Janitor domûs, sociis ad catechizandos parvulos dimissis, & vespertinus sodalium ad omnigenæ charitatis opera Exhortator instar animæ Platonicæ non solis imperiis, sed ordinatissimâ partium omnium, domi, in Ecclesia, in scholis directione & motione prudentiam & collatum sibi cælitùs influxum communicans. Indoles viri gravior, & in omni externa internáve corporis mutatione sibi constans, instituti nostri & cœpti rectè propositi tenax, & in exequendo consilio mirè dexter & efficax. Beati Aloysii, quocum condiscipulo Romæ vixerat, exemplo & se & socios crebrò inflammabat. Paderbornensis & Herbipolensis Collegiorum regimine defunctus Moguntiâ rediit ad Grani-Aquas 1631, ubi quindecim superstites vitæ annos in sede sua plenus dierum & dolorum è chiragra & podagra quadraginta annos toleratis transegit, solatium insomnium noctium & dierum erant sacri hymni familiares, quos canorâ voce fundebat magno gustu pietatis ac religionis sensu. Cicadam noctis dixisses, quod de Anachoretis priorum sæculorum jactabatur. Meditationem matutinam de genibus eâ licèt ætate & valetudine vir absolvebat. Ad templum cùm perreptare ampliùs non liceret, deportabatur, ut quotidie mannâ Eucharistico cibaretur. Tandem inter prolixa patientiæ exercitia jam cælesti patriæ maturus è terra octogenarius abiit anno 1646. 18. Maji apud Grani-Aquas. Collegium S. J. Aquisgranense possidet

Polemica quædam manuscripta.

Meditationes cum precibus pro augenda pietate erga reliquias propositæ è Basilica Aquensi B. M. V. tacito nomine. Coloniæ 1643. typis prodiêrunt Henrici Krafft in 8vo p. 4.

Practica instructio, sive Lydius lapis probæ reipublicæ gubernationi explorandæ adoptatus à Theologo Presbytero. Colonia apud Petrum Grevenbroich 1639. in 12mo pp. 135. 1639. Libri III. reducendis ad ovile Christi Acatholicis J. Witlichius ex Diœcesi Trevirica habitâ licèt 2. Provincialium approbatione non tamen constat de eorum editione.

MATTHIAS AGRICIUS floruit circa annum Christi 1570. Græcè Latinéque eleganter eruditus, juris utriusque licentiatus, multis lucubrationibus clarus Sacerdos. Postquam Coloniæ Agrippinæ diu docuisset, vitæ solitariæ desiderio tactus, Hemmenrodense Trevirensis Diœceseos Monasterium petiit, ubi reliquum vitæ peregit, religiosum indutus habitum, ùt quidam referunt; licèt alii velint mansisse solummodò oblatum seu donatum. Scripsit autem Matthias carmine opus insigne & amplum, sub hoc titulo:

Monasterii Hemmenrodensis antiquitatum monumenta.

In quo inter alia continentur vitæ diversorum Monachorum & conversorum, qui in dicto Monasterio sanctitate illustres floruerunt, nominatim

Vita B. Davidis discipuli S. Bernardi, & postea Religiosi Hemmenrodensis. Extat hoc opus MSs. in Hemmenrode.

Ex Bibliotheca S. Ordin. Cistere. R. P. C. de Visch.

Vita S. Heriberti Archi-Episcopi Colonienſis carmine elegiaco in XVI. poemata distincta celebrata fuit ab eodem Matthia Agricio, teste Ægidio Gelenio de Col. A. magnitud. Lib. III. Syntag. XIV. p. 384. Meritò in eo Bollandus carpit Tomo II. Martii p. 466, quòd Heribertum primum Electorem Colonienſem nominet.

MATTHIAS BREDEMBACHIUS Kerspensis, oppidulo Ducatûs Montensis Archi-Diœcesis Colonensis. Anno 1524. 10. Martii donatur licentiâ ab præstantissimo viro Jodoco de Erpach Vice-Cancellario Universitatis Colonensis Magisterii in artibus & Philosophia consequendi. Embricæ docuit annis sex, dein annis viginti sex Gymnasium rexit Triglorros dictus ob linguæ Latinæ, Græcæ, Hebraicæ non vulgarem scientiam. Prædecesserat eum in officio Gymnasiarchæ Homphæus Cochemensis. Genuit filios tres, Tilmannum, de quo suo loco, Ss. Theologiæ Doctorem & Canonicum illustris Capituli ad sanctum Gereonem Coloniæ, Magistrum Henricum Bredembachium Scholasticum, & Theodoricum Bredembachium juris utriusque Licentiatum, Canonicum Resensem, quibus duobus fratribus librum inscripsit Tilmannus: tum filiam, ex qua Matthiam Borlinchusium vidit nepotem suum Officialem Georgii Principis Brunswicensis, Præpositi Metropolitanæ Colonensis. Obiit anno 1559. mense Junio, ætatis 70mo, doctionis in schola Embricensi 34to. Scripsit

1. *De dissidiis, quæ nostrâ hâc tempestate tanto cum terrore jactant Ecclesiæ navem, à quo, quibus rationibus sint excitata, & quâ ratione videantur componi posse, sententia Matthiæ Bredembachii Kerspensis apud Embricam scholæ Moderatoris. Editio prima charactere cursivo in octavo pp. 212. Coloniæ 1557. sinè nomine Typographi, sinè dedicatione.*

" Adversùs libellum de dissidiis componendis

" scri-

" scripserunt Jacobus Andreas Smidelinus scurrili " libello, dein Henricus Pileus Mindensis, quem " justo, accurato, docto, & bene Latino libro " pede pedem premens, & verba adversarii re- " citans confutavit. Huic operi immortuus, egre- " gius pro causa Ecclesiæ & sua Hyperaspistes " septuagenarius. "

2. *Editio secunda cum nova præfatione Coloniæ exudebatur a Gualtero Fabritio juris utriusque Licentiato anno 1557. Dicata est Guilielmo Juliæ, Cliviæ, Montium Duci in 8vo pp. 24.* Cùm ab aliquibus taxatus fuisset, quòd Lutherum schismatis Authorem fecisset, etsi gravissimis de causis id scripsisset, conatus est veræ hujus assertionis causas proferre evidentes.

3. *Matthiæ Bredembachii Kerstenensis apud Embricam scholæ Moderatoris Hyperaspistes* pro suo de componendis in religione dissidiis libello adversùs calumnias Henrici Pilei Mindani. Coloniæ in 8vo apud hæredes Joannis Quentel pag. 310. Editionem accuravit filius Tilmannus, patre labori immortuo 1560.

4. *Matthiæ Bredembachii Antihyperaspistes adversùs Jacobum Andream in quarto, typo Quenteliano.*

5. *Matthiæ Bredembachii Kerstenensis apud Embricam, dum vixit, Gymnasiarchæ in LXIX. psalmos seu hymnos Prophetæ Davidis priores, & in S. I. C. Evangelium secundum Matthæum erudita Catholica & pia Commentaria secundum Hebraicam veritatem & veterum orthodoxorum Patrum monumenta summo studio elucubrata. Coloniæ 1560. apud hæredes Joannis Quentel. Psalterium paginis 427, Evangelium 270. absolvitur præter præfationes & indices, quos confecerunt filii Theodoricus & Tilmannus, Psalterium dedicarunt Joanni Gebhardo Archi-Episcopo Coloniensi, Evangelium Matthæi Roberto Episcopo Leodiensi eodem anno & die 1560. idibus Junii: asserunt autem Theologorum Coloniensis Facultatis judicio utrumque prælo dignum opus judicatum fuisse. Epitaphia Parenti optimo scripta præfationem primam excipiunt.*

6. *Matthiæ Bredembachii Kerstenensis introductiuncula in Græcas literas, quantum ad rectè legendi & pronuntiandi rationem attinet, tam veterem juxta Erasmi Roterodami sententiam, quam illam, quâ nostra utitur ætas. Coloniæ in 8vo anno 1534. Embricæ pridie idus April.* Inscribit librum Petro Homphæo Cochemensi antecessori suo, qui à Canonicorum Embricensium Collegio missionem impetraverat, ut verbo DEI annuntiando totus vacaret. Excudit libellum Martinus Gymnicus.

7. *Epistolas 11. de negotio religionis. Coloniæ 1567. apud Quentel.*

8. *Monodiam heroicam in obitum Archi-Episcopi Trevirensis, &*

9. *Elegias in obitum Georgii à Petra Decani Confluentini. Coloniæ in 8vo 1567.*

10. *Scholia in fenestellam de Sacerdotiis & Magistratibus Romanis. Coloniæ in 8vo apud Eucharium Cervicornum 1539.*

Wassenbergii Embricæ.

MATTHIAS CAMPHAUSEN Dusseldorpii Metropoli Ducatûs Montensis nascitur anno 1636 16. Augusti. Post absoluta Coloniæ Agrippinæ studia Philosophica Societati JESU anno 1653. 27. Martii, & Professorum quatuor votis Ordini anno 1670. 15. Augusti Novesii adscriptus fuit, Emensis scholarum inferiorum spatiis sublimiori cathedræ addictus fuisset, nisi mira in dicendo facilitas permovisset Superiores, ut verbo divino prædicando addiceretur. Quam Provinciam ut lubens accepit, ità magno cum plausu Paderbornæ, Coloniæ & Dusseldorpii in Ecclesiis nostris Monasterii Westphalorum in Cathedrali annos quatuordecim constante famâ ornavit, nec nisi obedientiæ nutu senio propior officio abiit. Vox in corpore non magno robusta, latera firma, gestus decorus, motus corporis vivacior dubites an gravior. Vultus pallore suffusus, & nescio quid sanctimoniæ spirans, oratio sedulo labore expolita, & longioris orationis subsidio animata. Orationi vita simillima erat. Temporis parcissimus, quidquid supererat ab dictione sacra conficienda, orationi aut vocali aut interiori impendebat. Colloquia, si qua adiaphora ad tempus tolerare cogeretur, dextrè eadem ad DEUM & divina deflectebat. Succesit pro more divinæ providentiæ actioni fortium patientia adversorum. Immissam longam ac difficilem ægritudinem vix ullo suspirio impatienti proditam gangræna demum finivit inter adstantium collegarum preces, quibus attentus ipse, & jam dissolvi cupiens cum Paulo vivendi finem fecit 18. Septembris anno 1703. Dusseldorpii. Scripsit *Subsidium Quadragesimale*, cujus titulus:

Passio Domini nostri JESU Christi adumbrata in figuris & prophetiis antiquæ legis, prout a SS. Patribus & sacræ Scripturæ Interpretibus explicantur & applicantur, collecta pro Quadragesimali subsidio Concionatorum & Ascetarum ad annos duodecim, addito subsidio Paschali consecrata Verbo incarnato, passo, crucifixo, mortuo, ejusq; Virgini Matri dolorosæ à R. P. Matthia Camphausen. Coloniæ apud Wilhelmum Metternich anno 1704. Constat duabus partibus. Prior paginis 397, posterior 452. in 4to.

Ex annuis Collegii Dusseldani S. J.

MATTHIAS de COLONIA Parisiensis Doctor, & ignotæ Sedis Episcopus, scriptis eruditè libris clarus, obiit Bruxellis anno 1350. Ità *Ægidius Gelenius agens de Episcopis assumptis ex Carmelo Coloniensi.* In antiquis Provinciæ Alemanniæ inferioris libris hæc de illo memorantur: " Anno 1317. redux ex studio Parisiensi " factus est Lector Coloniæ. Anno 1321. in- " terfuit Capitulo Generali in Monte Pessulano " Socius Provincialis; deinde rursus mittitur Pa- " risios, ubi acceptis Baccalaureatûs insigniis sa- " cra Biblia interpretatus est, ac annuè à Pro- " vincia accepit 300. grossos. Anno 1325. tur- " sus Lector Coloniæ. Anno 1326. & sequen- " tibus Prior & Lector Bruxellensis, & secundò " Provinciæ Definitor. Circa annum 1330. ite- " rum vadit Parisios, & sumptâ laureâ docto- " rali redux in Provinciam, ab anno 1333. us- " que ad annum 1344. est Regens in Conven- " tu Bruxellensi, & iteratò Provinciæ Definitor. " Nec ultra ipsius fit mentio. Unde tunc præ- " sumitur ad Pontificalem dignitatem assumptus. Obiit anno 1359. Bruxellæ sepultus. In tumultu Belgico circa annum 1578. tam hujus Episcopi

scopi Matthiæ, quàm plurium aliorum virorum illustrium lapides sepulchrales & epitaphia sublata, confracta & diruta ab Iconoclastis Genſiis fuêre; & ista ex præfatis antiquis libris. De scriptis ejus ajunt *Possevinus in apparatu, Franciscus Swertius in Athenis Belgicis, & ante eos Authores Bibliothecæ Tigurinæ. Gesnerus in Biblioth. ait,* Scripsit

Sermones ad populum, Lib. 1. & alia.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvii Carmelitarum Provincialis.

MATTHIAS KRAMER Colonienſis, variarum linguarum peritissimus, eaſdem Norimbergæ multis annis docuit, Occidentalium linguarum Professor per annos quinquaginta, Societatis Regiæ Borussicæ consors. Scripsit

1. *Grammaticam & Dictionarium Francicum.*

2. *Grammaticam & Dictionarium Hispanicum.*

3. *Grammaticam & Dictionarium Germanici superioris idiomatis.*

4. *Matthiæ Kramers vollständige Italiänische Grammatica*, das ist, *Töscanisch-Römische Sprach-Lehre Zuveyte Edition Nürnberg in Verlegung Moritz Endler pp. 294 1689. Tertia 1694 ibidem, quam promiserat ultimam perfectissimam, sed mutato consilio edidit 1709 hanc perfectiorem.*

La Grammatica reale Toscano-Romana del Signor Matthia Kramero, terza edizione. Matthiæ Kramers gröſſere Italiänische Grammatica, oder ausführliche Töscanisch-Romanische Sprach-Lehre für die Teutsche Nation, dritte Edition. Nürnberg bey Wolffgang Moritz Endler 1694. in octavo pag. 616.

Matthiæ Kramers neu-ausgeführte Grammatica Italica ornata, das ist, *zierlich Italianische Sprach-Lehre. in 8vo ibid. pp. 213.*

6. *Il nuovo parlamento ſive dialoghetti Italiano-Tedeschi*, das ist, *Italiänisch Teutsch Gespräch vormahls in Frantzösischer und Engelländischer Sprach von Claudio Meyer jetzt verteutscht aus Welsch getragt von Matthia Kramer. Nürnberg in Verlegung Johan Hoffmans und Engelbert Streckt in 8vo. Pars 1. pp. 176 Pars 2 pp. 176.*

7. *Matthiæ Kramers einig und allein grund-richtig vollkommene Töscanisch oder Romanisch-Italiänische Grammatica reale congrua, ornata. Nürnberg in Verlegung Wolffgang Moritz Endlers, gedruckt bey Johan Ernst Adelbulner 1709 in 8vo pp 754. Eadem denuò 1738. Norimbergæ excusa fuit.*

8. *Matthiæ Kramers auserlesene Kauffmanns-Brief Frantzösisch und Teutsch. in 8vo Nürnberg 1720.*

9. *Matthiæ Kramers Banco-Secretarius oder Kauffmanschafft Correspondens Status Italiänisch und Teutsch. in 8vo Nürnberg 1704.*

10. *Devotissimi inalzamenti del cuore à Dio parte prima datti in luce à Domino Matthia Kramero. Norimbergæ in 8vo apud Andream Endler 1695.*

11. *La scala di Jacob di devotissimi inalzamenti del cuore parte secunda in 8vo apud eundem Norimb. 1695.*

12. *Matthiæ Kramers Neder-hoog-Duitsch, en Hoog-neder-Duitsch Worde-Boeck eerste Deel. Matthia Kramers Königliches Nieder-Hoch Teutsch- und Hoch-Nider-Teutsches Wörter-Buch erster Theil 1719. in folio Norimbergæ sumptibus Authoris. Dicatus est liber Statibus Batavicæ Reipublicæ à Joanne Matthia Kramer filio Matthiæ tum 79 annorum, cùm hoc opus scriberet.*

Pars I. Batavo-Germanica continet pag. 548, singulæ tribus columnis distinctæ.

Pars II. Germano-Batava pag. 291. ibidem in tres columnas divisas.

13. *Grand Dictionaire Royall, Radical, Etymologique, Synonymique, Phraseologique & Syntactique François-Allemand & Allemand-François, fünff Bänd in folio.*

MATTHIAS CREMERIUS natus apud Aquas-Grani. In Universitate Colonienſi Decanus Facultatis artium electus fuit anno 1510 ultimo semestri, itémque ultimo semestri anni 1516. Ss. Theologiæ Doctor, & Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ sancti Andreæ fuit. Gymnasii Montani regimen adiit vi testamentariæ dispositionis Valentini Engelard à Geldersheim Diœcesis Herbipolensis oppidulo nati, Canonici Colonienſis Metropolitici Presbyteri, & denati die 4. Martii anno 1526, eidémque præfuit ad diem 12. Novembris anni 1557, quo obiit, & vi testamentariæ dispositionis successorem instituit Geraldum Mathisium, de quo suo loco. Rector Magnificus electus fuit 1533. 28. Junii.

Pantaleon in sua Prosopographia narrat p. 395. partis tertiæ: Matthiam se Buceri conatibus opposuisse, & libro edito 1553. (errat 1543) doctrinam ejus reprehendisse, & Catholicam religionem multis argumentis defendisse fatetur, unde suis conatibus omnibus innotuisse virum, & magnam sibi nominis famam conciliâsse. Alius Pantaleonis error est, quòd *in Montano Gymnasio Professor sacrarum literarum institutus fuerit:* etsi tum temporis extra scholam Theologicam literæ sacræ docerentur, uti venerandus Petrus Canisius in aula publica Theologica & in Gymnasio Montano eaſdem eodem tempore explicavit; non tamen ob functionem Theologicam, sed ob regundas scholas Philosophicas & artium Regens dicti Gymnasii ab antecessore nuncupatus & constitutus fuit.

Eruditissimi viri Quetif & Echard, qui *Scriptores Dominicanos* enumerârunt, dubitant, an hic idem sit cum *Matthia Zittardo* infra enumerando, & indigenarum opem exposcunt. Nobis comperta res est, hunc regulari familiæ adscriptum non fuisse, adeóque diversum esse à *Zittardo*, quos & *Panthaleon* in sua Prosopographia accuratè olim distinxerat. Obiit hic noster 1557. Ille Dominicanus diu supervixit, & scripsit usque ad 1571, quo obiit. Scripsit

1. *Assertionem Catholicam contra Lutherum in quarto editam, typo Melchioris Novesiani, ut refert Valerius Andreas Desselius*

2. *Christlich Bericht, vvaruff zu grundfestigen, der standhafftig vvill bleiben in dem uffrechtigen Christen Glauben, mit Widerlegung der principalster Articulen der verfertigten Lehr Martini Bucers, im Buch zu Bonn ausgegangen durch Matthiam von Aach der heiligen Schrifft Licentiaten,*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dicatus liber dem würdigen hochgelehrten Herrn Bernardo von Hagen, der Rechten Doctori, Probst der Collegiat-Kirchen zu Sanct Andreen, Priester, Canonichen des Thum-Stiffts und Cantzlern unseres gnädigsten Herrn Ertz-Bischoffs zu Cöllen MDXLIII.

3. *Christiana ac pia de Catholicæ fidei regula assertio, cum dilucida perniciosorum, præcipuè hujus calamitosissimi sæculi dogmatum confutatione per Matthiam Aquensem Ss. Theol. Licentiatum. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1556. in 8vo libri duo pp. 316.* Primo libro errores sui sæculi universim à Luthero, Erasmo & sociis excitatos confutat; altero Buceri; ubique docto, erudito & Latino imprimis stilo. In præfatione fatetur, se hunc libellum Germanicè ante aliquot annos edidisse. Latinum porrò nunc cum auctario feciſſe tum rogatu amicorum distractis Germanicis exemplaribus, tum ut æmulorum ac invidorum ora & calumnias obturaret.

MATTHIAS DALENSIS sancti Martini Coloniæ, Ordinis sancti Benedicti, Congregationis Bursfeldensis Professus, compilavit 1555.

Volumen quoddam continens varias sententias, aphorismos textúsque notabiles à Ss. Patribus aliísque Scriptoribus asceticis MS. in cod. sig. B. 24.

Ex Commentariis D. Oliv. Legipont.

MATTHIAS HEIMBACH natus est Euskirchii, oppido Juliæ, anno 1666. die 19. Martii. Societatem JESU ingressus, post absoluta in Gymnasio Tricorooato studia Philosophica anno 1685. die 21. Julii. Professionem emisit anno 1699. festo assumptæ Virginis in domo Geistana. Anno 1723. Philosophiam Coloniæ docuit. Fuit Missionarius in Castris & Dresdæ in Sacello Regio Concionator in Metropolitanis Ecclesiis Trevirensi & Colonienſi, & in Capitolio B. M. V. Coloniæ Collegiata illustri Ecclesia. Scripsit

Philosophiam hoc titulo: Florilegium argumentorum, sive ars practica inveniendi medium. Typis Servatii Noethen Coloniæ anno 1703. Recusa est apud eundem 1708, & 1724. tertio prælo commissa: hoc demum anno, quarto.

Praxin Catecheticam in omnia doctrinæ Christianæ capita, quæ ternis vicibus impressa est idiomate Latino apud Henricum Rommerskirchen. Prima 1708, secunda 1711, tertia 1719, item binâ vice in lingua Germanica apud Servatium Noethen Coloniæ 1712. & 1723.

Carmen Syncharisticum, cujus titulus: Lætare perpetuum sinè nube tristitiæ, Illustrissimo & Reverendissimo Joanni Hugoni à Gaertz oblatum, quando Dominicâ Lætare Pontificali honore fuit insignitus nominatus Episcopus Dorilensis & Suffraganeus Osnabrugensis. anno 1715. typo Francisci Krabben Confluentiæ in folio pp. 14.

Manuductionem dialecticam bis recusam ab Henrico Rommerskirchen. Primùm 1706. & 2dò 1713.

Neue Schaubühne des Tods, das ist, Leich- und Lehr-Predigen aus den Kern-Sprüchen der H. Schrifft und Kirchen-Vättern, zum Lob der Todten und Unterweisung der Lebendigen. in 4to typis Servatii Noethen 1716. anjetzo in der zweyten Druck vermehrt, sumptibus Nepotis, begreifft in sich 6. Alphabeten.

Rhetoricam Christianam idiomate Latino per omnes Dominicas totius anni perorantem. Treviris apud Jacobum Reulandt 1720. Editio 2da ejusdem multis locis emendata & aucta Coloniæ typo von Cöllen & Huisch 1730. pp. 997. Dicatus liber Serenissimo & Reverendissimo Principi Mauritio Adolpho Saxoniæ Duci.

Partem festivalem Rhetoricæ Christianæ secundò editam Coloniæ eodem typo 1730. pp. 774.

Verbum DEI purum in duobus tomis Germanicè exhibens conciones in Dominicas & festa. Coloniæ apud Wilhelmum Metternich 1721.

Catechismum in cathedram concionatoriam elevatum idiomate Latino in duobus tomis. Coloniæ apud Joannem Wilhelmum Huisch 1729. Primus Tomus pp. 776. Tomus 2dus 1723. pp. 940.

MATTHIAS à S. JOSEPH vocatus in sæculo ENGELBERTUS BENDER, natus in Erpel prope Lincium ad Rhenum anno 1690. Professus in Conventu Colonienſi Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo, 1709. quondam per plurimos annos sacræ Theologiæ Lector, obiit Herbipoli 1741. 29. Januarii. Hic Pater in manuscriptis reliquit diversa doctissima opuscula. Titulus primi est:

1. *Annus anagogicus sive rythmi sacri, quibus præcipua veteris Testamenti, & fere omnes sancti Evangelii historiæ brevissimè proponuntur, & tam tropologicè, quàm allegoricè exponuntur nomina Patrum, ex quibus Christus Deus secundùm carnem descendit, item aliorum tum locorum, tum personarum accommodatè ad Christum, & ad mores interpretantur, bona ad æternam vitam consequendam sive necessaria sive utilia postulantur; mala denique tam culpæ, quàm pœnæ deprecantur, per singulos anni dies distributi, & quotidianæ tam matutinæ, quàm vespertinæ meditationi in gratiam Ascetarum, Concionatorum, & Sacræ Scripturæ studiosorum ordinate propositi.*

2. *Secundi opusculi titulus: Monotessaron Evangelicum, in quo mysteria Nativitatis, vitæ, &c. Christi usque ad missionem Spiritus sancti secundùm ordinem, quo singula gesta vel dicta sunt, proponuntur; insuper & textus sacræ Scripturæ in speciem contrarii concordantur.*

3. *Tertii opusculi titulus: Annus anagogicus seu Adventuale, in quo anima amori desita adventum dulcissimi pueri JESU anxiè præstolatur, eúmque variis titulis nominibúsque, ut in se spiritualiter nasci dignetur, invitat.*

MATTHIAS KEUL Tulperensis, Fratrum Minorum Recollectorum Ordinem adiit. Definitor Provinciæ & Ecclesiastes Coloniæ erat 1691. Guardianus Aquisgrani & Theologiæ Lector emeritus 1695. Prodiêrunt ejus operâ in lucem

1. *Rosetum Seraphicum continens rosas antiquiores & micantiores ex omnibus operibus Seraphici Ecclesiæ Doctoris S. Bonaventuræ, studio & labore F. Matthiæ Keul Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum, & S. Theologiæ Lectoris*

Lectoris emeriti. Coloniæ apud Servatium Noethen 1701. in 8vo pp. 560.

Echo trinaria. in 4to sex volumina pp. 421. apud Servatium Noethen 1691.

2. Tractatus & discursus sacri morales prædicabiles, sive scientia Sanctorum, complectens & demonstrans homini Christiano & salutis suæ amanti principia, fundamenta & apicem vitæ Christianæ tradita & communicata à P. Matthia Keul, Seraphici Ordinis S. Francisci Sacerdote, & Provincia Colonienſis sacræ Theologiæ Lectore emerito Aquisgrani, sumptibus Arnoldi Metternich Bibliopolæ in 4to pp. 255. citra indicem 1695. Additus eodem Typographo ejusdem Autoris Matthiæ Keul Tractatus secundus de cognitione sui discursibus XXIII. in 4to pp. 199. ibid. Dicatus est liber Michaeli Keul Abbati Steinfeldensi fratri germano Autoris.

3. Vox clamantis in deserto, hoc est, Conciones panegyricæ in festa Sanctorum, Authore Matthiâ Keul, Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum, Ss. Theologiæ Lectore & Ecclesiastâ, Sanctorale tertium. Coloniæ sumptibus Hermanni Demen 1686. in 4to.

MATTHIAS KINCKIUS Frater Typographi Colonienſis celebris Joannis Kinckii, juris utriusque Licentiatus, Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Crucis Hildesii. Scripsit

Directorium Sacerdotale, continens ritus ac regulas Missam Romano more devotè celebrandi & ministrandi, additis piis exercitiis & brevibus meditatiunculis ante & post sacrum ex R. P. Ludovico de Ponte & R. P. Jacobo Alvarez, curâ R. D. Matthiæ Kinckii J. U. L. in 16to apud Joannem Kinckium 1627. pp. 432. Directorium est Georgii Metzleri, additamentum Kinckii.

P. MATTHIAS MEER ex Holtzweiler Julias natus 1664. 17. Septembris, Societatem JESU ingressus est anno 1686. 7. Maji, quatuor vota Essendiæ professus anno 1700. 5. Augusti, regularum & votorum Observator strenuus & constans, zelum suum annis ferè duodecim in missionibus, in excipiendis confessionibus, adeundis ægris, instituendis rudibus, peccatoribus ad frugem, Hæreticis ad orthodoxam fidem convertendis indefessò studio exercuit. Et postquam multis annis exhaustæ enervatæque valetudinis incommoda, magnósque tum herniæ, tum calculi dolores tali patientiâ toleràssset, quali tenue ac parvum ipsius corpusculum Medici judicio par non fuisset, nisi spiritus ingentes vires suppeditàssent; tandem octogenarius Sacramentis munitus, Treviris piè obiit 1743. 14. Aprilis. Scripsit

Librum, cujus titulus: *Het Duyfken in de steen rusie*, Belgicè editum à Patre Adriano Poirters S. J. vertit Germanicè cum rythmis. Datus erat liber hic ad censuram, interea mortuus.

Marianische Richtschnur der hochlöblicher Bruderschafft deren so wohl geist- als weltlichen in der heiligen Ehe und ledigen Stand lebenden Manns-Personen bey den Priestern der Gesellschafft JEsu. Cöllen bey Johan Engelert 1727. in 12mo pp. 208.

MATTHIAS PFLEUMER Vicarius in Kalten-Reiffenscheidt, subin Patochus in Zinsheim pago in Eifflia sito, vir pietate insignis, & zelosissimus ac indefessus Observator Congregationum Parochialium, intrà quas conscientiæ casus resolvuntur. Corpus ejus biennio à morte, dum templi pavimentum reparatur, integrum repertum esse rumor est. Ab eodem scripta

Kleine Dorff Bibliotheca edita Coloniæ, & approbata à Censore ordinario Cornelio Brewer. 18. Augusti 1711. in 12mo pp. 259. Coloniæ apud Joan. Alstorff 1721.

MATTHIAS PUTZIUS Marcoduro Juliacensis Ducatûs oppido (*non in Belgio, ut errat Sotuellus*) natus sub Diœcesi Colonienſi, anno salutis 1586. 4. Martii Societati JESU nomen dedit, atque in ea Rhetoricam & literas manſuetiores docuit. Ferdinandi Ducis Bavari cum Fratre Philippo 1590. Coloniam appulsi, & Serenissimi Guilielmi Patris jussu in disciplinam scholasticam Societatis JESU traditi Institutor & Magister fuit; sed immaturâ morte die 22. Februarii 1595. Moguntiæ obiit phthisi. Juvenis fuit ingenio eximio. Vertit ex Italico

Guilielmi Baldesani Theologi & Canonici Taurinensis librum (stimuli virtutum) in Latinum idioma Moguntiæ, quem Germanicum fecit Valentinus Leuchtius Canonicus Francofordensis 1598, & Coloniæ typographiâ Arnoldi Mylii excudi fecit eo anno in 8vo pp. 871.

Etiam ex Italico Latinum fecit librum

Vincentii Bruni de B. Virgine.

Ejusdem meditationes de passione Domini, quas tacito nomine posthumas edidit Henricus, Matthiæ frater.

MATTHIAS QUADUS ex Kinckelbach Palatinus (quis *Valer. Andreæ* seduxerit, ut hunc Quadum scripserit Juliacensem, & quidem ex illustri sanguine Baronum de Wickeradt, nescio) Civis Colonienſis Urbis Imperialis, Gælator, Sculptor, Chalcographus, Geographus, Historicus, idem Poëta & bene Latinè eruditus, ùt constat ex præfationibus, inductionibus, descriptionibus & epigrammatibus. Videtur addictus fuisse sectæ Protestantium. Scripsit

1. *Compendium universi complectens geographicarum descriptionum ex optimis veteribus aut ævi hujus Scriptoribus per Matthiam Quadum Sculptorem Lib. V. in 12mo Coloniæ 1600. sumptibus Wilhelmi Lutzenkirchen pp. 714. dicati Lothario Trevirorum Electori.*

2. *Geographisches Hand-Buch, in welchem die Gelegenheit vornehmster Landschafften des gantzen Erdbodems in zwey und achtzig in Kupffer geschnittenen Taffelen fürgebildet, mit beygefügter nothwendigen Beschreibung und Auslegung derselben, zugerichtet durch Matthiam Quaden Kupfferschneider. Cölln am Rhein bey Johan Buxenmacher Kunstdrucker auff St. Maximinen Strass daselbst in fol. Dedicat librum Joannes Buxenmacher Hieronymo von Krebs ju-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ris Doctori. Videtur alia impressio ejusdem libri Quadi anno 1600.

3. Memorabilia mundi, das ist, von nahmhafften und denckwürdigen Sachen der Welt. Zwey Theil. Im ersten Theil von den vornehmsten Männeren und Weiberen. Im zweyten von etlichen vornehmsten Wercken der Welt, aus der Antiquität zusammen gezogen, und in ein Hand-Büchlein verfasset durch Matheis Quaden Kupfferschneider, gedruckt zu Cöllen durch Wilhelm Lutzenkirchen 160[illegible]. in 8vo pp. 272.

4. Fasciculus geographicus complectens præcipuarum totius orbis regionum tabulas circiter centum, unà cum earundem enarrationibus in ordinem hunc compendiosum redactus per Matthiam Quadum Sculptorem. Cöllen am Rhein bey Johan Buxenmacher Kunstdrucker auff St. Maximinen-Strass 1608. in folio pp. 92. Dicatur liber Hermanno Cran J. U. Doctori, Advocato apud Cameram Spirensem à Joanne Bussemacher Cive & Econopola Colonienſi.

5. Teutscher Nation Herrlichkeit, eine ausführliche Beschreibung vom gegenwärtigen alten und uhralten Stand Germaniæ, nemblich ihr erstes Auffkommen, Zunehmen, und jetzige Gelegenheit der Regierung und Herrschung Städt-Policey, auch etlicher fürnehmer Personen durch Mattheis Quaden von Kinckelbach. Cöllen in Verlegung Wilhelmi Lutzenkirchen 1609. in 4. pp. 460. Dicatur liber Friderico Palatino, cujus se Quadus fatetur subditum.

MATTHIAS SARBURG Germanus, Ordinem S. Francisci ingressus in Provincia Colonienſi, scripsit Metro Latino

Defensionem & triumphum arcis oppidique Lechnienſis. Coloniæ typis Gisberti Clementis anno 1643.

Thesaurum Confraternitatis Chordæ per Patres Aquenses. ibidem apud Petrum Brachel anno 1650.

Wadingus Scriptores Ord. Minor.

MATTHIAS ZITTARDUS Aquisgrani (apud Belgas *scribit Panthaleo errore ordinario*) natus, & optimè educatus fuit. Orimndus autem ex oppido Sittard Ducatûs Juliacensis tribus horis ab Aquisgrani dissito. Cùm artium & linguarum rudimenta percepisset, ad varias Academias profectus, Patrum & sacrarum literarum lectioni incubuit, suisque vigiliis id effecit, ut Ss. Theologiæ Doctor crearetur; ad hanc eruditionem vitæ integritatem & rarum facundiam conjunxerat. Quâ auditâ Ferdinandus Imperator cum liberali stipendio proposito ad se vocavit, & aulæ Concionatorem constituit, ubi Matthias sacras literas magnâ diligentiâ è cathedra exposuit, & Aulicorum vitia & mores magno zelo reprehendit. Imprimis verò confirmavit doctrinam Catholicorum, & adversatiis se fortiter opposuit; unde Cæsari gratissimus fuit & suis. Anno 1562. cùm Maximilianus Ferdinandi Augusti Frater Francofurti Cæsar eligeretur, vocationi suæ inhærens adfuit, & ob naturalem eloquentiam omnibus innotuit. Addit Gretzerus noster ab arcanis conscientiæ & Confessarium Augusti fuisse. Sancti Dominici institutum professus est Aquisgrani, quod *Panthaleo & Eisengreinius, & Simlerus & Possevinus* non dixerunt vel ex ignorantia, vel ex vitio Hæreticorum familiari; at *Valerius Andreas, Desselius*, & Acta Capituli Generalis Bononienſis anno 1564. coacti testantur. *An Zittardus idem fuerit, qui Matthias Aquensis, vide in Matthia Cremerio.* Obiisse volunt Bibliothecographi Dominicani Zittardum anno 1571. Cratepolius, qui anno 1564. Zittardum obiisse narrat, videtur iterum confundere annum obitûs Cremerii eo cum anno, quo mortuus Zittardus. Hujus libri scripti sunt sequentes:

Latina concio de supplicatione seu processione cum gestatione sacrosanctæ Eucharistiæ. Venetiis 1567.

Preces Catholicæ ad Evangelia & Epistolas dierum Dominicorum & festorum accommodatæ. Coloniæ Germanicè 1569.

Homiliæ seu conciones viginti septem in priorem Epistolam Joannis Apostoli, in aula Ferdinandi Cæsaris habitæ Germanicè 1571.

Auslegung der ersten Catholischen Epistel St. Joannis. Coloniæ in folio.

Duæ conciones funebres in exequiis Ferdinandi I. Cæsaris pronuntiatæ Germanicè 1564. Additæ sunt homiliis.

MAURITIUS SCHREMBGEN Ordinem Fratrum Minorum Recollectorum adiit in Provincia Colonienſi, ejusdem Theologiæ Lector emeritus & Guardianus, ac demum Provinciæ Definitor merito suo creatus. Edidit

Tyrocinium Seraphicum, sive rudimenta veræ devotionis atque Evangelicæ perfectionis absolutissima, quibus in calce accedit Theologiæ mysticæ naturalis summa utilissima, compilata per Mauritium Schrembgen, Ordinis Seraphici Fratrum Minorum Recollectorum Provinciæ Colonienſis Sacerdotem Theologum. Typo Thomæ & Henrici Theodori von Cöllen 1717. Coloniæ in 12mo pp. 642.

MAXIMILIANUS SANDÆUS van dem Zande, natione Belga, Amsterodami Hollandorum Emporio nascitur anno 1578. 18vâ Aprilis. Groningæ Frisiorum rudimentis linguarum, & humanioribus musis Coloniæ Ubiorum in Convictu & Gymnasio Tricoronato Philosophiæ operam dedit, magisterii laureâ insignitus, quinto Nonas Martias 1597. Promotore P. Conrado Ratingio. Mussiponti aliquantum progressus in Jurisprudentia, revocatur Coloniam ob mortem Patris. Dein lustratis Italiæ celebrioribus Academiis afflatu DEI & stimulis interioribus, quibus (quod suâ ipse manu adnotavit) recalcitrare non potuit. Mundo valedixit, & à P. Claudio admissus ad Societatem JESU, postridie præsentatæ Virginis Mariæ tirocinium ingressus est. Ex hujus carceribus egressus, decurrit studium Theologicum sub Collegii Romani celeberrimis Doctoribus, & inter hos Mutio Vitellesco. Metæ proximus thesibus typo vulgatis universam propugnavit. Sacerdos creatus Perii Campaniæ tertium probationis annum sub P. Rosignolio transegit. Unde redditus Provinciæ Rhenanæ Herbipoli Philosophica & Theologica

logica docuit. Sacræ Facultatis Magister renuntiatus, concionem sacram Latinam ad Academicos cum scholastica cathedra conjunxit. Bambergæ anno 1615. quatuor vota professus, Moguntiæ divinas literas interpretatus, denuò Herbipolensibus datus, præfecturam Seminarii ad reliqua consueta munia adjectam vidit. Suecis an. 1631. Franconiam invadentibus Coloniam exul devenit, ubi reliquam vitam magno Academicorum Sodalium bono degit: nam Latinas dictiones in Gymnasio Tricoronato & sodalitium majus ad extremum usque senium regundum suscepit, fecitque zelo suo parthenio, ut complures sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Electores, Nuntii Apostolici, Principes & illustres viri albo Mariano ultrò nomina sua inscriberent. Hanc spartam suam nempè dilectissimam, cùm interim charitatem plurimis impertiret, vocirabat. Mutio Vitelleſco Præposito Generali defuncto Elector à Provincia sua Romam ablegatur, & Congregationi VIII. interest. Vir erat acri judicio, variæ & omnigenæ literaturæ, infinitæ lectionis & scriptionis, silentii & quietis studiosus, temporis parcissimus, id ipsum, quod à refecto corpore piis colloquiis Societas indulget, studiis aut precibus impendebat. Accuratissimâ victûs diætâ ad 78vum ætatis annum citra morbum ullum progressus, & jam scipione nixus, non desinebat obvios quosque viros & pueros in pœnitentium tribunali verbo salutis inflammare ad cælestia. Tertiâ matutinâ somnum abrumpebat, post quartam ad aram facere solitus, reliquas diei particulas omnes utilissimè & sanctissimè dispensabat. Triennio ante mortem memoriam, quâ eximiâ valuerat, tantùm non amisit, fractus vi concatenatorum & duplicatorum laborum. Quare volvendo rosario & piis affectibus tempus fallebat, quos inter feriâ sextâ horâ duodecimâ anno 1657. 4. Junii exosculatus Crucifixi sui servum suum hoc solatio remunerantis iconem vivere desiit. Scripsit plura, quàm edidit; edidit verò minimum tot opera, quot annos vixit, 78.

Opusculum Theologicum de omnipotentia essentiali DEI facta hoc tempore litigiosa inter Calvinistas Hollandiæ. Herbipoli typis Conradi Schvvindlauff 1616.

Opus Theologicum de libro vitæ, mortis, monumenti, quorum quilibet celebratur in S. Scriptura. Herbipoli typis ejusdem 1616.

Epistola ad amicum Italum de dissidio Protestantium Hollandorum in negotio religionis. Herbipoli typis ejusdem 1617.

Castigatio conscientiæ Jesuiticæ cauteriatæ confictæ in Hollandia ad Principem Orangiæ Mauritium Comitem Nassoviæ, ibidem typo ejusdem 1617.

Libellus de Jubilæo Lutherano contra themа sæculare, in quo rationes explicantur, ob quas deferendam probatur Synagogam malignantium Sectariorum. Moguntiæ apud Joannem Albinum 1618.

Demonstratio ad controversias Hollandicas prodroma, quòd in fide Protestantium Hollandorum non sit salus, ad ordines Hollandiæ. Herbipoli apud Stephanum Fleischmannum 1618.

Libellus de donario cordis Episcopi Herbipolensis Julii Franciæ Orientalis Ducis titulo: Commentatio Academica Latinè & Germanicè. ibid. typo ejusdem 1618.

Disceptatio Theologico-Politica de Rege Romanorum. ibid. typo ejusdem 1618.

Libri IV. controversiarum Hollandicarum titulo: Hydrus Hollandicus. ibid. typo ejusdem & Joannis Volmari 1618. & 19.

Admonitio de cauteriata Jesuitarum conscientia ad Examinatorem castigationis Sandæanæ Hollandum Calvinistam. Herbipoli typis Joan. Volmari 1619.

Libri tres de hyperbole Jesuitica, & castigatio prodigæ Jesuitarum liberalitatis in vocibus universalibus confictæ in Hollandia à Calvinista Batavo. Moguntiæ typis Joan. Albini 1619.

Liber unus convenientiæ ac differentiæ in doctrina de prædestinatione Catholicorum, Gomaristarum, & Arminianorum seu Calvinistarum Hollandiæ titulo: Anacephalæosis doctrinæ de prædestinatione, Latinè & Germanicè. Herbipoli typo Stephani Fleischmanni 1619.

Liber considerationum septemdecim de Synodi Dordrechtanæ in Hollandia celebratæ emolumentis, ad fidem Catholicam stabiliendam. Herbipoli typis Joannis Volmari 1620.

Volumen Commentationum Academicarum, in quo, quantum obfuerit sinceritati fidei, literarum superbè sapientium profanitas ostenditur in omnibus penè religionis controversiis, contra Erasmum, Scaligerum, Drusium, Casaubonum, similesque nostri temporis Grammaticos. Titulo: Grammaticus profanus. Herbipoli typis Joannis Volmari 1621.

Libellus de Jubilæo Clericali Canonicorum in Germania usitato. Bambergæ apud Augustinum Brinesium 1624.

Libri tres de morte, in quibus symbola mortis centum & quadraginta quinque commentationibus Theologicis ad mores accommodatis illustrantur, ad Clerum Moguntinensem. Titulo: Plato Christianus. Moguntiæ sumptibus Hermanni Mylii, typis Hermanni Meresii 1624.

Libri quatuor Theologiæ variæ, quibus Theologiæ tum profanæ, tum sacræ ortus, progressiones, partitio multiplex, notiones, & utriusque arcana ac imagines disquiruntur & repræsentantur. Titulo: Theologia varia. Moguntiæ sumptibus Hermanni Mylii, typis Hermanni Meresii 1624.

Libri sex Theologiæ symbolicæ, in quibus doctrina de DEO divinisque symbolo involuta, deindèque explicata traditur, & symbolica disciplina ad artis methodum revocatur. Titulo: Theologia symbolica. Moguntiæ apud Joan. Theobaldum Schowvetter 1626.

Libellus de vita, in quo symbola vitæ humanæ 127 notulis Theologicis explicantur. Fran-

cofurti apud Joannem Theobaldum Schonvvetter 1627.

Libri sex Theologiæ Juridicæ, in quibus materia omnis de contractibus humanis ex jure tùm Pontificio, tum Cæsareo Evangeliis Dominicalibus accommodatur, ex iisque similis obligatio inter DEUM ac hominem ad virtutem colendam stabilitur. Titulo: Theologia Juridica, Jurisconsultus Christianus. Moguntiæ apud Joan. Theobaldum Schonvvetter 1629.

Libellus de mundo fallaci, in quo decem commentationibus Theologicis in variâ materia mundi fallacia detegitur, & quomodo cavenda sit, disseritur. Moguntiæ impensis Joannis Theobaldi Schonvvetter 1631.

Libri tres Theologiæ Medicæ, in quibus Principis quâ Ecclesiastici, quâ Politici officia exemplo Medici declarantur, & de morbis à Christo humani generis Archiatro sanatis, eorumque remediis ad mores accommodatè disseritur. Titulo: Theologia Medica. Medicus Christianus. Coloniæ apud Stephanum Breyelium 1645.

Libellus de Constantia Colonienſi in asserendâ Religione Catholica à S. Materno ad præsentem diem. Titulo: Elogium Constantiæ Colonienſis. Coloniæ apud Stephanum Breyelium 1635.

Libelli thesium diversarum ex Philosophia & Theologia. Herbipoli & Moguntiæ.

Aviarium Marianum. Orationes VII ad Sodales B. Virginis in festivitatibus Deiparæ habitæ, desumptâ materiâ à sex avibus Virginis symbolis, nimirum Columbâ, Luscinià, Cygno, Gallinâ, Phœnice, Pavone, & hac tum in Purificatione, tum in Annuntiatione. Francofurti typis Joannis Theobaldi Schonvvetter 1627.

Maria Flos mysticus. Orationes sex ad Sodales in festivitatibus Deiparæ habitæ, desumptâ materiâ à floribus & plantulâ Virginis symbolis, nimirum: Rosâ, Lilio, Violâ, Heliotropio, Hyacintho, Oleâ. Moguntiæ apud God. Schonvvetter 1629.

Maria Patrona. Orationes sex ad Sodales in festivitatibus Deiparæ habitæ de patrocinio Mariano in omni rerum genere, in quibus disseritur de Virgine, quatenus est Salus infirmorum, Idea perfectionis, Vellus Gedeonis, Patrona viatorum, Patrona indigentium, condens testamentum omnibus proficuum, Advocata universalis. Moguntiæ impensis Theobaldi Schonvvetteri anno 163 .

Maria Gemma mystica. Orationes sex ad Sodales in festivitatibus habitæ, desumptâ materiâ ex gemmis Virginis symbolis. scilicet Jaspide, Carbunculo, Smaragdo, Achate, Sapphyro, Margaritâ. Moguntiæ impensis Joannis Theobaldi Schonvvetteri 1631.

Maria Luna mystica. Orationes sex ad Sodales in festivitatibus B. M. V. habitæ, desumptâ materiâ à Luna, quæ varia Virginem secundùm diversa mysteria repræsentat, nimirum nova Luna, eclipsata, plena, festinans ac modulans, Dominatrix, Bellatrix. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1634.

Libellus de modo dedicandi se Deiparæ in mancipium, eámque mancipii instar colendi. Titulo: Mariæ creaturarum Dominæ mancipium, Latinè & Germanicè. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1634.

Libellus de oratione Dominica piè & affectuosè recitanda, & circa illam, quomodo multipliciter meditandum, contemplandum, speculandum. Titulo: Oratio Dominica multiplicì meditationum serto coronata, Latinè & Germanicè. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1634.

Maria Sol mysticus. Orationes sex ad Sodales in festivitatibus Deiparæ habitæ, desumptâ materiâ à Sole, qui varius Virginem secundùm diversam materiam repræsentat, nempe Sol oriens, obscuratus, fœcundans, gyrans, meridianus, exhilarans. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1636.

Maria Mundus mysticus. Sermones septem ad Sodales in festivitatibus Deiparæ habiti, desumptâ materiâ à mundo ejusque partibus variè Virginem repræsentantibus. Sunt autem abyssus, cælum, ignis, aër, aqua, terra, mundus. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1639.

Maria Pacificatrix mundi ad Card. Martium Ginettum Urbani VIII. & Sedis Apostolicæ Legatum pacificatoriæ legationis Principem. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1639.

Epistola ad amicum veterem in Saxonia de fictitiis literis Jesuitæ Colonienſis sparsis per Belgium & Germaniam. Latinè & Belgicè Antverpiæ 1636.

Libellus de Salutatione Angelica fructuosè recitanda, & circa illam, quomodo multipliciter meditandum, speculandum, contemplandum. Titulo: Salutatio Angelica multiplici preculârum, hymnorum, endologiarum serto coronata. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1637.

Commentationes paræneticæ de Literato Christiano inscriptæ: Padia Academici Christiani. Palæstra pietatis eruditæ. Grammaticus Christianus: eò quòd materia desumatur ex argumento Grammatico ad mores accommodato, ad Serenissimum & Reverendissimum Maximilianum Henricum utriusque Bavariæ Ducem Principem juventutis. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1638.

Clavis Theologiæ mysticæ, sive Onomasticon vocabulorum, & Elucidarium locutionum obscurarum, quibus Doctores mystici tum veteres tum recentiores utuntur ad proprium suæ disciplinæ sensum paucis manifestum. Cui adjunctum est

Jubilum Societatis JESU seculare ob Theologiam mysticam à Fundatore Ignatio ejusque sociis primo conditæ religionis sæculo excultam & illustratam. Colonia apud Gualterianos 1640.

Artifex Evangelicus, in quo sunt symbola ab Artificibus omnis generis desumpta ac delineata ingenio Authorum tum sacrorum, tum profanorum;

rum; item similitudines Concionatorum & literaturæ politioris Professorum. Cui adnectitur

Jubilum Societatis JESU sæculare ob Artifices Evangelicos à Fundatore Ignatio ejúsque sociis Ecclesiæ Catholicæ ad animarum subsidium aptatos & submissos. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1640.

Post hæc ab eodem edita sunt sequentia:

Admiranda purgatorii, sermonibus sacris declarata, quibus adjungitur libellus supplex animarum è purgatorio ad Sodales Marianos. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1643.

Maria bona fortuna Christianorum, homiliis decem exornata. Coloniæ apud Jodocum Kalcovium 1644.

Maria Aquila mystica sermonibus septem ad Imperatorem Ferdinandum III. Coloniæ apud Joan. Munich 1645.

Maria Magnes & Magnetismus Marianus dissertationibus sex. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1645. in 12mo.

Maria Stella mystica, seu sermones duodecim analogia inter B. V. M. & stellam. Coloniæ apud Friessem 1650. in 12mo.

Maria Horologium mysticum, seu dissertationes quatuor de eadem. Coloniæ apud Petrum Metternich in 12mo.

Maria Mons mysticus. Coloniæ apud Friessem 1650. in 12mo.

Marianum Pentaphyllum. ibidem apud eundem 1653. in 12mo.

De Christo crucifixo. Centuria I. affectuum puorum & operum erga Christi passionem. Coloniæ apud Petrum Henningium 1644. in 12mo.

Centuria II. seu schola affectuum & operum puorum erga Christum crucifixum. Coloniæ apud Jodocum Kalcovium 1645. in 12mo.

Centuria III. seu Gymnasium amantium & colentium peculiariter Christum crucifixum. Coloniæ apud Andream Bingium 1646. in duodecimo.

Centuria IV. Religio S. Francisci amatrix, cultrix, imitatrix Coristi crucifixi. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1647. in 12mo.

Centuria V. Societas JESU amatrix, cultrix & imitatrix Christi crucifixi. Antverpiæ apud Viduam Cnobbari 1647. in 12mo.

Centuria VI. Asceterium amantium, colentium, imitantium Christum crucifixum. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1647. in 12mo.

Centuria VII. Palæstra amantium, colentium, imitantium Christum crucifixum. Coloniæ apud eundem 1647. in 12mo.

Centuria VIII. Paradisus amantium, colentium, imitantium Christum crucifixum. Coloniæ Friessem 1648. in 12mo.

Centuria IX. Theatrum amantium, colentium, imitantium Christum crucifixum. Coloniæ apud Joan. Kinckium 1648. in 12mo.

Centuria X. Stoa seu porticus amantium, colentium, imitantium Christum crucifixum. Coloniæ apud eundem 1649. in 12mo.

Ecclesia militaris seu Militia Christiana Tom. IV. disposita. Coloniæ apud Jodocum Kalcovium 1651. in 4to.

Architectura Christiana. Coloniæ apud Friessem 1652. in 8vo.

Prolegomena Theologiæ scholasticæ. Coloniæ 1653. in 4to.

Staurophilarum Historiæ Libri 50. Tomis 4. divisi. Coloniæ 1653. in 4to.

Plura ejusdem opuscula brevitatis studio prætermisimus, quæ, si lubet, videri possunt in indice librorum P. Sandæi impresso Coloniæ 1653. in 4to. Totidem penè MSs. supersunt *Literæ annuæ Coll. Col. S. J.*

MEINRADT von BONNA edidit libellum è Latino versum in Germanicum, hoc titulo:

Von dem Guten des Stands deren, so in der Welt Keuschheit geloben und halten, durch den Ehrw. Herrn Leonem Hubertinum à S. Dionysio in Lateinischer Sprach beschrieben, und anjetzo verteutscht durch Meinradt von Bonna. Gedruckt zu Würtzburg durch Conradum Schwindlauff 1616 in 12mo pp. 186.

MELCHIOR BRAUN Pastor & Canonicus Ecclesiæ Ss. Apostolorum (videtur & Melchior Braun Pastor Martini majoris anno 1589. extitisse) scripsit

Ableinung und gründliche Widerlegung der übel-gegründeter Supplication, so etliche der Augspurgischen Confession vermeynte Verwandten in Druck ausgeben durch Melchior Braun. Editio prima 1582. zu Cöllen bey Gottfrid von Kempen in 12mo pp. 112. Præinserta est eadem supplica. Editio 2da zu Cöllen bey Johan Henningen 1649. in 12mo pp. 138.

Betrachtung des Tods, und wie man den Sterbenden Christlich trösten und ermahnen solle, sieben Bücher, aus dem Lateinischen Henrici Kyspinningii verteutscht durch Melchior Braun der Collegiat Kirchen zu St. Apostelen in Cöllen Pastorn und Canonichen. Bey Wittib Johan Dircken in Cöllen 1578. in 8vo pp. 623.

MELCHIOR CORNÆUS natione Germanus, gente Westphalus, patriâ Brilonensis Archi-Diœcesis Colonienſis natus anno 1598. Vicennis Societati JESU se adscripsit anno 1618, & vota quatuor solemnia emisit. Rhetoricas & Græcas literas quadriennio professus est, & irrumpentibus in Germaniam Suecis, in Galliam profectus, Philosophiam in Toscana Provincia septennio explicuit. Redditus postea Germaniæ, Theologiam scholasticam & polemicam quà Moguntiæ, quà Herbipoli magna cum laude doctrinæ annos quindecim tradidit. Rexit Collegia Herbipolense & Moguntinum, ubi simul Ecclesiastis munere diebus Dominicis perfunctus est. Vir multarum palmarum, & Acatholicis imprimis formidabilis, quos scriptis libris compluribus egregiè exagitavit. Nec virtute minùs eminuit, quàm eruditione. Sincerus candor, studium orationis, severa sui corporis etiam senilis tractatio eum omnibus admirabilem

mirabilem reddiderunt. Postremis vitæ suæ annis omnem vini usum sibi interdixit, dicendo se præ omnibus vitiis palati ventrisque curam detestari. Erga S. Josephum peculiari amore & fiduciâ ferebatur. Paucis ante obitum horis adstantibus dixit: Hoc unum nunc sibi solatio esse, quòd in S. Romana Ecclesia, & quòd in sacra Societate Jesu mortem oppeteret, atque ità placidissimè animam exhalavit Moguntiæ die 13. Martii 1665. Editi sunt ab illo libri varii plerique contra Hæreticos, his titulis:

Araneus argenteus, hoc est, Joannes Georgius Dorschæus Prædicans scopis Theologicis detersus. Moguntiæ typis Nicolai Heil 1646. in 4to.

Judicium æquitatis delatum Academicis Argentinensibus circa malam fidem Dorschæanam. ibid. 1647. in 4to.

Animadversiones in Anti-Becanum Joannis Crocii Professoris Cassellensis. ibidem iisdem typis, anno & formâ.

Crisis anti-criseos, seu examen judicii Joannis Georgii Dorschæi. Moguntiæ typis Nicolai Heil 1648. in 4to.

Keras Amatheias, sive cornu ignorantiæ Dorschæanæ. Moguntiæ typis Eliæ Zinch an. 1649. in quarto.

Keras Amatheias, sive cornu ignorantiæ Dorschæanæ continuatum. ibid. 1650. in 4to.

Miracula Ecclesiæ Catholicæ defensa contra Prædicantem Argentinensem. Moguntiæ typis Nicolai Heil 1652. in 4to.

Quæstio præsenti tempore opportuna, an verum sit illud: Aut non Papista, aut non Christianus. Moguntiæ iisdem typis, anno & formâ.

Judicium iniquitatis Dorschæanæ repulsum, & vota monastica vindicata, iisdem typis, anno & formâ.

Aristoteles redivivus Romano-Catholicus. Herbipoli typis Eliæ Michaelis Zinch anno 1652. in quarto.

Aristotelis redivivi pars altera de Communione sub utraque specie. ibid. iisdem typis, anno & formâ.

Protestatio fidei Catholicæ Bambergicæ Marcellianæ vindicata. Herbipoli typis iisdem 1653. in quarto.

Probra improba & brevis refutatio duorum Prædicantium Calvinistarum. Germanicè ibidem in octavo.

Repulsio mendaciorum & falsitatum Danielis Saebs Prædicantis. Germanicè ibid. 1654. in 8vo. Rucksendung der Lügen und Unwahrheiten.

Crimina læsæ Majestatis à Joanne Conrado Danhawero commissa. Typis iisdem, anno & formâ.

Perspicillum intellectuale eidem Danhawero dono datum. Typis iisdem 1656. in 4to.

Tractatus de Ecclesia ex Gallico Franciſci Venoni versus Germanicè. ibid. 1656. in 8vo.

Curriculum Philosophiæ peripateticæ, uti nunc in scholis decurri solet. Herbipoli typis Eliæ Mich. Zinch 1656. in 4to.

Manes Lutheri & Calvini judicati. Herbipoli typis iisdem, anno & formâ.

Anti-Crocius sive animadversio Theologica iterata in Joannem Crocium. Herbipoli iisdem typis 1658. in 4to.

Anima separata Monogressi. Herbipoli typis Jacobi Hertz 1658. in 4to.

Ens rationis Luthero Calvinicum. Iisdem typis 1659. in 4to.

Pilati novi & cœna morticina Lutheristarum Erfurtensium. ibid. 1659. in 4to.

Murus papyraceus purgatorii contra Lutheristas Erfurtenses. ibid. 1660. in 4to.

Scriptum est, purgatorium esse, & scriptum non est, purgatorium non esse. ibid. iisdem typis, anno & formâ.

Aristotelis redivivi pars III. de primatu Papæ cum appendice &c. Herbipoli typis Eliæ Zinch 1660. *in 4to.*

Hexameron Marianum panegyricum, sive adhortationes in sex festa Deiparæ Virginis. Herbipoli typis Joan. Baptistæ Schonvvetteri 1664. in 12.

Sotuellus Bibliotheca Soc. Jesu.

MELCHIOR FUNCK nascitur in Metropoli Ubiorum. Quàm exquisitam ac raram Arithmeticæ notitiam sibi comparârit, docebit sequens tabula prægrandis expansa, ab eodem ordinata, & vulgata typo, quæ titulo suo non inferior est.

I. 1635. Arithmetica practica Melch. Funck, sive Tabula, auff welcher alle und jede Ausgaben, so in Astronomia, Geometria und Arithmetica fürfallen mögten, item radices quadræ & cubicæ mit behandigem Begriff und leichter Mühe calculirt und extrahirt zu finden: dienet, und ist allen Kriegs- Obrist- und Officiren, Ingenieuren, Bawmeistern, Rentmeistern, Kauff und Handels-Leuthen, Landmesseren, Schantzenmeisteren, Werck- und Zimmer-Leuthen, auch allen anderen, so die Rechen-Kunst gebrauchen müssen, sehr nützlich und ersprieslich; wie aus untersetzten unterschiedlichen Ausgaben und Exempeln augenscheinlich zu ersehen. Und ist selbe vom Authore selbsten mit solchem Fleiss übersehen, dass man sich darauff gäntzlich verlassen, und sicherlich trawen könne, welche denen Hochachtbaren, Hochweisen, und Hochgelehrten Ehrenvesten Herren Johan Oeckhoven, Gerhard Pill von Scharffenstein, zeitlichen regierenden Burgermeisteren, Jacob von Rottkirchen, Constantin von Judden, zur Zeit Rentmeisteren, Johan von Boland und Johan Michael von Cronenburg alten Bürgermeistern und gantzem Rath des Heil. Römischen Reichs freyer Stadt Cöllen, ... seinen gnädigsten grossgebietenden Herren zu einem freudentreichen glückseeligen Newen Jahr friedfertig langwieriger Regierung, auch aller erwünschter zeitlich und ewiger Prosperität und Wolstand &c. unterthänig thät offeriren, diciren und dediciren Deroselben unterthänig jederzeit bereitwilliger Mitbürger Melchior Funck Agrippinas, so dieses

Werck

Werck erſtmal erdacht, und mit ſonderbarem Fleiſs an das Licht gebracht 1635. ſumptibus Authoris.

II. 1637. Melchioris Funck Agrippinatis Schlüſſel über ſeine ins Kupffer gebrachte hierzugehörige fundamental Tabula Arithmetica, welche nicht allein derohalben gebraucht, und beſondere Practick durch viele unterſchiedliche nutzbare Exempla eröffnet, ſondern auch dardurch genugſame Nachrichtung gibt, daſs ſie den Kriegs-Obriſt- und Officiren, Ingenieurs, den Rhent- und Rechenskammer-Bedienten, Landmeſſeren, &c. nützlich ſeye; ſondern auch den ſonſt unerfahrenen. Cöllen in Verlegung des Authoris in 8vo pag. 32.

MELCHIOR VOETS Joannis Wilhelmi Comitis Palatini, Rheni, Bavariæ, Juliæ Ducis &c. Electoris Palatini Conſiliarius intimus, cauſarum feudalium Director, aulici judicii Commiſſarius, Ducalis Archivii Cuſtos. Edita ab eodem

Hiſtoria juris civilis Juliacenſium & Montenſium, primo edita Coloniæ 1667. ſub nomine Julii de Monte Juriſconſulti. Dein cum appendice edita Duſſeldorpii 1694 & 1729. typo Joannis Leonardi Weyer in folio pp. 123. præter indicem prolixum & præfationem.

Tractatus de jure revolutionis ad lucem ordinationis judiciariæ Cuſſ. Beſchlus von Succeſſion 8vo.

Item Tractatus ad obſervationes feudales. Editio prima 1694. Editio tertia Authore D. Melchiore Voets, Juriſconſulto, &c. Duſſeldorpii 1720. typo & impenſis Joannis Leonardi Weyer in folio pag. 62. citra indicem.

Gülich- und Bergiſche Ordnung. Duſſeldorpii in folio 1696.

Ertz-Stiffts Cölniſche Rechts-Ordnung. 1663. Bonnæ in folio.

Hof-Gerichts-Ordnung zu Duſſeldorff. Duſſeldorff 1684. in folio.

MELCHIOR WEBER ingreſſus Ordinem ſtrictioris Obſervantiæ ſancti Franciſci ſanctæ Crucis ſeu Weſtphaliæ in Comitatu Marcano in Hagen, fuit Miſſionarius Catholicus: eo in pago ante adventum ejus in ædibus cujuſdam Nobilis Altenhagen dicti fiebat exercitium religionis Catholicæ a Sacerdote tum ſæculari, tum religioſo; ſed illud, quòd nec templum nec locus opportunior daretur, intermiſſum fuit. Quare Melchior noſter concurrente in auxilium P. Godefrido Sittartz Miſſionario Arensbergenſi novum templum, paſtoratum & ſcholam anno 1693. ædificare cœpit & perfecit officio Viri Apoſtolici egregiè functus annis 21. Anno 1714. mortuus eſt, & in eodem templo ſepultus. Tremonienſibus Acatholicis Profeſſoribus varia etudita commentaria oppoſuit.

Libellus controverſiarum oppoſitus doctrinæ D. M. Joannis Caſpari Baropii Pro-Rectoris Tremonienſis propoſitæ per diſcipulum Joannem Cornelium Revelman de vocatione Lutheri, in duos tractatus diviſus. In primo vocatio, in ſecundo doctrina Lutheri rejicitur, Autore F. M. Weber Ordinis S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ. Coloniæ apud Henricum Rommerskirchen 1708. in 12mo pp. 394. Approbatio ab Eximio Brevver Licent. Stangefeld & Ord. ſui Theologo.

Secta Pietiſtarum diſſecta gladio verbi DEI, Autore P. M. Weber Ordinis S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ. Coloniæ apud Henricum Rommerskirchen in 12mo pp. 456. Præmiſſa Epiſtola prolixa Licentiati D. Stangefeld ad eundem Weberum.

MELCHIOR WIRTZ natus in Colonia Agrippinenſium, Ordinem candidiſſimum S. Norberti ingreſſus, Canonicus Steinfeldenſis in Archi-Diœceſi Colonienſi, Paſtor, Cellarius, ac dein Prior Abbatiæ Seynenſis, denique Prior Monaſterii Gazenſis, cui in temporalibus & ſpiritualibus ſedulò præfuit, ac ſemper profuit, donec vivere ceſſavit anno 1669. ſeptimâ Septembris. Scripſit edidítque

Vitam ſancti Potentini Martyris, Patroni Steinfeldiæ.

Ex Comment. Eximii Prickartz Præſidis Seminarii Norbertini.

MICHAEL CLAUS, Paſtor in Blanckenheim, ſcripſit Germanicè

Teutſcher Cæremonien-Meiſter für die Unter-Diener im GOttes-Dienſt. Coloniæ 1724 24. April. ab ordinario Cenſore approbatus.

Landwehr wider alle in- und äuſſerliche Unglaubens-Anfall. in 8vo 1725. approbatum Coloniæ.

MICHAEL CUVELLIER natione Belga, patriâ Leodienſis, Gonegii in Hannonia natus anno 1600. 24. Junii, Societati JESU ſe addixit Mechliniæ anno 1618. 16. Septembris. Socium venerandæ memoriæ Joannem Berchmannum inter Novitios nactus, poſt humaniores literas Trajecti ad Moſam doctas, inchoata Lovanii Theologiæ ſtudia, in Collegio Societatis JESU Monaſterii Weſtphaliæ in Provinciam Rheni inferioris cum ſociis aliquot tranſcriptus abſolvit, & 29. Junii anno 1639. Duſſeldorpii quatuor votis Profeſſorum ſe illigat. Matheſin, Ethicam, Philoſophiam ubi ſingulari commendatione abſolverat, dignus fuit judicatus, qui Sereniſſimo Neoburgico Principi PHILIPPO WILHELMO mathematicarum ſcientiarum Magiſter daretur. Subin & conſcientiæ Arbiter factus, vitâ ſuâ religioſiſſimâ familiaribus Aulicis mirificè ſe & Societatem commendavit. Inter itinera ad Auguſtum Cæſarem, Poloniæ Regem, aliósque Europæ Proceres idem Patri Michaeli erat, qui collegæ aſceticæ vitæ tenor, ſtata meditandi, orandi, colligendæ mentis, & gemino examine ſcrutandæ, librorum ſpiritualium legendorum erant tempora nullo locorum ac viarum intervallo, nullo negotiorum prætextu interrupta aut dilata: reſiduas ab officio horas ſacris aut ſcribendis, aut in aliud idioma transferendis aut meditandis totas tribuebat. Quovis manè ex conceptis verbis ſe ſanctiſſimæ Triadi ſervum, Eccleſiæ filium, Deiparæ clientem profitebatur, & vota renovabat: inde teſtatus ingens animo robur & ſolatium morituro accedere, quod frequenter & diſertè prodidit ſupremus morbus phthiſicus ex itinerum labore contractus, cùm ſocii juniores in Collegio Colonienſi ægrotanti fomentum aut cibum aut medicinam admoverent, memor JESU crucifixi ſuavi voce interpellabat:

O JESU, hoc tibi in cruce non propinabatur. Sacris demum munitus omnibus, deceſſit Coloniæ MDCLI. X. Decembris.

Via veritatis ad vitam, Autore P. Juliano Hayneuſſe Francicè Interprete P. Michaele Cuvellier Latinè edita Coloniæ apud Jodocum Kalcovium 1651. in 12mo pp. 477. Dicatus liber Franciſco Guilielmo Epiſcopo Ratisbonnenſi, Oſnabrugenſi, Mindenſi, Verdenſi, magno Catholicæ rei in Germania Atlanti.

Idea Viri Apoſtolici Avila. Coloniæ 1650.

Annona ſpiritualis juxta vias purgativam, illuminativam, unitivam, collecta & diſtributa per R. P. Michaelem Cuvellier S. J. Coloniæ an. 1646. apud Joannem Kinckium in 16to pp. 643. Item Antverpiæ in 12mo 1666.

Annuæ Colleg. Colon. S. J. Foppens Bibliotheca Belgica.

MICHAEL EYTZINGER (ſcribitur aliàs AITZINGER) Auſtriacus, illuſtri gente ortus, teſte Matthiâ Quadio cive coævo ejuſdem noſtræ Metropoleos, Viennæ, Lovanii, & in aliis publicis Gymnaſiis literis ac juriſprudentiæ diu operam dedit. Antea Divorum Ferdinandi, poſt Maximiliani II. Cæſarum invictiſſimorum Aulæ Viennenſi familiaris (literæ familiaritatis Palatini cum annuo ſtipendio 200. florenorum Germanicorum referuntur *in Pentaplo pag. 55.* datæ Viennæ anno 1564. 20. Septembris) anno 1533. à Patre, dein eo mortuo anno 1568. ab Maximiliano II. in Belgium miſſus, otium nactus eſt regionis totius noſcendæ & deſcribendæ. Annos poſtremos vitæ ſuæ intrà mœnia Coloniæ Agrippinenſis afflictâ fermè fortunâ tranſegit, quam Erneſtus Bavarus demum honeſto ſtipendio recreavit, Bonnæque domicilium & victum ſuppeditavit, quo allevamento cùm frui inciperet, mors eum terris eripuit circa annum 1604. Vir erat Auſtriacæ Gentis gloriæ augendæ ſtudioſiſſimus, & avitæ Catholicæ religionis comprimis tenax, Germanici, Latini, quin & Hebraici ſermonis callentiſſimus; ſed hiſtoriarum notitiâ accuratâ & exquiſitâ pollebat. Quare ea, quæ in confinibus Coloniæ locis, utì apud Aquas-Grani, in Belgio & Archi-Diœceſi Colonienſi ſæculo XVI. evenerunt, magnâ diligentiâ variis libris congeſta vulgavit. Poſt ſingula opuſcula vulgata dedit demum Epitomen ante editorum, quæ periodum annorum LXX. nempe ab anno 1515, quando Germanici motus orti ſunt, tumultuaturo Luthero, ad annum 1585, quo malæ arboris malus fructus ſat jam orbi innotuerat. Contendit autem Nauclerum Tubingenſem Præpoſitum imitari hâc ſummâ hiſtoricâ, & quidem feliciore Minervâ, quam Gaſpar Gennepæus *Carionis* quidem & *Schleidani* accuſator, at viciſſim ab Cyriaco Spangenbergio culpatus, tum quàm Laurentius Surius, Schleidani aliàs impugnator, at à Caſparo Peucero rurſum impugnatus: ideò autem fortunam ſuæ hiſtoriæ faventiorem ſpondet, quòd mediâ viâ inceſſurus ſit; neque immoraturus aut accuſandis Proteſtantibus, aut tuendis contra eos Catholicis; ſed nudam factorum ſeriem expoſiturus ſit.

1579. *Regnorum Imperiorumque mundi Pentaplus. Dicat Auguſtiſſimo Rudolpho II. 15. Januar. Antverpiæ ex officina Chriſtophori Plantini 1579. in 4to pp. 110. præter multos indices & tabulas circlicas regnorum & Regum.* Hunc librum Ferdinandus Auſtriacus PIO IV. Pontifici unà cum Authore commendat literis ſcriptis; ſed in limine libri hujus appoſitis, quibus laudatur & Author & liber velut Conciliator omnium Chronologorum.

Relatio hiſtorica, quâ habentur Ephemerides eorum, quæ pro tranquillanda Regali Sede Aquenſi Imperator ejuſque Commiſſarii egerint.

1584. *Rerum vaticiniis accommodata hiſtoria, dicata Erneſto Archi-Epiſcopo Colonienſi 13. Septembris.*

Typographica & hiſtorica Leonis Belgici deſcriptio ab 1559. ad 1582. ſæpiùs aucta.

1583. *Editio prima 10. Martii Philippo Hiſpaniarum Regi dicata.*

1588. *Editio ſecunda anno 1588. quinque annorum hiſtoriâ & XCVI. figuris æneis auctior, ab ipſomet Eytzingero facta, & Rudolpho II. & Philippo dicata.*

1618. *Editio tertia poſthuma ab Franciſco Hohenberg Chalcographo facta, tabulis æneis auctior uſque ad CCVIII. figuras & hiſtoriam ab 1559. ad 1605. perductam. in fol. pp. 742.*

1686. *Bipartita ſeptem temporum hiſtoria*, das iſt: *Eine hiſtoriſche Beſchreibung ſieben unterſchiedlicher Zeiten, erſtlich vom Anfang der Welt bis 1515 kurtzer: dann von 1515 bis 1585 vveitläuffigere Geſchicht-Schreibung deſſen, vvas ſich in Teutſchland, Franckreich, Engelland, aber ſonderlich umb Aachen, Cölln und Niderland zugetragen. Gedruckt zu Cölln bey Gottfrid von Kempen und Henrich Nettesheim 1686. in 8vo pp. 906.*

Vera icon Eytzingeri ab Hohenberg ſculpta extat ante tertiam editionem 1618.

1591. *Theſaurus Principum hâc ætate in Europa viventium, per Michaelem Eytzinger Auſtriacum. Coloniæ Agrippinæ apud Godefridum Kempenſem 1591. in 8vo pp. 263. Continentur hoc libro Genealogiæ ſummorum Europæ Principum, & vitæ breviaria.*

1592. *Theſauri Principum hâc ætate in Europa viventium Paralipomena, quibus Bavarica, Turcica, Anglica, Belgica, Bohemica, &c. ſtemmata continentur, per M. Eytzinger. Coloniæ typo Godfridi Kempenſis in 8vo. Pars I. II. III. pp. 532.*

1565. *Tractatus de Auſtria, de VII. Imperatoribus Auſtriæ, de octavo ex eadem inclyta domo Imperatore. Inſcriptus liber & oblatus & acceptatus a Maximiliano II.*

1566. *De mundo Liber in Comitiis Auguſtanis editus & oblatus ſeptem Electoribus ſacri Romani Imperii.*

MICHAEL FRANCISCI Ordinis Fratrum Prædicatorum, Confeſſarius Maximiliani Auſtriaci Romanorum Regis creatus Epiſcopus Salubrienſis anno 1456. 15. Julii Alexandri VII. Pontificis diplomate. Creatus Coloniæ Magiſter jam anno 1473. 25tâ Aprilis; laureæ ſumptus ſuppeditavit mater ducentas libras monetæ Flandricæ, mortuus anno 1502. 2. Junii. In vita contraxerat amicitiam cum celebri Alano de Rupe, cùmque eodem promovit devotionem erga Roſarium, quem in finem

Quodlibetum de veritate Fraternitatis Roſarii ſeu Pſalterii B. M. V. pronuntiavit in ſchola artium,

tium, tempore quodlibetorum 1476. Coloniæ impressum hoc anno, & post aliquoties reimpressum.

MICHAEL FRIESSEM Ordinis Præmonstratensis, Canonicus Steinfeldensis Coloniæ, ubi vitam acceperat anno 1667. literis quoque tum humanioribus, tum severioribus excultus, in Poëtam evasit non ignobilem, Ecclesiasten disertissimum. Per annos quindecim conscientias tenerimas in illustri Parthenone Marensi Confessarius direxit. Inde translatus ad Parochiam Dunwaldensem non vicinos modò Catholicos, sed & Mulheimienses Hæreticos ad conciones, eorúmque aliquos ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium attraxit. Anno 1723. 30. Augusti investitus Pastor in Erp, invalescente phthisi intrà primum annum contabuit anno 1724. 15. Augusti vir à pietate, religione & zelo animarum multùm commendabilis. Præter nervosas & limatas conciones adhuc ineditas publico reliquit

Libellum manualem pro solatio infirmorum, eisque inservientium. in 8vo.

Exercitia spiritualia pro Monialibus.

Ex Comment. Eximii Prickartz Canonici Steinfeld.

MICHAEL GORGES in Bleyalff, oppido Archi-Diœcesis Trevericæ, Ditionis Luxemburgicæ, nascitur honestis parentibus anno 1681. 30. Octobris; sed ab anno ætatis decimo ad suprèmum vixit in nostra Archi-Diœcesi: nam nonum annum & tirocinia Latinæ linguæ egressus, elegantiores musas vidit Monasterii Eiffliæ, Duce Magistro Andreâ Sramberg. Severiores Philosophicas Coloniæ in Gymnasio Tricoronato sub Eremundo Bircken, demum Theologicam scientiam didicit sub eximiis Petro Dham & Bartholomæo Fibus, qui omnes è Societate JESU Magistri erant. Subin Juventutem Tricoronatam annis octo pædagogio publico excoluit magnâ famâ & fructu optimæ institutionis. Parochialis Ecclesiæ sancti Albani Coloniæ Sacellanus fuit mensibus sex, demum ex instituto Dusseldorpii concursu inter doctissimos relatus, præ Competitoribus Parochiam in Hochsteden, vulgò Hôchsten in Ducatu Juliacensi impetravit præmium doctrinæ, eloquentiæ Christianæ & virtutis. Eadem de causa creatur Commissarius Ecclesiasticus Canonissarum Regularium ad sancti sepulchri intrà Novesium, & Camerarius Archi-Diaconalis Capituli Novesiensis, & etiamnum Ecclesiæ suæ bono superstes est. Edidit typo

braChIVM Del nostrI In prInCIpe rVgenIo Vonontes arMb In serVIen gekôpfter tVrCken-DraCh. Concio Germanica Eucharistica ob victoriam Caroli VI. de Turcis. Typo Henrici Rommerskirchen 1717.

Dreystimmige Lerch, das ist, Lieb-Lob- und Gebetts-Ubungen zu Ehren der eingefleischten Dreyfaltigkeit JESUS, Maria, Joseph. Typo Joannis Engelert 1719.

Richtschnur der Marianischen Schäflein in Verehrung der Gnaden-reichen Bildnus der allerseeligsten Mutter GOttes zu Kevelaer unter dem Titul: Trôsterin der Betrübten. Typo Caspari Drimborn 1741.

Gnaden-Baum, das ist, die vvundervvürckende allerseeligste Mutter GOttes MARIA in der gnadenreicher Passauischer Bildnus Mariæ in dem Hochadlichen Closter Maria-Bächlein genannt zu Stärckerath im Hertzogthumb Cleve gelegen.

Ex schedis domesticis Domini Authoris.

MICHAEL HERBRAND de Duren, natione Teutonicus, vir in Scripturis sancti studiosus & eruditus, & multarum rerum experientiâ clarus, ingenio præstans, & verbi divini Prædicator egregius, non ad vicinas solùm, sed remotiores etiam Cathedrales Ecclesias accitus, maximâ admiratione concionabatur. Prior Conventûs Greutzenacensis, Ordinis Fratrum beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, & Lector Theologiæ, magnâ diligentiâ utrumque officium implevit: apud Joannem Comitem Spanheimensem ultimum magno loco erat, multáque bona Conventui impetravit, claruit sub Ruperto Bavaro Rege Romanorum anno Domini 1410. *Eysengrein in catalogo testium veritatis ad annum Christi 1404.* de eodem scribit: " Vir in omni literaturâ doctissimus, sermo-" nes plures doctè & eleganter compositos, quo-" rum infinitus penè est numerus, posteritati con-" secravit. " Extant

Sermones plures & notabiles, Lib. 1.

Collationes quoque multæ & variæ in Capitulis & Synodis habitæ, Lib. 1.

Trithemius in catalogo illustrium virorum. Daniel à Virgine Maria Speculi Carmelit. P. V. n. 3122.

MICHAEL ab HIMSELRATH aus den Pôhlen natus est anno 1612, professus Ordinem Præmonstratensem sancti Norberti in celebri Abbatia Knechtstedensi anno 1635, Presbyterio initiatur anno 1637, Parthenoni illustrium in Hinsberg Virginum candidi Ordinis datur Confessarius, & subin Prior Cœnobii alterius Monialium Præmonstratensium in Ellen, impetratis post aliquot annos à Superiore suo dimissorialibus & licentiâ habitûs nigri gestandi obtinet parochiale beneficium in Elsen Ducatûs Juliacensis, ex hac Parochia transiit ad ministrandam Parochiam in Hemmârden. Defunctus est hâc mortali vitâ in habitu candido sui Ordinis anno 1672. 11. Septembris, cùm Catholicæ communitati in Hilden Ducatûs Montensis operam navaret. Scripsit opus, cujus titulus:

Resolutio quæstionis, utrùm Monialium Præmonstratensium Administratores, qui vocantur PRÆPOSITI, sub nomine Abbatum seu Prælatorum Regularium comprehendantur, & sint independentes Prælati, habentes in Moniales jurisdictionem immediati Ordinarii pro bono communi & informatione in eo puncto errantium & turbantium, ex jure accuratè deducta per F. Michaelem ab Himselrath Canonicum Knechtstedensem jussu Superioris sui. 1657. Coloniæ ex typographia Arnoldi Kempen in folio pp 36. Approbavit Petrus de Walenburg Officialis Novesiensis, Facultas Juridica Coloniensis, & F. Emans sacræ Theologiæ Doctor & Decanus Facultatis Theologicæ.

In hoc tractatu *(ut ait Stivagiensis Abbas Scriptor Annalium Ordinis Præmonstratensis in præfatione)* resolvit ex professo, munitus Canonum, statutorum & rationum multiplici apparatu, *structo ad ruinam jurisdictionis ordinariæ, immediatæ & independentis, quæ Prælatum efficit*, & quam Sanctimonialium Præpositis penitùs abjudicat, in eam sententiam totus propendebat amplissimus Generalis Capituli Præses anno 1717. Plures opinanti manus dedêre & suffragia. Res agebatur

Virginum, quibus Præpositorum authoritas gravis & sæpiùs dispendiosa esse consuevit; attamen eventu secundo, & penè desperato, sic invaluit Præpositorum causa, ut non tantùm intemerata evaserit, sed etiam præcedentia in concursu Præpositorum virilis Monasterii eis adjudicata fuerit, si promotione fuerint anteriores; quamvis hoc decreto omnis evacuata sit difficultas: nihilominùs refert Annalista exempla nonnulla, quibus Patrum Abbatum immediata potestas in Præpositos & Priorissas ostenditur. Unum ex his exemplis est, quòd Præpositus & Priorissa & cæteræ Canonicæ Præmonstratenses Parthenonis Hinsbergensis, Diœcesis Leodiensis anno 1649. XXII. Aprilis fassæ sint, se Abbati Knechtstedensi in spiritualibus & temporalibus subjectos & dependentes. Confirmavit hujus Concordati articulos authoritate Apostolicâ Fabius Chisius Episcopus Neritonensis, Nuntius Colonensis XI. Decembr. 1649.

His non obstantibus constat, alios Præpositos manuales dependentes, alios independentes ab ordine agnitos fuisse, ut Author probat. Stat tamen Strivagiensis Abbas contra nostrum Authorem, & ex frequenti delegatione Abbatum Præmonstrati, qui eligendo per Moniales Præposito Knechtstedensem præsidere sæpè jusserunt, paulatim arrogatum jus Knechtstedensibus conjicit, quo sibi Præpositum & Priorissam Hinsbergensem plenè subjicerent. Ememendandus est igitur error Aggressoris, qui Hinsbergensem Præposituram Knechtstedenio subjicit, & decurtat in obedientiariam, solvit argumenta Himselrathii, eáque nullius esse roboris ostendit.

MICHAEL ab ISSELT Doccomii (Arnoldus Quentel Isseltii Historiographiæ Typographus Amorsfortiæ natum & educatum scribit in dedicatione Alberto & Isabellæ Belgii Principibus sacra, sed ob educationem, non ob natalem sedem, nuncupatus fuit Amorsfortiensis: idem error Valerii Andreæ in Biblioth. Belg.) in Frisia à Patre clarissimo viro Joanne Isseltio, qui Doccomii & Leowardiæ postea medicinæ praxin publico urbis stipendio docebat, progenitus. Vir erat (ut Suffridus Petri testatur decade XIV. num. 10. coævus) eruditione & virtute incomparabilis, qui non modò diversarum linguarum, sed & artium liberalium & Philosophiæ & Theologiæ scientiâ fretus, concionibus ad populum, & in scriptis apud eruditos omne tulit punctum. Hæc Suffridus. Vix ex ephœbis excesserat, & severioribus studiis aptus est visus, Lovanium mittitur, ubi Philosophicis in Gymnasio Porcensi operam dedit, post ad Theologiam animum applicuit, & aliquamdiu illi studio seriò se impendit; cùm verò hæresis Ultrajecti, Amstelodami & Amorsfortii grassaretur, Michael in exilium ire jussus, Coloniam Ubiorum se contulit. Hîc annos complures vixit eâ comitate ac morum facilitate, ut multorum etiam Senatorii Ordinis virorum amicitiam meruerit. Coloniâ Noviomagum, inde Hamburgum concessit, ubi Italis quibusdam Mercatoribus concionando, & Sacramenta Ecclesiæ administrando operam dedit. Diem vitæ ibidem clausit extremum anno 1597. die 17. Octobris in Monasterio veteri Monialium juxta Hamburgum tumulatus. Scripsit

1. *Historiam belli Colonensis libris IV. Coloniæ in 4to. Prima editio est anni 1584. Secunda anno 1586. typo Godefridi Kempensis in 8vo pag. 482. auctior commentariis rerum gestarum ab anno 1585. ad annum 1586. Tertia in 8vo ibid. 1620. typo Gerardi Grevenbroch, accurante Arnoldo Mulhovio; sed omissâ præfatione Isseltii. Liber hic curiosus & rarus historiam continet Truchsesii Electoris Colonensis Archi-Episcopi, qui Religionem Catholicam Lutheranâ mutare voluit, & simul gaudere redditibus Catholicis.*

2. *Michaelis ab Isselt Amorsfortii sui temporis historia, in qua res toto orbe terrarum gestæ, tum præcipuè motuum Belgicorum sub Philippo II. Hispaniarum Rege concitatorum origo & successus usque ad annum MDLXXXVI. perspicuè & accuratè describuntur: edita primùm cum Surio 1586. sinè nomine Isseltii, uti mera appendix typo Quentelii. Deinde seorsim anno 1602. quinquennio post Isseltii fata, qui Quentelio Typographo nonnis ad annum 1580. perduxit hanc historiam, eique immortuus est. Cætera tamen vulgavit sub ejus nomine Quentelius, cujus calamo supplementum scriptum fuerit, tacet. Secunda variato titulo editio est.*

3. *Historia rerum mirabilium in Belgio sub Philippo II. Hispaniarum Rege ab anno 156. usque ad annum 1597. ibid. in 8vo. Quod opus Commentari. rerum toto orbe gestarum Laurentii Surii continuatio est ad captam usque Antverpiam; à capta Antverpia deinde deduxit, & Mercurium Gallo-Belgicum inscripsit.*

4. *Paradisum precum ex opusculis Ludovici Granatensis, aliorumque Ss. Patrum concinnatum. Coloniæ 1589. in 12mo.*

5. *Ejusdem Ludovici Granatensis opuscula sequentia ex Hispanico sermone Latinè reddidit.*

Exercitia in septem meditationes matutinas & vespertinas. ibid. 1586. & 1591. in 12mo.

Ducem peccatorum, ibidem 1587. & 1590. in 12mo.

De frequenti Communione libellum. ibid. 1586. & 1591. in 12mo.

De vita Christi. ibid. 1591. in 12mo.

De devotione, excellentia, utilitate & necessitate orationis.

Item de Eucharistia libros III. ibid. 1592. in 12mo.

De oratione & meditatione libros IV.

6. *Cornelii Musси Episcopi Bipontini Conciones ex Italico, quibus præmisit ejusdem Musси vitam. Coloniæ 1603.*

Valerius Andr. Biblioth. Belgica.

MICHAEL MÖRCKENS nascitur Coloniæ 1666. 10. Nov. Absolutis in Gymnasio Laurentiano mitiorum & severiorum literarum spatiis ingreditur Cartusiam Hutalem 1688. 6. Nov. in qua jam ab annis 58. incolumis Ascesi sacræ conjungit honestissimam variarum scientiarum culturam, Matheseos, Chimiæ & Historiæ, tum sacræ familiæ Car-

Cartusianæ, tum virorum illustrium ex eadem familia, demum historiæ patriæ Colonienſis.

Libros dabit supplementum.

MICHAEL URSINUS Carmelita Francofurtenſis, ſacroſanctæ Theologiæ Licentiatus Colonienſis, ſcripſit

Quæſtiones quadraginta in tertiam partem ſancti Thomæ Aquinatis.

MONASTERIO-EIFFLIACUM GYMNASIUM Soc. JESU in urbe Eiffliæ primaria ſideò dicta Monaſterium Eiffliæ, quòd ibidem Benedictini Prumienſes fundârunt ſuo ære Monaſterium juxta regulam ſancti Benedicti) quò à Magiſtratu urbis & quibuſdam de Clero Socii JESU vocati fuerunt anno 1628. miſſus eò fuit unus ex Patribus noſtris cum Fratre Laico, qui humaniter excepti ſunt à Canonico Collegiatæ Eccleſiæ Hermanno Gebour & Reverendiſſimo Decano à Beck. Hic primò commendavit Patri inſtitutionem catecheticam: ſubinde petiit, ùt pro concione diceret, quod & factum magnâ omnium certatim affluentium approbatione; ſed intrà biennii ſpatium paſſi ſunt adverſarios in- & extra urbem tam graves, ut jam diſcedere cogitarent. Stitit eos Satrapa perilluſtris Dominus de Syberg, 300. civium libello ſupplice ad id inductus. Stiterunt Proceres Principis Neoburgici, qui conſpirantibus Duſſeldorpii ſententiis cenſuerunt, Societatem JESU Monaſterii Eiffliæ fundandam & ſtabiliendam eſſe. Exinde exſtrui cœptum è fundamentis Collegium & Templum cum fundatione aliqua, quæ tractu temporis incrementum accepit, cujus potiſſima pars Sereniſſimo Principi Neoburgico Wolffgango Wilhelmo in accepris eſt referenda. Pro ſchoſis à Magiſtratu aſſignata in curia urbis quinque conclavia, quæ Profeſſores ſex cum diſcipulis frequentârunt ad annum, quo novum propè Collegium exſtructum eſt Gymnaſium. Quali progreſſu, quanto fructu juventus ſtudioſa pietatem & doctrinam eò loci doceatur, teſtes ſunt quamplures, Parochi, Eccleſiaſtici religioſi, Dominique ſæculares, qui talenta à DEO accepta ibidem noſtrorum auxilio multiplicârunt, iiſdémque patrias ſuas illuſtrârunt. Præter paginas ſingulis annis excudi ſolitas, in quibus & actionis in theatro publico exhibendæ argumentum, & Actorum nomina recenſentur, quid literatum primis temporibus ſit editum, nobis non conſtat. Reperitur libellus typo vulgatus, hoc titulo:

Schutz und Schirm des heiligen Ertz-Engels Michaelis zu ſuchen und zu finden in der von viel hundert Jahren bewehrter Sodalitäts-Andacht auff St. Michaels-Berg bey der Stadt Münſter in der Eiffel unter der Direction der Societät JEſu. Gedruckt zu Collen bey Johan Alſtorff pag. 11. 1710. Dicatus libellus Excellentiſſimo Comiti Franciſco Georgio zu Manderſcheidt, Blanckenheim und Gerolſtein, &c.

MONTANORUM GYMNASIUM. Henricus Gorrichemenſis Magiſter creatus in Univerſitate Pariſienſi Coloniam venit anno 1419. Hic Burſam aperuit è regione Templi ſanctorum Martyrum Machabæorum, ubi habitabat, quam poſtmodum tranſtulit ad plateam ſedecim ædium prope Patres Prædicatores; illius Burſæ aut Gymnaſii primus Moderator erat Henricus, Magiſtros artium, licèt ſacræ Theologiæ Profeſſor, ipſe promovebat: cúmque aliquamdiu Gymnadem rexiſſet, Lambertum à Monte Domini ex ſorore nepotem collegam aſſumpſit, & moriens ſucceſſorem reliquit anno 1480. Lambertus ille ædes Gymnaſii, quas conductas tantùm habuerat, coëmere, & proprias facere cœpit. Hinc dictum eſt Gymnaſium à Lamberto à Monte Domini *Montanum*, quod nomen in hodiernum diem retinet. Nactus eſt præterea in ſuo regimine varios collegas, qui etiam rebus & bonis ſuis Burſam non parùm auxerunt. Acceſſerunt fundationes ſcholæ Cucanæ, quâ deficiente reditus ſcholæ ejuſdem partim ad Gymnaſium Laurentianum translatæ ſunt, partim ad Montanum, cujus Regentes Jacobus Middendorpius olim Gymnaſii Montani Profeſſor *Libro V. Academiarum* enumerat uſque ad Gualterum Xylandrum; omnes verò uſque ad annum 1724. fideliter congeſſit, & typo publicavit ampliſſimus Regens Joannes Gabriel de Fabri.

Porrò quàm ſtudioſi & ſolliciti fuerint Profeſſores Gymnaſii Montani de profectu diſcipulorum in ſtudiis præſertim Philoſophicis, perſpicuum locupléſque teſtimonium nobis exhibet grande, volumen foliis conſtans circiter 726. adversâ paginâ ſolâ notatâ extans in Bibliotheca Collegii Colonienſis Soc. JESU. Cauſa, quâ inducti laborem in ſe tam laudabilem ſuſceperunt, in principio proponitur: " Quòd plerique puerili quâdam jactantiâ ipſa adeò D. Thomæ Aquinatis aurea " dogmata convitioſis verbis laceſſere auſi ſint. " Animati præterea ſunt Bullâ Urbani Pontificis anno 1379. ad Tholoſanos datâ, in qua commendat doctrinam D. Thomæ, qui & Ordinem ſuum & univerſam Eccleſiam ſcriptis ſuis illuſtravit, hortatúrque, ut eam tanquam veridicam & Catholicam ſectentur, & totis viribus ampliare ſtudeant.

Explicantur autem in illo volumine Profeſſorum Montanorum libri Ariſtotelis:

Primò. Liber 1. & 2. priorum Analyticorum.

Secundò. Liber 1. & 2. poſteriorum.

Tertiò. Libri 8. Topicorum.

Quartò. Liber 1. & 2. Elenchorum.

Quintò. Expoſitiones textuales in libros de cælo & mundo, de generatione & corruptione, de Meteorologicis, parvis naturalibus, de ſenſu & ſenſato, memoria, ſomno, vigilia, de ente & eſſentia.

" Cùm Laurentiani doctrinam Alberti Magni " ſequerentur, dicti propterea Albertiſtæ; Mon- " tani doctrinam S. Thomæ, dicti propterea Tho- " miſtæ, ſcripſit Gerardus de Monte

Tractatum de concordia dictorum Thomæ & Alberti, quem nonnemo carpere, & opprobriis impetire auſus eſt. Quare Gerardus Apologiam ſcripſit ſui tractatûs, qui eodem volumine continetur.

Sequuntur libri octo Phyſicorum à Profeſſoribus Montanis explicati.

Denique libri tres de anima explicati à Gerardo de Monte. Librum claudit quæſtio: An ſalvatus ſit Ariſtoteles? Affirmat Gerardus.

Middendorpius de Academiis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

MORICIUS Ordinis Fratrum Minorum ſancti Franciſci Conventualium (conformiùs verò antiquis Necrologiis Conventûs Colonienſis *Roricius de Witten* Colonienſis Cuſtodiæ, in quas pro more Ordinis Provinciæ diſtingui conſuevêre) quondam Cuſtos ac Lector in ejuſdem Conventu principaliori; vir à ſingulari devotione zelóque prædicandus apprimè laudatus. Vitam in Conventu Colonienſi clauſit circa annum 1361. Teſtibus Necrologicis ſcripſit

In Evangelia.

Ex Commentariis Eximii Adami Putz Conventualium Provincialis.

N.

NICASIUS de VOERDA Mechliniæ in Belgio natus, anno ætatis ſuæ tertio puſtularum, quas morbillos vocant, morbo amiſit uſuram oculorum, quod damnum ingens diſcendi ardor, memoriæ tenacitas, & perſpicacia oculorum interiorum ad orbis admirationem penſavit. Nam ſolo auditu eò pervenit ſcientiæ, ut in Univerſitate Lovanienſi artium Magiſter ſit creatus; ſubin patriæ ſuæ ſcholas rexit. Lovanium redux, ſacræ Theologiæ licentiam capeſſit, & ſingulari diſpenſatione Apoſtolicâ Sacerdos ordinatur, excipit confitentes, verbum DEI ad frequentes conciones annuntiat, miniſtrat ſactificanti, & Evangelium coram omnibus de memoria veluti fideliſſimo libro recitat: tantùm ad aram per ſe non celebrat, nempe ut ſocio ſtipatus omnia Sacerdotis ad aram facientis munia obiiſſe intelligatur. Coloniam adiit, ubi & germanum fratrem Joannem Univerſitatis Pedellum habuit, & (*ut ſcribit Liber III. Facultatis artium*) anno 1489. 20. Septembris gratis receptus fuit ad Concilium Facultatis artium: diſputationis ſcholaſticæ inſtituendæ vice reſpondit quodlibeticâ diſputatione juxta antiquam Facultatis conſuetudinem. Adit Baccalaureatum in decretis, ac demum Canonici juris Doctor venerandæ noſtræ Facultatis decreto more Majorum inſtitutus fuit. Mox Canones Pontificios & leges Cæſareas æquali facundiâ ac famâ Didymus noſtri ſæculi explanavit.

Confer hæc cum Chronica Colonienſi ad annum Chriſti 1489, quo ſpecialia narrantur de hoc cæco, tacito nomine. Ipſe Scriptor Chronici Colonienſis inquit, ſe cum admiratione audiviſſe eum concionantem, & Collationes habentem. Idem affirmat editum ab eodem librum. Vitam clauſit anno 1492. XVII. Kalend. Septembris, in Eccleſia Metropolitica ſepultus (VII. Kalend. Decembris anno 1492. *Judice Eiſengreinio*) *Cratepolius* ait; eum tandem, contemptis omnibus, mundum deſeruiſſe, & Ordinem D. Benedicti ingreſſum fuiſſe. Scripſit

Caſus longos ſuper inſtitutis. In fine: Opus lecturæ magiſtraliſſimum. Cui adjuncta

Arbor actionum utiliſſima Domini & Magiſtri Nicaſii Mechlinienſis de Vœrda cæci à quarto anno nativitatis ſuæ; attamen LL. AA. & juris Canonici Profeſſoris clariſſimi, & ſacræ Theologiæ Licentiati. Idem verò opuſculum per D. Magiſtrum Gerardum Harderwicenſem Licentiatum, Gymnaſii Laurentiani olim Coloniæ Regentem luſtratum & ſuppletum in famoſiſſima Coloniæ Agrippinæ Univerſitate per D. Koelhoff in ipſo opere ad Superos vocatum 1497. ſextâ Aprilis.

Enarrationes in libros IV. inſtitutionum juris civilis Coloniæ 1493. Alia eſt editio Francofurtenſis anni 1513. in 8vo typo Joannis Weihelii. Alia Lugdunenſis 1566. & 1579. in 8vo in Bibliotheca Collegii Colonienſis S. J. apud Joannem Jacobi. Alia Lipſiæ 1541.

Lectura trium arborum conſanguinitatis, affinitatis & cognationis, cum Apoſtillationibus, ut titulus habet à M. Joanne Stekelin Paſtore in Obersdorff collectis. Coloniæ 1508. in 4to.

Sermones varii & quæſtiones diverſæ juxta Eiſengrein in catalogo teſtium verit.

Spiritualis lectura notatu digna Magiſtri bene meriti Nicaſii de Vœrda, &c. &c. In fine libri ſubjiciuntur quinque ænigmata, quorum ſolutione materia hæc declaratur. Ænigma primum: Eſt Comes cum duodecim militibus, quorum quatuor erant ſui filii, quatuor ſui ſororii, & reliqui quatuor ſui generi, & omnes erant de una matre legitimè nati. Secundum: Salve nepos frater, dixit filio ſua mater. Verum dicebat, qui ſcit ſolvere, ſolvat. Tertium: Mulier juvenis ultimæ ſenectutis virum habens, ſtans illa coram ſex juvenibus, dicit: Duo ſunt fratres patris mei, duo ſunt fratres matris mei, duo verò filii mei, & omnes de illo ſene nunc patre legitimè juxta Canonum decreta & Eccleſiæ ſtatuta matrimonialiter geniti. Quartum: Duo fratres poſſunt contrahere cum duabus ſororibus. Quintum: Duæ mulieres dicunt de duobus pueris: Iſti ſunt filii & nepotes noſtri, hoc eſt, filii filiorum noſtrorum, & fratres eorundem, & ſunt filii & fratres maritorum noſtrorum, imò uterque eſt patruus alterius, & etiam nepos impropriè, nôsque mulieres ſumus eorum matres & aviæ, quælibet noſtrarum alterius eſt nurus & ſocrus; maritis noſtri ſunt filii noſtri, &c.

Eiſengrein, Cratepælius, Trithemius, Middendorpius L. V de Academiis. Annales Facultatis artium.

NICOLAUS AUTBERTI Lotharingus Societatem JESU ingreſſus, ſcripſit Coloniæ, initialibus tantùm notis ſe prodens,

La vie & miracles admirables de ſainte Noitburge fille de Pipin Herſtal & de S. Plectrude noble Tige des Sereniſſimes Maiſons de Lorraine & de Barr. par le P. N. A. D. L. C. D. I. à Cologne par Dominic Poirot in 12mo pagin. 127. 1642.

NICOLAUS ELFFEN parentibus heterodoxis in vico Traben ad Moſellam in Archi-Diœceſi Treverica ſito lucem primam aſpexit anno 1626. menſe Junio. Puerum non ſinè numine Divûm è natali domo abſtraxit matertera Catholica Treverim, in eâque urbe rudimenta Catholicæ fidei linguas

linguas Latinam & Græcam, artes mitiores & severiores sumptu suo docendum curavit. His ornamentis conspicuum Societas JESU inter Novitios, uti oraverat, recepit anno 1644. 13. Julii, & inter professos post universam Theologiam Coloniæ in Gymnasio Tricoronato propugnatam anno 1669. sextâ Julii Treviri numeravit. Politiores literas in Dusseldorpiensi Gymnasio, Philosophiam in Trevirensi docuit, & Gymnasio antiquissimo regundo præfectus fuit. E carceribus scholarum in eloquentiæ campum egressus, in Colonienſis Collegii templo primùm, dein in Metropolitico annos triginta & ampliùs dixit, Germanicus Cicero salutatus, & inter tot Ecclesiastas suæ Provinciæ omnium judicio facilè Princeps, in quo ad absoluti Oratoris laudem desideres nihil, voce, gestu, vultu ciendis animorum in quamlibet partem motibus supra invidiam singularis, etymon implens sui prænominis. Fuêre, qui quatuor lucarum intervallo ad dicturum accurrerent. Par Nicolai dexteritas in tractandis familiari consuetudine omnium generum & ætatum hominibus, quos, ut erant vel scientiâ vel sanguine præstantiores, vel ad eminentiorem sanctimoniam, vel ad Ecclesiæ Catholicæ gremium, vel ad conscientiæ patefaciendæ confidentiam ingeniosâ & robustâ caritate provehebat. Quare non unùm extitit Pater & Director plurium DEO devotarum Virginum, sed & illustres viri ac Principes conscientiam suam eidem credere non dubitârunt. Quos inter erat Christianus L. B. de Boineburg Electoris Moguntini Joannis Philippi à Schonborn primus Minister, quo doctiorem vix sibi vivum P. Nicolaus in equestri ordine tetigerat. Baro de Lojola totam animam, ajebat, modo Reverentiæ vestræ: & hic à libris pro Monarchia Austriaca scriptis inclytus audiit. Eidem P. Nicolao regendos se dederunt Comes de Stratman Cancellarius Austriacus, Shantero de Granz Gubernator Belgii, etiam Cardinalis de Goes, Princeps & Episcopus Gurtzensis, Reverendissimus & Serenissimus Princeps Christianus Dux Saxoniæ, Episcopus Jaurinensis & Coadjutor Strigoniensis, subin Cardinalis, ipse adeò Serenissimus Elector Colonienſis Maximilianus Henricus Arbitrum secretorum cordis, & aulæ suæ Oratorem Evangelicum esse voluit P. Nicolaum. Paucis: cultum divinum, salutem & perfectionem proximorum & exemplo & verbo igneo & scriptis libris undequaque ipse ingens exemplum viri Spiritu divino pleni de se promovebat, cælesti facundiâ eructans verbum bonum, quibuscum agebat: Regens Coloniæ Gymnasii Tricoronati ædificium à fundamentis, Rector Bonnensis Collegii templum solido è lapide exstruxit, Bibliothecam Colonienſem raris & multis voluminibus auxit, Societatem eâ, quam admirabili facundiâ, scientiæ ubertate, & virtutibus conspicuis partam tuebatur, authoritate domi forisque auxit, ornavit. Magnæ Matris honorificam mentionem nulla in dictione prætermisit, & intervalla actionum salutandi eâdem, volvendisque globulis condiebat. Invalescentem jam continuâ dictione tot Apostolicis functionibus cumulatâ ætatem acutissimi dolores calculi graviorem reddiderunt, & decimum in mensem decumbentem, jámque vix ossibus hærentem beatæ æternitati admoverunt placidâ morte ereptum vivis 4tâ Decembris anno 1706. Archæon Provinciæ 1707. 14. Decembris in Collegio Colonienſi. Scripsit

Sancti Ignatii exercitia. Fünckelein des Hertzens von den geistlichen Ubungen des H. Vatters Ignatii Lojolæ S. J. beschrieben durch Nicolaum Elffen S. J. in 16to pp. 213. Coloniæ sumptibus Hermanni Demen apud eundem 1687.

Eadem Latinè. Scintillæ Ignatianæ. 1687. apud eundem in 16to pp. 142. Iterum Coloniæ 1705. Pragæ 1710.

Panis parvulorum, das ist, Seelen-Brod der Kleinen, der Christlichen Jugend vorgestellt durch einen Priester der Gesellschafft JEsu. Zu Cöllen bey Peter Hilden in 12mo pp. 250. tacito nomine, uti & sequens additamentum in prima editione Germanica. 1665. in 8vo Coloniæ.

Perfectorum autem est solidus cibus. Geistlicher Zusatz des Seelen Brods der Kleinen, sonderlich so nach hoher Vollkommenheit trachten, durch einen Priester der Gesellschafft JEsu. Cöllen bey Peter Hilden in 12mo pp. 192. 1665.

Panis cæli. 1672. Coloniæ in 18vo.

Alte und bewehrte Richtschnur der Welt-geistlichen Heiligkeit, das ist, heilige Lebens-Regulen, welche den Gott-verlobten Jungfrauen und Wittiben.... ausgesetzt durch Patrem Nicolaum Elffen S. J. Cöllen bey Herman Dahmen 1677. in 12mo pp. 212.

Catholisch schlecht und recht, durch P. Nicolaum Elffen S. J. Cöllen in 16to pp. 421. apud hæredes Joannis Widenfeld & Godefridi de Berges 1681. & 1687.

Idem 1705. Coloniæ in 12mo.

Hahn über die heisse Kohlen. Coloniæ in 12. 1705.

Das allerbeste Gold. Cöllen 1714. in 12mo.

Ex annuis literis Coll. Colon. S. J.

NICOLAUS ESCHIUS Oosterwicanus Brabantus, nascitur anno 1507. Vir fuit insignis doctrinæ & pietatis, summæque contemplationi deditus. Unde & ad vitam solitariam atque asceticam instituti Cartusiani propensum habuisse animum; sed de corporis sui viribus diffisum ab ea abstinuisse Author est Scriptor vitæ Eschii familiaris *Joannes Arnoldi Parochus in Diest.* Cellam tamen apud Cartusianos Colonienses habuisse, vixisseque inter illos cum opinione sanctitatis omnibus venerabilem. Præceptor fuit Petri Canisii & Laurentii Surii. Obiit Diestemii anno 1578. Præfectus & Reformator Beginagii, annos natus septuaginta. Scripsit

Exercitia pia, spiritualia, verè divina. Antverpiæ typis Nutii 1563. & Plantini 1569. in 16. & Augustæ Vindelicorum 1718. in 12mo. Ratisbonæ 1718. in 12mo.

Isagogen seu introductionem ad vitam introversam capessendam, præfixam libro, cui titulus: De templo animæ, composito ab Authore Margaritæ Evangelicæ, & ab Eschio primum vulgato. Antverpiæ typis Coccii in 960 1543. Sed & prædictæ Margaritæ Evangelicæ libros IV. è Germanicis Latinos fecit. Coloniæ 1545. typis Melch. Novesiani.

Epistolæ

Epistolam ad R. P. Oosterwich Priorem Cartusiæ Colonienſis, qui eidem queſtus erat de onere regiminis ſibi impoſito, cui reſpondet pulcherrimè, & rationes affert admodum graves & efficaces ad excitandum R. P. Prioris animum. Hæc epiſtola reperitur in manuſcriptis Garnefeltii in Cartuſia Colonienſi, qui eam ex Autographo ſuâ manu deſcripſit. Annus deeſt.

Foppens Bibliotheca Belgica.

NICOLAUS de FLANS linguæ Gallicæ & Arithmetices Magiſter approbatus judicio Dominorum Senatûs liberæ & Imperialis Civitatis Colonienſis. Edidit anno 1720. Gallico-Germanicam Grammaticam:

Curiöſe Grammatic mit leſswürdigen Neuigkeiten zum Gebrauch der Jugend beyderley Geſchlechts, ſo verlanget ſich in beyden Teutſch- und Frantzöſiſchen Sprachen zu exerciren; der immerwehrende Calender per A B C von der Frantzöſiſchen Ausſprach zum Decliniren, Conjugiren, Nomen, Pronomen, Verba, Adverbia, die Syntax, 46. Geſpräch Teutſch und Frantzöſiſch, die Höflichkeit der Jugend, Brief, geiſtliche und weltliche Titulen, zierliche Wörter in denen Briefen und Reden, luſtige Hiſtorien, Rätzelen, Wörter-Buch, und viele andere Sachen &c. durch Nicolaum de Flans. Collen bey Jacob Promper 1720. in 8vo pp. 601.

Idem ediderat parvam Grammaticam, & Grammaire Choiſie.

NICOLAUS GIRCKEN ex Eyberdingen Satrapiæ Vitenſis, Ducatûs Luxemburgici, Ordinem Eremitarum ſancti Patris Auguſtini profeſſus Coloniæ, ſacroſanctæ Theologiæ in Univerſitate Colonienſi Doctor & Profeſſor publicus, Examinator Synodalis, Conventûs Colonienſis Prior 26 Aprilis anno 1703. in Capitulo Colonienſi Provincialis Magiſter Commiſſarius eligitur. Regimini ſummo præfuit uſque ad diem vigeſimam tertiam anni 1706, denuò eidem ſummo Magiſtratui admovetur in Aquenſi Capitulo 1712. 14. Aprilis, quem geſſit uſque ad diem 10. Maji anni 1715. Obiit Aquiſgrani 1717. 1. Julii, ætatis 56, profeſſionis 37, ſacerdotii 33, ibique fuit in Domo Capitulari ſepultus. Studia Auguſtino-Thomiſtica in ſuo Conventu maximè promovit, eùmque in finem edidit

Summam ſummæ Theologiæ ſcholaſticæ juxta tuta & inconcuſſa dogmata Ss. Auguſtini & Thomæ quatuor tomulis comprehenſam, Coloniæ 1704, rurſum 1719. impreſſam, quibus & quintum de religione & ſtatu religioſo ſuperaddere voluit; ſed morte præventus non abſolvit.

Ex Commentariis Eximii Heuſchen Eremitar. Provincialis.

NICOLAUS HERBORN vel HERBON Gallus, Ordinis Fratrum Minorum ſancti Franciſci Recollectorum, fuit Conventûs Brulenſis Alumnus, Provinciæ Colonienſis, Commiſſarius Generalis Montanus, vir doctus, & magnâ dicendi facultate inſtructus, quam in Eccleſia Metropolitana Colonienſi demonſtravit, teſte Ægidio Gelenio *de Colon. Agripdin. magnitud. pag. 520.* Scripſit

Paradoxa Theologica ſeu Theologicas aſſertiones divinis eloquiis contra Neotericos Hæreticos roboratas. Incipiunt: Quis hoc ignorat. Prodierunt Pariſ. apud Hieronymum Gormontium 1534.

Enarrationes Latinas Evangeliorum Quadrageſimalium, quas apud Coloniam Agrippinam Germanicè ad populum declamârat. Antverpiæ apud Michaelem Hilckernium anno 1533. Incipit: Exordium ſacræ Quadrageſimæ & Pariſ. 1593.

Enarrationem lamentatoriam in pſalmum 78. de miſerandâ populi Chriſtiani depopulatione. Incipit: Quis dabit capiti meo aquam? Pariſiis anno 1529.

De tribus votis, ac præſertim de obedientia Religioſorum.

Apologiam veræ fidei.

Enchiridion locorum communium adversùs hæreſes.

De notis veræ & adulterinæ Eccleſiæ.

Methodum concionandi.

Emendationem veteris vitæ. Coloniæ 1529.

Monoteſſaron Paſſionis Domini noſtri JEſu Chriſti. Opus inſcriptum: Monas ſacroſanctæ Evangelicæ doctrinæ, quâ abſterſæ ſunt Franciſci Lamberti apoſtatæ aſpergines, quibus immaculatam Chriſti Domini Sponſam impudentiſſimè fœdare conatus eſt.

Epiſtolam ad Minoritas.

Wadingus, Willot, Miræus, Ægidius Gelenius.

NICOLAUS LANDASSE origine Francus, incola Ducatûs Montenſis, addictus Calvinianæ ſectæ, plures ex uxore liberos ſuſcepit. Initio ſæculi XVIII. Elberfeldiæ in Ducatu Montenſi pluribus annis linguam Francicam docebat & Arithmeticam. Poſtmodum venit Eupenam in Ducatu Limburgico, ubi deſerto Calviniſmo fidem Catholicam amplexus fuit, & cùm in gravem morbum fatalémque incidiſſet, ritu Catholico extrema Eccleſiæ Sacramenta ſuſcepit; ex eo tamen morbo convaleſcens aliò diſceſſit. Edidit

Le Maitre de la langue familier & Voyageur. 1716.

Der vertraute und reiſende Sprachmeiſter, welcher einen, ſo ein lehrſames Verſtand und gute Gedächtnus hat, anweiſet, wie die edele Frantzöſiſche Sprach abſque prælectione Magiſtri zu erlernen, durch Nicolaum de Landaſſe von Ihro Churfürſtlichen Durchleucht zu Pfaltz privilegirter Sprachmeiſter. In Elberfeld bey dem Autor, Sprachmeiſter daſelbſt 1716. in 8vo pp. 515.

Sive Grammatica Francico-Germanica in octo libros diſtincta. Subjungitur Dictionarium parvum Latino-Francicum & Francico-Latinum. in 8vo pp. 114. præter indicem prolixum Grammaticæ.

Kurtz-bündige, doch vollſtändige Teutſche Sprach-Kunſt anweiſend die Grundſätze, Wort-Fügung und Rechtſchreibung der edlen Teutſchen Helden-Sprache, mit einem Onomaſtico Teutonico, wie auch einem Etymologico Teutonico-Gallico, nach der allerneueſten accuraten Methode ange-

ausgefertiget durch Nicolaum de Landasse Ihrer Churfürstlichen Durchlencht zu Pfaltz in Elberfeld privilegirten Sprachmeister. Im Jahr 1722. in 8vo pp. 256.

NICOLAUS LANGENBERG Germanus, ex oppido Tripperſichet (credo Wipperfürt) edidit libellum prænotatum:

Cibus animæ adjuncto ſpeculo ſive examine ad faciendam perfectè confeſſionem. Coloniæ apud Petrum Brachel anno 1637, & alterum, quem inſcripſit:

Animæ medicina, adjunctâ inſtructione pro confraternitate Ss. Rochi & Sebaſtiani, quæ habetur in templo Fratrum Minorum Marcodæri, ibidem apud Gisbertum Clementis 1642.

Libellum etiam pro Confratribus chordæ ſeu cingüli S. Franciſci. ibidem apud Joannem Crythium eodem anno.

Wadingus, Scriptores Ordinis Minorum.

NICOLAUS NEISSEN Paſtor Catholicæ Eccleſiæ in Burg Ducatûs Montenſis. Creditur tacito nomine confutationem libelli contra ſe ſcripti edidiſſe.

Faules Ey und groſs Gekakel, das iſt, Lutheriſche Lügen-Charteque vom H. Henrico Kleinhan Miniſterii Candidato Ambts Miſelohe im Unterbergiſchen ehelängſt ausgeſprengt; anjetzo aber widerlegt von einem Catholiſchen Seelſorger. Cölln bey der Wittib Meuchers 1714. in 16to pp. 106.

NICOLAUS de SUSATO ſacroſanctæ Theologiæ Doctor celebertimus, floruit anno 1417. Græco & Latino inſtructus eloquio, Theologus ſacrarum legum exercitatiſſimus, à Ludovico Duce Bavariæ, Rheni Palatino, cui magno in pretio erat, ad Conſtantienſe Concilium miſſus, ſuâ prudentiâ & doctrinâ brevi omnibus innotuit. Hinc ex Germanica natione cum cæteris ipſis Cardinalibus adjunctus fuit ad eligendum ſummum Pontificem Martinum V. tribus aliis depoſitis. Scripſit, ùt ajunt,

Quæſtiones ſententiarum, Lib. 1.

Sermones plurimos habitos, Lib. 1.

Varias quæſtiones, & alia complura.

Panthaleon p. 472. Trithemius, Hamelmannus, Eiſengrein.

NICOLAUS THOMÆ in Aresdorff pago Territorii Luxemburgenſis naſcitur anno 1678. parentibus honeſtis, ac vitæ probatæ licèt mediocris fortunæ. Poſitis rudimentis linguæ Romanæ patriam bello vaſtatam relinquit anno 1693, & Coloniam Agrippinenſium delatus, in Tricoronato Gymnaſio artes humaniores diſcit ſub Magiſtro Daniele Creſt, Philoſophiam ſub Doctore Eremundo Bireken 1701. abſolvit ſingulari cum laude. Interea, dum Theologicis diſciplinis vacat, & pubem Tricoronatam privato & publico pædagogio annos bene multos informat, affulſit benignius ſidus anno ſæculi hujus undecimo, quo vocatus Ratisbonam, perilluſtribus Philippo Carolo Ervino & Joanni Caſparo Friderico liberis Baronibus ab Otten Latinæ linguæ & eloquentiæ Præceptor datus fuit, quibus veluti inferioribus curis adjecit ipſe animum ad juriſprudentiam inſpiciendam. Hoc demum præſidio & amicorum ope impetravit, ut civitatis Coloniæ Agrippinenſium, quæ prima voto & ſeſſione eſt in Scamno Rhenenſi, Comitiorum ſacri Romani Imperii Legatum vel Agentem in rebus, ùti Conſtantiniano ævo ſcribebant, ageret. Eodem honore & munere functus eſt nomine plurium imperii civitatum, Aquarum Grani, Überlingæ, Rotweilæ, Wangæ, Offenburgi, Gengenbachii & Cellæ apud Hemmersbach. Ab eo ſcripta, & typo vulgata hæc Poëmata:

Sex hydriæ in nuptiis Domini Lahr & Dominæ Eckhagen 1702. Coloniæ 1702.

1709, *quo anno Galli cæſi, LILICIDIUM, Chronicum ſeu Eugenii Principis victoriæ carmen epicum. Coloniæ.*

Corona facta ex Epomide Eximio Patre Paulo Aler S. J. Regenti Gymnaſii Tricoronati, ſacræ Theologiæ Doctori. Coloniæ 1711.

Muſopolis ex Vizopoli in promotione RR. DD. Popularium ſuorum Ss. Theologiæ Licentiatorum Nicolai Jouck, Petri Aler, Caſpari Gilſon. Coloniæ 1711.

Archiducum fata ſeu vaticinium Europæ ſub Carolo III. Hiſpaniarum Rege. 1711.

Academia incarnati Verbi aperta. Ratisbonæ 1712.

Turcicidium orientis Poſphori. Ratisbonæ anno 1716.

Diluculum orientis Solis Auſtriaci. Ratisbonæ 1716.

Imago ſancti Caroli Borromæi affixa nomini & omini Imperatoris Caroli VI. Ratisbonæ anno 1720.

S. NORBERTUS nobile germen ex illuſtri Salicorum proſapia Sanctis in Clivia Archi-Diœceſis Colonienſis naſcitur. Adoleſcens in Archi-Diaconali Sanctenſium Collegio ampliſſimo Canonicatu potitus, cùm in aula HENRICI IV. Imperatoris ſummis honoribus perfunctus eſſet, & ſe mundo abdicâſſet, Dux factus eſt ejus familiæ, quam PRÆMONSTRATENSEM indigitant, ſuorum progreſſus atque incrementa ab ipſomet Chriſto in cruce pendente edoctus. Habitum à Virgine, Regulam ab Hipponenſium Præſule præmonſtrata accepit. Sub ipſum Ordinis exordium Coloniam veniens, diu quæſitum ſancti Gereonis corpus plurésque alias ſanctorum Martyrum exuvias, cæleſti edoctus revelatione, invenit. Antverpiam evocatus, nefariam *Tanchelini* hæreſin per ſe & ſuos è finibus penitùs eliminavit. Miraculis plurimis adhuc vivens, nobilitatus infulam Magdeburgenſis Archi-Epiſcopatûs ab invito ſuſceptam, quam alii gemmis, ipſe virtutibus exornavit. Cathedram Petri Innocentio II. contra Petrum Leonis ſchiſmaticum vindicavit. Romam comitatus Regem LOTHARIUM, cujus agebat Conſiliarium, familiaribus non ſemel dicere auditus eſt, *malle ſe infernum, quam vel unicum peccatum veniale admittere*, quòd Chriſto illud (ùt hominum & DEI malum) diſpliceret; quo ſpiritu ætatéque plenus, optabat tenerrimè ad JESU & Mariæ conſpectum quantociùs evolare, & evolavit datâ adſtantibus benedictione Magdeburgi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

burgi anno 1134. 6. Junii, pluribus post mortem gloriosè apparens; à Gregorio XIII. in Sanctorum catalogum relatus anno 1582. Scripsit

De visionibus suis libros tres.
Sermones de obitu Sanctorum ad populum.
Ad Agnem Sanctimontalem Colonienſem.
Sermo S. Norberti ad Præmonſtratenſes filios.

In hanc ſermonem jam in Bibliotheca ſanctorum Patrum noviſſima vulgatum edidit luculentiſſimam interpretationem Reverendiſſimus Abbas Strahovienſis, hoc titulo:

" Sancti Norberti Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis, candidiſſimæ religionis, Canonicorum " Præmonſtratenſium Fundatoris ac Patriarchæ " ſermo ad eoſdem Præmonſtratenſes Filios quondam dictus & ſcriptus, recenter verò enucleatus ab Hieronymo Hirnheim, ejuſdem Præ" monſtratenſis Eccleſiæ beatæ Virginis Pragæ in " montem Sion (vulgò Strahoff) Abbate, per " Bohemiam, Auſtriam, Moraviam & Sileſiam " Viſitatore ac Vicario Generali, Ss. Theologiæ " Doctore. Pragæ apud Georgium Zernoch anno " MDCLXXVI. in folio pp. 775.

Diplomata S. Norberti quædam edita fuerunt à Joanne Petro à Ludewigh in reliquiis manuſcriptorum omnis ævi diplomatum. Tom. 2. pag. 358. 398. &c.

Vita ejus legitur apud Surium ab Anonymo ſcripta, qui Norberto coætaneus fuit: ait enim *aut vidiſſe ſe ea, quæ ſcribit, aut audiviſſe à veris Relatoribus, qui viderunt, & adhuc vivebant.* Non ergo Author illius *Hugo* Floreſſienſis Abbas (cui nonnemo eam adſcribit) qui floruit anno 1229. plura Aubertus Miræus in Chronico Præmonſtratenſi. Vide hanc & alias ejus vitas in actis Sanctorum ad diem 6. Junii, ubi etiam latè deducitur hiſtoria Translationis reliquiarum hujus S. Archi-Præſulis anno 1627. è civitate Magdeburgenſi Pragam ad Abbatiam Strahovienſem.

Hiſtoria S. Norberti Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis, Ordinis Præmonſtratenſis Conditoris, cum variis diplomatibus prodiit Jenæ in Germania 1683. Authore Gaſparo Sagittario Hiſtorico ac Theologo Lutherano Luneburgenſi.

Foppens Bibliotheca Belgica. Hagiographi Antverpienſes ad diem VI. Junii.

NORBERTUS ab HORRICHEM Erpenſis, patriæ Colonienſis, Steinfeldiam, Ordinis Præmonſtratenſis Cœnobium, ingreditur anno 1618. Sacerdotio initiatus anno 1622, cùm præeſſet Seminatio, quod modò Steinfeldenſe vocatur Coloniæ, ſedulam ſtudiis Theologicis impendit operam, & ſuſcepto magiſterio artium ad altiores gradus ſe coaptans, cùm ubivis commendationem conſecutus eſt, ut lauream doctoralem illi imponendam clamitarent alii, niſi ſolius Prælati ſui Pilckmanni modeſtia & humilitas ſplendorem & honores quoſcunque odientis obſtiriſſet. Anno 1629. modò Coloniæ, modò Steinfeldiæ eidem Prælato in graviſſimis Ordinis negotiis ſedulus adſtitit. Anno 1630. 7. Februarii concordibus Fratrum votis in Abbatem ſufficitur. Eodem anno Provinciæ Hujatis Vicarius Comitia Provincialia pluries celebravit, ut decretorum robore Ordinis firmaretur diſciplina. Anno 1640. Fabio Chiſio ad Tractum Rheni Nuntio Apoſtolico familiariùs cœpit innoteſcere. Eodem Authore Nuntio Apoſtolico reditus Dunwaldenſes Collegio ſancti Norberti Colonienſi perpetuùm annexuit.

Cappenbergenſes & Varlarienſes, qui Ordinis ſui jugum excuſſerant, reduxit anno 1645, & ad obedientiam, quam ſoli Epiſcopo Monaſterienſi ſeſe debere contendebant, Ordini præſtandam adegit. Conſilio & auxilio FABII CHISII I. Richelii Cardinalis Generalatum Ordinis Præmonſtratenſis ambientis, & ad nominationem Regis contra concordata Franciæ & ſacri Concilii Tridentini ſanctiones ſibi arrogantis artes impavidus eluſit, diſſipatis Romæ Cardinalis niſibus, & ſublecto in Generalem Schellerio è gremio Præmonſtratenſi. Quæ plura Ordini aut Steinfeldiæ beneficia contulerit, in paucas pagillas redigi non poſſunt, ut non immeritò hanc ei laudem tribuat Chronicon Steinfeldenſe: *Quòd tanta cum laude & fructu & rerum utriuſque ſtatûs agendarum dexteritate præ- & profuerit, ut, quamvis de futuris omnia pronuntiare non poſſimus, ſaltem de præteritis id dicere & ſentire audeamus, Steinfeldiam à ſuæ fundationis exordio illius ſimilem eò uſque non habuiſſe.* Vixit annis 63, anno Chriſti 1598. natus, anno 1661. 8vâ Maji denatus. Reliquit

Scripta præclariſſima, ac prælo digniſſima pro defenſione & conſervatione jurium Ordinis.

Ex Commentariis Eximii Prickartz Canonici Præmonſtr. Steinfeldenſis, Præſidis Seminarii Norbertini Colon.

NOVESIANUM GYMNASIUM Soc. JESU, de quo Collegio hæc ſcribit *Joſephus Juvencius Soc. Jeſu Lib. XV. P. V. Hiſtoriæ S. J. num. 31.* Solebant jam inde (Coloniâ) ab anno 1609. Socii identidem excurrere Noveſium, quæ civitas aſſidet Rheno infra Coloniam Agrippinam. Fecit utilitas perſpecta, ut Ferdinandus Archi-Epiſcopus Colonienſis certam in urbe magni hoc in Tractu nominis & momenti ſedem Societati JESU poſitam optaret. Conficiendæ rei opportunitatem præbere videbatur vacuum Franciſcanis Patribus Cœnobium, quos aliò gravem ob cauſam transmiſerat. Ægrè adducta Societas eſt, ut in Monaſterii poſſeſſionem veniret, ne religioſum Ordinem veteri ſibi charitate conjunctum depulſiſſe videretur, quod in tanta nobis obtrectandi facultate non poterat non eſſe invidioſum. Cedendum tamen fuit Principi optimo, invidiam omnem in ſe recipienti. Quare XVII. Kal. Aprilis anni 1615. locus Societati Jeſu ritè ac legitimè traditus; ſed reliqua tam inventia, quàm ſoli bona Franciſcanis relicta: nam decimâ ſextâ Martii eodem anno Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis authoritate per clariſſimum Dominum Joannem Horn, condictum Goldſchmidt Electoralis Cameræ Conſiliarium, ac urbis Noveſienſis Præfectum titu ſolenni Monaſterii hujus tradita eſt poſſeſſio coram notante ſingula Domino Chriſtiano Elſen, præſentibus teſtibus duobus R. D. Arnoldo Mandt Decano & Joanne Eſchweiler Scribâ. Die abhinc octavo, qui Martii vigeſimus quintus erat, immigrârunt in Cœnobium bini Sacerdotes, & totidem Adjutores domeſtici, quorum numerus paulatim accrevit, ità ut anno 1624. Domum illam tredecim Socii incoluerint. Incepit igitur Gymnaſium Noveſianum intrà annum prioris ſæculi 15 & 24tum à Profeſſoribus

&

& discipulis frequentari, & in hodiernum diem ab iis frequentatur. Editur ab eodem Collegio anno 1715.

Columba Noëtica cum oliva redux ad arcam, Reverendissimo ac Serenissimo Principi ac Domino D. Josepho Clementi DEI gratiâ Archi-Episcopo Colonienſi &c. Mecœnati ac Parenti ſuo longè amantissimo in tesseram perpetuæ gratitudinis, summæque obſervantiæ oblata à devotissima Societate JESU Collegii Novesiensis anno, qVo Joseph CLeMens agrIppInas præsVL nobIs reDIbat.

NUMISMATUM VETERIS, AUT MEDII ÆVI APOTHECÆ COLONIENSES.

Præter antiquiora Cimelia Helmannicum, Broelmannicum, proximis sæculis sat copiosa nata sunt operâ variorum eruditorum.

Serenissimus D. JOANNES WILHELMUS ELECTOR PALATINUS, DUX JULIÆ, MONTIUM in Aula ſua Dusſellana Cimelium ditissimum aureis, argenteis, æreis veterum nummis, deinde lectissimis nummis medii ævi & proximi ævi Christiani ex vario metallo collegit, & eruditissimo viro D. de Roy ordinandum & curandum commisit, Princeps natus, artibus liberalibus omnibus fovendis & promovendis, & literatorum Mecœnas munificus.

Excellentissimus D. FRANCISCUS GEORGIUS sacri Romani Imperii Comes de Manderscheidt, Blanckenheim & Geroldstein, Baro in Junckeradt, Cronenburg, Schuller, Hoistert & Merlefeldt, Dominus in Bettingen, Daun & Erp Archi-Diœcesis Colonienſis Aulæ Præfectus hæreditarius, Serenissimi Electoris Palatini ſupremus Aulæ Præfectus, Minister primarius, Nummorum thesaurum luculentum collegit, qui in manibus Excellentissimi Filii est.

Intrà mœnia Coloniæ Agrippinenſium plures antiquariæ rei peritissimi Cimelia nummorum domi ſuæ extruxerunt; BROELMANNIUM, quò devenerit, non constat mihi.

Clarissimi Viri
VON JUNCKERSDORFF,
VON HEUFFT,
SCHWEITZER,
VON WINTERSDORFF,
VON CÖLLEN jam defuncti apud hæredes thesaurum nummorum antiquorum reliquerunt etiamnum ſuperstitem.

R. D. VON HINSBERG, Canonicus San-Severianus, &
R. D. JOANNES SCHNICKEL Cartusiæ hujus Professus, nunc Prior Cartusiæ Ruræmundenſis apparatum nummariæ rei non ſpernendum collegerunt.

In Collegio Colonienſi Soc. JESU
P. JOSEPHUS HARTZHEIM,
P. PETRUS SALM,
P. JOSEPHUS DAEL,
M. FRIDERICUS de REIFFENBERG.

Regens & Profeſſores Gymnaſii Tricoronati ſetiem tum Conſularium, tum Cæſarum Romanorum, tum demum Archi-Epiſcoporum Colonienſium adornare allaborârunt.

Bonnæ Excellentissimus L. B. de SCHURFF Serenissimi Electoris Colon. Camerarius,

Excellentissimus Dominus D. JOANNES JOSEPHUS ANTONIUS CAROLUS Comes de TAUFFKURCH ab Ybm & Gouttenberg, Dom. in Ellerechinge, Serenissimi Electoris Colonienſis & Bavari reſpectivè Cameratius, Conſiliarius intimus, Stipatorum Præfectus, Ordinis S. Michaelis Commendator.

Eruditissimus D. WILHELMUS ARNOLDUS DERCKUM Bonnenſis Serenissimi Electoris Colonienſis conſilii intimi Regiſtrator Cimelia nummaria inſtruxerunt.

O.

OLIVERIUS natione Westphalus, Canonicus primùm Paderbornenſis Eccleſiæ fuit, ùt ex variarum literarum ſubſcriptionibus apud Schatenium patet. Translatus dein est Coloniam, ibique Scholaſtici ſummæ Ædis & Magiſtri munus adeptus est. 1210. unà cum Joanne Sanctenſi Scholaſtico militiæ cruciatæ adversùs Albigenſes Præco & Cohortator fuit, ubi & in familiaritatem S. Dominici venit, ùt Cæſarius Heiſterbacenſis *miracul. L. VII. C. 24.* indicat. Suſpicari autem (inquit Joannes Georgius Eccard *Tom. II. præfat. in Corpus hiſtoricum medii ævi Lipſiæ apud Gleditsch 1723, ex quo hæc*) poſſumus jam antea Oliverium in Albigenſibus ad obedientiam Romanæ Sedis reducendis ſtrenuam operam navâſſe: Innocentius enim III. Papa Lib. X. Epiſt. 201. Epiſcopo Gebennenſi & Abbati bonæ Vallis Viennenſis Diœceſis ſcribit ſe indignè ferre, quòd Gratianopolitanus Epiſcopus Eccleſiam Aſpernadi, Magiſtro Oliverio conceſſam ei ſubtraxerit, mandatque, ut Epiſcopum hunc cogant, quo illam memorato Magiſtro ſinè delatione reſignet. Pretium igitur operæ apud Albigenſes impenſæ iſta Eccleſia fuit. Epiſtola Papæ ſcripta est 3. Kalend. Februarii anno decimo Pontificatûs, hoc est, anno Chriſti 1209.

Anno 1215. in Conventu Aquenſi, teſte eodem Cæſario *Lib. X C. 7.* literis Apoſtolicis ad id deputatis crucem adversùs infideles in Brabantia, Flandria, Friſia, & vicinis Provinciis cum Arnoldo diſcipulo ſuo prædicavit, & anno 1217. cum multis Principibus claſſe per mare in terram ſanctam ivit. *Cæſarius Lib. IX. C. 13. idem prodit, & Albertus Stadenſis ad eum annum:* Multi, inquit, peregrini versùs Hieruſalem ſunt profecti, petentes de Marſilia Terram ſanctam, in quorum comitatu erat Magiſter Oliverius Prædicator famoſiſſimus poſtea Paderbornenſis electus, & tandem ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis. Chriſtianis ibi adversùs infideles pugnantibus, & anno 1218. Damiatam obſidentibus animos addebat, ferventiſſimus & facundiſſimus ſui ſæculi Orator. Anno 1223. præmium operæ navatæ tulit Epiſcopatum Paderbornenſem, ísque ei anno 1224. ab Honorio III. Papa confirmatus est literis ſolennibus, quas Schatenius recenſet. Anno 1225. idus Maji Magiſter Oliverius Groningam ingreſſus est cum magno favore totius populi, & varia loca viſitavit, ùti etiam Winchium, ubi multos divites ſignavit: non enim volebat ulli crucem dari, qui non corporaliter nec rebus Terram ſanctam poſſet juvare. Dedit poſtmodum literas ad Præ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

latos Frisiæ, quarum hic titulus: *Oliverius Servus emptitius crucis, Colonienſis Scholaſticus, verbi crucis Miniſter vitam bonam & exitum felicem.*

Hugo Stivagienſis Abbas *in monumentis ſacræ antiquitatis 1725. Stivagii pag. 476. & 477.* notat, eundem Oliverium ſcripſiſſe Epiſtolam Præmonſtratenſibus, hoc titulo: *Venerabilibus Viris Dominis Conrado Præmonſtratenſi Abbati, cæteriſque Abbatibus, ac toti Præmonſtratenſi Capitulo Oliverius Servus Crucis emptitius, Colonienſis Cancellarius paratum ſemper cum devotis orationibus obſequium.* In eâdem porrò ſcribit, ſe ex mandato Sedis Apoſtolicæ Friſiam Sedis Colonienſis Provinciam peragrare: narrat, quæ ibidem commendatione & reprehenſione digna invenerit; denique refert ſe gentem Friſonum diligere, quia fide ſtabilis, & in armis ſtrenua iterum ſe præparat ad Terræ ſanctæ ſubſidium tam in bellatorum numeroſa multitudine, quàm navium utili ac neceſſario & inſtanti expeditioni provido apparatu.

Anno 1225. Oliverius cum Engelberto Colonienſi Archi-Epiſcopo in Italia fuit, ùt Gelenius *in hujus vita Lib. III.* notat. Ad C. 8. adducit Friderici II. Imperatoris diploma, quo hoc anno menſe Julio apud ſanctum Germanum ad radices montis Caſſini Engelberto prædium Ricktertichium donavit & confirmavit, cui Oliverius Paderbornenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Hinc is Romam evocatus, & ab Honorio Papa conſecratus eſt, ùt concluditur ex ipſius Honorii Epiſtola ad Canonicos Paderbornenſes anno 1226. datâ: Cùm Oliverio in numerum Cardinalium tunc cooptato, & Epiſcopo Sabinenſi creato iis alium Epiſcopum eligendi facultatem concederet. Extat illa apud Schatenium in Annalibus Paderbornenſibus pag. 1009. ſed diu dignitate Cardinalitiâ gaviſus non eſt: ex iis enim, quæ Scatenius in medium affert, evidens eſt, eum anno 1227. deceſſiſſe.

Ut ad ea veniamus, quæ Oliverius ſcripſit, dum Chriſtiani Damiatam obſiderent & oppugnarent, horas ſubſecivas Oliverius impendit compoſitioni duorum libellorum:

Unus agit de Regibus Terræ ſanctæ, & res Chriſtianorum in Oriente geſtas ab anno 1095. uſque ad annum 1218. complectitur.

Alter hujus continuatio eſt, & Hiſtoria Damiatina appellatur, atque ab anno 1217. incipiens captionem Damiatæ pluribus exponit; deinde, quomodo urbs hæc iterum amiſſa ſit, addit, ac hiſtoriæ filum in anno 1222. abrumpit, quo nempe cum aliis Chriſtianis militibus ac Principibus in Europam reverſus eſt.

Notat Schatenius pia & erudita Oliverii monumenta manuſcripta ſervari in Bibliotheca Ferdinandi Epiſcopi Paderbornenſis, dignáque, quæ prælis in publicam lucem proferantur. Votum Schatenii hoc nos jam implemus (inquit Joannes Georgius Eccard L. cit.) codice membranaceo ex Bibliotheca Ferdinandi, qui illum à Medico doctiſſimo Bernardo Rottendorfio acceperat, ad Adolphum Overhamum Benedictini Ordinis olim inſigne membrum, & poſt obitum ejus in peculium Monaſterii ſancti Ludgeri Helmſtadienſis, tandémque benevolentiâ Roberti Verbockhorſti Præpoſiti ejuſdem loci præterito anno defuncti ad nos delato. Hiſtoria Regum Terræ ſanctæ planè nondum impreſſa hactenus fuit. Voſſius *Lib. 3. de Hiſtor. Latinis pag. 715.* refert, Oliverii librum de expeditione Hieroſolymitana Lovanii apud ſanctum Martinum extare, quem Hiſtoriam Damiatinam eſſe puto. Hanc ſubinde in obſidione Damiatæ continuavit, & per partes huc illúcque miſit; ſic enim partem ejus à Cap. XI. uſque ad Cap. XIX. miſit, & inſcripſit Archi-Epiſcopo & Eccleſiæ Colonienſi, his verbis: "Honorabilibus Dominis ſuis Engelberto Colonienſi "Archi-Epiſcopo, majori Præpoſito, majori "Decano, cæteriſque Prioribus, totique Clero "Oliverius peccator, ſervus emptitius crucis ſic "dictus, Colonienſis Scholaſticus per viam ſalutis ad æternæ beatitudinis conſortium pervenire "feliciter." Sapiens corde, & fortis robore, &c. &c. últimà verba ſic immutavit: "Tu Colonia, "Civitas Sanctorum, ut quæ in hortis roſarum, "Martyrum, liliorum Virginum, violarum Confeſſorum, nunc pace temporali per Venerabilem Archi-Epiſcopum veſtrum gaudens habitas, pro devotione filiarum tuarum flecte genua cordis tui coram Altiſſimo, qui vitæ & "mortis habet imperium, noli alta ſapere, ſed "time, coram ipſo vias tuas argue, ne furor iræ "DEI, qui ſtillavit ſuper te, convertatur in grandinem; ſed tranquillitate temporum diu conceſsâ ei, cui honor eſt & excellentia, virtus & "potentia, liberâ mente deſervias." Hanc verò partem hiſtoriæ Damiatinæ in forma Epiſtolæ ad Engelbertum Archi-Epiſcopum Colonienſem deſtinavit, prout eam Bongarſius ex codice Pauli Petavii primus edidit. Deinde eandem produxit uſque ad Cap. XIX. verba: "Majus auxilium tu"liſti, quàm reſiduum totius Regni Teutonici," atque ità extat *Guelferbyti in codice membranaceo Gudiano.* Poſtea addidit plura uſque ad finem C. XXIV. Hoc exemplar nactus eſt Thomas Gale, atque ſuis Anglicarum rerum Scriptoribus, ſinè nomine tamen Authoris, inſeruit. *Jacobus de Vitriaco* ſuo tempore habuit eandem Oliverii hiſtoriam uſque ad finem C. XXVII. productam, eámque inſigni plagio commiſſo, nec nominato Authore ſuæ hiſtoriæ Hieroſolymitanæ verbotenùs immiſcuit. Reliqua nos primi in lucem producimus, ait Eckard, quanquam ex iis, quæ Ubbo Emmius *Lib. VIII. rerum Friſiarum* habet, facilè intelligamus, & illum integrum hoc Oliverii opuſculum vidiſſe: adducit enim ſenſum ultimorum verborum de amiſſione Damiatæ, quo Oliverius queritur Chriſtianos in Teutonicos, & præcipuè in Friſios ingratos fuiſſe, quorum tamen operâ præcipuè antea urbem hanc cepiſſent.

OLIVERIUS LEGIPONTIUS Limburgenſis, natus anno 1698. die 2. Decembris, Ordinis ſancti Benedicti, Coloniæ Profeſſus in Monaſterio ſancti Martini majoris, ſacroſanctæ Theologiæ Licentiatus, ejuſdem ac Philoſophiæ Profeſſor emeritus, ſuadente clariſſimo viro Bernardo Petzio, Reverendiſſimo Abbati Godefrido Beſelio in Archi-Ducatu Auſtriæ Gotwicenſis Benedictini Cœnobii Archimandritæ operam ſuam offert ad Bibliothecam digerendam. Accepit eam lubens humaniſſimus & eruditiſſimus Præſes, & ab Martio 1734. uſque ad finem Octobris 1735. in ordinem vaſtiſſimam ſupellectilem librariam redegit. Proximo vere anni 1736. Moguntiam accitus, lectiſſimæ

lectissimæ Bibliothecæ perillustris Gentis Dalbergicæ felicem operam suam dicavit & impendit. Hactenus ab eodem edita

Regia amoris valles inter & montes erecta, sive epithalamium carmen Friderico L. B. Dalbergio & Sophiæ L. B. Wamboldiæ scriptum. Moguntiæ typo Joannis Henrici Hæfner, 2. Bogen, tacito nomine.

Discursus paræneticus pro publica Bibliothecæ & societate eruditorum sub auspiciis Excellentissimi Domini Dalberg Moguntiæ instituendis. 1737. in folio typo Joannis Franckenberg.

Historia Monasterii Disibodibergensis, unà cum facti juriisque deductione pro ejus revendicatione per P. Oliverium Legipontium Ordinis sancti Benedicti Professum, sacræ Theologiæ Licentiatum. 2. Bogen.

Bibliographia Benedictina, sive novus rei literariæ studiorúmque monasticorum apparatus in quatuor classes distributus, quarum prima exhibet rei literariæ historiam & methodicas studendi rationes. Alterâ disseritur de singulis scientiis & artibus, & earum cultoribus. Tertiâ agitur de monasticis studiis. Quartâ de Scriptoribus ex Ordine Divi Benedicti, accurante P. Oliverio Legipont Limburgensi, Ordinis sancti Benedicti, ad sancti Martini majoris Professo, sacræ Theologiæ Licentiato &c. &c. pro tempore Bibliothecario. Moguntiæ ex Typographia Electorali Aulico-Academica Joan. Hæfner 1738. in 8vo.

MS. prælo destinata ejusdem Legipontii:

1. *Sciagraphia Philologico Bibliographica, in qua de libris rarioribus & præstantioribus, eorumque raritatis causis & horum signis diagnosticis, nec non de variis, iisque potissimùm ad elegantiores literas pertinentibus rebus disseritur, & libri aliquot rariores ordine alphabetico designantur.*

2. *Systema novum erigendæ, ordinandæ & ornandæ Bibliothecæ, ejusque catalogi conficiendi facilem methodum exhibens.*

3. *Syntagma de Bibliothecis Moguntinis, earum origines, incrementa, fata, cimelia repræsentans. Hactenus Magnoaldus Ziegelbauer Ordinis sancti Benedicti in novo rei literariæ Ordinis sancti Benedicti conspectu. Ratisbonæ 1739. in folio. Parte I. C. V. §. 3. pag. 282. 283.*

Idem scripsisse se nobis testatus est coram I. Plenam historiam suæ Abbatiæ San-Martinianæ Colonienſis. II. Catalogum accuratum Abbatum ejusdem Monasterii. III. Indicem MS. codicum ejusdem Bibliothecæ. IV. Vitas Scriptorum suæ Abbatiæ, quas nobiscum communicavit, ut in præfatione grati meminimus.

ONESIMUS de KIEN Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum Provinciæ Colonienſis. Ex Hiſpanica lingua in Latinam transtulit

Homilias Quadragesimales Joannis Baptistæ la Nuza. Antverpiæ apud Guilielmum Leskenium 1647. in folio.

Wadingus Scriptor. Ord. Minor. Miræus Yprensem fuisse scribit.

ONESIMUS RAUCOURT natus in Campania, linguam Gallicam docuit Coloniæ Agrippinæ, & de eadem librum edidit:

Apparat Royal ou nouvel Dictionaire François Alleman & Latin enrichi des meilleures façons de parler de l'une & de l'autre langue reçueilli des meilleurs Autheurs & rangé dans un ordre trés facile & trés methodique pour la composition du François en Allemand & en Latin huitiéme edition Françoise, & la premiere Allemande, où l'on à ajouté la pronuntiation Françoise des mots les plus difficiles, le tout reçu, corrigé & augmenté, avec un Dictionnaire Geographique François, Allemand & Latin, par On. Raucourt. A Cologne chez Guillaume Metternich 1713. in 8vo. Pars prima: Gallicum Dictionarium Latinè & Germanicè redditum, pp. 992. Neues Teutsches, Frantzösisches und Lateinisches Wörter Buch, pp. 464. Dictionnaire Geographique pp. 79.

Essentia linguæ Gallicæ moderno-Parisinæ & Aulicæ, seu manuductio facilis & expedita ad linguam Gallicam cultiorem scholæ Parisinæ, vulgò L'Academie Françoise, systemati accommodata, brevitati & facilitati addiscentium consulens, Authore Onesimo Raucourt, natione Campano. Coloniæ apud Joannem Alstorff 17 4. in 12mo pp. 348. Dicatum Consuli Krufft Mecœnati Authoris.

ORTWINUS GRAES (errat Iselinus in Lexico Basileensi anno 1726. asserens eum Monasterii in Westphalia ortum esse) Daventriensis vulgò cognominabatur, quòd sub Alexandro Hegio Gymnasiarchâ Daventriensi doctissimo & celeberrimi nominis enutritus, & bonis literis cultus sit. *Cratepoel. in Annalibus Archiep. Colon.* ait, eum in officina typographica Quenteliana Præsidem & Correctorem suis doctis epigrammatis nomen docti consecutum. Coloniæ vitam reliquam omnem transegit, & Bursæ Cucanæ (de qua suo loco) Professor fuit (ùt patet ex præfatione in Victorem de Garben anno 1509. eum habitâsse in domo Kuick) receptus ad Facultatis Regentis concilium Lunæ post visitantis Mariæ 1507. Quodlibetarius Declamator eligitur anno 1511. 1. Septembris. Hic etsi vulgò putetur Daventriensis esse, tamen est Westphalus, scribit in præfatione, quam præfixit secundæ editioni libri de laude Westphaliæ ab ipso Wernero Rolewinckio scripti, se esse Westphalum in ditione Monasteriensi natum à Friderico de Graes antiquâ laudabilique prosapiâ prope Cosfeldiam urbem; educatum verò à patruo suo Joanne de Graes Daventriæ, & in Hegii schola ibidem instructum, & ob id vulgò Daventriensem dictum. Hic scripsit multa, & postquam esset ante annos quinquaginta inter præcipuos cum Joanne Cæsario & Jacobo Greselio Professores Academiæ Colonienſis, miser ille *(sic judicat Hæreticus Hermannus Hamelmannus illustrium virorum Westphalorum Lib. IV.)* nimiùm indulsit affectibus, & confidens stilo & authoritati, quâ mediocriter valuit,

cœpit causam Hochstratii defendere; itáque in ipsum confictæ sunt epistolæ obscurorum virorum ab Hermanno Comite de nova Aquila, Ulrico ab Hutten, & Hermanno Buschio Cæsario & aliis, quanquam Buschius propter patriam concivi parcere debuisset; sed ipse Ortwinus antea Buschium anno 1511. irritaverat, scribens, insulsè & ineptè esse factum à Buschio, quod scriberet Theologis, Philosophis & Magistris fore utilem suum in Donatum Commentarium. Hinc illæ lachrymæ. Emisit tamen Apologeticum ad virulenta illa scripta, quo se mirum in modum excusat Ortwinus. Mortuus est Coloniæ 1542. 11. Kal. Junii. Varia in lucem ejus operâ prodierunt:

1. *Fasciculus rerum expetendarum & fugiendarum. Coloniæ 1535. in folio. Anno 1690. in folio editus Londini in II. Tomis cum insigni auctario ab Eduardo Brown. Relatus fuit in indicem vetitorum librorum.*

2. *Triumphus B. Job Prophetæ versu elegiaco, Lib. III. Coloniæ in folio apud Quentel. Subjungitur sermonibus Joannis Fabri Episcopi Viennensis.*

3. *Apologia adversùs Joannem Reuchlinum, quâ occasione (ait Valerius Andreas Desselii) nominatim traductus fuit epistolis & damnato dialogo obscurorum virorum: cui reposuit Ortw. Gratius.*

4. *Lamentationes obscurorum virorum. Coloniæ 1518. in 4to, recusæ anno sub ficto nomine. Londini, reapse Coloniæ vel Mulheimii.*

5. *Præfationes ejus in opus Victoris de Carben V. R. T.*

6. *Orationes quodlibeticæ perjucundæ Ortwini Graesii Daventrienſis, Coloniæ bonas literas docentis. 1508. in 4to pp. 8.*

Oratio I. de Philosophiæ laudibus. II. In commendationem Grammaticæ. III. Dialecticæ. IV. Rhetoricæ. V. Poeticæ. VI. Arithmeticæ. VII. Musicæ. VIII. Geometriæ. IX. Astronomiæ. Oratio facetiarum & invectivarum contra inimicos Philosophiæ.

7. *Epistola ejusdem ad V. Magistrum Everhardum Radinck, Wesaliæ inferioris Alumnum, & Licentiatum Colonienſem. Subjicitur vitæ Bernardi de monte Jovis scriptæ per Henr. Glareanum Helvetium Poetam laureatum, & Colonienſis Academiæ in AA. Magistrum. in 4to in Bibliotheca Cartusianorum Coloniæ.*

8. *Criticomastix Peregrinationis Ortwini Gratii ad Petrum Ravennatem J. V. D. Coloniæ, in quo multa de viri illius & Academiæ laudibus. Lugduni 1511. in 8vo cum alphabeto IV. Ravennatis ibidem in 4to 1517. post alphabetum aureum. Extat in Cartusia Colonienſi G. 233.*

OTHMARUS Trajectenſis, quòd ea in urbe natus sit, ex familiæ Capucinorum, ad quam in Provincia Colonienſi adscriptus fuit, more nomen accepit. Is post vota edita Prædicator, Philosophiæ & Theologiæ Lector creatus fuit. Ejus ingenii fœtus est

Itinerarium mentis in DEUM ex ipsomet homine. Augustæ Vindelicorum 1690.

Ex commentariis suggestis à Lectore Convent. Colon. Capuc.

P.

PANTALEONITA CHRONOGRAPHUS unus & alter. De quibus ità scribit *Joannes Georgius Eccard Corpore historico medii ævi Tom. I. Lipsiæ 1723. in præfatione n XI.*

Vetus, quod sequitur (*in hoc primo Tomo Corporis historici medii ævi*) historiæ monumentum CHRONICAM REGIAM COLONIENSEM nominamus: quia à Colonienſibus sancti Pantaleonis Monachis confectum videtur, Archi-Episcopos Colonienſes & Abbates sancti Pantaleonis exactè recenſentibus; & titulo eo hoc opus ex Authorum mente insignendum esse, manifestum fit non ex præfamine solùm, sed etiam ex illis, quæ ad annum 1148. leguntur. Collectum id est, si antiquiora expendas, ex Chronicis Eusebii, ejúsque historiæ continuatione à Ruffino confecta; Chronicis item Hieronymi, Orosii, Bedæ, Catalogis Consulum & Pontificum veteribus, Annalibus Francicis vetustissimis Eginhardi, vitâ Caroli Magni, Witichindo Corbejenſi; Reginone, Annalistâ Saxone, & aliis. Citatur in eo etiam alicubi *Historia Saracenorum.* Duobus in locis aliquantum non primus Collector (qui tempore Ottonum Imperatorum vixit, ùt ex iis, quæ de Brunone Archi-Episcopo Colonienſi habet, ubi & ad *visum suum* provocat, colligimus) sed Interpolator posterior erravit; cùm Ottonis Ducis Saxoniæ sororem Luitgardem Ludovici Arnolfo Imperatore nati conjugem fuisse scribit, quæ Ludovici à Ludovico Germanico geniti uxor fuit: deinde cùm Brunonem Ottonis I. Imperatoris filium narrat, Pontificem factum esse; Bruno enim, qui Pontifex creatus est sub nomine Gregorii V, non Ottonis Imperatoris, sed Ottonis Ducis Garentini & Comitis Veronenſis filius erat.

Primus hic Collector historiæ hujus Monachus Benedictinus fuit: sub Justiniani enim rebus de sancto Benedicto agens ipsum SUUM PATREM appellat; in Monasterio verò sancti Pantaleonis degisse inde concludo, quòd fundationem Ecclesiæ illius Abbatésque, ùt dixi, sollicitè recenſeat. Secutus est eum alius ejusdem loci Religiosus, qui cœptum Chronicon usque ad annum 1105. continuavit. Anno 1096. is testatur, se Cometam & lumen insolitum, quod jam *Auroram Borealem* vocamus, vidisse, atque cum Godefrido Bullionio in Terra sancta fuisse. Idem prodit se aliquando locutum esse cum Wigberto Antipapa & Archi-Episcopo Ravennate anno 1100. defuncto. Memorat quoque, se è Terra sancta abeuntem Joppe solvisse, & 18. Kal. Octobris anni 1102. Romam venisse, ubi in Concilio habito audivit porrò Paschalem Papam in Cœna Domini sententiam in Henricum IV. proferentem. Præsens deinde fuit in Concilio Northusano anno 1105, & vidit Henricum Regem omnibus jura sua & leges confirmantem. Eodem anno, cùm Ruthardus

Archi-

Archi-Episcopus Sedi suæ restitueretur, Author noster Moguntiæ erat, & rerum gestarum fusiorem enarrationem in anno 1106 finit. Conradus Abbas Urspergensis sive quisquis *Chronicon* sub ejus nomine editum compilavit, hactenus eum verbotenus ferè & absoriè quandoque exscribit; additis tamen subinde quibusdam. Nec aliud præcipuè ab eo mutatum invenies, nisi quòd Colonienſibus Archi-Episcopis omissis Wirtzburgensium Episcoporum seriem exhibeat, & quædam aspergat veritati non ubique consona. Post annum 1106. omnia strictim saltem enarrantur usque ad tempora Friderici Barbarossæ, ubi iterum diffusior rerum recensio incipit, atque ad annum usque 1162. procedit. Hæc pars operis Conrado Urspergensi non est lecta, & plura memoratu dignissima continet. Sub annum 1140. obsidionem Winsbergæ recenset, & meminit loco ad deditionem coacto mulieribus concessum esse pretiosa sua exportandi; has verò pretiosorum loco maritos in humeros suscepisse, atque ità servâsse. Sed Welfum cum uxore huic rei interfuisse, ùt vulgò tradunt, non addit. Quæ sub anno 1157 de origine dissensionis inter Papam & Fridericum habet, notari merentur. Mediolanenses cùm anno 1162. se coacti tandem dederent, atque ad Friderici Imperatoris Clementiam confugerent, idem præsentem se fuisse testatur, ut adeò necesse sit, eum in Reinoldi Archi-Episcopi comitatu fuisse; hic verò suam narrationem finit. Codex membranaceus, unde Chronicon hoc deprompsimus, Marquardi Freheri fuit; jam verò in Bibliotheca Augusta Guelferbyti asservatur, ubi & Coringius eo usus est. Annales Godefridi Monachi sancti Pantaleonis à Frehero editi eodem codice continentur, quorum cum editione collationem amplissimo Struvio antehac concessimus p. 683. ad 344. Tomi I. Eccardiani. Nota, quòd quævis columna cujusvis paginæ insigniatur suâ cifrâ.

Post hoc Chronicon sequitur Godefridi Monachi Pantaleonitæ Chronicon ab anno 1162. ad annum 1237. editum jam à Marquardo Frehero inter Scriptores Germaniæ, ubi vide hujus Monachi elogium, sed referendum ad literam C.

PANTALEONITA MONACHUS, qui regnante HENRICO SANCTO vivebat (uti ipsus testatur C. V. n. 24.) scripsit vitam, cui ùti pronepoti dicavit vitam MATHILDIS Reginæ Germaniæ, martis Ottonis I. & Brunonis I. Archi-Episcopi Colonienſis proaviæ sancti Henrici I. eam ex codice Monasterii Benedictini Colonienſis ad sanctum Pantaleonem transcripsit primus Joannes Gamansius Collegii Colonienſis S. J. Alumnus, & Antverpiensibus Hagiographis sociis suis communicavit: hi eam ad diem mortualem pridie idus Martii sive XIV. Martii Sabbatho primæ hebdomadæ Quadragesimæ anno DCCCCLXVIII. bissextili, cyclo Lunæ 19. Solis 25. Litt. Domin. E D, quo Pascha celebratum VIX. Aprilis, inseruerunt Actis Sanctorum. Leibnitius eandem recudit Num. XIII. Tomo I. Scriptorum Brunsvicensium vulgato Hannoveræ 1707.

PANTALEON ESCHENBRENDER ex Breitbach oppido Archi-Diœceseos Colonienſis in lucem venit anno 1689. 7. Octobris. Philosophicâ scientiâ & laureâ imbutus, è Gymnasio Tricoronato tradidit se Societati JESU Treveri anno 1710. 7. Junii: in eâ humaniores literas postquam docuisset, Apostolicum Missionarium & Operarium variis in locis agit. Quatuor votorum sacramentum dixit Dusseldorpii anno 1724. 15. Augusti. *Libros dabit Supplementum.*

PAROCHUS CATHOLICUS ex Ducatu Montensi edidit tacito nomine libellum Germanicum contra Consistorium Duisburgense DD. Reformatorum.

Anastasia, das ist, Aufferstehung und Bekehrung D. Joannis Bernardi Daniels medicinæ Doctoris von der newen, wider GOTTES Wort, übel reformirten zu der alten wahren, allein seeligmachenden Catholischen Religion und Kirchen.... zu Widerlegung des vom Duisburgischen Consistorio in Druck gelassenen Buchs: Apostasia J. B. Daniels medicinæ Doctoris.) Gedruckt zu Cöllen bey Paulus Metternich 1664. in 8vo pp. 136. mit beygedrucktem kurtzem Bericht, dass die Mess, so in der Catholischen Kirchen täglich geopffert wird, keine Abgötterey seye. pp. 24.

PATROCLUS BOICKMAN, aliàs *Pellificis* dictus, Susatensis, vir literatissimus, floruit in Conventu Fratrum Minorum Conventualium Susatensi, cui plures optimósque libros procuravit. Extat in Bibliotheca Susatensi ejusdem manuscriptum.

Dissertatio satis prolixa, ac rationibus inibi deductis & stilo commendatissima de justificatione, bonis operibus, & sacrificio Missæ contra Bernardum Rothmannum, aliàs Stutenbernd dictum, Monasterii primùm egregium Sacramentarium, deinde Anabaptistarum ibidem Apostolum, quam anno 1552, alterâ die Rochi, ad eundem Osnabrugo, ubi tum temporis Lector habitabat, Monasterium direxit. Dissertationes autem hujus, seu potiùs concertationis occasionem exprimit Rothmannus in suis Monasterio ad Patroclum datis anno 1532. Sabbatho post Trinitatis, dum ait: " Cùm nuper ex improviso " in velitationem quorundam S. Scripturæ loco- " rum incidissemus, tu tandem positionem quan- " dam asseveranter proposueras, & mihi scripto " explicandam tradebas, quam ùt ego lubens tunc suscepi, ità jam tandem in sequentibus explicatam candidè remitto. " Verosimiliter defunctus est Susati, cujus Bibliothecæ plures post annum illum libros procuravit.

Ex Commentariis Eximii Sasserath Conventual. Colon. Provincialis.

PAULUS ALER mundo nascitur in sancti Viti oppido ditionis Luxemburgensis anno 1656. 9. Novembris. Ad Coloniense Tricoronatum Gymnasium missus, cœpit veluti Cyrus inter pueros imperium ultrò delatum capessere, quod eventus serò verum docuit. Anno 1676. sub Philosophiæ Doctore Adolpho Neissen inter trigiata Gymnasii Magistros ipse actu quinto renuntiatus fuit, & mox sextâ Novembris anni ejusdem adlectus inter JESU Socios, professis quatuor vota anno 1691. 2. Februarii aggregatur. E Novitiatûs Trevitici sacris tenebris productus, in scholarum lucem magnum eximio, quo pollebat, loquendi

quendi & scribendi talento subsidium discipulis, magnum societati JESU ornamentum & decus fuit, & præsidium contra æmulos invictum. Exacto tirocinio, & humaniorum scholarum sarcinâ depositâ Coloniæ Philosophiam simul ac docendo absolvit, typo vulgavit, eodémque tempore Sodalitio Latino, quod annos undecim frequentissimo Primorum urbis & Academicorum consessu moderatus est, præerat; præerat & classibus humanioris literaturæ, & moratæ Theologiæ lectionem in eadem Gymnade quotidianam habebat. Anno 1701. in antiquissima Trevirûm Universitate sacræ Theologiæ Magister pronuntiatur, & 2dâ Martii 1703. Regens Gymnasii, in cujus sinu nutritus fuerat, constituitur usque ad diem 25tam Aprilis anni 1713. Subin vicinorum Gymnasiorum curam & administrationem Monasterii Eiflix, apud Grani-Aquas, Treviris & Juliaci Superioribus jubentibus suscipit, qua in urbe postrema apoplexiâ constrictus, usum dimidii lævi corporis penè omnem amisit, alienâ manu & ope cibum & situm ipsum corporis accipere doctus. Quantus olim Tullianis & Marianis è castris, tantus nunc in patientiæ biennalis cathedra spectandus Athleta ex hemiplexiis, quibus identidem affligebatur, semper pacato animo emergens & opperiens mortem jam non ex insidiis adrepentem, quam placidam vidit Marcoduri 2dâ Maji anni 1727. Viget memoria Pauli apud innumeros discipulos Gymnasii Tricoronati, quod annis triginta & ampliùs non solâ doctione & gubernatione, sed erectâ in atrii umbilico statuâ magnæ matris columnæ & pedestallo imposita anno 1691, ædificato elegantissimo theatro denis hinc inde prosceniis ternis intervallis, quarum facies decies & ampliùs intrà oculi ictum per ponderum æquilibria nullo labore mutari obstupesceres: pari machinarum beneficio, raptûs & volatûs personarum per aërem, descensus è nubibus geniorum & chororum integrorum, diductio vel mutatio universi theatri intrà aliquot secunda minuta perficiebantur. Argumenta tragœdiarum, quarum tredecim scripsit, & plures admurmuratione secundissimâ Electoribus, Cardinalibus, Viris principibus & Magistratui Colonienſi exhibuit & inscripsit, è sacra ferè historia reperebat tanto animorum motu, ut spectatores sæpissimè in lachrymas castas solvi viderimus, & cælestium rerum desideriis colliquescere. Musicos numeros non in scenam duntaxat, sed in quotidianas Tricoronatæ Juventæ cantilenas gravitate & varietate novâ suavissimas induxit. Demum disciplinæ ad sancti Ignatii leges exigendæ, adjumentis oratoriæ poëticæve arti suggerendis suâ Minervâ & parandis tam impensè vacabat, ac si omni aliâ spartâ immunis esset. Hæc domesticis, æmulis verò Societatis & Gymnasii qualem se pauxillo in corpuscolo Paulus præbuerit, docent Romanæ Rotæ, & Serenissimi Electoris Palatini, & Nuntii Apostolici, & Magistratuum urbicorum judicia, quibus adversarii palinodiam canere, P. Paulum in integrum restituere, expensas omnes refundere, & quæ mendaci ac furtivo typo, sed Pauli solertiâ detecto effutierant, revocare publico quoque typo coacti sunt. Cæterùm mille florenos aureos definitivâ Judicis sententiâ dictatos ob enormium injuriarum actionem condonavit heroicâ charitate Paulus, intercedente insigni Capitulo. Non levis invidia tot victorias comitata est, quam egregiè concoquebat, soli divinæ gloriæ manu & calamo propagandæ, & juventuti Christianæ omnibus literis & gratiis ditandæ unicè intentus. Varia ab eo in variis studiorum generibus sunt edita.

THEOLOGICA.

Tractatus de actibus humanis. Treviris 1717. typis Jacobi Reulandt in 4to.

Justificatio impii per attritionem & Sacramentum Pœnitentiæ. in 4to typis Jacobi Reulandt Treviris 1716.

In hoc opusculo præcipuè ostenditur, quòd ad Sacramentum Pœnitentiæ non requiratur contritio perfecta, sed attritio sufficiat.

PHILOSOPHICA.

Conclusiones ex universa Philosophia circa quæstiones maximè controversas authoritate & rationibus confirmatæ. in 4to typis Petri Theodori Hilden Coloniæ 1692.

Philosophiæ tripartitæ Pars I. sive Logica. in 4to sumptibus Viduæ Godefridi Meuchers Bibliopolæ Colonienſis 1710. Coloniæ.

Philosophiæ tripartitæ Pars II. sive Physica tum universalis, tum particularis. in 4to sumptibus ejusdem Viduæ 1715.

Philosophiæ tripartitæ Pars III. sive anima & Metaphysica. in 4to sumptibus ejusdem Viduæ 1724. Coloniæ.

Dialectica nova omnibus scholis accommodata. in 8vo Treviris apud Jacobum Reulandt 1716.

Spectantia ad literas humaniores, & primò ad oratoria:

Imago divinæ Bonitatis, sive Maria sinè labe originali concepta. Est oratio. in 4to typis Petri Alstorff Coloniæ 1700.

Colonia Agrippina ob invictam in fide orthodoxa constantiam, à DEO inter varia bellorum pericula incolumis conservata. Oratio panegyrica. in 4to typis Petri Alstorff 1701.

Appendix ad præcepta literarum humaniorum. in 8vo typis Wilhelmi Metternich Coloniæ anno 1701.

Ortographia sive ars emendatè scribendi. in 8vo typis Petri Theodori Hilden 1700.

Theoparonsia sive DEI (ubique locorum) præsentia, continens prosam variam, tum solutam, tum ligatam. in 8vo sumptibus Viduæ Godefridi Meuchers Coloniæ 1722.

Corona tergemina, complectens triplicem laudem juventutis trium Coronarum. Coloniæ in 4to typis Petri Theodori Hilden 1700. In hoc opusculo continentur variæ inscriptiones, orationes & carmina.

Dictionarium Germanico-Latinum, opus in hoc genere absolutum. in octavo majore sumptibus ac typis Servatii Noethen Coloniæ 1724.

Spectantia ad Poëſin.

Gradus ad Parnassum. Editio septima correctior

ctior & emendatior. in 8vo sumptibus Viduæ Godefridi Meuchers Coloniæ 1724.

Praxis Poëtica sive methodus quodcunque genus carminis facile & eleganter componendi. in 8vo Coloniæ apud Servatium Noethen an. 1722. Editio quinta correctior & emendatior.

Tragœdiæ tres de Josepho, nimirum Joseph venditus, Joseph agnitus, Joseph Patrem excipiens. in 8vo Coloniæ typis Francisci Caspari Aldenkirchen 1703. 1704. 1705.

De Tobia tragœdiæ duæ, nimirum Tobias probatus, & Tobias recreatus. Typis ejusdem annis 1706. & 1707.

Tragœdia una de Bertulfo & Ansberta. in 8. typis ejusdem 1708.

Tragœdia una de Genovefa, typis ejusdem anno 1709.

Tragœdia Germanico idiomate composita de Machabæa ejusque filiis. in 4to typis ejusdem 1710.

Dramata musica quatuor. Primum: Regina gratiæ Maria. in 4to typis Wilhelmi Mettermich Coloniæ 1696.

Secundum: Regina pacis Maria. Typis ejusdem in 4to 1697.

Tertium: Julius Maximinus. Typis ejusdem in 4to Coloniæ 1697.

Quartum: Urania. Typis ejusdem in quarto 1700

Carmina varia diversis Principibus & Magnatibus dedicata. Ac

Primo. Annus sæcularis. In hoc opere variæ habentur emblemata & symbola æri incisa. Dedicatum fuit Maximiliano Henrico Archi-Episcopo & Electori Colonienſi 1684, anno nimirum sæculari Archi-Diœcesis Colonienſis à Ducibus Domûs Bavariæ administratæ. Typis Theodori Alstorff Coloniæ.

Secundò. Fœdus Leonis & Aquilæ, sive Epithalamium Serenissimi Principis & Electoris Bavariæ Emanuëlis & Archi-Ducissæ Austriæ. in folio majore typis ejusdem 1685.

Tertiò. Sol in occasu, sive Maximilianus Henricus Archi-Episcopus Colonienſis mortuus. Opus in folio majore typis ejusdem 1688. Coloniæ.

Quartò. Leo in stellam mutatus, quando Reverendissimus & Illustrissimus Dominus Joannes Henricus de Anethan, Episcopus Hierapolitanus, &c. vivere desiit. in folio minore typis Theodori Alstorff 1693.

Quintò. Faces nuptiales.

Sextò. Virtutes infulatæ.

Septimò. Pulli aquilini, &c.

Ex annuis Colleg. Marcod. & Gymn. Tricor.

PAULUS THEODORICI CLISORIUS sacræ Theologiæ Licentiatus, Sacellanus Parochiæ sancti Lupi Coloniæ, dein Parochus sancti Severini, & Canonicus ibidem, scripsit Germanicè libellum, cujus titulus:

Joseph, Bräutigam der heiligen Jungfrau Marie und Pflegvatter JEsu Christi, das ist, Hauß-Büchlein, darinnen kürtzlich verfasset werden sein Leben, Lob, &c. Gebetter zu selbigem, zum Nutzen der Bruderschafft zusammen getragen durch Paul. Theod. Clis. Collen 1626. bey Wilhelm Friessem in 16to pp. 423. præter indicem.

Vita sanctæ Annæ Germanico sermone edita à Paulo Theod. Clisorio.

Extat in Cartusia Colonienſi FFFF 14. num. 19. 22.

PETRISSA Ancilla DEI, vivebat circa annum 1200. Coloniæ aut in agro Colonienſi, *varia responsa edidit de situ purgatorii, inferni, paradisi, quæ MS. extant in Cartusia Colonienſi.* Conscripta autem fuerunt per quendam Sacerdotem de sanctis Virginibus, nomine Henricum. Anno 1740. hic liber MS. in 4to extabat apud Michaëlem Mörckens Seniorem Cartusiæ Colonienſis.

PETRUS ANDREAS LUMNIUS Coloniæ linguæ Franciæ docendæ Magistrum agebat, exeunte sæculo XVI. & XVII. nascente. Ejus studio in lucem prodiit

Grammatica Gallica brevis, facilis & dilucida, partim Germanicè, partim Latinè conscripta; nunc verò ab ipso Authore ità aucta & emendata, ut priori ferè dissimilis inveniatur. Authore Petro Andreâ Lumnio.

Frantzösische Grammatica zu Teutsch und zu Latein, beschrieben zugleich vor Gelehrten und Ungelehrten, vormahls nie in Druck ausgegangen; nun aber von dem Authore dermassen gemehrt und gebessert, daß er dem vorigen [wie leichtlich zu sehen] mit nichten gleich ist, durch Petrum Lumme Maître d'école. Gedruckt zu zu Collen bey Steffen Hemmendem 1699. in 4. pp. 34.

PETRUS à BEECK Juliacensis, Imperialium Ecclesiarum in Aquis B. M. Canonicus, & ad D. Adelbertum Præpositus. Dedit

Aquisgranum, sive historicam narrationem de Civitatis Aquisgranensis origine & progressu, de rebus Divi Caroli Magni gestis, de ritu coronandi Reges Romanos. Aquisgrani apud Henricum Hultingium 1622. in 4to.

PETRUS BLOMEVENNA Lugduni apud Batavos nascitur anno Christi 1466. ideò à *Leydis* & *Leydensis* stilo istius sæculi nuncupatus. Ad Colonienſis Cartusiæ solitudinem convertit sese. Anni 1489. die 4. Martii, & anni proximi die 7. Martii, quæ erat Dominica secunda Quadragesimæ, professus est Cartusianum institutum solemni voto, Prior suæ familiæ dictus anno 1507. Constant hæ epochæ ex scediasmate autographo, quo eos annos vitæ suæ adnotavit, subjectâ hâc precatiunculâ: *Adjuva me, DEUS, per sanguinem JESU Christi Filii tui pro me & omnibus his Fratribus meis profusum. O DEUS adjuva.* Ex quo ungue metiemur hunc Leonem scilicet ubique JESUM suum, ejúsque amorem tractantem. Vir erat ad regimen non naturâ, sed gratiâ factus fictúsque, cui authoritatem faciebant eminens virtus & vitæ inculpatæ exempla. Mira eidem inerat suavitas, & in tractandis sibi commissis tanta comitas, ut omnes illum adire, de

rebus quibuscunque confidenter agere, consiliáque agitare gestirent. Excipiebat obvios humanitate plusquam maternâ, eorumque morbos ità tractabat, ut ex animo condolere & compati alienis malis intelligeres. Idem tenax legum & instituti servantissimus, prævaricationem nullam ferebat. Si quid inordinatum, aut minùs religiosum cernebat, instabat illicò opportunè, importunè, arguebat, obsecrabat: simul reprehensionis acerbitatem eâ moderatione condiens, nemo ut ab eo tristis abscederet. In se verò implacabiliter severus, minimos defectus dirâ flagellatione coërcebat, adeò ut ponendus fervori modus fuerit, ne ante diem corpusculum interimeret. Orationi & familiari cum DEO consuetudini addictissimus, nullo externo negotio divellebatur ab illa jugi mentis solitudine; nec rarò ectases & raptus cælestes patiebatur, vix ut aut quàm difficillimè ad usum sensuum revocaretur ab iis, qui oranti fortuitò supervenirent. Hanc animi in DEUM intenti, & cum eo conjunctissimi pacem perpetuò coluit, & imprimis annis octo & viginti postremis, quibus & Cartusiam Colonienſem & Rheni Provinciam regularis disciplinæ Censor gubernavit. Largius etiam Dominus servo suo fuit donum lachrymarum, quâvis enim causâ, quæ DEUM, Ecclesiam, animam spectaret, oblatâ, puta cùm rem divinam faceret ipsus, cùm lectioni piæ mensæ assidens auscultaret, cùm colloquia sereret cum proximo, effundebantur in rivos oculi præ exuberantia amoris divini. Quotquot novêre virum, deprædicabant uti speculum universæ asceticæ perfectionis & prototypon disciplinæ ac regularis observantiæ. Ex ore, incessu, vita tota & scripris facilè conjicias, nullâ gravi maculâ acceptam in Baptismo innocentiam fuisse temeratam. Reddidit purissimam animam DEO Creatori pridie Kalend. Octobris 1536. ætatis 70, Ordinis aditi 47, filiorum suorum omnium lachrymis elatus.

« Hæc *Mörckens.* Post *Possevinum*, *Val. Andream*, *Petrejum*, *Garnefeltium*, *Svvertium*, *Mersæum*, *Arnold. Raviſium* in Orig. Cartus. « Hugonem Hoesserum.

« *Crisis.* Corrigit jure possevinum, qui ex *Petro Blomevenna* & *Petro de Leydis* duos fa« cit. «

« Corrigenda Chronologia Petreii, quod ex « Blomevennæ Autographo Mörckens fecit. « Scripsit

De Bonitate divina Libros VI, Coloniæ 1538. *in* 12*mo pp. adversæ* 436. *apud Melchiorem Novesianum. Subjicitur huic libello Apologia brevis pro opusculis Petri Leydensis, cognomento Blomevennæ, scripta à Gisberto Blockhovio Carusiano Colonienſi, natu Trajectensi.*

De Natura DEI.

De authoritate Ecclesiæ. Coloniæ Casp. Gennep 1535.

Expositionem in psalmum 126.

Contra Anabaptistas. Coloniæ in 12*mo* 1535. *Casp. Gennep.*

Candelam Evangelicam.

Appendicem ad Candelam Evangelicam contra abusus Ecclesiæ.

De effusione cordis.

Vitam S. Brunonis Cartusiensium Patriarchæ.

Sermonem de eadem S. P. N.

Exhortationem ad Novitios de vera religione, Lib. 1. *Agitur in eâ de variis casibus, quæ Novitiis saculum denuò sperantibus evenire solent.*

De vario modo adorandi DEUM, Sanctos & homines, & eorum imagines. Libellus capitum 8. *in* 12*mo. Dicatus Canonicis & Decano sancti Cassii, & Germanicè versus prodiit.*

De invocatione Sanctorum.

De Sacramento Altaris, seu Enchiridion Sacerdotum.

Directorium contemplativorum ab Henrico Herp Germanicè scriptum Latio donavit Petrus, insigni præfatione rudibus instituendis præfixâ.

Assertionem purgatorii. 1534. *in* 12*mo Coloniæ apud Gaspar Gennep. Dicatur Decano & Canonicis Ecclesiæ S. Cassii Bonnæ contra gliscentium illic Prædicutiorum concliones.*

Idem Germanicè.

Epistolam ad Doctorem Arnoldum Tungrensem & Joannem de Huesden.

Introductiones ad Librum II. Theologiæ mysticæ Henrici Harphii unà cum illo impressas.

PETRUS BONGART nascitur Porceti apud Aquas-Grani anno 1708. quartâ Januarii patre Joanne Petro Bongart, matre Mariâ Prickartz: humaniores literas & Philosophiam hausit à Magistris è Societate JESU in Collegio Aquensi, Ordinem Præmonstratem in Canonia Knechtstedensi profitebatur die 21mâ Novembris anno 1728. Vice-Pastor fuit Ecclesiæ in Hunshoven, modò est Sacellanus in Friemersdorff. Scripsit

Rudimenta Christianæ & orthodoxæ fidei. Coloniæ 1745. *sumptu Henrici Noesken.*

Ex Commentariis doctissimi D. Kochs Canonici Knechtstedensis Prioris.

PETRUS BONN Coloniæ Agrippinæ natus anno 1659. 24. Martii, post absoluta studia in Gymnasio Tricoronato humaniora & Philosophica, ingressus est Societatem JESU anno 1676. 14. Maji. Fuit insignis & facundus Præco verbi divini, sive Latino, sive Germanico idiomate pro concione diceret. Postmodum Societatem JESU egressus Aquisgrani, anno 1704. Pastor eligitur Ecclesiæ sancti Albani Coloniæ, accepto priùs in Universitate Trevirensi Licentiatûs Theologici gradu, quam Parochiam resignavit anno 1728. 6. Septembris, obiit anno 1733. Scripsit ediditque

Concionem Germanicam, cujus titulus: Geistliches Blumen-Büschlein bey denen aller Ehr würdigen Reliquien und Gebein der Heiligen GOttes, an deren offentlicher und in hiesiger h. her Thumb-Kirchen alle sieben Jahr am Feste der HH. Apostelen Petri und Pauli gewöhnlicher Vorstellung 1713. *zusammen getragen, und in vier Theil abgetheilt von dem wohlehrwürdigen und hochgelehrten Herrn Petro Bonn der heiligen Schrifft Licentiaten, der löblichen Pfarr Ss. Albani Pastoren,*

ren, und des hoch-adlichen Stiffts B. M. V. in Capitolio Canonico Capitulari. Cöllen bey Caspar Drimborn 1713.

1720. eadem solemni cæremoniâ reliquiarum Hungaris ostensarum dixit, & typo dedit.

Neuer Calvari-Berg, das ist, Betrachtungen über das bitter Leyden JEsu Christi. in octavo Coloniæ.

Kurtzer Begriff des höchst-berümten, und schon achtmahl nicht ohne grossen Nutzen gedruckten Christlichen Seelen-Weckers, von dem hochwürdigsten Authoren selbsten Herrn Josepho de Barzia in Spanischer Sprach, nunmehro trewlich ins Teutsche übersetzet von dem hoch-ehrwürdigen und hochgelehrten Herrn Petro Bonn &c. &c. Cöllen und Franckfurt bey Servatio Noethen 1719. pp. 984. præter indicem.

Concio Eucharistica post victoriam Caroli VI. de Turcis apud Belgradum dicta, & typo publicata.

PETRUS BROICH Agrippinensis, Collegiatæ Ecclesiæ B. M. V. ad Gradus Moguntiæ Vicarius. Prodiit ejus studio

Hyperaspistes Theologiæ scholasticæ assertæ in promotione Doctorum Ducalis Academiæ Molsheimensis, die S. Augustini, per Petrum Broich Agrippinatem in 4to.

PETRUS BROICHHAUSEN natus in Medman, Satrapiæ Montensis oppido, Philosophiam in Gymnasio Tricoronato absolvit: sobin etudiendæ bonis literis juventuti animum applicuit, dum ipse severioribus suum imbuit. Jam laureæ maturus, Pragam concessit, ubi utriusque juris magisterium & bravium consecutus est, juris Professor publicus ac Cæsareus in eadem Universitate etiamnum floret.

Sol Austriacus in XII. signis zodiaci symbolicè repræsentatus cum protasi & apodosi ex XII. Cæsarum symbolis ad materiam juridicam de signis per XII. dissertationes accommodatam.

Disputatio inauguralis Antonii Maden & Wenceslai Frolidi scripta (tacito nomine) ab Petro Bruchhausen 1717. in folio pp. 356.

PETRUS BUSÆUS natione Belga, patriâ Noviomagensis, Societatem JESU Coloniæ amplexus est anno 1561, ætatis 21, ubi quoque professionem votorum quatuor emisit anno 1568. Inde Viennam Austriæ missus, in Academia publicè sacras literas explicuit, & in Collegio linguam sanctam docuit, præter alia munia, quibus egregiè functus est: fuit enim excellenter doctus, & laureâ doctorali Theologiæ insignitus; pietate verò, & prudentiâ & exemplo eximius. Unicum erat perfugium domesticis & externis, quidquid durum aut perplexum incidisset; hinc omnium mœrore decessit Viennæ die 12. April. 1587. Edidit

Opus Catechisticum, sive Summam doctrinæ Christianæ P. Petri Canisii, Theologi Societatis JEsu, præclaris divinæ Scripturæ testimoniis illustravit locupletavitque magna cum Reipublicæ Christianæ utilitate: opus enim hoc plurimum negotii exhibuit Hæreticis. Editum est Coloniæ anno 1569. in 4to, & 1577. in folio.

PETRUS CANISIUS natione Belga, patriâ Noviomagensis, à puero se dedit studio pietatis. Quòd absolutis literis humanioribus se in studiis altioribus exercuerit Coloniæ Agrippinæ, constat primò, quòd anno 1540. 25. Maji fuerit Magister artium promotus Petrus Canisius in Gymnasio Montano. Secundò, quòd ex Lib. II. Actorum sacræ Facultatis Theologicæ pag. 56. aversa sub eximii Magistri Everardi Billick Provincialis Carmelitarum, qui fuit Decanus CXLIIItius anno 1543. die 26. Junii indictâ Congregatione Facultatis Theologicæ in Conventu Fratrum Prædicatorum per Vice-Decanum. Eximius M. N. Theodoricus ab Halveren Pastor sancti Petri præsentavit ad lecturam Bibliæ duos artium Magistros, Ewaldum à Novesio, & Petrum Canisium Noviomagensem; quanquam autem præter consuetudinem & extra tempus præsentarentur, admissi tamen fuêre gratiosè propter spem eruditionis, quæ in eis apparebat futura. Denique & cum M. Petro Canisio super ætate, quam statuta Facultatis requirunt, fuit dispensatum. Eâdem paginâ aversâ octavo die Julii exorsus est primam suam lectionem seu principium in Biblia M. Petrus Canisius. Circa hæc tempora, dum institura esset Societas JEsu, in eam P. Petri Fabri operâ primus omnium Germanorum coptatus est anno salutis 1543, quam exemplo, doctrinâ, præstantis ingenii monumentis recèns natam mirum in modum illustravit. Germaniam superiorem primus Præpositus Provincialis rexit, concionibus auxit, Hæreticos disputationibus repressit, Catholicos confirmavit. Ex quo Hæretici Canisium *Canem Austriacum* per ignominiam appellabant, quòd in Austria plurimùm versaretur, sed haud canem mutum, aut non valentem latrare; sed qui latrain & morsu lupos passim grassantes ab ovili Christi arceret. Episcopatum Viennensem à Ferdinando Romanorum Rege sibi oblatum constanter repudiavit.

Porrò de Canisii candore animi, puritate, humilitate, devôtione, orandi studio, perfecta omnium humanorum affectuum mortificatione, ardore fidei, animatum zelo, indefesso labore & perpetua contentione, quâ Religionem Catholicam semper tueri, ornare, amplificare non destitit, cæterisque ejus ornamentis virtutum multa dici possent, quæ justum volumen desiderant. Legi possunt Matthæus Radertus & Franciscus Sacchinus S. J. qui ejus vitam & res gestas propriis voluminibus conscripserunt. Vide plura elogia apud nostros Philippum Alegambe & Sotuellum. Migravit ad Dominum Friburgi Helvetiorum die XXI. Decembris anni MDXCVII. ætatis LXXVII. maxima cum fama sanctitatis, quam miracula, & de his instituti apud Sedem Apostolicam processus confirmant.

En Epitaphium:

* * * * * * * * * *

D. O. M.

Venerandus in Christo Pater
PETRUS CANISIUS Theologus
Noviomagi natus,
Societatem JESU
Tertio à confirmatione illius anno
Ingressus,
Ac Sacerdotio insignitus,
Ob magni simul & placidi animi
præstantiam,
A Colonienſi Ecclesia ad Carolum
V. Imperatorem,
Ab Ottone Cardinale Augustano
Ad S. Concilium Tridentinum,
A Ferdinando Imperatore Wormatiam
Contra Melanchtonem hæreticum
A PIO IV. Pont. Max.
Ad Principes Germaniæ
In fide confirmandos missus,
Postquam Romæ, in Siciliæ &
Germaniæ Academiis docuisset,
Diu apud Ferdinandum Imperatorem
Et passim summa cum laude
Verbum DEI prædicâsset,
Primus Provincialis Societatis ejusdem
In Germania
Ab ipso Societatis JESU Authore P.
IGNATIO datus fuisset,
Scriptisque fidem Catholicam
Egregiè illustrâsset,
Auspiciis Rever. D. Joannis Francisci
Episcopi Vercellensis, Nuntii
Apostolici
Friburgum sexagenarius venit,
Collegii Societatis fundamenta jecit,
Multa præclara documenta dedit,
Et quasi quidam Friburgensium
Patronus Ecclesiæ per Helvetiam Pa-
triarcha Religionis Catholicæ,
Sui temporis Columna,
Toto Christiano orbe notissimus,
Fide, prudentiâ,
Indefesso scribendi labore,
Abstinentiâ, perenni gravitate,
Animi puritate,
Flagrantissimo DEI amore,
Multâque sanctitate clarissimus
Migravit ad Christum
Festo S. Thomæ Apostoli
MDXCVII. anno ætatis LXXVII.

Scripsit postulante Ferdinando Rege Romanorum

Summam doctrinæ Christianæ; brevem quidem illam, sed præclarissimam, & quæ copiosæ Bibliothecæ instar sit. Prodiit primùm à S. P. N. Ignatio probata, & Ferdinandi Regis munita diplomate tacito alioqui Authoris nomine 1554. *Primus omnium Societatis partus post S. Patriarchæ nostri exercitia spiritualia, sæpiùs dein variis in locis & linguis recusa; demum recensita ab Authore, & multis locis aucta, excusa est Antverpiæ à Christophoro Plantino* 1574. *Cui accessit appendix de hominis lapsu & justificatione secundum sententiam & doctrinam Concilii Tridentini. Hanc summam Petrus Busæus, ut supra dictum est, illustravit adductis integris testimoniis, quæ Canisius in margine indicaverat, quasi digitum in fontes intendens.* Incredibilis autem extitit in Christi Ecclesia hujus Catechismi fructus. Serenissimus Wolffgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus Palatinus Caput nunc totâ Europâ celebertimæ familiæ Neoburgo-Palatinæ conversus est ad Catholicam fidem lectione, tot Patrum citatorum in Canisii majoris lectione, ùt fatetur ipse Princeps motivo VII. & XII. quæ edi voluit, & Commentario docto illustrati à P. Jacobo Reihing S. J. sub ejus nomine: MURI CIVITATIS SANCTÆ, hoc est, Religionis Catholicæ fundamenta XII. 1615. Coloniæ libet impressus p. 7.

Catechismus major, sive Summa doctrinæ & institutionis Christianæ recusa Coloniæ 1649. *sumptu Jodoci Kalcovii in* 12mo; *sed locis duntaxat ex Scriptura & Conciliis & Patribus indigitatis non expansis.*

Eadem hæc summa in breviorem formam contracta prodiit, hâc inscriptione:

Institutiones Christianæ pietatis, seu parvus Catechismus Catholicorum, qui omnibus prope linguis editus passim in scholis & templis edocetur. Antverpiæ 1566. & 1589. *ibi & alibi sæpissimè. Prodiit etiam*

Summa doctrinæ Christianæ per quæstiones conscripta, item parvus Catechismus figuris ornatus. Rursum idem cum adjunctis precibus horariis æternæ DEI Sapientiæ JESU Christi. Mantuæ, Leodii, Dilingæ, rursum Græco-Latinus Coloniæ, Ingolstadii; iterum Latinus, Græcus, Hebraicus Catechismus hic prodiit, at Hebræa pronuntiatio Latino charactere addita, facilior reddita,

dita, operâ Georgii Mayr Soc. JESU. Ingolstadii apud Udalricum Rem 1621. in 8vo pp. 134. ut taceam Europæas linguas Germanicam, Italicam, Flandricam, Gallicam, &c. in quas hic thesaurus conversus fuit. Denique seorsim authoritates sacræ Scripturæ & sanctorum Patrum in Catechismo contentæ partibus quatuor. Coloniæ 1569. in 4to.

Institutiones & exercitamenta pietatis Christianæ. in 12mo Ingolstadii 1614.

Stadt- und Landt-Catechismus. in 4to Augspurg 1723.

Summa doctrinæ Christianæ. in 12mo Augustæ Vindelicorum 1616.

Sacræ meditationes. in 12mo Monachii anno 1628.

Commentariorum de verbi DEI corruptelis Tomi II. adversùs novos Ecclesiasticæ historiæ Consarcinatores sive Centuriatores Magdeburgenses, quorum prior est

De sancti Præcursoris Domini Joannis Baptistæ historia Evangelica. Dilingæ apud Sebaldum Mayer 1571. in 4to. Posterior autem est

De beatissima Maria Virgine Libri V. Ingolstadii apud Davidem Sartorium 1577. Uterque autem Tomus plenior, atque ab Authore recognitus uno volumine prodiit typis Sartorii 1582. in folio.

Notas in Evangelicas lectiones, quæ per totum annum Dominicis ac festis diebus in Ecclesia Catholica recitantur. Tomos II. Friburgi Helvetiorum apud Abraham Gemperlinum 1591. & 93.

Exercitamenta Christianæ pietatis, quibus subjunguntur Epistolæ & Evangelia totius anni cum scholiis Canisii. Antverpiæ typis Plantini in duodecimo.

Manuale Catholicorum in usum piè precandi collectum. Ingolstadii 1587. Antverpiæ 1599. in 12mo.

Palæstram hominis Catholici. Duaci per Balthasarem Bellerum 1699. in 12mo.

Practicam Catechismi. Coloniæ. Sive Practica des Catholischen Catechismi P. Petri Canisii allen Pfarr-Herren und gemeinem Volck zum Guten in Druck gestellt, aus Befehl des hochwürdigen in GOTT ruhenden Vatters Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Ferdinanden erwählten und bestätigten Ertz-Bischoffen und Chur-Fürsten. Zu Cöllen bey Bernard Walteri in 16to pp. 306. Prologus habet mandatum Electoris. In fine est Bulla Pauli V. 16. Julii anno 1610. data, multarum indulgentiarum urbi & Archi-Diœcesi Coloniensi indultarum ad promovendam catechetican institutionem.

Germanicè scripsit

Martyrologium. Dilingæ 1562. & 1574. in quarto.

Conciones in quatuor Dominicas Adventûs, & in Natalem Domini.

Librum precâtionum.

Librum de Confessione & Communione. Dilingæ per Joannem Mayer in 16to paginæ adversæ 128.

Vitas Ss. Beati & Fridolini, qui fuerunt primi Helvetiorum Apostoli. Friburgi apud Abrahamum Gemperlinum 1590. in 4to.

Vitam & exercitamenta pietatis B. Nicolai Eremitæ.

Anno 1688. Gallico-Germanicus excusus fuit brevior Catechismus Canisii Hannoveræ jussu Vicarii Apostolici sub dominio Serenissimi Joannis Friderici Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis.

Denique ut aliorum etiam lucubrationibus prodesset, evulgavit selectas Epistolas D. Hieronymi L. III. Lovanii 1573, & deinceps Antverpiæ, Dilingæ, Parisiis.

Leonis Papæ Opera omnia. Coloniæ.

Cyrilli Alexandrini Opera Tom. II. Coloniæ edidit adhuc juvenis. Doctas præfationes addidit quibusdam tum antiquorum, tum recentiorum operibus, & inter eas præcipuam in tractatum Andreæ Vegæ de justificatione.

Selectas preces, ex quibus excerpta quædam authoritate Legatorum Pontificiorum in Concilio Tridentino recitabantur in publicis per Quadragesimam Litaniis.

Librum confessionum exemplo S. Augustini, ex quo recitat fragmentum Spiritu divino plenum Joannes Niess noster in Alphabeto Christi verbo Reverentiæ.

Epistolas complures ad Laurentium Surium scripsit, quæ in Cartusia Colonienssi asservantur, & in Archæo Gymnasii Tricoronati MS. supersunt.

PETRUS CLASPIS, aliàs BREIDTSTEIN, in civitate Novariæ in Italia oriundus famigeratissimo insigni natalium stemmate, Coloniæ Agrippinæ jurium Doctor & Professor fuit ordinarius. Rector Magnificus eligitur anno 1532. 28. Junii in Congregatione Universitatis apud Prædicatores. Ab ipso varii creati legum Doctores, sed ferè singuli, non ut nunc terni ab uno promoventur; imò eâdem die bini Promotores binos promoverunt, ut constat ex Annalibus Universitatis & variis Actibus: In Ecclesia B. M. V. ad Gradus Sacellum erexit ære dato sanctissimæ Trinitati, quod anno 1716. pro decentiore forma ejusdem Ecclesiæ destructum est. Legavit quoque bonam partem pecuniæ iis, qui cantico Passionis Domini, quod *Tenebræ* vocitant, feria sextâ interstunt, dandæ, atque stipis singulis diebus Dominicis in Collegiata Ecclesia B. M. V. ad Gradus pauperibus quibusdam erogandæ. Quare grata posteritas Fundatori præcipuo lapideum posuit epitaphium, qui obdormivit in Domino anno 1551. die 15. Septembris, in eodem sepultus fuit cum uxore sua Beta à Bonenberg, quorum animæ in perpetua pace quiescant, Amen.

Ejus *manuscripta Volumina* asservantur in Archæo Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis, ut fama fert.

PETRUS CRATEPOIL ex pago Moers haud procul Juliaco oriundus; unde Mersæum, Mersum aut Opmersensem & Batrachelium, Juliacum

cum sese cognominavit, quandoque etiam Laudensem. Ingressus est Ordinem Fratrum Minorum sancti Francisci Conventualium Coloniæ, ibidem in alma Universitate sacrosanctæ Theologiæ Baccalaureus extitit, subindéque custodiæ ac Conventûs Colonienſis Custos & respectivè Vice-Guardianus seu Vicarius, vir doctissimus, multæque lectionis ac laboris, plures edidit laboris sui partus. Obiit Coloniæ in Conventu suo nativo Kalendis Augusti anno 1605, sepultus in Domo Capitulari, hoc epitaphio: " Hoc sibi mo-
" numentum posuit F. Petrus Opmersensis sive Cra-
" tepolius, sacræ Theologiæ Baccalaureus, olim
" Provinciæ Colonienſis Custos, optans manes suos
" in perpetuum cum beatis, licèt in fine, com-
" morari fide Numinis, cujus, dum viveret, piè
" facta operatus est anno partæ salutis humanæ
" 1579." Scripsit hæc sibi: *Noli mihi mortuo maledicere: en tenebris respondere nequeo.* Reverendissimus Vincentius Coronelli in arbore sua Seraphica ab eo sequentia edita scribit:

1. *Omnium Archi-Episcoporum Colonienſium ac Trevirenſium à primis usque ad modernos Catalogus brevisque descriptio. Suffraganeorum item Coëpiscoporum Colonienſis Metropolis, id est, Leodienſium, Ultrajectenſium, Monasterienſium, Osnabrugenſium, Mindenſium enarrata: summorum quoque Pontificum, qui ex Germania orti fuere, series, Collectore F. Petro Cratepolio Minoritâ S. Theologiæ Baccalaureo Coloniæ Agrippinæ. Editio prima anno 1569. apud Godefridum Kempenſem anno MDLXXVIII.* Dicatur libellus Gebhardo Archi-Episcopo Colonienſi, tum Francisco juniori D. Francisci Burchardi Archi-Grammatici Electoris Colonienſis Doctoris clarissimi filio (cui olim Pædotriba fuit) in 8vo pag. 215. Pagellarum inscriptio est: *Annales Archi-Episcoporum Colon. &c.* Editio secunda ejusdem anni 1580. eodem prælo, Tertia editio est anni 1592. apud Wilhelmum Lützenkirchen pp. 292.

2. *Electorum Ecclesiasticorum Colonienſium, Moguntinenſium ac Trevirenſium a primis usque ad eos, qui jam præsident, Catalogus, item succincta rerum à singulis gestarum narratio. Episcoporum item, qui sub Archi Episcopatu Colonienſi subsunt, id est, Leodienſium, Ultrajectenſium, Monasterienſium, Osnabrugenſium ac Mindenſium, tum Romanorum Pontificum, qui ex Germania orti fuêre, series, quorundam quoque ex Belgio Martyrum, ubi & multa jucunda lectu reperiuntur, operâ F. Petri Mersæi Cratepolii Minoritæ. Coloniæ Agrippinæ apud Godefridum Kempenſem anno MDLXXX. in 8vo pp. 454.* Dicatur iisdem hæc secunda editio, quæ non solùm auctior est accessione Moguntinarum rerum, sed in historia Colonienſi longè prolixior & diffusior est.

" Hic Catalogus vel hi Annales, uti paginæ
" summæ inscribuntur, cum nullo ex iis Chro-
" nicis, quæ habeo MS, convenit, quoad phra-
" sin vel stilum vel seriem. Unde suspicor, fuisse
" apud Conventuales Colonienses quædam Chro-
" nica MSs, ex quibus Cratepolius hæc collegit,
" & in ordinem digessit.

" Anno 1622. Bern. Gualtieri Francofurti edi-
" turus *Chronologiam Ecclesiasticam universalem*
" omnium Archi-Episcoporum & Episcoporum
" inseruit Tomo I. hanc secundam editionem
" Cratepolii, non solùm dedicationibus ablatis,
" sed in corpore Annalium plura omisit, ea
" præsertim, quæ Cratepolius cordatè contra
" Hæreticos scripserat, adeóque mutilum & man-
" cum edidit.

Duæ primæ editiones extant in Bibliotheca Colonienſi FF. Minorum Conventualium.

3. *Opusculum D. Joanni Guilich Durenſi Generali Præceptori Domûs S. Antonii in Colonia inscriptum, sub hoc titulo: De sanctis Doctoribus, qui Germaniam ad Christi religionem converterunt, & quo tempore ipsi floruerint, ordine alphabetico libellus instar historiæ, quò afficimur, jucundus & necessarius fidem nostram diligentibus. Coloniæ 1591.*

4. *Opusculum D. Bartholomæo Anselt veteris Montis Abbati dicatum, sub hoc titulo: De Pseudo-Doctoribus, id est, Hæreticis & Schismaticis, qui suâ impiâ vitâ ac nefariâ doctrinâ Germaniam corruperunt, qui & ab Apostolica Sede excommunicati sunt. Coloniæ 1591. typo Godefridi Kempenſis.*

5. *Tractatus D. Nicolao Duisberg Wipperfurdenſi Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Andream Colonia Canonico oblatus, sub hoc titulo:* Periculosum valde esse, *& maximo cum salutis dispendio agi, ab Ecclesiâ Catholicæ unitate excidere, non solum evidentissimis exemplis, verùm etiam certissimis rationibus edocetur. Coloniæ 1591. typo Godefridi Kempenſis.*

6. *Ad Romanum Breviarium lectiones de patriæ Colonienſis Sanctis, quæ in Romano Breviario alioquin desiderantur; utuntur autem his, qui conditione Ordinem S. Francisci profitentur, tum & eorum consortes. Item quæ sit vera festorum dierum origo & ratio; instructio cùm brevis, tum necessaria. Coloniæ excudebat Gerardus Campenſis 1589.*

Opusculum hoc dicatum est Reverendissimo Patri Nicolao Arresdorffio, tum temporis Guardiano Bonnenſi, posthac verò Episcopo Aumenſi ac Suffraganeo Monasterienſi. Eidem in calce accedit exegesis & adhortatio ex C. VI. Jeremiæ ad fidem Christianam multùm faciens, in cujus fine meminit methodi spiritualium exercitiorum, an typo excusa, non omninò constat.

Præter relata Reverendissimus D. Vincentius Coronelli in arbore sua Seraphica recenset ab eodem Cratepolio editum esse

Catalogum Academiarum orbis Christiani. 1593.

Compendium Catechismi Catholicorum. 1592.

Sermones varios. 1592.

Tractatum de resurrectione corporum & immortalitate animæ contra Saducæos. 1598.

Historiam Martyrum in Belgio passorum. anno 1580.

Librum de vitiis & virtutibus. 1600.

Varias denique orationculas in Passionem Dominicam. 1580.

Ludovici Granatenſis Ordinis Prædicatorum concsiones

anciones in compendium redegit Petrus Cratepolius, & dicavit Papæ SIXTO IV. 5ta editio Lugduni facta 16.

Ex Commentariis Eximii Adami Putz Minorum Conventualium Provincialis.

PETRUS CUTSEM Veſaliæ in Clivia natus, Calvinianam puer hæreſin ſuxit cum lacte materno. Poſt varias peregrinationes ſumptu patrii Magiſtratûs obitas Coloniam appulſus, excipitur ab Illuſtriſſimo Nuntio Apoſtolico Amaltheo, recipitur in ſinum Catholicæ Matris Eccleſiæ, munitur Sacramento Confirmationis, & cum literis commendatitiis ad Cardinalem Bellarminum mittitur, qui non ſinè commendatitiis literis liberali viatico & paterno oſculo eum Romæ à ſe dimiſit commendatum Pontifici: Pontifex Nuntio Amalthæo iterum commendat reducem, à quo poſt confectum biennalis peregrinationis curſum libris & omnibus inſtrumentis ad ſtudia idoneus deſtiturus cœpit meditari, quo publico teſtimonio ſuam fidem orbi patefaceret, & rationem redderet, cur ad avita ſacra tranſiret, ùt in *2da præfatione ait deſperatæ cauſæ.* Fuit ſacroſanctæ Theologiæ Doctor Moguntiæ renuntiatus anno 1614. Nonas Septembris, Canonicus Coloniæ Agrippinæ ſancti Georgii & B. M. V. in Capitolio, Canonicus quoque perilluſtris ſancti Geronis Chori-Epiſcopus commendatus Ferdinando II. Auguſto à Cardinali Melchiore Kleſelio Epiſcopo Viennenſi & Neuſtadienſi nuncupatur diplomate publico Conſiliarius Cæſareus 1629. 30. Auguſti. Aram ſummam in Baſilica aurea è marmore excitavit: in Bibliothecam Collegii Colonienſis Societatis JESU, cujus operâ ad Catholicam Eccleſiam pervenit, & ære & libris permultis donatis liberalis extitit Auctor, obiit die octavâ viſitanti Virgini ſacrâ anno 1649, ſenio confectus, & diuturno morbo exhauſtus. Ipſius operâ & ſtudio in lucem prodiêrunt:

Deſperata Calvini cauſa. Tractatus brevis in gratiam Evangelicorum Proteſtantium. Editio prima 1609. in 12mo. Editio ſecunda. Tertia editio 1612. Coloniæ apud Gualtherl. Dicatus Nuntio Papæ Amalthæo. Fatetur librum Bellarmini compendium vocari poſſe. Germanicè idem editus libellus: Verlohrene Sach Calvini. 1613. bey Johan Kinckius in 1610 pp. 336. Henricus Doerganck procuravit tertiam Germanicam editionem.

Reſponſum fuit *quadripartitum Calviniſticum examen.*

Repoſuit: *Petri Cutſemii Hyperaſpiſtes pro tractatu de deſperata Calvini cauſa apologeticus, hoc eſt, quadripartiti Calviniſtici examinis vexamen novumque examen. Coloniæ ſumptu Gualtheri anno 1612. in 12mo pp. 445.*

Vivum ſpeculum, in quo vera & Apoſtolica Chriſti Eccleſia cuivis introſpicienti ad oculum clarè apparet, Pontificiorum, Lutheranorum & Calviniſtarum trino calculo approbatum, Authore Petro Cutſem. Coloniæ ſumptu Gualteri 1610. pp. 252. in 12mo.

Synodus Provincialis Dioeceſis Ultrajectinæ celebrata à DD. Statibus 24. Auguſti 1612. verſa ex Belgico Latinè & brevibus notis illuſtrata à P. Petro Cutſem. 1614. Hagiopol.

Triumphus ſuper deſperata Calvini cauſa. in 12. Coloniæ 1617. ſumptibus Gualtheri. Dicatus Cardinali Kleſelio Mecœnati ſuo, cujus beneficio ſæpè uſus eſt, & in obtinenda præbenda Gerconitica, in conſequendo titulo Conſiliarii Cæſarei, ut Ferinandus in ſuo diplomate ait inductum ſe hujus Cardinalis commendatione. Altera dedicatio eſt Conſulibus Wezaliæ popularibus ſuis, ut anno hoc ſæculari 1617. Lutheri Apoſtatæ ad avitam Eccleſiam redeant.

Saxonia Catholica.

Oppoſuit ſe primò huic libello Mulherus hoc titulo:

Spes vana Papiſtica, id eſt, Conſideratio libelli Colonienſis à quodam Sacrificulo Pontificio Petro Cutſemio editi, &c. Acceſſit D. Matthiæ Hoë &c. in Aula Electorali Saxon. Concionatoris & Theologi Primoris Epicriſis.

Alter item Hopffner h. t. *Saxonia Evangelica* Saxoniæ Pſeudo-Catholicæ D. Petri Cutſemii Presbyteri, Canonici & Chorepiſcopi Colonienſis ad mandatum peculiare Sereniſſimi Electoris Saxoniæ oppoſita & conſcripta, &c.

Prodiit quoque liber in nundinis autumnalibus Francofurti anno 1622. hoc titulo: *Saxonia religioſa* tribus ætatibus diſtincta ſummorum Imperatorum, Regum & Principum &c. per ætates ſingulas. Heroina Mater glorioſiſſima pro inclyta natione Catholico-Lutherana.... adversùs Saxoniam Romano-Catholicam à Petro Cutſemio Pontificio Doctore Coloniæ nuper editam, &c. Ego merita opponentium hîc non librabo. Hoc dicam, punctum quæſtionis ab iis ritè non fuiſſe obſervatum.

Quærebatur, quæ fides & mores Regum, Ducum, Principum Saxonico ex ſanguine ortorum fuerint ante Lutherum? Hæc quæſtio facti eſt, non juris. Oſtendit Cutſemius per octo ſæcula antecedentia, eos omninò tales fuiſſe, quales nunc Catholico-Romani ſunt vel Papiſtæ. Opponunt Mulherus & Hopffner, eam fidem ſuperſtitioſam, eos mores ex erroneis dogmatibus fluxiſſe. At id non quærebatur, cujuſmodi fuiſſent; ſed an tales, quales nunc Papiſtæ, exigunt. Hoc demonſtraverat Cutſemius, in quo ſi erravit, ſequitur Eccleſiam Chriſti à porta inferi ſuperatam fuiſſe, & mentitum fuiſſe Promiſſorem Chriſtum. Hæc unica legitima conſecutio. Igitur cùm factum negare non poterant opponentes, ad jus impugnandum tranſiliunt, imperitum deſperatæ cauſæ effugium.

His tribus reſpondetur:

Petri Cutſemii S.T.D. Apologia pro ſuo libello conſcripto Saxonia Catholica, oſtendens illius veritatem ex propria adverſarii Prædicantis Lutherani confeſſione, cum multis ejus contradictionibus, calumnis, &c. Coloniæ ſumptu Gualtherî 1623. in 8vo pp. 84. Inſcripta Scipioni Cardinali Burgheſio Protectori Germaniæ, qui vicem & amoris locum beatè (verba ſunt Cutſemii, imò omnium, qui unquam hunc Cardinalem viderunt aut nôrunt) mortui Patroni ſui Illuſtriſſimi Cardinalis Bellarmini ſuppleturum ſe juſſerat Cutſemium ſperare literis 1621. 15. Decembris ad Cutſem datis, ùt ait hîc in præfat.

Paræneſis Evangelica ad eos, qui ſe diſcriminatim vocant Evangelicos, ſcripta à Petro Cutſemio,.. in gratiam nobilis & illuſtris viri Matthiæ

thiæ Hoe ab Hohenegg Sereniſſimi Electoris Saxoniæ primarii Concionatoris Aulici. Coloniæ 1631. in 4to pp. 37. Inſcripſit Leopoldo Wilhelmo Archiduci Epiſcopo Paſſavienſi.

Parænesis brevis, & ſincera & monitoria oratio Petri Cuſemii ad fœderati Belgii ſtatus ſub auſpiciis regiminis Ferdinandi infantis. Coloniæ in 4to 1605.

Velitatio epiſtolaris Theologica inter P. Cuſemium & Matthiam Hoe ab Hohenegg ſuper quæſtione: An conſultum ſit, Eccleſiam & doctrinam Lutheranam deſerere, & ad caſtra Pontificiæ Eccleſiæ ſe conferre? Witteberga ſumptibus Pauli Hevvigri in 4to pp. 122.

De ultima mundi Monarchia Tractatus brevis, Authore P. Cuſemio 1645. in 4to pp. 120. Innocentio Papæ X. inſcriptus.

PETRUS de DACIA. Sic à Provincia Ordinis Prædicatorum decima, quæ Daniam, Sueciam & Norvegiam complectebatur, nuncupatus, Suecus natione, Wisbii in Gotlandia Inſula natus, ab infantia pietati deditus, ùt primùm per annos licuit, de ſæculo relinquendo cum germanis fratribus deliberavit. Vix adoleſcens circa annum MCCXLV. Ordinem Prædicatorum amplexus eſt in patria, ſtadioque ſtudiorum, quod tum longius erat, in provincia ſua emento, lectuiſque quibuſdam de more apud ſuos artium, vel etiam Theologiæ perfunctus, Coloniam Agrippinam, ubi ſub Alberto Magno vigebat ſtudium generale, pro rata Provinciæ Daciæ miſſus eſt anno MCCLXVI, ibidémque non minus ſcientiæ Sanctorum, quàm eruditionis ſacræ avidus, cum Chriſtianis ad perfectiorem vitam anhelantibus, cum mirabili præſertim B. Chriſtina Stumbelenſi magnam iniit neceſſitudinem. Triennio Coloniæ peracto, ex aſſignatione Capituli Provincialis Daciæ, quo in doctrina docendíque methodo perfectior evaderet, Pariſios ad Gymnaſium San-Jacobeum ire juſſus eſt, quod & intravit anno MCCLXIX. feriâ ſextâ ante feſtum Pentecoſtes X. Maji ſcilicet. Ibidem in ipſis ſacris ſolemniis habita fuerunt generalia Ordinis Prædicatorum comitia, quibus interfuerunt ſummi Academiæ & orbis Theologi, inter quos, ut cæteros taceam, ſanctus Thomas de Aquino, qui hoc anno & ſequenti ibidem Lector & Regens ſtudii fuit inſtitutus, hinc Petrus ſub ejus diſciplina, quo valebat ingenio, quantum profecerit, facilè conjicias. Annum integrum & duos menſes cum dimidio circiter ibi moratus, inde exiit Dominicâ proximâ poſt ſancti Jacobi Apoſtoli MCCLXX. ſeu XXVII. Julii (erat Lit. Dom. E) & per Stumbelen ac Coloniam tranſiens, ubi ægrotante ſocio ſuo F. Nicolao Daco ſex aut ſeptem ſeptimanis hærere coactus eſt, XXX. Septembris iter arripuit, & Keningiam tandem feriâ ſextâ poſt Purificationem, id eſt, VI. Febr. MCCLXXI. pervenit, in ea urbe præcipuum erat Provinciæ Daciæ ſtudium, in quo juxta morem de revertentibus à Pariſienſi ſtudio Petrus primarius Lector inſtitutus, quartâ feriâ poſt ſancti Matthiæ, id eſt, craſtino ejus feſti (erat Lit. Dom. D.) Theologiam è ſuperiori loco profiteri cœpit, cóque munere functus eſt ad annum MCCLXXV. circiter. Tum verò ad aliam domum in profundo terræ ſitam miſſus eſt, ùt ipſemet ait, hoc eſt, in loco, ubi rarum ab exteris commercium, ſed non diu ibi relictus fuit: nam Keningiæ Lector redditus eſt circa annum MCCLXXVII. Eo enim titulo ſe ornat in epiſtola ad Chriſtinam ſcripta XII. Octobris, ùt videtur anno illo MCCLXXVII. & eodem etiam titulo inſignitur in epiſtola ad eum data à F. Laurentio Sweo ſtudente Coloniæ in feſto ſanctæ Magdalenæ anni MCCLXXVIII. Cùm verò ipſum anno ſequenti LXXIX. cupido cepiſſet, Coloniam, imò Chriſtinam revidendi, Weſteras ſeu Aroſiam (Weſtra-aros duplici nomine conjuncto vocat) urbem Epiſcopalem in Weſtmania ſe contulit ad Provincialem F. Auguſtinum ibi in domo noſtra hærentem, à quo poteſtate ſibi factâ diſceſſit feriâ alterâ Penteceſtes XXII. Maji, & in Gotlandiam Inſulam, quæ ei natalis, trajiciens, & aliquamdiu commoratus, exinde Lubekam, ac tandem Stumbelen acceſſit XV. Septembris feriâ ſextâ, concionéque ibidem craſtino habitâ, tertio die Coloniam intravit. Rebus demum, qua de cauſa venerat, compoſitis, ſacris reliquiis non paucis, novem præſertim ſanctarum Virginum Colonienſium minimùm capitibus collectis, ſpirituali ſolatio, qui præcipuus itineris ſcopus fuerat, Chriſtinæ mirabili, non modico collato, viciſſimque ab ea accepto, eam XXIII. Octobris reliquit, Lubecam XXIII. circiter Novembris acceſſit, Kalmarniam feriâ V. poſt ſanctæ Luciæ ſeu XIV. Decembris appulit, ibidémque in domo Ordinis Provinciæ Daciæ ac Teutoniæ viciniori hyemavit. Toto vere ſequenti & parte æſtatis anni MCCLXXX. de loco in locum tranſiit, ſortis ſuæ incertus, donec Aſſoniam, ubi Comitia Provinciæ habebantur, circa feſtum ſancti Laurentii advenit, & in actis in terram nativitatis ſuæ inquit, ſcilicet in Gotlandiam remiſſus, Visburgi, vulgò Wisbii, Lector inſtitutus eſt, anno MCCLXXXI. Comitiis Provinciæ Keningiæ affuit, ubi per literas à Chriſtina datas rogatus, ut Germanum ſuum Sigwinum recipi curaret in Provincia converſum, ei ut morem gereret, à F. Bertholdo Inſulenſis Domûs Priore obtinuit ibidem recipiendum; itaque F. Mauritius Petri amicus, & ibidem Diffinitoris Capituli Generalis ſequentis Socius electus, Vienna Auſtriæ, ubi habitum eſt anno 1282. rediens, Sigwinum, ut in mandatis habebat, ſecum adduxit ad Capitulum Provinciale eo anno celebratum, circa ſancti Laurentii in Gotlandia Wisbii ſcilicet, cùmque F. Bertholdus Prior Inſulenſis habitu Converſorum in ſua domo indueret XX. Auguſti die ſancti Bernardi, Petrus poſtea, & ut veriſimilius circa finem anni 1283. electus & inſtitutus Prior Wisbienſis, eo titulo Comitiis Provinciæ anno ſequenti LXXXIV. affuit, ex quibus ad Chriſtinam ſcripſit, ad ea ſe ſanum advenisſe, & cum Provinciali (is tum erat F. Oliverius, de quo poſtea) egiſſe, ut ejus germanus frater Sigwinus (in profeſſione dictus Gerardus) Wisbii aſſignaretur, ſéque, ut ante hyemem ò veniret, curaturum, ſimúlque orat, ut per Diffinitorem Capituli Generalis ſequentis anno 1285. celebrandi, vel per ejus Socium F. Nicolaum quondam Coloniæ ſtudentem ſibi ipſa Chriſtina reſcribat. Eidem Chriſtinæ ſcripſit iterum anno 1285.

1285. fortè per F. Nicolaum prædictum Bononiam pergentem, tum ipse quartanâ vehementi febri prægravatus, & ei promittens germanum fratrem suum Sigwinum eam visurum æstate proximâ; quod tamen, an factum fuerit, dubium, imò aliò à Capitulo Provinciali hujus anni apparet assignatum. Nam anno 1286. idem Petrus Prior Wisbiensis è Capitulo Provinciali scribens Christinæ, se datum Prioris Provincialis Socium ad Capitulum Generale Burdegalæ anno sequenti habendum, eâque occasione in reditu se eam visurum circa festum sancti Joannis Baptistæ, addit, se à dicto F. Sigwino seu Gerardo literas accepisse, quibus sibi in domo, in qua tum erat, admodum placere significabat, quæ probant jam ab anno non Wisbii, sed alibi assignatum & morantem; Petrum autem anno sequenti 1287. cum suo Provinciali Burdegalam ad Capitulum Generale, quod fuit Provincialium, iviſſe. Hinc constat, quòd in reditu Lovanii existens in octava S. Joannis Baptistæ Christinæ scripserit, se eam septimanâ sequenti invisurum. Quod an successerit, non est, quòd ambigatur, tum ob propinquitatem loci, tum quòd via esset in Sueciam redeundi, sed brevi se ab ea expedierit, illa secum auferre contentus, quæ de Virginis mirabilibus ad Octobrem 1286. scriptis tradita fuerant: quia Provincialem suum in Daciam ad Capitulum suum Provinciale habendum properantem comitari seu assequi tenebatur, cùm Sociorum esset, Comitiorum Generalium acta ad Provincialia Comitia deferre & legere. Quo anno tandem Petrus obierit, certa non habetur memoria: conjicitur tamen ante Pascha sequens 1288. abiisse ad Superos, tum quòd nihil de eo post annum 1287. sciatur, tum quòd F. Olquinus ejus quondam Socius & Wisbii sub eo Priore commorans Christinæ in festo Nativitatis beatæ Virginis anni, ut censent, 1288. scripserit, Petrum mortuum Quadragesimâ præcedenti. Scripsit autem hic prægrande volumen de virtutibus Virginis Christinæ Christi sponsæ, cui inditus est ab ejus morte titulus:

Acta Christinæ Mirabilis Colonienſis ſeu Stumbelenſis, quæ ſcripſit F. Petrus de Dacia Ordinis Prædicatorum, qui fuit maximæ ſcientiæ & authoritatis, & Lector præcipuus inter Lectores Prædicatorum, qui dictæ puellæ Chriſtinæ fuit divinitùs datus in amicitiam, tutorem & curatorem, nec non conſolatorem ſpecialem & ſpiritualem.

Codicem MS. membraneum majoris moris ſervat Collegium Canonicorum Juliacenſium, ad quorum Eccleſiam corpus illius Beatæ demum fuit translatum, ac nunc requieſcit. Acta autem illa non proseduntur ultra Octobrem MCCLXXXVI. quia Petrus vix ſeſqui annum ultra ſuperſtes fuit, nec ultus, quòd fuiſſet in votis, ei ſuccenturiavit, cùm tamen Chriſtina non obierit, nisi anno MCCCXII. Eſi verò dies mortis ejus Virginis fuerit ſexta Novembris, Pappebrochio tamen viſum eſt, hæc acta dare ad diem XXII. Junii, ſeu quòd dies ſit ejus translationis, ſeu quod Autographum Bollandi evaneſcenti paulatim atramento ad editionem menſis Novembris ante quinquaginta annos non prodituri eo uſque duraturum non erat. Tenent porrò acta illa longiora T. IV. Junii à p. 275. ad p. 426. hoc eſt, pp. 151.

Ex illis actis seriem vitæ Petri nostri sic placuit minutatim referre, tum quia non parum confert ad historiam Ordinis dilucidandam, quæ de Provincia Daciæ olim celeberrima tamen multùm jejuna est, tum quia vix aliter intelligi possunt acta illa beatæ Christinæ, quo ad epistolarum in iis relatarum seriem quadantenus confusa; tum denique, quia in suis annotatis vel Bollandus vel Pappebrochius ob ignoratam Ordinis Prædicatorum politiam, quam nec scire illis obvium est, non semel cespitârunt.

Echard & Quetif. Scriptores Ordinis Prædicatorum.

PETRUS de DUISBERG, Ordinis Teutonici Frater & Sacerdos, claruit anno 1326, quo historiam suam se absolvisse testatur in Epistola nuncupatoria ad Wernerum de Orselen Teutonicorum Equitum Magistrum, qui elatus anno 1325. occisus fuit anno 1330. Errat igitur Oudinus, qui eum ad annum 1426. scripsisse refert. Scripsit

Chronicon Pruſſiæ, in quo Ordinis Teutonici origo & res geſtæ (correxi Oudinum ex Cave) ab CIↃCCXXVI. ad CIↃCCXXXVI, ab alio ſubin perductum ad CIↃCCCCXXV. quo florebat, exponuntur; imò ad annum 1190. quo inſtitutus ordo, ad annum 1326. ab incerto Authore ad annum 1435. continuatum primus eam è tenebris eruit, notis illuſtravit, diſſertationibus XIX. de antiquitatibus Pruſſicis auxit, & publicæ luci donavit Chriſtophorus Karcknochius Jenæ 1679. in 4to, poſt Francofurti & Lipſiæ iterum editur. Acceſsère in editione ultima adornata à Chriſtophoro Sparckio Jenæ in 4to Diſſertationes novemdecim, antiquitates Pruſſicas complectentes ejuſdem Sparckii beneficio.

PETRUS FRONEN Julias ex Froitzheim, Abbatiæ Steinfeldensi incorporatur anno 1634. 5. Maji. Egit in loco professionis Magistrum Novitiorum per annos duodecim, Sub-Priorem per duos, Priorem per tredecim, summâ omnium satisfactione. Ad multiplices instantias tandem ab officio Prioris liberatus, intrà cellæ angustias solus cum solo DEO agere gestiens, hoc unicum ambiebat, ut, quem Steinfeldia pepererat spiritu, transacto quoque vitæ cursu cælo pareret. At dimissus nihilominus ad regendas Virginum Marensium animas suam ibidem Creatori reddidit. Anno 1669. 14. Septembris dignissimus (ut notat Necrologium Steinfeldense) cujus memoria in ore omnium jugiter versetur. Extat Steinfeldiæ

Tomus unus ſcriptorum ejus in folio majori.

PETRUS GERRESHEIM Agrippinas, juris utriusque Licentiatus, in antiquissima Ubiorum Universitate Collegii privati Præses & Advocatus. Ejus studio in lucem prodiit

Clavis alphabetica ſive ſedes materiarum juris univerſi, in qua omnes tituli quatuor librorum juris, velut inſtit. Dig. Cod. & Novell. artificiosâ methodo cum compendioſa eorundem explicatione exponuntur. Opus novum Authore Petro Gerresheim &c. in 12mo Coloniæ 1706. apud Wilh. Metternich pp. 192.

PETRUS GOHATZIUS Coloniæ sancti Martini Ordinis sancti Benedicti Cœnobita bene doctus, claruit anno 1559. Ab eodem extat

Tractatus MS. de Sacramentis in genere & in ſpecie.

Quæstiones miscellaneæ de sigillo confessionis, & casibus reservatis, & aliis ejus commatis. Cod. sig. P. 27.

PETRUS GUMMERSBACH perhonestâ familiâ nascitur in Metropoli Ubiorum anno 1679. In Societatem JESU adlectus anno 1695. 15tâ Aprilis, quatuor in eâdem vota professus 1709. 15. Augusti, literas tum mansuetiores, tum severiores per annorum viginti decursum eâ tradidit dexteritate & literariæ juventutis utilitate, ut viri in vario scientiarum genere versati nomen passim sortirus sit: ingenii uti erat facilis, & ad gratificandum prompti, ità nihil omittebat eorum, per quæ sive in alloquiorum religiosa facetia, sive in exteriori morum suavitate aliorum gratiam sibi demereretur. Christi crucifixi & beatæ Virginis extitit cultor eximius, id quod testatum fecerunt continua in agone ultimo ad JESUM & Mariam suspiria, sub quibus Crucifixum identidem amplectens, lentâ tabe consumptus, animam Creatori suo reddidit 3. Maji anno 1730. Marcoduri. Scripsit

Geistliche Einöde zur eintägigen Gemüths-Versammlung in einem jeden Monath des Jahrs erstlich in Frantzösischer Sprach zusammen getragen von R. P. Croiset Societatis JEsu, nachmahls wegen unglaubiger daraus aller Orthen erfolgter Seelen Frucht von einem Priester Ordinis Oratorii ins Italiänische, und endlich auff sehr vieler hoch- und niedrig-geist- und weltlichen Stands-Personen Ersuchen ins Teutsche übersetzet von einem Priester eben selbiger Gesellschafft JEsu. Cöllen bey Servas Noethen an der hohen Schmidt im Jahr 1723. Superiorum permissu & privilegio. in 8vo pp. 442.

Compendium Excitatoris Christiani duobus in folio voluminibus octavâ jam vice excusi ab Authore Reverendissimo D. Josepho de Barzia Episcopo Gaditano Hispanicè, Germanicè non ità pridem à docto quodam viro, nec sinè fructu, nunc demum Latinè versum à R. P. Petro Gummersbach Soc. JEsu. Coloniæ apud Servatium Noethen anno 1724. Superiorum permissu & speciali privilegio sacræ Cæs. Majest. in 4to pp. 781. præter præfationes & indicem.

PETRUS HOLTZEMIUS Daventriensis, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor, ejusdémque in celebertima Colonienfi Universitate per annos viginti quinque Professor ordinarius, primarius Serenissimi Principis Philippi Wilhelmi Comitis Palatini ad Rhenum, utriusque Bavariæ, Juliæ, Montium, Cliviæ Ducis &c. Consiliarius & Archiater, Pharmacopolarum & Chirurgorum Visitator, Examinator ac Dispensator, variarúmque legum rem medicam spectantium, per parentem conditarum Restaurator, Conservator & Auctor, conjuge Cæciliâ Dorhoffs relictâ cum quinque filiis, obiit Coloniæ anno 1659. 30. Octobris. Filius erat Petri & Catharinæ Glasers. Ille fuerat medicinæ Doctor, Comes Palatinus, Serenissimorum Colonienfis Electoris & Principis Palatino-Neoburgici Archiater & Consiliarius obierat anno 1651. 20. Aprilis, uxor Catharina obiit anno 1664. tertiâ Aprilis, ambo in Parochia S. Petri sepulti. Scripsit

Prognosticon vitæ & mortis libris II. versu rythmico conscriptum, cum exegesi ad singulos versus. Coloniæ apud Grevenbrochium 1605. in octavo.

Descriptionem fontis medicati sancti Antonii, vulgò Tillerborn dicti prope Andernacum. ibid. apud Herm. Mylium. 1620. in 8vo.

Essentiam Hellebori redivivam ado extractam sive rectificatam. ibid. 1623. in 8vo.

Pharmacopœiam sive Dispensatorium Colonienfe. Accedit Examen simplicium medicamentorum carmine rythmico. Item Nomenclatura chymicorum & abstrusorum vocabulorum, cum notis chymicis. ibid. apud Birckmannum 1627. in folio.

PETRUS JULIACENSIS Ordinem sancti Brunonis ingressus, & professus Domûs Buxiæ prope Memmingam Sueviæ oppidum, vixisse in Ordine laudabiliter admodum dicitur annos 55, ac tandem feliciter hinc emigrâsse anno 1546. Conscripsit

Opus de aquationibus Planetarum. MS. extat in Cartusia Colonienfi pulpito O. O. n. 174.

Ejusdem Petri de Juliaco Tractatus de modo virgulandi seu mensurandi vasa. ibidem eodem pulpito & numero.

PETRUS KEMMERICH sancti Martini apud Ubios Ordinis sancti Benedicti Cœnobita, eruditionis laude clarus, sacræ Theologiæ Licentiatus, ejusdémque ac Philosophiæ per plures annos Professor, ac demum Pastor in Flittardia, obiit anno 1695. die 12. Junii. Reliquit inter alia suæ doctrinæ deposita

Opusculum Catecheticum in decem præcepta Decalogi MS. in ejus loci Biblioth. Cod. sig. B. 30. Plura alia scripsit, quæ intercidisse creduntur.

Ex Commentariis Oliv. Legipont.

PETRUS KERSMAN, dictus SINTZICH, Agrippinensis. Anno 1599. rogatu Henrici Rothaupten Senatoris urbis Lipsiensis missum sibi ab eodem *Francicum librum Germanico habitu vulgavit. Eodem libro excerpta è libris Senecæ huc spectantia donavit patriæ suæ legenda, ac demum hymnum Ecclesiæ: Audi tellus.*

Fürtreffliche Handlung vom Tod und Leben, vorhin in Frantzösischer Sprach beschrieben, jetzo aber verteutscht durch P. Kersman, genant Sintzich. Hierzu kommen Verteutschungen unterschiedlicher Sprüchen Seneca, neben dem Kirchen-Traur-Gesang: Audi tellus, in Reimen verfasset durch Abraham Lamberg 1601. in 8vo pp. 293. Lipsiæ, ut videtur, impressus. Liber moratus totus nullâ labe hæreseos infectus. Dicatur Henrico Rothaupto Senatori Lipsiensi.

PETRUS KEUZÆUS Aquensis sacræ Theologiæ Licentiatus, & Coloniæ in Gymnasio Montis Philosophiæ Professor publicus & ordinarius annis 32. Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ B. Andreæ, obiit 1656. 30. Julii.

Con-

Conclusiones tripartitæ in octo libros Physicorum, quarum prima Aristotelis, altera Doctoris Angelici S. Thomæ de Aquino, tertia rationis est. His disputatio de subsistentia & existentia non tantùm Philosophiæ, sed etiam Theologiæ studiosis fructuosa inseritur, Authore Petro Keuzio, &c. Coloniæ Agrippinæ imprimebat Henricus Krafft *1632. pp. 276. in 8vo.*

Titulus secundi:

Conclusiones tripartitæ in duos libros de generatione & corruptione, quarum prima Aristotelis, altera S. Thomæ, tertia rationis est, Authore P. Keuzio Ss. Theol. Licent. in Gymnasio Montis, celeberrimæ Colonienſis Universitatis Philosophiæ Professore. Coloniæ Agripp. apud H. Krafft sumptibus Authoris 1635. pp. 192. in 8vo.

PETRUS LEURENIUS in Colonia Agrippinensium natus 1646. 13. Maji, instituitur in Gymnasio Tricoronato variarum linguarum cognitione, politioribus & severioribus artibus, Magister promulgatur anno 1663, eodémque anno Societatem JESU inter Novitios Trevericos amplexatur die 13. Aprilis. Inde restitutus patriæ, hausto Ignatiano spiritu restituit cum fœnore Universitati & Gymnadi celeberrimæ docendo linguas & disciplinas, quas puer ibidem didicerat. Vota quatuor anno 1679. professus 15. Augusti, Cathedras Philosophicas, Mathematicas Theologiæ speculatricis ac Canonicæ aurigante obedientiâ annis bene multis implevit & ornavit, relatus ab Senatu Theologico antiquissimæ Trevirûm Universitatis inter eximios Proceres divinioris scientiæ, cui novum decus addebat linguarum Orientalium, Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ Arabicæque peritia singularis, specimine vario; sed MS. nondum edito testata. Amplam eam Encyclopœdiam vasto ingenio suffecerat labor perpetuus evolvendorum librorum nullo otio interpellatus; ubi verò invito penè vacatio obtigerat aut librorum penuria, imagines sacras aut florum opere, quod aiunt, miniato pingebat. Ipsi adeò Electori Trevirensi Francisco Ludovico corona ex floribus ipsius manu ad vivum pictis oblata fuit, aut limbos ligneásque Lipsanothecas Sandarcia diluebat aut imbuebat gummitione juniperinâ, expoliebátque in utroque artificii genere nulli secundus. Insignia hæc naturæ capacis ac de suo fœcundæ dona æquabant, imò superabant longè cælestia dona & solidarum virtutum decora, ob quæ Collegio Confluentino præesse jussus fuit Eminentissimo Electori Joanni Hugoni gravissimo meritorum æstimatori apprimè charus. In beatum Josephum teneram pietatem ostendit erecto sub ejusdem titulo altari perquam nitido; sumptum industria & ingeniosa Petri charitas invenit. Fatalis morbus supremus docuit patientiam viri semestri spatio toleratus, & ipsius instantis mortis angores, quos leniebat, missis identidem ad DEUM & Patronum Josephum suspiriis, aut auscultandis iis, quæ ipsus olim eum in finem scripserat. Sacramenta exeuntium exquisito pietatis sensu suscepit, & contra quam metuebat, tranquillissimo mentis statu migravit ad Dominum 16. Novembris 1723. Confluentiæ. Scripsit

Universæ Philosophiæ compendium, in folio & in 16to Coloniæ typis viduæ Metternich anno 1683.

Forum beneficiale, sive quæstiones & responsa Canonica, materiam de beneficiis universam complectentia in folio Tomos tres. Coloniæ ex officina Joannis Wilhelmi Friessem 1704. Opus Eruditorum omnium in Italia maximè & Hispania commendatione exceptum. Recusum Coloniæ & Venetiis.

Vicarium Episcopalem sive Tractatum quaternarium per quæstiones & responsa Canonica deductum, materiam hodiedum in Ecclesiis Metropolitanis & Cathedralibus quotidiano ferè usu celeberrimam, de Episcoporum Vicariis, scilicet Vicario Generali, ejusdémque Coadjutore ac Capitulo Sede vacante & Archi-Diacono complectentem. Coloniæ ex officina Joannis Wilhelmi Friesiem, typis Joannis Everardi Fromart 1708. in folio.

Forum Ecclesiasticum, in quo jus Canonicum universum librorum ac titulorum ordine per quæstiones & responsa in iis, quæ utrique juri communia sunt, explanantur. Tomi quinque in folio Moguntiæ 1717. sumptibus Joannis Mayeri Typographi Aulico-Academici. Tomus II. & III. ibid. Tomus IV. & V. Moguntiæ & Augustæ Vindelicorum 1720.

Paravit etiam prælo Dictionarium historicum de Authoribus, qui scripserunt in jus Canonicum ac civile & Theologiam moralem.

Tabulas quoque linguarum Arabicæ, Syriacæ, Chaldaicæ ac Hebraicæ typo certè dignas.

Vertit Dictionarium urbium è Germanico in Latinum vir indefessi studii ad ultimam penè literam alphabeti pervenit, sed, ut opinor, morte impeditus perficere non potuit.

Ex annuis Collegii Confluentini & Historia Gymnasii Tricoronati.

PETRUS LIEBERING Civis, Ludimagister, Arithmetices & Ortographiæ Doctor publicus Bonnæ 1717. Edidit

Neues Schlüsselein der Italiänischen Practic die mehrende in täglicher Handthierung vorkommende Rechnungs-Fäll auff eine neue und besondere kurtze Manier sicherst zu berechnen, zum erstenmahl in Druck gegeben durch P. Liebering. Bonn in Verlag Constantin Müller 1714. in 12. pp. 48.

Compendium, dann zu weiterer Übung vorgestellten Practic, so fort aller anderer principal Regulen die nothwendigste Exempla ebenmässig elaborirt, und nun zum erstenmahl ans Tags-Licht gegeben durch P. Liebering. Bonnæ apud Constantinum Müller 1714. in 12mo simul cum primo pp. 224.

PETRUS LIPHAUSEN Cartusianus Colonienſis scripsit

Sacrum Diarium pro singulis feriis totius anni. Extant in Cartusia Colon. MSs. duo Tomi OO. 167. 168.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PETRUS LOY ſacræ Theologiæ Licentiatus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & Conventûs Colonienſis quondam Prior. Reliquit

Additiones manuſcriptas ad Anaſtaſin Auguſtinianam P. Gratiani, quæ extant Lovanii in Bibliotheca Auguſtiniana.

Hiſtoriam ſeu Necrologium Conventûs Colonienſis, quæ extat Coloniæ, ubi & obiit 1658.

PETRUS LUDOVICUS Comes de la Marck in Schleiden, Lumay & Serain, Frater natu major Comitum de la Marck, locum tenens Generalis exercituum Regis Chriſtianiſſimi, Eques Ordinum ejuſdem Regis Magnas Hiſpaniæ primæ claſſis, Eques velleris aurei, Gubernator Cameracenſis, vir incomparabilis prudentiæ, notæ ex legationibus obitis ſub Regibus Francis Ludovico XIV. & XV. Editus ab eodem fuit

Panegyricus Reverendiſſimo & Sereniſſimo Principi ac Domino Maximiliano Henrico Archi-Epiſcopo Colonienſi, ſacri Romani Imperii Electori dictus à Petro Ludovico Comite de la Marck. Colon. 1688. typo Petri Alſtorff in folio pp. 46.

PETRUS MATZENRADIUS Juliacenſis, Paſtor Haverdenſis, *Carmina varia* edidit non uno tempore ſcripta in laudem Principum. Eſt inter ea:

Converſio ad Orthodoxos Sereniſſimi Guilielmi Wolffgangi Ducis Neoburgici vario metri genere. Leodii 1614. in 8vo.

PETRUS MICHAEL, cognomento BRILMACKER, natus Coloniæ Ubiorum patre Marco Michaële Brilmacher cive & Senatore Colonienſi, & byſſinæ rei commercio addicto, anno ſalutis 1542, & in Societatem JESU ingreſſus anno 1558. die 19. Maji, poſitis religioſæ vitæ rudimentis & Philoſophicis eruditus Lutetiam Pariſiorum miſſus eſt, P. Joanne Maldonato Præceptore uſus, ſacræ Theologiæ operam navavit, quem redditâ vice Hebraicè docuit. In Societate JESU Rhetoricam profeſſus eſt, dein & Hebræas literas: erat enim Germanicâ, Latinâ, Hebraicâ linguâ facundus, Græcâ verò & Gallicâ mediocriter doctus. Sacræ Theologiæ Licentiatus ab anno 1578. ad annum 1582, Theologiam docebat Coloniæ in Burſa Coronarum in vico San-Maximinianæo, & conciones ſacras ad populum habebat, & confeſſionibus excipiendis operam dabat. Anno 1578. vigeſimâ ſecundâ Febr. Coloniæ in aurea Camera Divæ Urſulæ vota quatuor Profeſſorum edidit. Subin videtur deſtinatus Werlam ad gliſcentem illic favente Acatholicis Gebhardo hæreſin in cunis ſuffocandam.

Cum eloquentia conjunctam habuit prudentiam & quoddam excelſum animi robur; itáque multis Germaniæ Principibus familiaris & charus fuit, & legationibus ipſorum nomine præclarè functus, vir privatim & publicè ad hominum utilitatem natus. Rectorem egit Spiræ annos ſex, Monaſterii Weſtphaliæ octo, ubi ſolâ in DEUM fiduciâ fretus, licèt obolum non haberet, magnificum ædificium pro ſcholis cœpit & perfecit, atque eâdem animi magnitudine templi novi fundamenta jecit. Erat valde humilis, eximiâ charitate, nullo faſtu, nullo ſupercilio, tempeſtivâ comitate, ſimpliciſſimâque prudentiâ, quibus artibus non modò familiarium ſibi animos, ſed alienorum etiam à noſtro Ordine & à ſincera fide aberrantium Societati benevolentiam conciliavit, multúmque in veteri Saxonia nomen illuſtravit. Imbecillo quamvis corpore & viribus defecto, nunquam tamen ceſſabat, ſemper nova remedia excogitabat, quibus vulnera ab hæreſi inflicta ſanarentur. Ejus inſtitutione & operâ multi Hæretici ad Eccleſiam Catholicam rediêrunt. Stephanum Iſaacum, qui ex Judæo malè Chriſtianus, ex Chriſtiano factus Miniſter Calviniſta, in cultum ſanctarum imaginum erat debacchatus, ſcriptis confutavit ac fregit. Joannem à Münſter Weſtphalum, avitâ nobilitate & Grammatices cognitione inflatum, & ſtolidè concionantem, atque ad certamen provocantem apologetico ſcripto repreſſit, & ſilere compulit: itâ ſcribendis libris diu labantem ejus oræ tractum ſuſtentavit. Quæ res ut à bonis ei benevolentiam, itâ à religionis hoſtibus, quos vitâ, voce & ſtilo urgebat, inexplicabile odium conciliavit, ut ſæpiùs ad necem & vincula quæſitus ſit. Semel etiam atque iterum ab illis circumventus, & per ſpeciem amicitiæ ad menſam invitatus, inter epulas venenum incautus hauſit. Valida tum quidem amicis adhibentibus antidota, cùm acerbiſſimo cruciatu hauſtam pharmaci peſtem ejecit, itâ, ut in præſens convaluerit utcunque; interim vi peſtiferâ viſceribus impreſſâ ſubinde repullulante acerbiſſimè cruciabatur. In hac ſalutis viciſſitudine multos annos duxit Monaſterienſi Collegio præpoſitus. Medicorum juſſu variæ biennio extremo tentatæ ſunt aquæ, ac ne tum quidem, cùm eſſet ad Balneas Schwalbacenſes, in tam afflicta valetudine licuit eſſe otioſo. Fœminas tres curandæ valetudinis causâ ibi degentes, Catholicis viris poſtulantibus, ab hæreſi traduxit ad Eccleſiam Catholicam. Sereniſſimus Bavariæ Dux, cùm eodem veniſſet, ſæpiùs patrem inviſit, horásque multas lecto aſſidens cum ſolo piis colloquiis traduxit, & medicis omnem curam ipſius ſollicitudinémque commendavit, ex quibus cùm cognoviſſet nullam ibi ſupereſſe ſalutis ſpem, & morbus indies ingraveſceret, propriâ lecticâ Moguntiam curavit deportandum, ubi antiquo tandem veneno extinctus eſt die 25. Auguſti anno ſalutis 1595, ætatis 53, ab inita Societate Jeſu 37, ab emiſſâ profeſſione quatuor votorum 16. Scripſit P. Michael partim Germanicè, partim Latinè

De Communione ſub altera tantùm ſpecie ad modum Chriſtiani colloquii. Coloniæ apud hæredes Quentelii in 8vo pp. 279. 1582. Dicatur Gebhardo Truchſeſio Archiep. Colon.

Sertum peccatorum. Coloniæ apud Quentelium 1563. in 12mo.

Controverſiarum Dialogos quinque de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, ex partis utriuſque elucubrationibus fideliter concinnatos, in quibus omnia, quæ hactenus de Corporis Chriſti præſentia, panis & vini tranſubſtantiatione, ubiquitate, ſacrificio, communicandi legitima ratione & veneratione diſputata ſunt, familiariter & peramanter conciliantur. Coloniæ apud Geruinum Calenium & hæredes Quentelios in octavo.

Tranquillo animo ſcriptus liber ſi quis alius & ſtilo puriore dialogo tertio argumenta vel pſeudo-

ſyllo-

syllogismos à Stephano Isaaco Pastore B. M. V. ad Indulgentias Patri Michaëli exhibitos dedocuit poriùs & correxit, quàm acerbiori stilo corripuit. Quæ mansuetudo studiosè suscepta novæ criminationis occasio fuit Stephano, post Apostatæ à fide & Sacerdotio; quasi confutari non possent schismata *Seductoris*, ut videre est in operis sequentis pag. 313. recusus anno 1603. Coloniæ apud Arnoldum Quentel in 8vo.

Christianam & solidam detectionem errorum Joannis à Münster. Monast. Westph. per Lambertum Raesfeld in 4to pp. 334. præter præfationem.

Exceptionem Prodromi Calviniani contra Joannem à Münster. Monasterii Westph. per Lambertum Raesfeld in 4to pp. 74.

Catechismum. Coloniæ per Arnoldum Quentel in 12mo pp. 760. 1586. Dicatur Wilhelmo & Jacobæ Juliæ & Montium Ducibus.

Epistolam ad amicum, quâ tanquam spongiâ deterguntur calumniæ Stephani Isaaci ex Judæo Pseudo-Christiani.

Evidiothecam pro Lippiensibus in fide Catholica libellum, qui multorum librorum loco de omnibus Christianæ fidei dogmatibus ità tractat, ut facilè cognosci possit, ubi sit vera fides. Monasterii Westphaliæ 1609. in 8vo.

Cùm Heterodoxi pro more suo Petrum Michaëlem Brilmakerum insectarentur, & calumniis impeterent, subornâtunt simplices, qui fracta conspicilla refici peterent. Hâc occasione scripsit librum, hoc titulo:

Evidiotheca, Brillen-Kästlein, das ist, ein newes sehr nützliches Buch, in welchem an statt vieler Bücher dem innerlichen schwachen Gesicht mit kurtzen Schlussreden aller Artickel Christlicher Religion und derselben gründliche Beweiss als mit guten weit und nahe sehenden Brillen zu sehen gegeben wird, welche aus den streitbaren Partheyen recht habe vor GOtt, gestellt durch P. M. Brillemaker, gedruckt zu Münster in Westphalen in 8vo pp. 785. Sed hæc secunda editio est, & patet ex præfatione. Dicatio facta est Theodoro Fürstenbergio Principi Episcopo Paderano. Conscripta est 1592. 5 Octob. Monasterii. Primam editionem non vidi. Recusus liber Monasterii Westphaliæ 1609. in 8vo.

Serta honoris & exultationis ad Catholicorum devotionem exornandam in octavo typo Quentelhano.

PETRUS MOCKEL ingressus Ordinem sancti Norberti, professionem fecit Steinfeldiæ. Ex Priori Seynensi, ac postmodum Steinfeldensi Parochialis Ecclesiæ Marmagensis Pastor doctus & sedulus, obiit anno 1580. 27. Septembris. Scripsit

Chorum omnium Sanctorum, sive duodecim libros historiarum de omnibus Sanctis per Dom. Georgium Wicelium Seniorem aliàs congestos Latinitate donavit.

PETRUS de MOLLENBECK Ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci Conventualium, in Conventu Coloniensi quondam Lector. Scripsit

Repertorium in Commentaria Nicolai Lyrani editum Coloniæ 1480. ad cujus frontem legitur: Tabula novissima in libros veteris ac novi Testamenti Doctoris famosissimi Nicolai de Lyra directiva per devotum ac reverendum Patrem F. Petrum Mollenbeck Ordinis Minorum, ac egregium Conventûs Colonienſis Lectorem.

PETRUS MOERS natus est Coloniæ Agrippinæ anno 1661. die 5. Martii patre clarissimo & prænobili Petro Moers Senatore & Cameræ ærariæ Assessore, matre Margarethâ Bleckman. Studiis operam dedit in Gymnasio Tricoronato, Magister artium renuntiatus anno 1678, eodem anno ad Societatem JESU admissus, Treviris Novitiatum ingressus est. Literas humaniores docuit Dusseldorpii & Monasterii Eiffliæ, Theologiam audiit partim Monasterii Westphaliæ, partim Coloniæ. Post probationis annum tertium confectum geminum cursum triennalem Philosophiæ in Gymnasio Tricoronato celebravit: eo tempore magnum numerum peperit variis religiosorum Ordinum ascetetiis & Societati nostræ: nec mirum, cùm in primo cursu 191, in secundo numeraret discipulos 214 anno 1694. Subin præfecturam gessit Gymnasii Treverici quinquennio. Sodalitatem majorem Academicorum Dominorum Treviris octennio, Coloniæ decennio sacer Ecclesiastes rexit. Ex hoc exercitio factæ Rhetoricæ Superiorum jussu Trevirim concessit, laureâ Doctoratûs Theologici ibidem insigniendus. Cooptatus dein ad Collegium sacræ Facultatis Theologicæ Colonienſis, & receptus ab admodum Reverendo & Eximio P. Petro Dham S. J. sacræ Theologiæ Doctore, offerentibus carmen pastoritium, & accinentibus binis è fratre nepotibus anno 1712. Convictum Xaverianum Coloniæ septennio gubernavit. Annis viginti duobus Theologiam Treviris & Coloniæ docuit: nec minùs operam suam spiritualem & eloquentiam variarum Ecclesiarum cathedris & supplendis Latinis Academicorum allocutionibus impendit. Tribunali sacro pœnitentium nunquam non affixus, usque in seram ætatem jam cæcus. Scripsit

Librum divisum in duas partes in octavo.

Primæ partis titulus:

Armatura fortium. Coloniæ Agripp. sumptibus hæredum Petri Pütz 1734. pp. 292.

Alterius titulus:

Jubilus fortium. Coloniæ sumptibus ejusdem 1734. pp. 290.

Theologia moralis universa MS. ex probatissimis Authoribus contracta, mediâ rigidos inter & laxos incedens viâ per propositiones à diversis summis Pontificibus damnatas demonstrata, pro majori legentium commoditate in duas partes divisa. in 4to duo Tomi spississimi.

Inanis gloriatio rectæ rationis & orthodoxæ fidei sinceritate confusa & depulsa ostensis erroribus thesium, quas illarum Author tanquam à Ss. Augustino & Thoma approbatas, ac Pontificis laudibus recenter ornatas typis publicis evulgavit, palámque propugnavit anno 1726. die 18. Julii à quodam Calviniana ac Jansenistica gratiæ efficacis

Osare Tridentino ac Pontificio Catholico MS. in octavo.

Vita venerabilis servi DEI P. Jacobi Moers Missionarii Sinensis, mortui in itinere Mozambici 1691. Latinè scripta à Petro Moers fratre germano.

PETRUS MORITZ Coloniæ Ubiorum natus, studiis operam dedit ibidem in Gymnasio trium Coronarum, suúmque animum virtutum & scientiarum donis egregiè excoluit, eo cum profectu, ut insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad sanctos Apostolos intrà Coloniam Canonicus & Pastor templum honoris sibi aperuerit, in quod cùm per admodum reverendum & eximium Dominum D. Christianum Newenthal Elsium sacrosanctæ Theologiæ Doctorem & Professorem ordinarium, nec non insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad sancti Andreæ Apostoli Ecclesiæ Colonienſis Canonicum Capitularem ad deportandam Licentiæ Theologicæ lauream inducerentur, applaudebat velut suo olim Alumno Tricoronata Pallas anno 1681. Materiam uberem suggerebat ad allusiones pulcherrimas Petri Moritz insigne gerens duas claves decussatim, ad quod epigramma sequens:

Cernis? habet claves, quid mirum est, debuit illos
Pastor Apostolici Petrus habere gregis.
Ut claudat pandátque: duas habet: utraque servit:
Claudat ut una stygem, pandat ut una polos.

Scripsit edidítque

Manuductionem ad linguam Hebraicam, una cum analysi Grammatica Capitis primi Geneseos, in gratiam Theologorum Colonienſium, typo Petri Theodori Hilden Coloniæ in 8vo pp. 104.

PETRUS NICOLARTZ sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus, illustris Ecclesiæ sancti Gereonis Canonicus Coloniæ, Serenissimi Electoris Colonienſis in sacris Consiliarius, Præfectus Sodalitio Ecclesiasticorum in Oratorio publico Patrum Societatis JESU anno 1643. Ejus studio in lucem prodiit

Aurea clavis paradisi Beatorum, omnibus Christianis, maximè Clericis, quotidie usurpanda, præcipuè hâc funestâ atque mœstâ belli tempestate. Serenissimo Electori Ferdinando dicata à Petro Nicolartz. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1643. in 16to pp. 120.

PETRUS OSTERMAN juris utriusque Doctor, Collegii juridici Dictator in Universitate Colonienſi, sacræ Cæsareæ Majestatis Imperialis Aulicus, ac Eminentissimi Archi-Episcopi & Electoris Moguntini secretior Consiliarius.

1631. *Disputationes VII. selectæ ad ordinationem Cameræ sacri Romani Imperii habitæ in celebri Collegio juridico Agrippinenſi, Præside clarissimo & consultissimo Domino Petro Ostermanno J. V. Doctore, Collegii juridici Dictatore. in 4to excudit Petrus à Brachel.*

1632. *Dissertatio irenica de pace religionis, ex qua dilucidè cognosci potest, quomodo pax religionis inter Germaniæ Proceres Catholicos & Protestantes anno 1555. erecta in Imperio sit observata ac observanda fuerit sub dictatura clarissimi & consultissimi Petri Ostermanni J. V. Doctoris in Collegio juridico, proposita à Joanne Erlhoff in 4to typo Petri Brachel pp. 72.*

Ars imperandi & parendi, seu proludium restabiliendi & conservandi Imperii Romano-Germanici, & palladium exulantis ubique pacis universalis libris quinque adornatum, Authore Petro Ostermanno &c. &c. Moguntiæ in Typographia Nicolai Heil in 4to pp. 254. Dicatus liber Ferdinando III. Augusto ab Authore.

PETRUS PAULUS RUBENS nascitur Coloniæ anno 1577 28. Junii præclaris parentibus in Parochia sancti Petri in æde, quam Jabachii incolunt in vico stellato. Pictura summæ aræ in templo sancti Petri exhibens Petri martyrium signum est grati animi erga Ecclesiam, in qua Christo genitus fuit. Antverpiæ natum fuisse est error Belloni in vitis Pictorum & Lexici universalis historici Lipsiensis de anno 1722. Tom. IV. p. 123, qui anno 1527. natum dicit secundò errans. Vide *Joachimum von Sandrart Tom. 1. Teutscher Academie von Bau-Bild- und Mahlerey-Kunst 1675. in folio Norimbergæ p. 290. parte 2. Tom. 1. Lib. 3.* Applicatus ad omnes puerorum exercitationes literarias prodebat mirum ingenium, unde causis agendis destinatus olim erat; sed indoles ad picturam propensa vicit consilia parentum. Ad artem pictoriam semper gliscebat amor, mutato hoc suo consilio eum Tobiæ Verhoch celebratissimi tum temporis per urbem Antverpiensem Artificis disciplinæ, post Octavio de Veen instituendum commisêre, ubi primis initiatus rudimentis, tam avidè artis præcepta arripuit, ut Albertus Archi-Dux Austriæ illius primùm operâ in sacris quibusdam historiis usus fuerit; à se dein ad Mantuæ Ducem in Italiam ablegârit, quò ex pretiosissimis ejusdem palatii pictaris, quarum similes vix tum habebat Europa, aliquid delibaret; inter quas tamen, delectu habito, Venetorum maximè probavit methodum. Inde Romam se contulit, antiquorum ibidem statuas, & Michaëlis Angeli, Leonardi de Vince, & Raphaëlis d'Urbino celebrata per Italiam opera coram lustraturus. Pinxit ibidem Duci Mantuæ duas pro ara principe tabulas, in una quidem Sanctos, Sanctas in altera, utrosque justâ hominis staturâ, quæ adhuc hodie in urbe juxta aram maximam in templo, quod *Chiesa nova* dicitur, asservantur. In alia item tabella exhibuit Christum utrâque manu clavis affixum, pedibus autem præter morem solutis, & liberè pendulis visitur hæc in alia Basilica sacra, cui nomen: *A santa Croce in Jerusalem.* Satiato jam Romæ antiquis monumentis animo, regressus Mantuam, atque inde demum ad Ducem Albertum in patriam revertit, ubi suâ in omnes comitate mirum quantum allexit hominum animos, tantámque sibi apud summi pariter atque infimi ordinis non in Belgio modò, sed totâ etiam Germaniâ vitos laudem peperit, ut nulla ferè Principum aula, nulla Pictorum officina esset, quæ non

aliquid

aliquid sibi à Rubensio expoſceret. Ità Galliarum Regi porticum Pariſinam, palatium Luxemburgicum, Henrici IV. ejúsque Sereniſſimæ Conjugis res geſtas ad ſtuporem adumbravit. Hiſpaniarum deinde Principi, aliísque ubique regni aulæque Proceribus ſuam accommodavit operam.

Conjuge interim morbo fatali correptâ, & irritâ omni Medicorum ope, opinione citiùs defunctâ, mœroris abſtergendi gratiâ in Hollandiam abiit, inſpecturus mira, quæ jam tum famâ acceperat. Trajectum itáque appulſus, Hundhorſtium inviſit. Is accepto benignè lautéque habito homini, quidquid pretioſi in cubiculo repoſitam habebat, oſtendit; inter alia etiam Diogenem Athenis in foro quærentem homines. Rubensio inventio placuit, cæterà tamen juvenis adhuc, & ea in arte nondum veterani militis opus eſſe conjectans, rogabat, quis Pictorum (quorum eo in conclavi bene multi aderant) ejus tabellæ author eſſet? Hundhorſtius, intento in Sandrartium digito, hic, inquiebat, Germanus adoleſcens operi huic admovit manum. Quo audito, laudatis hiſce tirunculi initiis, ad majora olim tentanda addidit animos. Ab hoc Abrahamum Blomart, Cornelium Pullenburg, aliósque ſalutaturos adiit. Trajecto Amſtelodamum vela fecit, omnibúsque per Hollandiam introſpectis, Hundhorſtii præclaram pingendi methodum, maximè in umbratilibus, Blomartii nobilem delineandi artem, & ſcitas Pullenburgii icunculas, regionúmque item, ruderum armentorúmque bellas admodum ſynopſes imprimis probavit. Poſt hæc Regi Angliæ Carolo Stuarto Ducíque Buckingan grandia multa paravit opera, quæ, ut tantò elucubraret citiùs, diſcipulorum, quorum bene magnum alebat numerum, operâ uſus fuit. Dum totam rei pingendæ ſummam in arctiorem tabellam colligebat ipſe, quam in ampliori dein tela Antonius von Dick aut Jacobus Jordanus von Hoeck aut alii ejus Matheſæ elaborarent. Ipſo demum illiris hinc inde quibuſdam, ubi uſus poſceret, colorum cruſtulis, aut majoris momenti rebus ſuâ manu depictis, colophonem adjiciente. Interea temporis ad uxorem alteram appulit animum, atque celeberrimam eâ ætate & à forma, & à virtute virginem *Simente* duxit. Novam præterea ſibi erexit domum, adſtructo juxta Technophylacio ab illabente per tectum in picturas lumine ſummopere commendando. Id quod Duci Buckingamo ità ſalivam movit, ut, quò citiùs ſuum nobili arte ditaret palatium, ſexaginta aureorum Belgicorum millibus iſta ſolverit. Quare aptè aliquando Rubenſius Anglo cuidam Alchimiæ artem ſe cum ipſo communicaturo reſpondit, ſibi Alchimiâ nihil opus eſſe, ſe penicillo ſuo jam annos abhinc viginti lapidem invenire Philoſophicum didiciſſe. Pupugit ea viri fama & progreſſus rivalium oculos, unde à famoſo illo Abrahamo Janſonio aliquando ad arenam provocatus fuit, eâ lege, ut, qui ad naturam proximè acceſſerit, penes hunc ſit victoria. At ictum eludens Rubenſius: *Nolim*, reſpoſuit, *me hodie primùm penicillo certaturum exiſtimes, id enim à multis jam annis mihi ſolenne fuit, & impoſterum propoſitum ſemper erit. Tu cæteram tuam tibi artem habeas, & ingenio tuo vivas, licet.*

Inter alias, quas ab Hiſpaniarum Rege gratias meruit, ſumma certè illa erat, quòd ad Carolum Stuartum Angliæ Regem aliquando Legati nomine miſſus fuerit, à quo & perbenignè acceptus, venditis Regi tarioribus quibuſdam imaginibus, magnam ab eo iniit gratiam.

In Hiſpania porrò Regem ejúsque Sereniſſimam Conjugem cum Duce d'Olivares affabrè & ad ſtuporem depinxit, plures alias topicas locorum deſcriptiones ad Titiani exempla & prototypa exegit. In gravioribus etiam negotiis à Gubernatrice Belgii apud Regem in turbulento hoc Provinciarum ſtatu adhibitus fuit: id quod, quantam ei primùm ſolertiæ & ingenii conciliavit famam, tantum & poſtea vitæ fortunarúmque periculum prope accerſiſſet. Mox enim à ſuo in Belgium reditu à quodam ex regni Primoribus de aperiendis ſibi Regis Gubernatricisque arcanis inter ſe conſiliis appellatus, reſpondit: ſanguinem ſibi faciliùs, quàm eâ in re vel verbulum extortum iri. Accenſus eo reſponſo Principis animus dira quæque ei minabatur, ni votis annueret, & ferriſſet etiam forſſè ipſum intentatum capiti fulmen, niſi ad priſtinum reverſus otium impendenti huic procellæ ſe ſubduxiſſet in tempore. Dum itaque ſecum habitavit, & publicis abſtinuit, plurima & collegit ipſe, nec pauciora ſuâ fabricata manu per orbem divulgavit, ùt ſunt: Viennæ Auſtriæ Bacchanalia majora, Schleisheimii paradoxa duo Barbarorum cum leone & crocodilo certamina, Neoburgi extremi judicii terrifica facies, Chriſti item naſcentis, & miſſi Apoſtolis Paracleti hiſtoriæ &c. & innumera id genus alia, quæ ſingula percenſere longum foret. Demum affectus chiragrâ, à grandioribus manum abſtinere coactus, contractis pauliſper velis circa minutiora verſari cœpit. Tandem anno Chriſti 1640. tertio Kalend. Junii diem ſupremum obiit, annum jam agens tertium ſupra ſexageſimum. Nec fama cum ipſo omnis interiit, ſiquidem perquam magnifico apparatu elatus, Prælato ante funus pulvillo nigro holoſerico, cui impoſita erat corona aurea, à peritiſſimis pictoriæ artis Magiſtris illuſtri non minùs quàm frequenti comitatu ad tumulum aſportatus eſt. *ibid. à pag. 290.*

Joachimus von Sandrart Teutſcher Academie von Bau - Bild - Mahlerey - Künſten Erſten Bands zweyter Theil drittes Buch p. 290.

PETRUS PLICKIUS Andernacus, Sacellanus Philippi Epiſcopi & Principis Wormatienſis zu Wimpfen im Thaal anno 1602. vertit ex Latino Hiſpanicè ſcriptum libellum P. Franciſci Arias S. J. de colenda Deipara in idioma Germanicum. Dicavit ſuo Principi Epiſcopo.

Nachfolgung Mariæ.... durch R. P. Franciſcum Ariam S. J. Theologum beſchrieben, und jetzt andächtigen Hertzen und Liebhabern der H. Mariæ zu Troſt verteutſcht durch H. P. Plickium Andernac. Gedruckt zu Cölln durch Arnoldum Quentel 1602. in 12mo pp. 634.

Geiſtliche Vollkommenheit in vier Bücher abgetheilt, erſtlich durch R. P. Lucam Pinellum Prieſter der Geſellſchafft JESU beſchrieben; nun aber verteutſcht durch Herrn Petrum Plickium Andernacum zu Wimpfen im Thaal Præbendatum und Teutſchmeiſteriſchen Gebiets zu Offenavv Pfarr-Herrn.

Herrn. Gedruckt zu Cöllen durch Arnold Quentel 1603. in 8vo pp. 595.

PETRUS RAVENNAS, cùm anno 1497. Patavina in Universitate creatus Doctor & Eques auratus, jurisprudentiam magnâ nominis celebritate profiteretur, expetitur à Bugislao Pomeraniæ Duce ex visitato Ss. D. N. Solymæo sepulchro per Venetias in Provinciam suam revertente. Augustinus Barbadicus Venetorum Dux, Proceres & Universitas Patavina ægerrimè assentiuntur, sed tandem cedunt precibus & voto Principis, qui Petrum cum uxore Lucretia & liberis secum traduxit & induxit in & ad Gripswaldiensem Universitatem tantæ doctrinæ luce illustrandam, & veluti resuscitandam. Cùm annos aliquot utriusque juris scientiam Pomeranis pari famâ explicâsset, ætate jam provectâ, & liberis præter filium Vincentium ac filiolum superstitibus impetrat à Duce veniam Italiæ revisendæ, ac equo egregio centum ducatis & literis commendatitiis donatur. Revertentem Saxoniæ Elector Fridericus & Joannes Duces fratres missis Legatis ex itinere ad se divertere coëgerunt, & in nova Wittebergensi Universitate juri docendo multis muneribus ac promissis inductum Petrum adhibent, ipsúmque è cathedra perorantem sæpè ac penè quotidie audiunt: verùm peste ingruente ab Saxoniæ Ducibus missionem obtinet. Inde Coloniam delato offertur cathedra primaria juris, è qua cùm Petrus primò dixit, in consessu clarissimorum Senatorum, Patrittorum & illustrissimorum Principum, doctissimorum virorum & studentium, tanta fuit acclamatio concursûs hominum, ut locus iis capiendis impar esset, & admurmuratio secunda urbem totam & viciniam impleverit.

Maximilianus Romanorum Rex posthabitis majoribus Imperii curis frequenter cum Ravennate colloqui, & quæ ad Pontificii ac Cæsarei juris abstrusa pertinent, evolvi sibi in grabato quiescenti copiosâ & mellifluâ Petri dissertatione faciebat. Daniæ Rex literis datis eundem ad se evocavit, refert eas Ortwinus Gratius *in Critomastige Peregrinationis Petri Ravennatis anno 1508. è Bursa Knick scripto:*

Rex Daciæ Petro Ravennati felicitatem!

Petimus abs te, Domine Doctor, ut, si aliquid auctoritatis apud te nomen nostrum habet, in Daciam quamprimùm venias, acre, quam scribo, graviter consideratâ, nos omninò vivere destines. Sunt hîc ardua quæque negotia tractanda, sunt lites solvendæ, sunt dubia enucleanda, sunt leges interpretandæ, quem nostri consulant, habent neminem: petunt aperias, quid tua velit nostris in rebus sententia. Haud quenquam esse ajunt, qui tui in utriusque juris interpretatione sit similis, cùm in scrinio pectoris tui (sic enim persuasi mihi) jura quæque contineas. Ob quam rem velim labores, ut rebus posthabitis omnibus me expleas desiderio sapientiæ tuæ. Quod si feceris (facies autem indubitatè) permultos hîc fautores & gloriæ & dignitatis tuæ, tùm me quidem ipsum tuî amantissimum senties. Vale.

Quo anno hæc scripta fuerit epistola, quo anno Maximilianus Petro collocutus, tacet Ortwinus: in hoc anno 1508. grates egit epistolâ & carmine Petrus, impressus post alphabetum aureum. Quid post annum 1508. acciderit Petro, nescio. In epistola Ortwino scripta dicit se non abiturum priùs Coloniâ, quàm Hoogstrato responderit. *Hæc ex Critomastige Ortwini Gratii 1508. Coloniæ impresso in folio & 8vo.* Scripsit & edidit

Alphabetum aureum famatissimi Authoris, juris utriusque Doctoris & Equitis aurati Domini Petri Ravennatis Itali, quod ob publicam Scholasticorum utilitatem, ac ut multa ex tempore in utroque jure, tum oppugnando, tum respondendo, tum etiam determinando memoriter pronuntiare possent, in lucem edidit, atque amplissimæ Germanorum Universitati Colonienſi nuncupavit. Anno MDVIII. in folio. Extat in Cartusia Colonienſi.

Alphabetum aureum famatissimi Authoris, juris utriusque Doctoris & Equitis aurati Domini Petri Ravennatis Itali, novo fœtu tersum & emunctum, ac in multis locis auctum & ampliatum per nobilem virum D. Joannem Thyerry Lingonienſem juris utriusque Doctorem. Subjiciuntur huic Alphabeto 1. Dicta notabilia extravagantia, 2. Allegationes in materia consuetudinum, 3. Dicta notabilia utriusque juris ejusdem Petri Ravennatis, 4. Dein Ortwini Gratii elogium scriptum Petro Ravennati, quo hujus vita magnifico stilo describitur, quod Critico-mastix Peregrinationis Petri Ravennatis inscribitur. 5. Epistola Petri Ravennatis Ortwino Gratio agit grates ob scriptum Critico-mastigem. 6. Valete cum perpetuo silentio ad clarissimum Theologiæ Professorem de alta platea Ordinis Prædicatorum Petri Ravennatis juris utriusque Doctoris de bassâ platea, in quo corroboratur & ex dictis adversarii conclusio salutifera nonnullis illustribus ac magnificis Rectoribus civitatum Dominis suis. 22 Seiten in quarto Lugduni 1517. in eodem volumine apud Dom. Canonicum Seil.

Compendium pulcherrimum Juris Canonici clarissimi juris utriusque Doctoris & Equitis aurati Petri Ravennatis, in quo innumerabilia aurea & elegantia dicta continentur, cum quibusdam additionibus de novo adjunctis. Coloniæ in folio pp. CCCXV. solæ adversæ in fine.

Compendium juris Pontificii limatissimum non minùs provectis, quàm juvenibus utile. Venerabilis & egregii viri Petri Ravennatis utriusque juris Doctoris celeberrimi, nec non Equitis aurati, quod publicè in scholis Juristarum in alma Universitate Colonienſi pro multis doctis auditoribus legerit, cujus nec pagina minima impressa est, quin per manum correctoriam antedicti Doctoris transierit, sublatis variis multiplicibúsque erroribus, qui in priori impressura erant, impressum providi viri Hermanni Bongart de Ketwich Civis Colo-

Coloniensis *in sylvestri viro in antiquo foro* degentis expensis & laboribus accuratissimè finit velis, ùt ajunt, secundis anno MDVII. in profesto Nativitatis sancti Joannis Baptistæ. Valete & valeant, qui nos malè vivere optant.

Sequuntur additiones a. 99. 1. ad LL. IIII. ubi in additione secunda ad Rubricam de furtis confirmat suam thesin, quod Rectores civitatum Alemanniæ faciunt contra præceptum divinum, quod teneant cadavera punitorum in patibulo perpetuo. Prolixè probat thesin ex jure divino, Canonico, civili, naturali.

Petri Ravennatis juris utriusque Doctoris & Equitis aurati in consuetudines feudorum *Compendium utilissimum.*, Coloniæ in 8vo anno 1567. Inscripsit librum Maximiliano I. Augusto, quem CHRISTIANISSIMUM Cæsarem vocat. Mauritius in Nomenclatore Scriptorum de jure feudali. Extat Compendium illud inter tractatus illustrium in utraque juris Facultate. Venetiis 1583. Tom. X. parte II. à pag. 10. ad 43.

Petri Ravennatis Jurisconsulti clarissimi *Enarrationes* in tit. de consuetudine. Extat in II. Tomo Tractatuum pag. 381. ad 391. ejusdem Venetæ 1583. Est hæc editio tertia. Prima Coloniæ 1508. 2da Lugduni 1517.

Petri Ravennatis juris utriusque Doctoris Phœnix, sive ad artificialem memoriam comparandam brevis & facilis, sed re ipsâ & usu comprobata introductio. in 8vo typo Wilhelmi Friessem.

PETRUS ROESTIUS natione Belga, patriâ Noviomagensis, ubi natus anno 1562. 1. Nov. Philosophiæ curriculum in Gymnade Tricoronata apud Ubios emensus anno 1583. à M. Petro Stalenio renuntiatur artium Philosophiæ Magister die quartâ Martii actu solenni sexto: decem enim actus eo anno celebravit Tricoronata Bursa. Societati JESU dein adscriptus est 5. Aprilis anno 1586. adolescens annorum viginti trium, in qua qua votorum quatuor professus, ac sacræ Theologiæ Doctor inauguratus, iis nominibus ad omne officium strenuè laudabilibus usus est, ut dubium esse possit, submissione an doctrinâ, labore an ingenio eos potissimùm titulos cohonestârit. Plerisque per utramque Rheni Provinciam locis, quibus vel Philosophiæ, vel Theologiæ, vel denique sacris lectionibus & controversiis quâ docendo, quâ concionando præerat, hanc sui optimè impensi laboris memoriam reliquit. Ab anno 1629. ad annum 1632. Latinâ sacrâ oratione Academicos Gymnasii Tricoronati Coloniæ Ecclesiastes excoluit. Semper aliquâ Hæreticorum ex publicis ad disputandum congressibus ignominiâ fidem Catholicam nobilitavit. Ex multis unius juverit meminisse, quod Monasterii Westphaliæ anno 1613. factum accepimus. Erat ibi Calvinianæ sectæ Doctor urbis incola, cujus nefarias opiniones apertè pro concione non leviter cœpit convellere, neque eâ oppugnatione contentus, hominem suis erroribus præfidentem ad certamen publicum thesibus ad Gymnasii valvas suffixis invitat. Quem deinde comparentem in schola cum numeroso Doctorum & Hæreticorum comitatu irâ fregit, ut dissolutis omnibus, quæ intorqueret adversum argumentis, cùm denique aqua misero hæreret, ipse sumptâ argumentantis personâ hæresin eo rationum pondere confutavit, ut Calvini hic assecla longè timidior ex arena se subduxerit, cervicem dein multò faciliùs submissurus. Neque solo verborum fulmine in Heterodoxos depugnavit; sed, ut etiam remotis hostibus formidini esset, calamo effecit complutibus disputationibus typo vulgatis, tum præsertim idoli Lauretani confutatione, quo læsum magnæ Virginis honorem post vulnus etiam illustriorem reddidit. Mirari in tam acri ad concertandum animo mansuetum sinè felle ingenium, nudámque sinè fuco mentem potuisses. Demum cùm esset annorum octoginta candida ejus & cygnea anima, ubi totum sibi corpus niveo colore assimilâsset, funeri suo Jubilarius Sacerdos Dominicâ in Albis (ne quid cygneum sibi deesset, præcinuit, eodémque post triennium die, qui erat 28. Aprilis; Archæon Provinciæ, 17. Aprilis ad cælos, ùti spes est, evolavit Coloniæ 1642. Scripsit

Theses varias, quibus universam Philosophiam luculenter explicavit.

De sacrarum imaginum & reliquiarum cultu. Conradi Vorstii Calviniani 44. novitates disputationi proposuit Herbipoli 1608. in 4to.

De Communione sub utraque specie.

De justificatione pro augustissimo Missæ sacrificio disputationem paræscevaticam.

Pseudo-Jubilæum anno 1617. à Lutheranis celebratum Molshemii 1618.

Hallucinationes duorum Lutheranorum de resurrectione mortuorum, seu contra syllogismum Lutheranum.

Apologiam pro Domo Lauretana contra Matthæam Beineggerum Argentoratensem. Treviris typis Immendorff 1625.

Apologiam pro Jure Canonico contra Professorem Argentinensem Doctorem VI.

Disputationem paradisanam, seu de paradiso terrestri, & Adamo bono & malo.

Pium libellum in duos primos versiculos psalmi 141, item

Pium libellum de signis prædestinationis.

Sotuellus Biblioth. Scriptor. Soc. Jesu.

PETRUS ROSTIUS Ordinis Præmonstratensis, Canonicus Steinfeldensis, scripsit

Vitam beatæ Hildegundis Antistitæ Cœnobii Marensis prope Novesium.

Extat apud Hagiographos Antverpiæ ad diem VI. Februarii.

PETRUS SCHEFFER Pastor in Ober-Cassel Ducatûs Montensis oppido, Christianitatis Sigeburgensis Decanus annis 15, Vicarius in Vilich, obiit anno 1739. 19. Decembris, ætatis 68, Decanalis officii Christianitatis Sigeburgensis anno 18, Pastoralis anno 42. Scripsit Germanicè

Rüffende Stimm des wahren Hirten, das ist, ein Christlicher Beweiss aus GOttes Wort genommen, dass der Römisch-Catholischen Kirchen Glaubens-Fundament seye Christus, und das von GOtt durch den Mund seiner Propheten verstrochenes, durch den Sohn Jesum Christum aber ausgegebenes schrifftliches Gesatz wider die so wohl in vorigen Jahren, als auch anno 1517. Lutherische, und anno 1534. in einigen Landen der Welt

bekânt gemachte vermeynte Reformirte Proteſtantiſche auff Sand gebawte Glaubens-Bekantnus ... in form eines Catechiſmi, durch Herrn Petrum Scheffer zeitlichen Paſtorn der Catholiſchen Gemeinde zu Ober-Caſſel. Im Jahr 1715. Cöllen bey der Wittib Meuchers in 12mo pp. 204. Dicatus libellus D. Servatio Krifft Chriſtianitatis Sibergenſis ecano.

Wunder-würckende Hand GOttes, das iſt, die ordentliche Succeſſion der Prieſter, wie auch Krancken geſund machen, Berg verſetzen, Gifft ohne Schaden trincken, Todten auffzuerwecken, Teuffel austreiben, und das allerheiligſte unblütige Meſs-Opffer ſeynd wahre Kennzeichen der rechtglaubigen, und der Kirchen GOttes in einem freundlichen Geſpräch zwiſchen einem Lutheriſchen Prediger und ſeinen zum Catholiſchen Glauben neu-bekehrten Vetteren, in Druck ausgegeben von P. Scheffer, Paſtoren in Ober-Caſſel. Cöllen bey Johan Langenberg in 12mo.

Mercurius Thomiſtico extraordinarius, id eſt: Dialectica diſputativa ſuper omnes terminos ſimplici ſtilo ventilari ſolitos, Authore R. D. Petro Scheffer, Paſtore Ober Caſſellano, artium liberalium ac Philoſophiæ Magiſtro. Coloniæ apud Franciſcum Metternich 1710. in 12mo pp. 267.

Geiſtliche Augen Salbe für junge und alte in dem Unglaubens Babel gebohrene Seelen, zuſammen getragen durch A. R. D. Petrum Scheffer Paſtoren in Ober-Caſſel. Cöllen bey Servatio Noethen in 16to pp. 178. Totum opus continet inſtructionem & polemicam doctrinam de Miſſæ ſacrificio.

PETRUS SCHMITMAN natus in Menden, Archi Diœceſis Colonienſis, Angariæ oppido, anno ſuperioris ſæculi 66 Societatem JESU ingreſſus eſt 1683, docuit humaniores literas annis ſex, ſemel Philoſophiam, quatuor vota profeſſus Paderbornæ anno 1699. Præfectum ſcholarum egit, & Polemicam tradidit Hildeſii. Variis in Collegiis Rector fuit Cosfeldiæ, Hildeſii, ter Monaſterii Weſtphaliæ, bis Confluentiæ, clavum Provinciæ Rheni inferioris ſecundâ vice tenuit. Religioſæ diſciplinæ, inſtituti, legúmque noſtris præſcriptarum etiam minimarum à ſe & aliis ſervandarum Cuſtos erat accuratus & Exactor ſtrenuus. Cum viris authoritate præſtantibus tantâ reverentiâ, comitate, ſapientiâ additis rationibus loquebatur, ut apud omnes, quibuſcum converſabatur, magnam de ſua virtute exiſtimationem concitârit. Paucis: in virtutis conſummatæ & optimi Religioſi exemplum proponi omnibus merebatur. Cùm ſub extremum vitæ tempus Coloniam miſſus eſſet, debuit patientia viri, quoniam DEO acceptus erat, probari immiſsâ cæcitate, quam adeò toleranter placidéque de manu DEI acceptârat, ut (accidentibus licèt ex ſenio & virium debilitate incommodis) nullum gemitum, nullum impatientiæ alicujus aut faſtidientis animi ſignum ediderit. Ad extremum accedente febri cùm paucos intrà dies lecto detineretur, ad æternitatem optimè præparatus, migravit è vita 6. Martii anno 1739. Edidit tacito nomine

Religionis Romano-Catholicæ fundamentum, ſecuritas & veritas explicata juventuti ſtudioſæ Gymnaſii Societatis JEſu Hildeſienſis Mariano Joſephini, eidémque inſtrenam data. in 12. pp. 83. Hildeſii typo Joannis Leonardi Schlegelii anno 1705. Item:

Exercitia S. P. Ignatii. Via ad ſalutem & perfectionem propriam & alienam tuta, & perpetuò tenenda, propoſita à quondam Sacerdote Soc. JEſu. Hildeſii typis Joan. Leon. Schlegelii in 8vo 1713. pp. 238.

PETRUS SIBENIUS ex oppido Dalenſi, anno 1596. natus, Gladbaci Ordinem ſancti Benedicti ingreſſus, ſolennioris voti ſacramento ſe obſtrinxit anno 1616, denominatus Paſtor Duickenſis anno 1625, quam Parochiam cùm annis decem extraordinario prorſus animarum zelo adminiſtrâſſet, anno 1635. 27. Octobris pro meritis electus eſt Abbas Gladbacenſis in ſecunda Monaſterii ſancti Viti Martyris fundatione quadrageſimus, & in reformatione nonus, Dominus in Gladbach, Bricholtz & Ock, Definitor Capituli. In Annalibus 1654. inſignis ſtudiorum & Seminarii Benedictini Colonienſis Mecœnas à ſuis prædicatur. In ſpiritualibus & temporalibus verbo & exemplo præcipuus, omnibus ſuî relicto deſiderio obiit, & ad æterna abiit 1649. 14. Octob. Ejus ſtudio in lucem prodiit

Examen der vermeynten Antwort Wilhelmi Hulſii Frantzöſiſchen Prædicanten zu Weſel auff die zwölff Propoſitiones R. P. Jodoci Kedd Prieſter der Geſellſchafft JEſu, welches iſt intitulirt:

Einfältiger Bericht über die ſtrittige Religions-Puncten allen Irrenden, jedoch Liebhaberen der Wahrheit vorgeſtellt, ſinè nomine Authoris. 1652. Cöllen bey Arnold Kempens in 8vo pp. 205. At in ſecunda editione von H. H. P. Sibenio. Cöllen Gubert Clemens 1653. in octavo pp. 390. citra indicem.

Kurtze Unterrichtung, Beweiſs und Bewegung oder Behauptung der wahrhafften Verwandlung oder Tranſubſtantiation im Heil. Sacrament des Fronleichnams unſeres HErrn JEſu Chriſti, allen Irrenden und Liebhaberen der Wahrheit vorgeſtellt. Prima ejus libelli editio ſic habet: Propugnatio des Meſs-Opffers und deſſen Beweiſs gegen alle Lutheriſche und Calviniſche Einwürff im Jahr 1654. beantwortet &c. vorgeſtellt durch den Hochwürdigen Herrn Petrum Sibenium, Abten zu Gladbach, gedruckt 1654. in 8vo pp. 52. item Cöllen 1656. bey Wilhelm Frieſſem in 8vo pp. 83.

PETRUS SONSBECKIUS Ordinem Eremitarum ſancti Auguſtini Gandavi profeſſus, 1586. ſacræ Theologiæ Doctor Colonienſis lectionibus ſcholaſticis & concionibus editis ſibi magnum nomen fecit Coloniæ, tantâ dicendi promptitudine, ut in aſcenſu cathedræ de materia qualibet per oblatam in conſcenſu ſchedulam requiſitus, nullâ interpoſitâ morâ poſſet differere. A Gelenio pag. 490. de Colon. Agripp. magnitud. vocatur Petrus Erneſtus.

MSt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

MSS. quædam inedita Coloniæ reliquit. Nicolaus Tambour Prov. Belg. p. 142.

PETRUS STEVARTIUS Leodio oriundus, S. Th. Doctor & Professor, & Cancellarius Ingolstadii apud Bavaros, ac Divum Lambertum Leodii Canonicus, ad Divum Dionysium Præpositus & Vicarius Episcopi, qui præterea, cùm fuerit Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ ad sanctos Apostolos intrà Coloniam, non immeritò ob insignem doctrinam *Lumen Cleri Coloniensis* nominatur. De eximiis ejus virtutibus nefas est dubitare, quòd singulari cultu Ss. Walburgim & Margaritam fuerit prosecutus, luculenter testantur, quæ Valerius Andreas scribit de Tomo singulari XVII. insignium Authorum, de quo in fine. Insertæ sunt huic Tomo gratiarum actiones, quas vario metri genere scripsit Patronis suis ob decoratam vitreis fenestris sanctæ Walburgis Ecclesiam. Est hæc Parochialis Leodii in suburbio cognomine, quam Stevartius à fundamentis erexit & dotavit, uti & alteram in suburbio sanctæ Margarethæ, & in utraque Conventum instituit Virginum Sanctimonialium sub Sacerdotum regularium regimine, obiit Leodii, plenus dierum & meritorum, anno salutis 1621, ætatis 75. Scripsit

Commentarium in Epistolas D. Pauli ad Thessalon. Ingolstadii 1603. in 4to.

In Epistolam ad Corinthios. Ingolstadii in 4to.

In Epistolam ad Philippenses. 1595. ibid. in 4.

Explicationem brevem VIII. priorum Capitum Epistolæ D. Pauli ad Romanos publicæ disputationi expositam. ibid. 1586. in 4to.

In Epistolam posteriorem ad Timotheum. 1612. in 4to.

In Canonicam D. Jacobi Epistolam. ibid. 1610. in 4to.

Orationem de Colloquio Ratisbonensi ibid. 1602. in 4to.

Apologiam pro Societate JEsu. Coloniæ 1594. in 4to.

Præterea è tenebris eruit, notisque illustravit Manuelis Calecæ adversùs Græcorum errores Libros IV. Interprete Ambrosio Camaldulensi. Ingolstadii 1608. & Tom. IV. Biblioth. PP. edit. Colon. 1618.

Commentarium de vita & rebus gestis sanctæ Walburgæ Abbatissæ Ordinis S. Benedicti, Autore Wolfrado Hasenrietano Presbytero. Aug. Vindel. 1616. in 4to.

S. Eucherium Episcopum Lugdunensem de vita D. Mauritii Thebæ legionis Ducis. anno 1618. in quarto.

Denique Tomum singularem XVII. insignium Authorum tam Græcorum, quàm Latinorum ex variis Bibliothecis primùm in lucem prodire, & publicè prodesse jussit. Ingolstadii anno 1616. in quarto.

Orationem funebrem in exequiis Martini à Schaumberg Episcopi Eystettensis. EEE 222.

Foppens Bibliotheca Belgica.

PETRUS à STREITHAGEN Civis & Canonicus Heinsbergensis, quod ditionis Juliacensis nobile & notum est oppidum, nascitur ex antiqua, & non ignobili Streithagenorum familia anno CIↃ. IↃXCV. V. Kalend. Decembr. Patre Andreâ, Matre Mariâ Sylviâ. Puer à Parente studiis admotus, unà cum litterarum rudimentis, musicâ cùm organicâ, tum harmonicâ imbutus fuit, eo profectu, ut Trajecti ad Mosam, Poësi ac Rhetoricæ dans operam, præter varias & diversimodas cantiones, Litanias XII. vocum publicè cum applausu in templo Patrum Societatis JESU decantandas dederit. Cæterùm Philosophiam Leodii addidicit, reversúsque Heinsbergam anno CIↃ. IↃCXVII. Subin etiam Canonicus Colonienburgensis, plurimis editis libris vitam longam & rem literariam ornavit. Scripsit

Sancti Ludovici Regis Galliarum præceptiones bene vivendi ad primogenitum, numeris elegiacis redditas. Coloniæ in 12mo, unà cum D. Virgine Apricollensi Andreæ Parentis sui.

Vitam S. Hilarionis Abbatis Lib. IV. carmine heroico unà cum notis.

Epigrammatum juvenilium Lib. I. & de Victoria Naupactica carmen. ibid. 1624. in 12mo typis Henrici Krafft.

Successionem Principum Juliæ, Cliviæ, Montium, item Dominorum Heinsbergensium. Dusseldorpii 1629. in 4to typis Henrici Ulenbergii.

Tetrasticha & notas in Comites ac Duces Cliviæ. ibid. eodem anno in 4to.

Gloriam Montis Caballini, sive rerum Heinsbergensium illustrationem. ibid.

Syntagma oppidorum patriæ Juliacensis. ibid. 1629.

Panegyricum Historico-Poëticum in Civitatem Leodiensem. Leodii 1632. in 4to apud Leonardum Strel.

De vita ac instituto Canonicorum secularium Ecstasin. in 12mo Coloniæ 1634. apud Joannem Kinckium.

Hastam, Poëma Philologicum, antiquum usum, quà civilis, quà militaris hastæ duobus libris exhibens. Dusseldorpii 1638. in 4to typis Lamberti Kloudt.

Purpuræ præconium monogrammon, centum versuum heroicorum, singulis vocabulis à P. litera incipientibus. ibid. 1639. in 4to.

Florum Christianum seu historiarum de rebus Christianis Libros IV. Coloniæ typis Gisberti Clementis 1640. in 8vo.

Florum Germanicum continuatum. ibid. eodem anno.

Librum paræneticum de instituenda vita Canonicorum secularium. ibid.

Carmen de S. Gertrude, unà cum vita ejusdem Divæ, Authore Josepho Geldolpho à Ryckel Abbate Monasterii S. Gertrudis. Lovanii anno 1637.

Ruræ fluvii descriptionem carmine heroico insertam Annalibus Werneri Teschenmackeri. Arnhemii 1638. in folio. Item

Tetrasticha in Comites ac Duces Juliæ, Cliviæ, Montium.

Suspirium Nymphæ Moganidis ad Eminentissimum

mum Electorem Moguntinensem Anselmum Casimirum à Wambolt. Coloniæ, ubi in exilio degebat, procurante ejusdem Consiliario & legum Antecessore ordinario, nobilissimo & clarissimo Domino Dionysio Campio, apud Joannem Kinckium 1636.

Carmen in mortem Ducis Wallensteinii. Coloniæ 1634.

Carmen in laudem S. Engelberti, præfixum vitæ à Gelenio editæ.

Carmen de restituta pace in Ducatu Juliacensi. Dusseldorpii 1627. in folio pat.

Succedent cum bono DEO varia scripta; ità de se auguratur Streithagenus.

Historia rerum Juliacensium, vastum & elaboratum opus, & in septem libros distributum.

Chronologia rerum Heinsbergensium ab anno 1000.

Vita Philippi Heinsbergii Archi-Episcopi Colonienſis.

Florus politicus Reipublicæ Christianæ statum describens, ùt Florus Christianus religionis.

Hypomnema in 16. in Ovidianam absolutum anno 1618.

Catalogus Canonicorum sæcularium scriptis & doctrinâ illustrium.

Catalogus Scriptorum Juliacensium, missus Valerio Andreæ, & in Bibliothecam Belgicam hinc inde insertus. Lovanii 1643.

Cæsares Juliani continuati per Græcos & Latinos Imperatores ad hæc usque tempora.

Vita brevis S. Norberti ex Hispanico translata.

Dissertatio de felicitate præsentis sæculi. Altera de iniqua comparatione picturæ cum Poesi.

Judicium de Flavia Domitilla clarissimi viri Ericii Puteani, amicorum ùt optimi, ità doctissimi.

Notæ in Schleidanum de quatuor Monarchiis mundi, oppositæ notis Meibomii.

Notæ in Echonem miscellaneam Parentis.

Summarium belli Belgici, traductum ex Italico Antonii Abondani, & traditum D. Kinckio ad edendum. I. Lib.

Interesse Principum ex Gallica lingua interpretatum. Irruptio Gallo-Hessorum in agros Ubio-Gugernos ad annum 1642. Mundi Histrionia. Farrago exemplorum ad imitationem Valerii Maximi, Apophtegmatum ad imitationem Beyerlinckii.

Dissertatio de Canonissis ad Antistitam Thorensem, nomine Nepotis sui Opphovii.

Oratio de immunitate Ecclesiastica, in gratiam Pastoris cujusdam.

Eusebius, sive somnium de vita boni & innocentis viri.

Brevis institutio ad musicam.

Tres Coronæ inclytæ Civitatis Colonienſis, item quamplurima ligatis numeris conclusa, ac primum heroicis.

Historia Pontificum Romanorum Libb. XVII. per totidem sæcula distincta.

De fine mundi Libri tres.

Ars Poëtica Christiana.

Confessio Prudentiana ex Prudentii Poëmatis faciem modernæ Ecclesiæ in rebus fidei & cæremoniarum repræsentans.

Encomium noctis.

Supplementum ad Pharsaliam Lucani usque ad finem belli Ægyptiaci.

Hercules Christianus Abondanii uno die ex Italico traductus.

Carmen de vita S. Andreæ à Mureto imperfectum relictum de sancto Laurentio, de sancto Norberto.

Denique de variis rebus, ùt occasio & furor enthusiasticus se dedit.

Elegiaca Centuria emblematum moralium.

Peplus illustrium Poëtarum.

Tetrasticha in Imperatores Occidentis & Orientis, item in Viros illustres in theatro Bingii.

Epigrammatum Liber unus & alter.

Lachrymæ pœnitentis Angeli Gylli ex Italico traductæ stilo Propertiano.

Ex Lyricis odarum satis amplum volumen de diversis materiis.

Musæ vexatæ Harmonia sublimior, Coloniæ in ingrato otio, constanti plectro modulata, in qua Vicennalia Urbani VIII. Pontificis Optimi Max. Virtus Rossettana in gratiam Eminentissimi Cardinalis Rossetti inter faustas acclamationes Colonienſis populi, novæ dignitati gratulantis, brevi, sed vero elogio adumbrata: postremò alii in alios illustres viros affectus: denique omnis generis exercitia literaria varia & multiplicia, quæ nunc dispensa & distracta, volente DEO, aliquando in unum fascem collecta simul lucem aspicient.

Orationes ad DEUM Opt. Max. respersæ sententiis Ss. Scripturarum. Bonnæ typo Henrici Jansenii 1670. in 12mo pp. 61.

Hermannus Conringius Elenchomenos, sive strictura in assertionem juris Moguntini in coronandis Regibus Romanorum, Authore Petro à Streithagen Heinsb. & Cranenburg. Canon. Bonnæ 1656. in quarto.

PETRUS SULS de Colonia, anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo, ſed quo die, incertum, admiſſus fuit in Univerſitate Colonienſi ad gradum Baccalaurei ex Domo Cucana. Sacræ Theologiæ Doctor Decanus eligitur anno 1512. ultimâ Junii, ſub quo Decano injuriæ illatæ ſunt Facultati Colonienſi per Joannem Reuchlin legum Doctorem ex quodam libello famoſo edito. Fuit Scholaſticus illuſtris Eccleſiæ ſancti Gereonis, Paſtor Eccleſiæ ſancti Laurentii, Canonicus ſancti Severini. Anno 1520. erat inter Magiſtros regentes ſacram Facultatem Theologicam, & Regens Domûs Cucanæ, obiit 1525. Frater, an cognatus fuerit ſequentis Scriptoris, dubitatur.

Joannis Moirs Sultze Colonienſis MS. habemus in Colleg. Colon. Coloniæ in folio de anno 1445.

Der Seelen-Troſt.

Exempla in Decalogum & VII. Sacramenta.

Paſſio Chriſti rythmicè. Omnia Germanicè in Bibliotheca Collegii Colon. S. J.

PETRUS

PETRUS THYRÆUS natione Germanus, patriâ Novesiensis in Diœcesi Coloniensi, dignus Hermanni Thyræi frater, vir omni literarum genere cumulatus, & in Academiis Trevirensi, Moguntina, Herbipolensi per 27. annos continuos Professor, scholis regundis & convictui externorum Præfectus & Concionator, quique Religionem Catholicam ingenii sui monumentis illustrate, & pro viribi sublevare, dum viveret, non cessavit, rude scholasticâ donatus, laborum suorum præmia percepturus, novem mensium tabe in cælum evocatus est Herbipoli die 3. Decembr. anno salutis 1601, ætatis 55, initæ Societatis Jesu 40, emissæ professionis quatuor votorum 18. Magnum sui desiderium apud multos reliquit, quibus operam confitentibus dabat, honorificentissimèque funus ipsius prosecuti sunt, campanis per primaria templa sonantibus. Scripsit præclatos libtos, his titulis:

Loca infesta, hoc est, de infestis ob molestantes dæmoniorum & defunctorum hominum spiritus locis,

Librum 1, in quo spirituum infestantium genera, conditiones, vires, discrimina, opera, mala, quæ viventibus adferunt: rationes item, quibus partim cognoscuntur, partim proscribuntur: modi denique, quibus loca ab illorum molestia liberantur, iisque similia discutiuntur & explicantur. Accessit

Libellus de terriculamentis nocturnis, quæ hominum mortem solent portendere. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1598. in 4to.

Dæmoniaci, hoc est, de obsessis à spiritibus dæmoniorum hominibus Lib. 1, in quo dæmonum obsidentium conditio, obsessorum hominum status, rationes & modi, quibus ab obsessis dæmones exiguntur, & iis similia, explicantur. 2dâ editione auctior & correctior. ibid. eod. anno in 4to.

De apparitionibus spirituum Tractatus duos, quorum prior agit

De apparitionibus omnis generis spirituum DEI, Angelorum, dæmonum, animarum humanarum Lib. 1. cum duplici appendice de spirituum imaginibus & cultu, deque purgatorii veritate.

Posterior continet divinarum seu DEI in veteri Testamento apparitionum & locutionum tam externarum, quàm internarum Lib. IV. ibidem 1600. in 4to.

Divinarum novi Testamenti, sive Christi Filii DEI novi Testamenti Mediatoris apparitionum Lib. III quorum I. illa, quâ in particulari judicio omnibus dicitur apparere. II. Sacramentales, quibus sub peregrinis speciebus aliquando conspicitur. III. Personales, in quibus sub alienis personis exhibetur, explicat. Coloniæ apud Gosvinum Cholinum 1625. in 4to.

Et hæc quidem ipsius justis voluminibus prodiêrunt. Scripserat verò priùs disputationes varias, nempe

De apparitionibus spirituum. Moguntiæ anno 1582.

De Festo Corporis Christi, & DEO in Sacramento Eucharistiæ adorando. ibid. 1585.

De sacramentali Confessione. ibid. eodem.

De potestate Ecclesiastica. ibid. 1586.

De vera fide duplicem disputationem. ibidem 1587.

De jure vocationis & missionis Ministrorum in Pseudo-Evangelicorum Ecclesiis. ibid. eodem anno.

Examen apologeticum Thesium Danielis Calviniani Theologi in Academia Heidelbergensi pro disputatione Moguntina de jure vocationis & missionis Ministrorum verbi apud Evangelicos. ibid 1588.

Rursum de jure vocationis contra Evangelicos Ministros & apologiam Danielis Tossani pro iisdem Ministris. ibid. eodem anno.

De clandestinorum matrimoniorum injustitia. ibid. eodem anno.

De libertate Christianæ fidei & religionis. ibidem 1590.

De Sanctorum invocatione. Wirceburgi anno 1596.

De legitimo Sanctorum cultu, déque imaginum consecratione.

De multiplicibus suffragiis, quibus piè defunctorum spiritus à viventibus juvantur.

De sacrorum hominum continentia.

De novo & falso Anti-Christo.

Apodixin præsumptæ necessitatis utriusque speciei in sacramentali Communione. Wirceburgi anno 1597.

PETRUS de WALENBURG Roterodami honestis parentibus natus, indefesso studiorum labore talenta naturæ suæ adeò excoluit & multiplicavit, ut non solùm sibi, sed etiam bono publico natus fuisse videri posset. Hinc merito suo evasit Episcopus Mysiensis, Suffraganeus Archi-Episcopi Moguntini, anno MDCLVIII. sub Joanne Philippo Vicarius Pontificalium munerum; cúmque frater ejus Adrianus Suffraganeus Archi-Episcopi Coloniensis è vita migrâsset anno MDCLXIX. eidem in officio (Decanatu ad D. Petri, & Canonicatu ad D. Victorem, & Suffraganeatu Moguntino resignatis) successit, & Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ Canonicus Presbyter renuntiatur. Cùm Coloniam Petrus descendisset, Strevesdorffius, interim valetudine aliisve de causis impeditus, rediit ad Pontificia munia in Rhenano districtu Moguntinæ Archi-Diœceseos obeunda, quoad in vivis egit. *Joannis Tom. II rerum Mogunt. pp. 451. 452.* Hic Petrus Princeps & præcipuus Author est tot egregiorum librorum, duorum scilicet grandium voluminum *de fidei controversiis* contra hæreses, qui nomine utriusque fratris prodiêrunt. Moritur Coloniæ anno 1657. 21. Decembris, sepultus in templo vetere parochiali sancti Joannis Evangelistæ in curia ante altare sancti Philippi Nerii.

Ambo fratres primum Tomum dicârunt Joanni Philippo Electori & Archi-Episcopo Moguntino, & Maximiliano Henrico Electori & Archi-Episcopo Coloniensi. In dicatione dum se & doctrinam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ctrinam suam Sedi Apostolicæ & legitimorum Superiorum suorum seu Archi-Episcoporum judicio subjiciunt, veros se Catholicos profitentur, ità testantes: "ut, qui obedientiam docemus, obedientiam profitemur, obedientiâ gloriamur, obedientiam suademus Fratribus in Catholica, errantibus per hæresin & schisma extra Catholicam existentibus, volente Domino, ad futurum Judicem deferamus obedientiam in scriptis servatam, à qua nunquam fuit deflectendi animus. Anno 1669. 3. Septembr.

Secundum Tomum editum Coloniæ per Wilhelmum Friessem 1671. defuncto Adriano, Petrus superstes dicavit Illustrissimo & Celsissimo Principi sacri Romani Imperii Francisco Egoni Episcopo Argentinensi.

RR. DD. Adriani & Petri von Walenburg einfältiger Catholischer, das ist, *eine Weiß, wie ein jeglicher einfältiger Catholischer, auch Ackermann, so lesens erfahren, seinen Catholischen Glauben aus heiliger Schrifft gegen alle Ketzer verthätigen könne. Cöllen in 12mo bey Wilhelm Friessem.*

PETRUS à WELL Wesaliæ Clivorum natus, JC. edidit

Tractatum de usuris. Coloniæ 1564. in 8vo.

Foppens Biblioth. Belg.

PHILIPPUS ALBERTI de Nussia, sacrosanctæ Theologiæ Doctor, Carmeli Francofurtensis Regens & Prior. De eo sic scribit Trithemius: « Philippus Alberti de Nussia oppido Colonienſis « Diœcesis oriundus, Ordinis Fratrum B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo Conventûs Francofordiensis, sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus, vir in divinis Scripturis studiosus & « eruditus, atque in Philosophia Aristotelica egregiè doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, « qui primùm in Gymnasio Parisiensi, at nunc in « Colonienſi Palæstra, suâ eruditione & morum « honestate floret, strenuè defendit immaculatam « Virginis Mariæ Conceptionem, dum de ea « Francofurti non levis exorta erat controversia. « Scripsit

Lecturam notabilem, quam Coloniæ publicè legit.

Super Cantica Canticorum Lib. I.

Sermones quoque multos & varios, Lib. II.

De eodem scripserunt Sixtus Senensis in sua Bibliotheca sancta, Jacobus Servita in indice Scriptorum Ordinis Carmelitarum, & Antonius Possevinus in apparatu sacro. Obiit 1506. actu Prior & Regens, sepultus ibidem in novo Sacello sanctæ Annæ. Scripsit

In textum sententiarum Lib. 4.

Contra Wigandum Ord. Prædicat. Monachum.

De purissima Conceptione Virginis Mariæ.

Sermones per annum, Lib. 1.

Epistolas ad diversos, Lib. 1.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelit. Provincialis.

PHILIPPUS BEBIUS natione Belga, patriâ Otepiensis in Diœcesi Leodiensi Archi-Diaconatu, Hasbaniæ editus anno 1568. Societatem JESU anno 1589. complexus Coloniæ Agrippinæ, in ea fructuosè ad senectam usque laboravit ancipiti semper valetudine, quam tenui admodum medicinæ apparatu, sed abstinentiæ & hilaris animi præsidio ad annos quadraginta protraxit inter continuos scholarum & sodalitiorum regundorum labores: ad hoc enim natus Philippus videbatur, ut Ecclesiæ & patriæ idoneos Magistratus & viros suppeditaret. Scholis humanioribus Gymnasii Tricoronati moderandis annis variis 1613 & 14, & denuò 1618, 19, 20 præfectus, Seminarium Archi-Episcopale Alumnorum Clericorum Coloniæ erectum gubernavit prope annis 20. Sodalitii Mariani Præses fuit Coloniæ, & editis penè quotannis pro xenio Sodalibus piis libellis multum illis profuit. Demum 16. Februarii anno 1637, ab inita Societate JESU 48, ætatis 68, & votorum quatuor nuncupatione 23, Coloniæ decessit. Ejus libelli sunt typis Kinckianis editi, sed tacito ipsius nomine his titulis & annis:

Porta cæli cum scala Jacob, id est, Tessera salutis prædestinationis, ac mortis felicis cultus Virginis Deiparæ. 1616.

Scala virtutum cum nonnullis exercitiis ad Sodalitatem ipsam & B. Virginis Mariæ cultum spectantibus. 1618.

Diæta salutis ex P. Joannis Polanci piè vivendi industriis excerpta.

Antidotum spirituale contra pestem. 1622.

Scala virtutum porta cæli, unà cum scala Jacob, selecta ex opere Mariano P. Delrio & Francisci Aria de præsentia DEI & utilitate frequentis confessionis & Communionis. 1621.

Flores meditationum ex S. Ignatio, P. Bruno, P. Busæo & aliis collecti. Hi præcipuam quandam habent commendationem, & ideò recusi sunt Coloniæ typis Gualteri in 12mo 1623.

Thronus justitiæ, sive de examine triplici conscientiæ generali, diurno, particulari ex quatuor Patribus Societatis JESU concinnatus. 1624.

Schola affectuum, sive de passionibus moderandis collecta ex aliquot asceticis Scriptoribus Societatis JESU. Edidit verò sub nomine Alberti Malberg 1625.

Trivium cæleste, sive tractatus de triplici via purgativa, illuminativa & unitiva ex quatuor Patribus Societatis JESU collectus.

Antidotum generale contra omnes animi morbos, id est, Tractatus spiritualis de præsentia DEI ex P. Franc. Arias, Anton. Gaudier collectus. 1626.

Ars vitæ sanctioris, sive scientia mystica spiritualis, ex variis PP. collecta. 1627.

Euthanasia sive præparatio ad felicem mortem, ex Bellarmino, Alvarez & de Ponte. 1628.

Phœnix redivivus, sive de renovatione interiori Sodalis Mariani, ex P. Jacobo Alvarez & Sodali Parthenio P. Gasparis Lechneri.

Item succincta Chronologia ex Bellarmino & Baronio ab initio mundi usque ad annum 1628. in 8vo apud Hermannum Mylium. Præfixa est historiæ Tursellini, quæ perspicua brevitate commendatur. Hac prima idea historiarum studii in scholas nostras tricoronatas introducti.

Sancti

Sancti Bernardi Abbatis libellus de interiore domo seu de conscientia. 1629.

Commentarius in tres partes examinum selectorum Latinorum, ex diversis Scholiastis concinnatus, editus Coloniæ 1629. *apud* Hermannum *Mylium in* 4to *justo volumine.*

Gymnasium virtutum, sive de officio hominis Christiani & pii Sodalis, ex S. Ambrosio Lib. 1. *officiorum.*

Tractatus asceticus de militia spirituali. anno 1630.

Gymnasii virtutum Pars II. ex S. Ambrosio Lib. II. officiorum. Item

Tractatus asceticus de peregrinatione vitæ humanæ ac filiorum DEI excerptus ex 40. *mansionibus filiorum Israel, quæ moraliter explicantur.* 1631.

Præter Ascetica ista edidit etiam Philologica vir ut pius, ità literatus imprimis.

Commentarium in Lyrica Horatii expurgata ex veteribus ac recentioribus Scholiastis, Actone Porphyrione, Chabetio, Lambino, Torrentio & Cruquio excerptum, editum Coloniæ apud Hermannum *Mylium in folio.*

Flori Sanctorum P. Ribadeneiræ Coloniæ exusto inservit vitam & passionem S. Ursulæ, ut alia fabulosa Exemplaris Hispani eximeretur.

Eandem Historiæ Ecclesiasticæ Belgii Belgicè scriptæ inservit Heribertus Rosweydus adscriptis P. B. initialibus literis. His adjunge

Manuale continens psalteriolum B. V. Mariæ, & aliqua exercitia. Coloniæ apud Gualterum anno 1615.

Sotuellus Scriptores Societatis JEsu. Foppens Bibliotheca Belgica. Historia Gymn. Tricoronati.

PHILIPPUS CÆSAR Coloniæ videtur sat multo tempore habitâsse. Ex ejus libris ejusdem manu inscriptis plures pervenêre ad Bibliothecam Collegii Coloniensis Societatis JESU. Primus è manuscriptis

Vita S. Wilhebadi primi Bremensis Episcopi, Lib. II. una cum actis Sanctorum Anscharii & Remberti.

Germanicè vertit 1634. *Cardinalis Bellarmini libellum de æterna felicitate Sanctorum, cujus Autographum nondum impressum extat in Collegio supradicto.*

PHILIPPUS COEX Coloniam Agrippinensium natalem urbem primùm vidit anno 1649. 4. Novembris. Post Philosophica Coloniæ, Jurisprudentiæ studia Lovanii (ubi subsecivis horis artem pictoriam apud celebres viros didicit) absoluta tandem devovit se DEO in Societate JESU Trevitis anno 1669. 18. Aprilis. Postremis votis sese innexuit anno 1681. 2. Februarii Geistana in Domo tertiæ probationis. Subin variis missionum Apostolicarum laboribus defunctus ad extremum usque diem vitæ, quem vixit, Lubecensi in missione 1711. 7. Novembris.

Picturæ ejusdem perelegantes variis in locis extant Colonienſis Collegii infirmis recreandis donavit *Libellum delicatissimo penicillo pictum:* & apud D. Ordtman, qui Coxiam Neptem P. Philippi duxit. *Extant tabellæ ejusdem arte celebres & imago Viri Autographos.*

PHILIPPUS N. N. Decanus majoris Ecclesiæ in Ubiorum Metropoli, subin Archi-Episcopus, de quo scribit Montfaucon *Bibliothecæ manuscriptorum fol. 718. in Bibliotheca Parisiensi n. 4167.* Epistola Philippi Decani majoris Ecclesiæ Colonienſis, qui postea fuit Archi-Episcopus ejusdem Ecclesiæ ex consensu totius Cleri ad B. Hildegardem.

PHILIPPUS à S. JOANNE Provinciæ Carmelitanæ Alemanniæ Historiographus & Prior Antoniacensis, vir fuit in scribendo indefessus, multa scripsit; moritur 19. Januarii anno 1697. Compilavit Tomum, qui intitulatur:

Archivilogium Rhenano-Carmelitanum, in quo in duodecim quasi Rubricas breviter contraxit, quidquid fermè continetur, & concernit Ordinem Carmelitarum quoad Regulam, Constitutiones, Capitula generalia.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tewis Carmelitarum Provincialis.

PHILIPPUS OTTERBURGENSIS Abbas Ordinis Cistercienſis in Palatinatu Germaniæ inferioris juxta Cæsaris-Lutram, patriâ Colonienſis fuit, ibidémque ante Claustri professionem Canonicus majoris Ecclesiæ. Florebat circiter annum 1390, qui æstu vitæ tranquillioris institutum Cistercienſe apud Eberbach amplexus est, quique antea Rudolphum ejusdem Ecclesiæ Colonienſis Scholasticum Parisiis docentem audierat. Scripsit

In Cantica Canticorum docta & devota Commentaria, quæ nunquam vidit (ait Casimirus Oudin Tom. III. Secul. XIV. p. 1176. *charactere tamen veteri alicubi impressa dicuntur.*

Item Volumina II. concionum de tempore & de Sanctis per totum annum, quæ MSs. sæpiùs vidit Carolus Wischius, ut ipse testatur in Bibliotheca Scriptorum Ord. Cistercienſ. p. 279. *Ejusdem Philippi meminerunt Trithemius, Sixtus Senensis, Simlerus, Oudin, Antonius Possevinus Tom. II. Apparatûs sacri pag.* 279. *ubi anno* 1430. *vixisse scribit.*

PHILIPPUS de ROGIER Medicus Urbis Aquensis. Ejus studio prodiit in lucem

Philippi de Rogier Medici Aquensis Thermographia, das ist, eigentliche Beschreibung der warmen Heyl-Brunnen und Bader der Käyserl. freyen Reichs-Stadt Aachen und nechst-gelegener Freyheit Burscheidt. Zu Aachen bey Hans van Weers 1649. *in 8vo pp.* 72.

* * * *
* * *
*

QUIRINUS

Q.

QUIRINUS GOESSEMIUS patriâ Menapius, Professus Cartusiæ Cantavienſis, proximæ Juliaco, anno 1576. Procurator institutus fuit Cantavienſis Domûs primùm, ſecundùm anno 1580. quadriennio Marthæ munus obivit: redditus ſuæ quieti anno 1585. ad annum 1598. quando Rector Domûs Cantavienſis creatus fuit. *Hæc ex monumentis reſiduis Cartuſiæ hujus anno 1610.* ob Juliacum obſeſſum devaſtatæ, ſcripſit R. D. Bruno Gülich ejuſdem Cartuſiæ Prior 1744. Vir erat admodum amans ſolitudinis & orationis: hinc, quamprimùm licuit, impetravit, ut à procuratione Domûs liberaretur. Vir plurimæ lectionis, Helluo librorum, rerum humanarum ac divinarum cognitione mirum in modum dives & ornatus, vivebat adhuc 1609. Contraxit

Petri Caniſii Opus de B. V. in epitomen.
De eo MSS. extant in Cartuſiæ Colonienſis Bibliotheca pluteo O. 86, 87, 88.

R.

RAZO BONVICINUS, beatæ memoriæ vir, audit inter Canonicos Abbatiæ Steinfeldenſis, natus eſt celebri apud Gandenſes familiâ Bonvicinorum, ſacroſanctæ Theologiæ Licentiatus, Canonicus Præmonſtratenſis. Magiſtrum Novitiorum egit in Abbatia celeberrima Steinfeldenſi, virtute ac prophetiæ dono conſpicuus. Anno 1505. ab Abbate Steinfeldenſi mittitur Arnſteinium, correcturus ejuſdem Abbatiæ libros morales, quorum formam ac modum ex Steinfeldia ſecum attulerat; peſte ſublatus legitur anno MDXI.

Vitam S Hermanni Joſephi dialogo Magiſtri & Novitii contexuit, quæ edita fuit typo Colonienſi anni MDXI.

Exemplum ejuſdem ex Autographo ſervat Steinfeldia, è qua Abbatia hanc vitæ ſynopſin accepimus. Vide & Pappebrochium ad diem VII. Aprilis in vita S. Hermanni Joſephi.

REINERUS BACHOVIUS ab ECHT Coloniæ Ubiorum natus anno 1544, parentes habuit honoratiſſimos, patrem Henricum, civem urbis ejuſdem ampliſſimæ primarium, & anno 1524. à Carolo V. Auguſto in Nobilium cenſum relatum, Henrici fratres duo illuſtres extitêre, Fridericus jurium Doctor, cujus operâ Magiſtratus Colonienſis graviſſimis in cauſis utebatur, & Joannes medicinæ Doctor, Electoris Trevirici Archiater. Noſter Reinerus, cùm adoleviſſet, mercaturam exemplo patris in celeberrimis emporiis exercuit, ex quibus Lipſiam Miſniæ urbem præ cæteris elegit, in qua & domicilium fixit, & ductâ anno 1570. uxore Barbarâ, filiâ Jacobi Gruben in Malrzdorff, viri generis ſplendore & prudentiâ clari, liberos duodenos ſuſcepit, de quibus tres filios & quinque filias, reliquis defunctis, ſuperſtites reliquit avus factus 26 nepotum & neptium.

Cæterùm mercaturæ ità ſe dedit, ut ſtudia literarum non obiter coleret, ità ut doctis earum cognitione non cederet: linguas enim Latinam, Græcam, Hebraicam, ferè ſinè Magiſtro, didicit, præter Gallicam, quæ ipſi vernacula. Imprimis eminuit in ipſo religioſæ pietatis ſtudium, quod diligentiſſima priſcorum Eccleſiæ Doctorum lectio ſatis etiam publicè comprobavit. Initio, quòd ſuſpectus de Calviniſmo eſſet, ab honoribus Reipublicæ Lipſienſis fuit excluſus; ſed poſtea temporibus extremis Auguſti Electoris, cùm turbatorum quorundam technæ detergerentur, primùm Senator, poſt ſtatim ſub initiis Chriſtiani I. anno 85to Scabinus (quæ Lipſiæ magna & celebris eſt dignitas) creatus eſt. Quam dignitatem ſatis celebrem ut non ſolùm tueretur, ſed etiam ornaret, eâ diligentiâ Juriſconſultorum libros volvit revolvítque, eâque dexteritate jura tractavit, ut pletique crederent, eum Doctoris titulo in Academia aliqua eſſe ornatum. Anno tertio poſt, judicio Senatûs, conſentiente Saxoniæ Electore, ad ſupremam Lipſiæ conſularem dignitatem fuit evectus, cujus reditus mille Joachimicis æſtimantur. Eo in officio fidem, induſtriam, & in adminiſtranda Republica prudentiam approbavit ad annum uſque nonageſimum primum, quo Elector Saxonicus Chriſtianus primus piè obiit. Hic, cùm agnitam veritatem prodere Bachovius nollet, variè tentatus, & ad defectionem ſolliciratus, & Conſulatu & Scabinatu ſe abdicare coactus eſt; monitus à nonnullis, ut cum Nicolao Crellio Cancellario in carcerem conjecto ſibi fugâ conſuleret, quod periculum ei ùt affini impendere videretur. Fretus bonitate cauſæ, neque illam ſuſpectam reddere voluit, neque ſuæ famæ aut vitæ honeſtè & laudabiliter actæ maculam aliquam aſpergere vel carceris vel mortis metu, ac ſponte maluit exul eſſe, quàm cum periculo conſcientiæ videri approbator falſorum dogmatum.

Inde anno 1593. funeſto tumultu ejectus ceſſit lubens ſeditioſæ furoris incitationi, quam ùt contumeliosè importunam, & ſibi ipſi capitalem pia poſteritas deteſtabitur: & primò non ſinè rei familiaris ac patrimonii jactura Serveſtam cum familia ſe contulit. Inde anno ſequenti in Palatinatum Heidelbergam commigravit, ubi humaniſſimè exceptus, cùm per decennium Prætor fuiſſet, in collegium eorum, qui rationibus præſunt, adoptatus eſt, paulò poſt ſub finem anni 1605ti Fiſci Electoralis cura eidem fuit commiſſa. In utraque functione ità fidem & induſtriam ſuam probavit, ut utraque commendata ab omnibus, ipſis etiam Principibus eſſet gratiſſima.

Jam elocatis honeſtiſſimè utriuſque ſexûs liberis, viderat in publicis functionibus & generos & filios conſtitutos, & in his Reinerum adhuc cœlibem à profeſſione Politices in Academia Heidelbergenſi ad jus publicè docendum vocatum, & Magnificum Rectorem ſub finem elapſi anni renuntiatum, quo anno felicitatem iſtam obitus conjugis dilectiſſimæ turbavit, quacum jucundè & tranquillè annos 42. vixerat. Mœrore ipſi tot ad occupationes & labores quotidianos accedente, & propter imbecillitatem ſtomachi faſtidio ciborum obrepente paulatim in extrema ſenecta, cùm

cùm annos 69. & menſes ſex confeciſſet, & ſe ad diſceſſum ex his terris piè maturéque paravit, qui ei optatiſſimè anno 1614. obtigit 27. Februarii elatus eſt funere honorifico, & ad D. Petri in choro juxta conjugem humatus, cum tali Epigraphe:

« Chriſto Servatori ſacrum & memoriæ pio-
« rum conjugum REINERI BACHOVII ab
« ECHT Colonienſis, BARBARÆ GRUBEN
« in Maltzdorff Lipſienſis. Hic in uxoris patria
« ſummis honoribus orthodoxæ religionis ergo
« ſponte reſignatis, in Palatinatum conceſſit à
« morte Chriſtiani I. Electoris Saxoniæ, ibidém-
« que primùm præturâ, deinde præfecturâ Æra-
« rii laudabiliter perfunctus, obiit XXVII. Fe-
« bruarii anno CIↃ. IↃC. XIV, ætatis LXIX,
« menſ. VI. Hæc mariti exilium lubens ample-
« xa, poſtquam & domi induſtriam, & foris
« pietatem beneficentiámque, præcipuè erga ægros
« & pauperes, eximiè omnibus approbâſſet,
« obiit CIↃ. IↃC. XIII. 27. Februarii anno in-
« tegro ante conjugem, cum quo concordiſſimè
« vixerat XLII. menſ. VI. viſis ex ſe natis libe-
« ris XII, nepotibus XXVI, quorum ſuperſtites
« ſupremum hoc pietatis officium parentibus op-
« timè meritis deſideratiſ. cum lachrymis poſ.
« VENI, DOMINE CHRISTE, VENI.

Fuit vir fidei & vitæ integerrimæ, orthodoxæ religionis ità amans, ut nec carceres, nec, ſi ita DEO viſum, mortem ipſam voluerit defugere. Cùm in illa tempeſtate fama aliquando percrebuiſſet, adventare jam, qui ipſum comprehenderent, nihil territus, res ſuas compoſuit, & libros quoſdam ſepoſuit, quorum lectione tædium carceris levaret. " Verè itáque cum " Apoſtolo dicere potuit: *Fidem ſervavi, cujus* " *teſtes ei ſunt omnes boni.* In ipſo agone ere-" xit ſe dicto illo D. Ambroſii: *Non timeo* " *mori, quia habemus bonum Dominum.* Cùm " dolores morbi augerentur, ſæpè hæc verba " repetiit: *Chriſtus me non deſeret, uti non de-* " *ſernit; ſed placidâ analyſi ad beatitudinem tra-* " *duxit æternam.* " Hæc ex Melchiore Adamo hùc ex concione funebri & vita MS. à filio Reineto JCto V. Clar. eidem communicata.

Scripſit ediditque propagandæ religionis orthodoxæ ſtudio

Catecheſin Palatinatûs teſtimoniis ſacræ Scripturæ & ſententiis Patrum, qui primis quingentis à Chriſto nato annis in Eccleſia DEI claruerunt, exornatam & illuſtratam, cum epitome vitæ eorundem Patrum, ac methodica narratione de Conciliis, quorum Canones in iſto catechetico libello citantur. Ex Patribus præterea, quos frequenter & accuratè legit, duo volumina locorum communium confecit, quæ apud hæredes aſſervantur.

REINERUS BUDELIUS Ruræmundanus Juriſconſultus, jam anno 1574, quando Boyſſius eidem inſcripſit collectionem de nummographis, & erat ablluſtriſſimo & Reverendiſſimo Electore Colonienſi Præfectus rei monetariæ in Rhenenſi & Weſtphalica ditione.

1591 edidit de monetis & re monetaria libros duos in quarto Coloniæ apud Joannem Gymnicum. Primo docetur ars cudendæ monetæ, altero diviſiones quæſtionum monetariarum. His acceſſerunt varii Tractatus huc ſpectantes

REINERUS KYLMAN Solingæ in urbe Ducatûs Montenſis naſcitur anno 1678. 22. Martii. Studiis bonarum artium & Philoſophiæ in Gymnaſio Tricoronato confectis Magiſter renuntiatur, & ad Societatem Jeſu tranſit 1694. 26. Maji Treviris, 1711. 15. Auguſti ſuprema quatuor vota nuncupavit. Docuit Philoſophiam Treveri, ibidem & Aquiſgrani, & Coloniæ Matheſin & Ethica annis XXVI. in Gymnade Tricoronata, eodémque tempore Miſſionarium in oppido Müllheim ad Rhenum aſſiduum egit. Interea Speculam obſervandis aſtrorum motibus Collegio Colonienſi inædificavit, & inſtrumenta Aſtronomiæ promovendæ peridonea manu ſuâ confecit. Scripſit

Elementa Matheſeos Philoſophiæ Auditoribus explanata, per faciliora & ſelecta Theoremata. Coloniæ typo Joannis Wilhelmi Huiſch in 8vo.

REINERUS SASSERATH ex Holtzheim in Archidiœc. Colon. Ord. FF. Min. Conv. in Univerſitate Colon. S. Theol. Doctor, almæ Provinciæ Colonienſis de ſanctis tribus Regibus Definitor perpetuus & Ex-Provincialis, nec non Definitor Generalis, ejuſdémque ex parte Provinciarum Germaniæ Aſſiſtens. Scripſit edidítque

Directorium Confeſſariorum ex variis tum pieſſimorum, tum eruditiſſimorum hominum voluminibus compendio exhibens ſolidam ac ſelectam praxin abſoluti Confeſſarii &c. &c. Annexa eſt brevis inſtructio pro Confeſſariis Monialium. Coloniæ Agrippinæ ſumptu & typo Ottonis Joſephi Steinhaus 1739. in 8vo pp. 301.

REINERUS SCHMITZ naſcitur Coloniæ anno 1651. Ordinem Ciſtercienſem profeſſus in Heiſterbach Abbatia Diœceſis Colonienſis anno 1674, officium Magiſtri Novitiorum cum laude geſſit, obiit in Domino 1689. Scripſit

Trutz Mahomet, oder geiſtliche Rüſt-Kammer vvider den grauſamen Ottomanniſchen Erb-Feind, Reim- und Geſang-vveiß zuſammen geſchmiedet durch F. Reinerum Schmitz Ord. Ciſterc. in Heiſterbach Profeſſum. Cölln bey Johan Schlebuſch 16. pp. 132.

REINOLDUS KERCKHOERDE Sacerdos & Rector Capellæ ſanctæ Catharinæ in Eccleſia ſancti Reinoldi Tremoniæ, filius Joannis Kerckhörde, mortuus eſt 1496. Scripſit

Chronicon Tremonienſe. In eo etiam attinguntur, quæ in locis finitimis acciderunt. Item

Chronographiam Weſtphalicam verſibus Germanicis. In iis hiſtoria ab anno 1491. ad annum 1499. non mediocriter confuſè narratur.

Initium verſuum:

Richer her nu help my dichten,
Umb tho bedencken dine Geſchichten.

Finis:

Tho Dorthmunde ſunder Noith
Dranck ſich ein Schröder-Knecht tho doet.
Von Steinen Origines hiſtoriæ Weſtphal.

REMACLUS de VAULX Baſtonianus, ſacræ Theologiæ Licentiatus, in celebri Florinenſi Monaſterio Theologiæ Profeſſor. erat anno 1617. Sacellanus Sereniſſimi Ferdinandi Bavari Archi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Episcopi Colonienſis, Collegiatæ Eccleſiæ Foſſenſis Canonicus.

1618. *R. P. Joannis Gonterii S. J. Presbyteri ſtimuli efficaces ad peccatricem animam reducendam, in formam meditationum redacti, quibus conſilia præmittuntur eorum praxi perneceſſaria; nunc primùm Latinè è Gallico editi ſtudio R. D. Remacli. Apud Joannem Crithium Coloniæ in 16to pp. 179.*

1617. 27. Decembris ſcribebat Coloniæ, & dicabat Sereniſſimo Ferdinando Archi-Epiſcopo Colonienſi librum hunc in 8vo:

Harpocrates divinus ſeu altiſſimum de fine mundi ſilentium, quo falſa vaticinatio, annum 1666. eſſe mundo futurum ultimum, redarguitur; Authore R. D. Remaclo de Vaulx. Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Crithium in 8vo 1617. pp. 510. præter indices & præfationem.

1619. *Methodus Veroniana, ſive brevis & perfacilis modus, quo quilibet Catholicus, etiam ſcholis Theologicis non exercitatus, poteſt ſolis Bibliis, ſive Genuenſia illa ſint, ſive alia, & confeſſione fidei religionis prætenſa Miniſtrum evidenter reddere mutum, Authore R. P. Franciſco Verono Pariſienſi S. J. Theologo, Gallicè edita, interprete R. D. Remaclo de Vaulx Ss. Theol. Licent. Colonia excudebat Joannes Chriſtophorus. Dicatur liber Antonio Vigiliarum Epiſcopo Nuntio Apoſtolico, Veſalia exiſtebat tum Interpres de Vaulx. in 8vo pp. 174.*

Georgius Calixtus Helmſtadii Profeſſor Lib. de arte nova conatus eſt non hunc refutare, ſed eludere hanc artem novam, quâ brevior & nervoſior nulla cogitari poterat. Da exemplum illius Bartholdus Nihuſius ex proteſtante ad ſinceram avitámque Eccleſiam regreſſus, eandem adoprârat. Hunc proſequitur Calixtus de arte nova.

1621. *R. P. Joannis Gonterii S. J. Presbyteri tractatus de præſentia DEI &c. nunc primùm Latinè è Gallico editus, ſtudio R. D. Remacli de Vaulx. Coloniæ apud viduam Joannis Crithii in 16to pp. 588.*

RENATUS COLONIENSIS Ordinem Fratrum Minorum Capucinorum profeſſus, gratiâ dicendi enituit: cum Comite de Globen in Bohemiam per obedientiam miſſus, in ejuſdem caſtro, quod Waldſchiom dicitur, ſeſquennali zelo prædicans verbum DEI, applauſum obtinuit maximum, ubi & morbo correptus, ac à proximi Conventûs noſtri Vicario Sacramentis munitus, piiſſimè mortuus eſt 9. Martii anno 1730. Scripſit libellum precum, qui intitulatur:

Nemus ſpirituale, Germanicè. Moguntiæ anno 1714.

Libellus precum pro plebe ruſtica, Germanicè. Moguntiæ 1714.

Hiſtoriæ de locis Thaumaturgis B. Virginis, Germanicè. Moguntiæ 1716.

Refutationes Lutherani Jubilæi, Germanicè. Raſtadii 1717.

Complementum hiſtoriarum, quibus P. Martinus initiis & profectu, at morte præventus, finem non dederat.

Provincia Rhenana Fratrum Minorum Capucinorum fideli narratione vulgata per F. Hieroſolymitanum Confluentinum. Moguntiæ anno 1735. pag. 128. & 130.

RENATUS HENSÆUS natus circa annum Domini 1581. in Scherpenſelio pago Ducatûs Juliacenſis, Coloniæ Agrippinæ ad Divum Pantaleonem Benedictinorum amplexus eſt inſtitutum; cùm aliquamdiu Cellarii ac Prioris officium laudabiliter adminiſtrâſſet, jámque ad tuaviſſimos Rachelis amplexus modis omnibus anhelaret, majorem adiit Cartuſiam, in quam admiſſus, cùm rigidioris diſciplinæ obſervantiâ omnibus præluceret, circa annum Domini 1598. in aliarum ſubſidium domorum in Auſtriam miſſus fuit, adeò, ut Bruinæ in Moravia degens, plurimùm iſti Cartuſiæ quâ ſcribendo, quâ piè vivendo profuerit, imò & præfuerit; ibidem enim edidit apud Bartholomæum Albertum, cognomento Aurigam,

Tirocinium militiæ ſacræ ac religioſæ in partes tres diſtributum, in Moravia anno 1607. excuſum, & Coloniæ typo Bernardi Gualtheri 1609.

Exercitia ſpiritualia R. P. F. Renati Henſæi Carthuſ. Das iſt: Bericht, wie man fruchtbarlich betrachten ſol, abgetheilt in drey Bücher, verteutſcht durch Matthæum Tympium. Gedruckt zu Münſter in Weſtphalen bey Lamberto Raesfeld 1614. in 8vo pp. 315. Vide in Cartuſia Colon. AAAA. 133. 166. AAAA. 151. 169. 167.

RENERUS BONGARDIUS Gangeltenſis in Ducatu Juliacenſi medio ſæculo XVI. profitebatur Grammaticam in ſchola Collegiatæ Eccleſiæ Trajectenſis ſancti Servatii ad Moſam, cujus ſcholæ Rectori ſeu Scholaſtico Simoni Stoutero præclarè de ſe merito dedicat hunc libellum Trajectenſi è ſchola ſcriptum:

Syntaxeos præcepta ab Renero Bongardio Gangeltenſi conſcripta, Antverpiæ excuſa typo Martini Nuler 1546. in 8vo pp. 7.

RICHARDUS natione Anglus, Canonicus Præmonſtratenſis in Monaſterio Wedinghuſano, florebat ſæculo duodecimo exeunte. Is deſcripſit *pluribus* libros manu ſuâ. Apertâ poſt mortem annis viginti tumbâ, manus dextra vivida ac integra adeò reperta fuit, ac ſi recenter præciſa fuiſſet à corpore; quod reliquâ ſui parte totum in pulveres diſſolutum fuerat. Prodigii memoriam venerantes Fratres aſſervârunt eandem dextram, dum ſæculo XVI. circa annum 1583. irruentibus in Abbatiam Truchſeſianis militibus manus ea cum ornamentis cæteris ablata aut diſperſa fuit. Scripſit inter alia

Vitam ſanctæ Urſulæ in Anglia quondam excuſam.

Meminerunt Richardi *Cæſarius L. XII. C. 47. & Kleinſorgius.*

RICHARDUS

RICHARDUS RHAM professus Ordinem Præmonstratensem in Wedinghusano prope Arnsbergam Cœnobio (quod anno 1170. ab Henrico Comite Arnsbergensi fundatur, & Wedinghusanum à primo Toparcha Wedekindo magno Saxoniæ Duce dicitur, & à Cœlestino & Gregorio PP. MM. confirmatum olim Præpositi XXIX. rexerunt, & modò ab anno 1518. Abbates regunt. *Vide Abbatem Stivagiensem in Annalibus sacri & candidi Ordinis Præmonstrat. Tom. 1. p. 199.*) à Michaële Reinhartz Abbate decimo & Præposito XXXVIII. ad Ferdinandum Imperatorem, cui jam notus erat Richardus ex ingenti solertia & humilitate cordis, ab hoc verò Augusto ad Anglicanam diversásque aulas ablegatus fuit. Scripsit

Isagogen in universam hominis Christiani sapientiam.

ROBERTUS de MONTE. Annales Paderbornenses R. Patris Schaten & manuscripti Tremonienses ejusdem meminerunt. D. Henricus Schultz Ordinis Equestris refert, eundem fuisse Historicum Tremontensem.

Brunnquell der Westphälischen Historie. J. D. von Steinen.

RODULFUS ex Abbate sancti Trudonis evocatur ad regimen Monasterii Colonienſis sancti Pantaleonis. Hic, antequam priori loco cederet, à Pantaleonensibus Monachis rogatus, quid de exacta pro oblatis in Monasterio pueris pecunia sentiret. *Opusculum edidit, quod in Analectorum Tomo II. à Benedictinis Congregat. S. Mauri vulgatum est.* Is perperam à nonnullis in sancti Pantaleonis Abbatiam intrusus dicitur: cùm ejus promotio liberâ Fratrum electione celebrata sit. *Saculum V. Acta St. Ordinis S. Benedicti p. 335. 336.*

ROTGERUS Monachus Ordinis sancti Benedicti in Abbatia sancti Pantaleonis Coloniæ juxta Miræum & Trithemium, verùm Sigebertus *de Scriptoribus Ecclesiasticis Cap. 130.* & Surius ipse id divinandum relinquunt, nec vident hujus assérti fundamentum D'Achérius & Mabillon. Scripsit

Vitam S. Brunonis Colonienſis, Archi-Episcopi, qui fuit Dux & Frater Ottonis Imperatoris, stilo nitido atque eloquenti. & Volcmaro Archi-Episcopi Colonienſis Successori circa annum 970. videtur nuncupásse. Mortuus est Remis 965. IV. Idus Octobr.

Extat opusculum impressum apud Laurentium Surium Tom. V. ad diem XI. Octobris, & Mabillon sæculo V. Sanctorum Ordinis sancti Benedicti p. 334. Compendium ejusdem in præludiis ad Translationem sancti Maurini Abbatis & Martyris.

Miror, cur Trithemius eundem Rourgerum celebret ad annum 1042, cùm vixerit coævus Brunoni & Volcmaro, cui vitam dicavit; nisi dicamus, ad summam senecturem eundem Rourgerum perveniſſe, & anno 1042. obiisse.

Sed fors is est alius Rotgerus; & D'Acherius monet, à coævo sancti Leufridi Monacho in Austria Rotgero, Guitmundi discipulo, qui ab anno Christi CMLXXX. excessit, distinguendum esse Rotgerum Biographum Brunonis. Quanquam *Gerardus Vossius L. 2. de Historicis Latinis C. 44. p. 345.* putet hunc Rotgerum eundem cum Rotgero Abbate de Cruce sancti Leufredi, ad quem etiam Guitmundus circa annum 1066. libros contra Berengarium scripsisse creditur.

Ità in actis Ss. Ord. S. Benedicti sæculo V. D'Acherius & Mabillon p. 334, 335.

Nescio autem, quomodo iidem Critici in Cap. 24. vitæ sancti Brunonis inferant, Rotgerum fuisse & scripsisse in Francia, & Monachum priùs *quam* regimini Monasterii sancti Pantaleonis quàm Christianus admoveretur. Non enim Rotgerus monet Christianum *è Francia*, sed Bruno in Francia monet Christianum Abbatem, *ut sit id, quod vocetur.*

Observant demum, hunc Rotgerum à Surio Benedictinum, à Miræo & Trithemio Monachum S. Pantaleonis dici; sed nullo documento probant. Certè ex ipsa vita nil collegêre.

RUPERTUS Vir in divinis Scripturis, Spiritu sancto per visionem illustrante, doctissimus, eloquio præstans, ait *Sixtus Senensis, Trithemius verò in Chronico Hirsaugiensi ultimæ editionis 1690.* Claruit his temporibus MCXXIV. Rupertus Abbas Monasterii Tuitiensis. Vir magnæ doctrinæ & sanctitatis, qui, cùm Monachus esset Cœnobii sancti Laurentii Martyris Leodii, postea Monachus Oostbrockanus uno ab Trajecto milliari, maximum discendis divinis Scripturis studium impendit; sed cùm propter ingenii tarditatem se parum proficere cerneret, vehementer doluit, & Matrem gratiæ, Reginam cælorum, ut sui miserta miserationem sibi & scientiam impetraret à Filio, continuis orationibus invocavit. Et ecce! Mater clementiæ & pietatis, sanctissima Virgo, DEI Genitrix Maria nocte quâdam dormienti in visione apparuit, gratiam DEI & divinarum scientiam Scripturarum omnimodam repromisit. Ecce! quid non potest ad Matrem Christi oratio humilis continuè supplicantis! Ex illo die, gratiâ ministrante, quod negavit ingenium, tantam in divinis Scripturis consecutus est scientiam, ut similem temporibus suis habuerit neminem. Postea famâ eruditionis ejus atque sanctitatis longè latéque volante Fridericus Archi-Episcopus Colonienſis de præfato Monasterio sancti Laurentii in Oostbruck illum vocavit Coloniam, & in Tuitio Monachis præfecit in Abbatem, qui moribus & eruditione clarus, multa in Scripturis sanctis volumina edidit, & vitæ sanctimoniâ illustris, miraculis coruscavit, tam studiosus in orationibus, & continuus in revolvendis scripturis extitit, ut etiam dormientis labia quasi orantis vel legentis continuè moverentur. Reinerus Monachus D. Laurentii prope Leodium in Monte publico vitam hujus Ruperti descripsit in libello, quem de viris illustribus Monasterii sancti Laurentii edidit: eundem Cochlæus recudi fecit, & præfigi Commentariis Ruperti in S. Joannem anno 1526. Coloniæ publicatis, typo Francisci Birckmanni in folio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gabriel Gerberon Benedictinus Congreg. sancti Mauri hunc Catalogum accuratissimum præ tribus Rupertinis Trithemii, Reineri, Dessèli, Sixti Senensis, Bellarmini, in Apologia pro Ruperto Abbate Tuitiensi edita 1669. Parisiis apud Saoneum Parte I. Apologiæ p. 42 edidit

Opera Ruperti ante Presbyterium scripta.

Ante annum Christi 1111. *Hymnus sapphicus de Spiritu sancto.*

Hymnus jambicus de Spiritu sancto.

Libellus de diversis Scripturarum sententiis.

Carmen heroicum de Incarnatione Domini.

Libellus soluiæ orationis de statu Cœnobii sancti Laurentii in Monte Leodii ab Erado Leodiensium Episcopo usque ad Ogbertum.

Carmen sapphicum de eodem.

Vita sancti Augustini.

Vita sanctæ Odiliæ Virginis.

Ruperti Presbyteri Opera.

Anno 1111. *de Sanctis Theobaldo Martyre, Goare & Severo Confessoribus.*

De divinis officiis Libri 12. *Præfigitur ejus Epistola dedicatoria ad Cunonem Episcopum Ratisponensem multò* [*post annum* 1126.] *scripta.*

Commentarius in Job Lib. 10. *Extat in* 42. *capita distributus.*

Post annum 1114. *de voluntate DEI Liber unus, cum prologo ad Guilielmum Episcopum Cathalaunensem, & Anselmum Decanum Laudunensem.*

De omnipotentia DEI Liber unus, cum prologo ad G. & A.

Commentariorum in Evangelium S. Joannis Libri 14. [*extat in edit. Colon.*] *cum Epistola ad Cunonem Abbatem Sigebergensem, quæ incipit: Meditatus.*

De sancta Trinitate & ejus operibus Libri 42. *cum prologo ad Cunonem Abbatem à triennio incepti, & anno* 1117. *perfecti.*

In Apocalypsin Libri 12. *cum prologo ad Fridericum Colonien sem Archi-Episcopum.*

In Cantica Canticorum Libri 7. *cum prologo.*

In sex minores Prophetas priores Libri 17. *cum prologo ad Fridericum Colonien sem.*

De victoria verbi DEI Libri 13. *cum præfatione ad Cunonem Abbatem.*

In sex posteriores Prophetas Libri 17. *cum prologo ad Ekkembertum Abbatem Corbejensem.*

Ruperti jam Abbatis Opera.

Anno 1126. *inchoati, sed perfecti post libros in Regul.*

In Matthæum de gloria Filii Libri 13. *cum prologo ad Cunonem jam Episcopum.*

In libros Regum de glorioso Rege David ad Fridericum Archiep. Colon. Libri 15.

In Regulam sancti Benedicti ad Cunonem libri 4. *Horum primus est apologeticus.*

Annulus seu dialogus Christiani & Judæi, libri tres. Non extant.

De glorificatione Trinitatis, & de processione Spiritus sancti libri 9. *cum prologo ad Cunonem Episcopum Ratisponensem, & cum Epistola ad Romanum Pontificem.*

Anno 1128. *de incendio Oppidii Tuitii liber unus.*

Meditationes mortis, libri duo.

In Ecclesiasten libri 5. *cum epistola ad Gregorium.*

Vita sancti Heriberti Archi-Episcopi Coloniensis, lib. 1. *cum prologo ad Mecowardum.*

Passio B. Eliphii Martyris, lib. 1. *cum prologo ad Albanum Abbatem sancti Martini.*

Altercatio Clerici & Monachi, lib. 1.

Epistola Ruperti ad Everhardum Cœnobii Brunwilarensis Abbatem.

Responsio Ruperti de virginitatis læsione, & quòd corrupta possit consecrari.

Adversùs quosdam Religiosos, quorum unus Presbyter concubinarius Presbyteris licitum esse, uti concubinis impudenter asseverat.

Hactenus Gerberon. Vitam sancti Eliphii Martyris in æde sancti Martini Benedictinorum Coloniæ quiescentis manuscriptam apud se servant Benedictini Mattiniani, & quidem Surianâ editione auctiorem: hanc Ruperto Authori tribuunt. *Vide Surium vitæ S. Eliphii Editorem.*

RUPERTUS HOLWEGH ingressus Ordinem sancti Benedicti in celebri Monasterio Tuitiensi, sactæ Theologiæ Licentiatus, Pastor fuit Ecclesiæ Parochialis Tuitiensis. Scripsit Germanicè

Historie der schmerzhafften Mutter Maria zum Kalck, umbständlich beschrieben durch R. P. Rupertum Holwegh Ordinis sancti Benedicti, der heiligen Schrifft Licentiaten, und Pastoren zu Deutz. Cöllen bey Servas Noethen in 16to *pp.* 48. 1715.

Weg zum Myrrhen-Berg über sieben Staffelen, oder andächtige Bittfahrt zur schmertzhafften Mutter Maria zu Kalck durch R. P. Rupertum Holwegh Ordinis S. Benedicti, der H. Schrifft Licentiaten, und Pastorn zu Deutz. Cöllen bey Frantz Aldenkirchen in 12mo *pag.* 593. 1720.

RUTGERUS EDINGIUS Colonien sis Xantis scribebat vir egregiè Catholicus, ùt in præfatione sua ostendit, pro cultu orthodoxo zelans: conqueritur enim de falsatis & adulteratis per Hæreticos psalmis & cantilenis, non nisi seditionem & blasphemias in Sanctos spirantibus, quibus everruncandis concinnavit librum plurium orationum & cantionum Catholicarum, exempla & stilo Leisentriti & Vicelii usus. Vertit & coordinavit

Simonis Verepæi auserlesenen gülden Schatz-Büchlein Christlichen, andächtigen Catholischen Gebett, aus der Lateinischen Sprach verteutschet durch

durch Rutger Edingium, zu Cöllen durch Maternum Cholinum 1571. *in octavo pag. adverſa* 283.

Teutſche Evangeliſche Meſſen, Lobgeſänge und Kirchen-Gebett, ſampt den Evangelien und Epiſtelen, mit Anzeigung Göttlicher heiliger Schrifft, zuſammen gebracht durch Rutger Edingium, Cöllen durch Maternum Cholinum 1572. *in* 8. *Vertit & compilavit ex Joannis Leyſentritt Budeſſenſis Eccleſiæ Canonici & Georgii Vicelii Senioris canticis. Pars prima in Evangelia & Epiſtolas Dominicæ pp.* 496. *Pars 2da hymnos de Sanctis, orationes, antiphonas & cantilenas pp.* 224. *eodem anno & typo.*

Rutgerum Edingium Pſalterium Germanico rythmo edidiſſe, Ulenbergius in præfatione ad idem Pſalterium à ſe Germanico rythmo vulgatum teſtatur.

RUTGERUS OVERBACH de Tremonia, Canonicus ſancti Gereonis, Coloniæ Agrippinæ ſacroſanctæ Theologiæ Doctor, anno 1426. in profeſto ſanctorum Petri & Pauli ab Univerſitate in Conventu Fratrum Minorum eligitur Rector Magnificus. *Extant MSs. in Bibliotheca Canonicorum Regularium S. Crucis Coloniæ.*

Commentariorum in Pſalmos Davidicos Tomi III. in folio eruditi ſanè.

Cœpti exarari 1418. *16. Novembris, primi Tomi, quo L. pſalmos primos ſenſu morali, myſtico & literali exponit, indicatis Græcis & Hebraïs fontibus in calce hæc adſcripta ſunt. Finita eſt hæc lectura hujus pſalmi L. anno Domini* 1421. *craſtino S. Joannis Baptiſtæ. Sit laus DEO.*

S.

SALVIANUS circa annum CCCXC. Coloniam Agrippinenſium aut vicinum locum natalem ſibi fuiſſe, indicat *L. VI. de gubernat. editus. Pithœanæ Pariſiis 1580. pp. 191.* maximè Epiſtolâ illâ primâ p. 285. 287. 288. commendans religioſis viris adoleſcentem Agrippinæ caſtum: "De quo, ait, ampliùs dicturum ſe, niſi "propinquus meus eſſet, qui eſt meus, meî portio, qui nunc propinquus meus eſt, cujus matris veræ viduæ Agrippinæ habitantis mores optimè ſibi notos fatetur." Bucherius *Belgii Romani L. XIII. C. VIII. Sect. IV. n. 38.* aut urbe aut domicilio Agrippinenſem fuiſſe contendit, & Jacobus Langueval S. J. *in hiſtoria Eccleſiæ Gallicanæ Tom. II. Lib. IV.* Colonienſem facit. Pag. 96. & operum Salviani epitomen dat. Cave *hiſtor. lit. Script. Eccl. P. I. p. 245. Allgemeines hiſtoriſches Lexicon T. 4. p. 177.* Literaturâ omni humanâ (teſte Gennadio Maſſilienſi coævo Presbytero *Lib. de viris illuſtr.*) ſacrâque excultus, ſcripſit multa ſtilo ſcholaſtico exquiſito & eleganti; facili tamen, aperto & puro. Lactantio ſtrictior, cæterùm plus juſto diffuſior, quod vitium eſt commune omnium V. ſæculo Gallorum Scriptorum, Hypathii & Quietæ infidelium, infidelem adhuc filiam natu-maximam Palladiam duxit, Chriſtianus ipſe non ſolùm ad fidem Catholicam profitendam pertraxit uxorem, verùm etiam ad caſtitatem amplectendam (filiâ unicâ Auſpiciolâ ſuſceptâ) offendit eo conſilio parentes graviſſimè, ità, ut ſeptennio integro reſponſi nihil *(vide pag. 291.)* ad Salviani vel Palladiæ literas reddiderint, etſi interea Hypathius DEI cultum profeſſus eſſet damnatâ ſuperſtitione avitâ. Scripsère demum unas ambo literas, in qua introducit uxorem ſic perorantem: *(pag. 292.)* "Morigeram me, ùt puto, ante omnia viro eſſe juſſiſti, veſtræ voluntati obſecuta ſum, veſtræ juſſioni obtemperavi, illi in omnibus parui, cui me parere voluiſti. Invitavit me ad religionem, invitavit ad caſtitatem. Date veniam, turpe credidi reluctari. Res mihi verecunda, res pudens, res ſancta viſa eſt, fateor, cùm de tali negotio mecum ageret, erubui, quòd non ante cœpiſſem; huc acceſſit etiam reverentia Chriſti & affectus. Honeſtè me facere credidi, quidquid DEI amore feciſſem. Advolvor veſtris, ô parentes cariſſimi, pedibus, illa ego veſtra palladia." Hujus Epiſtolæ pulcherrimæ omnium & nervoſiſſimæ inter Salviani ſuperſtites quis fuerit effectus, neſcitur. Veritas Evangelica in ea genuinis coloribus & magnâ modeſtiâ exponitur. Parcendum patulùm verbis eſt: quia etiam in bona cauſa humilis eſſe, in quantum res finit, filii apud parentes debet oratio. Deinde diſertè ait, unà vivere ſecum uxorem & filiam, ne inde quid lævi ſuſpicetur prudentia parentum.

Bona ſua in pauperes ſparſiſſe credendus eſt juxta rigidiſſimam doctrinam ſuam, iis ſolis, quæ ad vitam ducendam neceſſaria erant, demptis. Antequam Marſiliam conceſſit, videtur ſpectâſſe miſerias, Moguntiaci, Treviris, urbis opulentiſſimæ jam quater *(pag. 205.)* expugnatæ, Agrippinæ jam hoſtibus plenæ: tertia expugnatio Treviris circa 418. Francorum ſub Pharamundo Duce furori, quarta 440. probabiliùs cum Tillemontio, quàm Bucherio circa 415. anno aſſignatur, & circa 440. hos de gubernatione libros ſcripſiſſe credi fas eſt.

Presbyter in Eccleſia Maſſilienſi creatus fuit circa 430 vel 29: nam nomen ejus jam Eccleſiis inclaruerat, & à ſancto Hilario Arelatenſi publicè laudabatur prolatis Salviani teſtimoniis in elogium ſancti Honorati Archi-Epiſcopi Arelatenſis, ad quod ſolium ex Lerinenſis Cœnobii umbra anno 426. extractus fuit. Hâc ætate ſanctus Eucherius filios ſuos jam ante ſancti Honorati & ſancti Hilarii diſciplinâ imbutos, perficiendos commiſit Salviano Salonium & Veranum, quos ùt Pater magnâ authoritate, doctrinâ & conſilio, dum vixit, juvit, ipſúmque adeò ſanctum, dum ad Cathedram Lugdunenſem promotus, citra literas ſalutandum curâſſet, ſcripto hortatus eſt Salvianus, ne quâ vanitate ex hoc honoris gradu afflati ſe ſineret. Literæ ejus admodùm prudentem & modeſtum fuiſſe ſatis produnt, quibus omnia officia urbanitatis implet etiam erga Ethnicos, quos ſperat vel hâc viâ ad Chriſtum perducendos.

Præter eos, qui editi nunc ſuperſunt, libros, eôsque, quos Gennadius recenſuit, homilias plu-

res ad usum Episcoporum scripsit: unde fors Episcoporum Magister dictus est, quanquam & sufficiat schola aperta Salonio & Verano discipulis, subin Episcopis.

In iis, quos contra avaritiam scripsit, libris sub Timothei assumpto vocabulo ad Ecclesiam Catholicam usque adeò subinde extollit necessitatem largiendi opes pauperibus ad salutem æternam, ut parentes morituros vix citra peccatum permittat hæredes alios scribere, quàm egenos præteritis liberis; sed hæ hyperbolæ rariores nemini nocebunt, & alia præclarissima digna lectu omnibus paginis offeruntur.

A Semipelagianorum, quorum in medio vixit, fermento remotissimum ostendit Tillemontius, & ego locos duos describo evidentes, quibus divinæ gratiæ excellentem liberalitatem demonstrat. Primus è Lib. VII. de gubernatione DEI pag. 223. O bonum, ô pium, ô inæstimabilis misericordiæ Dominum, qui ad hoc nobis in præsenti religionis munera tribuit, ut ipsa in nobis postea, quæ nunc *dat munera*, remuneretur. Eâdem penè normâ Augustinus Semipelagianorum argumentum elisit desumptum ex meritis vitæ æternæ veluti *mercedis*. De se ipso quàm demissè scribit Epist. 1. p. 286. Hæc igitur habere me hîc nonnullorum Sanctorum gratiam non falsò suspicaris: nec enim nego, ne negator gratiæ ingratus fiam, sed planè sicut habere me eam non nego, ità non mereri me certò scio, in tantum, ut, etiamsi est aliqua in me illa, ego tamen illius causa non sim, quia si qua est in me gratia ob eos, ni fallor, maximè data est, quorum interetat, ut gratus essem.

Vixit Salvianus in senectute bona, ùt Gennadius ait, fors ad annum 484, nec ultra pervenit. Episcopum fuisse, nullâ ratione probari potest, nec monachicam vitam viderut Longuevalio nostro professus *Tom. II. Histor. Gallic. L. II. pag. 97.* etsi sat multo tempore Lirinenses cohabitârit.

Libri de gubernatione DEI editi in Biblioth. PP. Colon. accuratiùs 1580. à P. Pithœo, iterum Parisiis 1663. accuratissimè à Cl. Baluzio 1668. & secundis curis 1669. in 8vo Parisiis. Divisio non est Salviani, sed Librariorum: videntur iidem cum V. libris de præsenti judicio à Gennadio adnotatis. Nec Tôn Antikeimenôn Libri III. Salviani sunt, licèt malè ab Alphonso de Castro ei atribuantur.

Epistolarum liber I. mutilus.

Adversùs avaritiam Lib. III. ad Ecclesiam Catholicam Timothei nomine, uti nunc imprimuntur.

Perière de virginitatis bono ad Marcellum Lib. III.

Sacramentorum libri aliquot.

Homiliæ Episcopis multæ.

Expositiones extremæ partis Ecclesiastis ad Claudianum Episcopum Viennensem, Lib. I.

In morem Græcorum à principio Geneseos usque ad hominis conditionem Hexameron, versu. Romæ 1564.

Gennad. Catal. viror. illustr. Baluzius in notis ad Salvianum.

Anno 1735. prodiit interpretatio Francica omnium operum Salviani.

Les œuvres de Salvien, Prêtre de Marseille, contenans ses lettres & ses traitez sur l'esprit d'interest, & sur la providence, traduites en François, par le R. P.... de la Campagnie de Jesus à Paris, chez Jean Baptiste de l'Epine, imprimeur Libraire ordinaire du Roy rue S. Jacques à S. Paul. in 12mo pp. 700.

Rittershusius Commentarium in opera Salviani vulgavit, quem Episcopi axiomate honorat; sed à Cave & Criticorum plurimis contradicitur mitræ arrogatæ.

SCOICARDUS BECK Moguntinus, Ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci, Provinciæ Colonienſis, scripsit

Conciones omni tempore prædicabiles de gravitate peccati. Coloniæ apud Joannem Cruthium 1641.

Historiam S. Annæ Germanicè vertit. ibidem apud Gisbertum Clementis 1641.

SEBASTIANUS Aquensis, Ordinem Fratrum Minorum Capucinorum sancti Francisci ingressus, Lector, Guardianus, Definitor, Custos Provinciæ, ac tandem Provincialis, singulari pollebat virtute in dæmones (Dusseldorpii adolescentem cœcum & mutum, qui rabidi canis adinstar dentibus omnia dilacerabat, à dæmone circumsessum detexit, & Gladbacum ad Criptam sancti Viti destinavit, ubi liberatus, & sanæ menti restitutus est) quos in personis maleficio affectis aliquamdiu vehementiùs exagitâsset, tandem & ipse eorum vindictam subiit, dum repentè ac uno halitu omnibus capitis & barbæ crinibus exutus est, & ad mortem usque calvus & imberbis permansit, nec ullius capilli canitiem sensit, quanquam plenus dierum & virtutum obiit 1718. Aquisgrani. Scripsit

Librum recollectionis annuæ, sub titulo: Geistliche Erneuerung, 1686. Coloniæ impressum. Item

Librum meditationum 1712. Coloniæ impressum in 8vo.

SEBASTIANUS KNIPPENBERG Teuto, ex Helden, pago Juris Brabantici, Ordinem sancti Dominici Coloniæ ingressus, sacrosanctæ Theologiæ Doctor promotus anno 1688. 12. Octob. ab eximio Ordinis & studii collega Joanne Lorbecher emerito Provinciali Ord. Prædicat. & in Universitate Colonienſi Professor publicus, Concilii Theologici Decanus & Senior, & adversùs hæreticam pravitatem Inquisitor Generalis, obiit Trijubilarius Ordinis, Sacerdotii & Doctoratûs Coloniæ 1735, ætatis 89, professionis 68, Sacerdotii 61, Doctoratûs 45, Inquisitoris Apostolici 40, 31 Maji, quæ Dominica Ss. Triadi sacra erat. Scripsit

1. *Opusculum contra librum Authoris Anonymi intitulatum: Prædicat. Ordinis fides & religio vindicata. in 8vo Coloniæ.*

2. *Opusculum de providentia DEI gubernante per motum juxta mentem S. Augustini Episcopi & S.*

& S. Thomæ Doctoris Angelici, Authore F. Sebastiano Knippenberg ex Helden &c. &c. Coloniæ typis Cornelii Cönen anno 1700. in duodecimo pp. 382.

3. Opusculum. Doctrina S. Thomæ in materia de gratia ab erroribus ipsi falsò impositis liberatur. Adjungitur compendium doctrinæ Cornelii Jansenii Iprensis Episcopi, Authore F. Sebastiano Knippenberg sacræ Theologiæ Doctore. Coloniæ sumptu Wilhelmi Metternich 1718. in 8vo pp. 204.

SEBASTIANUS NOVIMOLA Duysburgensis, Clivius, Doctor Theologus Colonienſis, Pastor ad sancti Pauli; Rector Magnificus ab Universitate Colonienſi eligitur 20. Decembris 1549. ad 21. Martii 1551, clavum moderatus est tursum anno 1564 9. Octobris, dentò eidem admovetur ad eundem diem vertentis anni 1565, & summæ Ædis Canonicus; obiit anno 1579, ætatis 79, die 8. Julii, in Ecclesia Metropolitana sepultus. Edidit

Methodum Syntaxeos Despauterianæ. Coloniæ 1539. in 8vo & alibi.

Valer. Andreæ Biblioth. Belg.

SEGERUS PAULI vel PAWELS Flander, Civis Colonienſis, edidit Germanicè

Gründlicher Bericht, welches das wahre Mittel ist, dardurch uns die Erkänntnus des Glaubens herkommt, &c. Gespräch-weiss auffs allerkürtzeste zugerichtet durch Segerum Pauli Flandrum. Gedruckt zu Cölen bey Peter von Brachel 1609. in 12mo pp. 46.

Freundlich Gespräch eines irrenden und Catholischen, darinnen kürtzlich gehandelt wird vom Richter alles Zwiespalts im Glauben, gemehret, und in zwey Büchlein getheilt durch Segerum Pawels Flandrum Bürgern zu Cölen. Gedruckte zu Cölen bey Gerhard Grevenbroch in 8vo pp. 164. Lib. I. Lib. II. pp. 736.

Tractätlein, dass niemand verletzt wird, dan von sich selbsten, allen Frommen, so in Angst und Leyden seynd, zu sonderlichem Trost, aus dem H. Chrysostomo in dieser Sprache zugerichtet durch Segerum Pauli Flandrum. Gedruckt zu Cölen bey Peter von Brachel 1609. in 12mo pp. 72.

SERVATIUS ÆDICOLLIUS Agrippinensis, initio sæculi XVI. Colonienſi in Universitate bonarum artium Professor erat literatissimus, Judice Hermanno Torrentino, qui sua in Alexandri Grammaticam Commentaria Colonienſi typo recudenda hujus viri diligentiæ & industriæ commendat epistolâ, quæ anno MDXXII. extat. In fine horum Commentariorum ejus fratri Joanni Ædicollio Joannes Murmellius Ruræmundensis anno MDXXIII. cùm Monasterio Westphalorum Alemariam concessisset, epistolam elegiaco versu de vulgi stultitia hominem ex vestitu judicantis inscribit, & epistolarum ad se datarum, nunc publici juris futurarum typum commendat, adscriptâ Fratri Servatio salute.

Batrachomyomachia Homeri per Servatium Ædicollium Agrippinatem in Latinos versus translata, impressa nuper Parisiis operâ quidem Jodoci Badii Ascensii, impensis autem Pauli Gulperi. in quarto.

Extat in Bibliotheca D. Canonici Seil.

SERVITA Anonymus in Monte sanctæ Crucis prope Bonnam, exercitiorum P. Camilli Hectorei S. J. Compendium factum à quodam Sacerdote Monasterii Ordinis Servorum B. M. V. in Monte sanctæ Crucis prope Bonnam. Titulus libri:

Secessus spiritualis decem dierum. Colon. Agrippinæ sumptibus Wilhelmi Metternich anno 1725, fol. 535.

SEVERINUS BINIUS Randeradii, Juliæ oppido, natus Patre Quæstore, Professor fuit Gymnasii Laurentiani. Narrat Merlo Horstius in MSs. sui ævi historiis n. 117. Cùm adhuc doceret Severinus in Bursa Laurentii, minatum fuisse discolo convictori gravem postridie pœnam publicarum virgarum ob nescio quod facinus. Adolescens, cùm effugere non posset, noctu conscenso tecto per caminum in Professoris Binii cubiculum porrectum tertiò lugubrè inclamavit: *Bini! Bini! eras morieris.* Evigilat vir optimus, & oratione & parasceve ad mortem reliquam noctem insomnem ducit, diémque totum opperitur nuntii exitum: sed frustra; ità tamen evoluto die gavisus est, ac si eo primùm natus fuisset. Post publicam multorum annorum apud Ubios professionem sacræ Theologiæ doctoralem lauream consecutus, primò B. Mariæ Virginis ad Gradus, deinde sancti Gereonis, dein Ecclesiæ Metropolitanæ Presbyter Canonicus fuit. Rector Magnificus eligitur anno 1627. 15. Novembris, quem summum Magistratum ad diem 9. Decembris 1629. gessit. Anno 1631. 26. Novembr. creavit Doctores Joannem Perlinum Madritanum, & Franciscum van dar Veken è Societate JEsu. Fuit præterea Serenissimi & Reverendissimi Principis Electoris Colonienſis Consiliarius intimus, & in spiritualibus Vicarius Generalis. Cùmque postmodum Gymnasii Laurentiani Protector providus & Propagator munificus exitisset, anno 1641. 14. Februarii apoplexiâ tactus exspiravit. Juventus Laurentiana Parenti & Patrono suo tam inopinatè abrepto carmeo lugubre accinuit typo editum Coloniæ Agrippinæ ex Typographia Arnoldi Kempens. Materiam uberem suggerebat insigne, in quo tria tela. Edidit

Conciliorum Tomos IV. notis doctissimis illustratos, qui totam antiquitatis Ecclesiasticæ seriem, ut Possevinus ait, egregiè explicant, atque Hæreticorum impostoris ubique occurrit, Coloniæ 1606, in folio.

Editio secunda recognita & aucta ab eodem Tomis IV. 1618. typo Hieratbi.

Historias Ecclesiasticas Eusebii, Socratis, Theodoreti, Sozomeni, Evagrii à se recognitas typo dedit.

Valer. Andreæ Biblioth. Belg.

SIBER-

SIBERTUS de BECKA patriâ Geldrienſis, Carmelita Colonienſis, Doctor Pariſienſis, Provincialis Alemanniæ. Hunc inter doctiſſimos & celeberrimos Ordinis Theologos meritò recenſent vetuſtiores, qui de Ordine ſcripſerunt, & pariter recentiores. Trithemius de eo ſic ſcribit: " Si- " bertus de Becka, natione Teutonicus, vir in " divinis ſcripturis eruditiſſimus, Doctor omnium " opinione & laude celebratus, Cultor ſui Ordi- " nis devotiſſimus, ſcripſit ad ædificationem Fra- " trum quædam præclara opuſcula, de quibus iſta " referuntur:

Super ſententias Libri quatuor.
De cenſuris novi juris Liber unus.
Conſiderationes ſuper Regulam Ordinis ſui.

Addunt Epitomatores Bibliothecæ Tigurinæ, eum inſuper ſcripſiſſe

Faſciculum florum hiſtoriarum variarum.

Præterea Ordinale Eccleſiæ ſancti Sepulchri Hieroſolymitani ſui Ordinis uſui adaptavit. Uſque hodie à tempore Capituli Generalis 1315. Coloniæ celebrati, totus Ordo eo utitur. Procuravit etiam Conſtitutionem Viennenſis Concilii, quæ incipit: *Super cathedram*, ad Ordinem ſuum & Fratres ipſius ſuper omnibus, & ſingulis extendi à D. Joanne Papa XXII. in religionem Fratrum B. Mariæ Virginis ſingulariter munifico anno undecimo ſui Pontificatûs. *Daniel à Virgine Maria in Speculo Carmelitarum P. V. num. 3012.* Mortuus eſt Coloniæ 1332. die 29. Decembris.

Eximius Bruno Tevvis in Commentariis. Foppens Bibliotheca Belgica.

SIBERTUS de TROISTORFF, qui eſt pagus in agro Colonienſi, unde fuit oriundus, Carmelita, ex Carmeli Boppardienſis Priore factus Epiſcopus Martilienſis, Suffraganeus Trevirenſis, mortuus eſt anno 1359. II. Calendas Octobris Boppardiæ. Compoſuit

Inſignem Commentarium in quatuor libros Sententiarum.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

SIEFRIDUS von STEINEN vixit occidente ſæculo nono vel naſcente decimo, Rector Sacelli ſancti Benedicti Tremoniæ. Dethmarus Mulher *in parvo ſuo impreſſo Chronico urbis Tremmonenſis* de eodem ſequentia memoriæ prodit: *Hac tempeſtate anno ſcilicet Chriſti 937. vixit adhuc Siefridus de Steine, qui ad hujatem populum fidei Chriſtianâ imbuendum ſuam contulit operam, & hiſtoriam ſui temporis Tremonienſem exaravit. Hanc perbrevem hiſtoriam poſt longam & diligentem inquiſitionem tandem invenit von Steinen Tremoniæ apud D. Joannem Theodoricum Barap Concionatorem ad S. Reinoldi, qui illi animo perquam benevolo eam dono dedit.*

Complectitur ea originem urbis Tremonienſis, quam reducit ad tempora Romanorum. Praterea ejus converſionem ad fidem Chriſtianam, & imprimis exſtructionem Ædis S. Benedicti, & inter alia hæc habet: " *Sic quod ego Siefridus de Lapide* " *Rector Eccleſiæ S. Benedicti ſituate juxta villas* " *Trotmannorum circumdantes Caſtellum Munde,* " *& Collector hujus Chronicæ atteſtor.*

Origines Hiſtor. Weſtphal. Joan. Theod. von Steinen fol. 2. 3.

SIGEBURGERSIS Monachus Anonymus ſcripſit anno 1075

Vitam S. Annonis Archi-Epiſcopi Colonienſis à Syrio editam; ſed diviſio capitum alia eſt in aliis MSs. ejuſdem vitæ.

SIGEBERGENSIS Monachus Anonymus ſæculo ſequenti XI. *Epitomator vitæ Annonianæ, quæ MS. extat in Eccleſia Collegiata S. Georgii.*

SIMEON de COLONIA. Montfaucon in Bibliotheca manuſcriptorum fol. 780. ex Bibliotheca Cardinalis Rodulfi in Regia Pariſienſi n. 64.

Speculum Alchimiæ minus editum à Fratre Simeone de Colonia, qui fuit perfectum gaudium Magiſtri Arnoldi de Villa nova.

SIMON DERCKUM natus Coloniæ anno 1622, Societatem Jeſu ingreſſus eſt anno 1642, quatuor vota profeſſus eſt anno 1657. In literis indefeſſo magis labore, quàm celeritate ingenii eos fecit progreſſus, ut rerum earum penè omnium, quas tenere literatam Societatem decet, non vulgarem notitiam hauſerit; in Orientalibus quoque linguis Græca & Hebraica non mediocriter verſatus, ſuæ doctrinæ apud omnes fecit admirationem. Poſt doctas literas humaniores Ariſtotelem binâ vice commentatus eſt, deinde ſcripturatum Interpretem egit. Miſſionem Solingenſem ipſe primus ſuo zelo fundavit & ſtabilivit. Quæſtiones polemicas cum Heterodoxis feliciter evolvit, per aliquot annos pro concione dixit. Deinde Rector Novitiorum, tum Coloniæ vice alterâ Regens Gymnaſii Tricoronati, quod ejuſdem curæ & vigilantiæ non leve debet incrementum, denique omnibus Provinciæ muneribus excepto ſupremo) defunctus, laboribus exhauſtus, obiit in Domino Coloniæ 25. Aprilis anno 1695. Fecit

Compendium Grammaticæ Græcæ in tabulas reductæ ſæpe recuſum.

Ex annuis Coll. Colon. S. J.

SIMON HERBAU Civis Colonienſis & Magiſter linguarum exterarum, Francicæ, &c. ſæculo noſtro florebat. Scripſit

Grammaire Françoiſe. in 8vo Coloniæ 1710.

Kurtzer Begriff deren Kunſten und Wiſſenſchafften zur guten Aufferziehung, nemlich:

Abregé des arts & ſciences, qui ſont neceſſaires à la belle education. 1693. a Cologne in 12mo Teutſch und Frantzöſiſch.

Nathanael Diur & Simon Herbau Dictionnaire François, Alleman, Latin. in 8vo Coloniæ anno 1716.

SIMON JUDÆUS oriundus ex Schantz prope Gæſatis-Inſulam, floruit anno ab origine mundi MMMMDCCCCXXXV. qui eſt Chriſti MCLXXV. Scripſit

Peruſch: Commentarium in Miſchnam ejúsque libros Soder, Seraim & Taharot, quem ipſius non perfecit, ſed perficiendum reliquit Rabbi Iſaaco filio

filio Malchiel. Extat in editione Veneta Thalmudis & alibi facta anno 280. seu Christi 1520. rursum in editione anni 286. seu Christi 1526. in folio.

Ex Bibliothecæ Hebraicæ Joan. Christophori Wolfii Tomo I. pag. 1154. num. 2213.

Idem Wolfius ibidem *Tomo I. pag. 1149. num. 2191.* refert Simonem Schantzensem Scriptorem, qui an idem sit supra memoratus, nescio.

SIMON de SPIRA, cognominatus ANTWEILER, sacrosanctæ Theologiæ Parisiensis Doctor celebertimus. Hic fuit unus ex præclaris illis Doctoribus Sorbonicis, qui circa annum Christi 1388 ad instantiam Senatûs populique Colonienſis impetratâ ab Urbano Papa VI. Bullâ instituerunt & fundârunt novam Academiam & Universitatem Coloniæ Agrippinæ, in qua ipse inter Ordines mendicantes fuit primus sacræ Theologiæ Professor, ejusdémque Facultatis Theologicæ iterâtò Decanus, & multis annis Senior. Ejus encomia, laudes & scripta præclara recensent & prædicant Authores tam veteres, quàm recentes. Trithemius sic de eo loquitur: " Simon de Spira " Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Monte " Carmelo, Prior Provincialis Alemanniæ, & " cujusdam Ecclesiæ Episcopus, Doctor Parisien- " sis, vir in divinis scripturis eruditissimus, in " Philosophia sæculari egregiè doctus, ingenio " subtilis, sermone scholasticus, qui in Gymna- " sio Colonienſi multo tempore gloriosè docuit, " & magnam eruditionis suæ gloriam acquisivit, " mortuus est Coloniæ anno 1340. 8. Januarii. Scripsit

Super sententias contra Judæos.
Postillas varias.
Sermones non abjiciendos, Lib. 1.
Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

SINON Trajectensis professus Cartusiæ Colonienſis sanctæ Barbaræ, collegit *vitas Sanctorum 312*, quæ manuscriptæ supersunt Tomo uno in folio in pulpito O. n. 57. Bibliothecæ Cartusiæ Colonienſis, & enumerantur in appendice indicis ab ejusdem Cartusiæ Alumno Domino Wirtz confecti pag. 51. 52. 53.

STEPHANUS BROELMANNUS nascitur in Colonia Agrippinensium anno 1551 ex Patre Petro Broelman Senatore Colonienſi, mortuo anno 1583. 16. Augusti, & Sybillâ Deutz, mortuâ anno 1586. Ex eodem felici thoro plures prodiêre, Catharina concessa olim thalamo Bernardi zum Pütz Cancellario Juliacensi 1559. Joannes Broelman Decanus ad sanctos Apostolos & Canonicus sancti Cuniberti, natus 1554, denatus 1624, sepultus ad sanctos Apostolos.

Uxorem duxit Stephanus Annam Claram von Echt, dictam Bachhovens, filiam Friderici & Christinæ Boes, dictam Haltern: ipse Senator & Syndicus urbis Agrippinensis fuit, rarissimis MSs. admodùm instructus. Monachi Eberbacensis Chronicum MS. habuit, teste Schultingio *in Bibliogr. Eccles. Tom. V. P. II.* Godefridi Pantaleonitæ Monachi codicem membranaceum insignem habebat; eum Collectori scriptorum Germanicorum Pistorio ac Frehero describendum commodavit raro beneficentiæ exemplo. Testatur id catalogus operum eo Tomo editorum.

Obiit anno 1622. 10. Novembr. vir patriæ suæ ornandæ studiosissimus. Vatronem Agrippinensem ego appello, antiquitatum domesticarum Collectorem indefessum, & Critem acerrimum. Multa illi se debere, Hermannus Crombachius profitetur, & extant paginæ integræ manu Stephani scriptæ, & MS. Crombachio insertæ.

Libri MSs. Stephani hoc anno 1735. erant apud D. Gartzen, qui per quatuor diversas fœminas ascendit ad Broelman: uxor enim ejus de Wehe filia est Diependalii, hæc Cronenbergiæ, hæc Unverdorben, hæc demum Broelmannia proles erat. Vidi eos hoc anno unà cum Dom. Schannat celebri Historiographo. Promulsidem publico dedit vulgatis titulis & compendiis librorum anno 1608.

Civilium rerum memoriâ dignarum civitatis Ubiorum & Col. Claud. Aug. Agrippinensis Commentarii Pars I. quæ est originum de veteribus trans Rhenum sedibus, moribus, viribus, fœderibus usque ad annum V. C. DCXCV. ex horis succisivis Stephani Broelmanni pp. 9. XI. Tabellæ æreæ.

Civilium rerum &c. &c. Commentarii Pars II. de Metropoli & de gestis ab anno V. C. DCXCV. ad annum V.C. CIↃCCXVI. qui est Christi CCCC. LXXV.

Ex horis succisivis Stephani Broelmanni pp. 7. V. æri incisa Coloniæ 1608.

Epitaphium BROELMANNI *in æde sacra Ss. Machabæorum,*

Ad solius DEI gloriam & ædis hujus Patronorum honorem, memoriam verò clarissimorum proximorum majorum suorum. Optimis Civibus Joanni Broelmanno apud hanc Coloniam Claud. Augusti. Agrippinensem anno Christi nati CIↃ. CCCCXXCIIXI. & anno XCIII. Cos. Gertrudi Kolginæ, conjugibus proavis: Petro Broelmanno Patritii Ord. Elisabethæ Bratfischiæ conjugibus avis, Petro Broelmanmanno Patritii Ord. Elisabethæ Songinæ conjugibus parentibus carissimis, cùm his, sibi & conjugi incomparabili Claræ Bachoviæ Echtiæ liberis dulcissimis posterisque sortis humanæ memor anno Christi nati CIↃIↃCVI. Stephanus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Broelmannus Agrippinensis JC. in Academia patriæ per ampliùs quàm XX. annos Professor intrà numerum ordinarius, & canonum, demum primarius, Augusta, vicariâ comitativâ dignitate adepta, ponebat hunc apud suos cineribus quietis LL. dum ad eos æternùm victuræ redeant animulæ, precibus eas, quales optabis, tuî non oblitus adjuva. Quisquis postea legis.

STEPHANUS COLONIENSIS Scriptor Latinus ad annum Christi 995. Refertur à Jodoco Coccio *Tom. I. Thesauri Ecclesiastici pag. 1007.*

STEPHANUS EXIGUUS vixit sub Warino Archi-Episcopo Colonienſi: nam VOLCMARUM & GERONEM Archi-Episcopos Colonienses SANCTÆ MEMORIÆ ANTISTITES vocat. Cujus Ordinis aut professionis fuerit *Stephanus*, nullibi traditum. Coloniâ, jam cùm scriberet, abfuisse, colligunt Benedictini in observationibus præviis ex præfatione ejusdem Stephani; utì & quod de suo S. MARINUM patritii genetis virum fecerit. Scripsit

Translationem S. Maurini Abbatis & Martyris anno CMLXVI. reperti, phalerato pro eo tempore elogio: Cùm de vita ejusdem Sancti certum nihil habuerit, ùt testantur Domni Lucas, D' Acherius & Joannes Mabillon Benedictini eruditissimi, qui translationem illam edidêre in sæculo V. Acta Sanctorum Ord. S. Benedicti p. 336. & seqq. Parisiis 1685. Opus suum Stephanus nuncupavit Christiano S. Pantaleonis Abbati.

STEPHANUS Isaaci filius natus fuit Wetzlariæ anno 1542. Quadriennio post cum patre ad ad Christi Domini cognitionem perductus baptizatus fuit Marpurgi: inde Lovanium sub annum 1547, Coloniam circa annum 1551. Patre utrobique ad Hebraicam Cathedram accito deportatus fuit. Hic annum unum cum fratre Carolo (alium fratrem habuit D. Bertramum Isaacum, qui anno 1583. Româ aufugere debuit ob suspicionem de fratre) literis addiscendis applicitus 1557, Swollis Doctori Joanni Telgio scholarum Rectori instituendus traditur. Coloniam revocatus, audivit Philosophiam in Gymnasio Montano, & Magisterii gradum adeptus est. His fundamentis præjactis, ad medicinæ studium more Majorum suorum convertitur. Interrupit tantisper hunc ardorem medicæ scientiæ oblata vel perpetuò vel ad tempus convalituri Doctoris Lovanienſis Andreæ Baleni professio Hebraicæ linguæ, quo viribus aucto, medicæ rei peritos viros Nicolaum Biesium, Bernartium, Carolum Gemmam avidâ aure excepit, sumptúsque in victum faciendos conquisivit ex iis, quos domi suæ Hebraicè docebat. Annus 1563. peregrinationi datus fuit: amant enim medici variam naturæ faciem, statum, mores, victum, auxilia vario sub climate contemplari. Anno 1564. stabilem sibi sedem reperîsse visus est in Universitate Duacena nuper constituta, cui Hebræam & Chaldaicam linguam propagaturus Magister regius & ordinarius datus fuit procurantibus Maximiliano à Bergis Cameracensi, & Franc. Richardoto Atrebatensi Episcopis, D. Hoppero Frisio regio Bruxellis Consiliario; neque ideò tamen à praxi medendorum ægrorum abstinendum sibi duxit. Invitatus fuit eodem penè tempore à *Sectariis* Francis; sed Papisticæ, ùt ait, Ecclesiæ innutritus à teneris unguiculis renuit. Interim Rector & Colonienſis Universitatis Decani cum Consulibus Provisoribus vacantem sanctæ Ursulæ præbendam in Ubiorum Metropoli absenti deferunt. Oppositi sese effectu nullo Atrebatensis Episcopus ejus tum Auditor. Vix adiit Canonicatum, jam sacris ordinibus initiatus anno 1562, ac in Ecclesia residere, ùt ajunt, cœpit, cùm Cunerus Petri Rector Universitatis Lovanienſis defuncto Baleno substituere Professorem *Stephanum* meditatur; sed Magistratus abeundi facultatem negavit. Licentiam in Facultate Theologica nescio quando accepit, & Vicariam in æde principe S. Petri, & Parochiam beatæ Mariæ Virginis ad Indulgentias obtinet. Anno 1572. intercedit alius: verùm Magistratus Colonienſis rogat summum Pontificem, ut causæ cognitionem committat hîc loci citiùs finiendam. Delegatur Cognitor Leodienſis Episcopus Gebethardus ex Grosbeck, & auditâ parte utrâque speciatim concione *Stephanum* velut dignum in Parochiæ possessionem mittit.

Eo in munere dedit se verbi divini ministerio non Catholicis solùm illud explicando, sed & Hæreticis, imò & fratribus quondam suis Judæis (quorum tum verbo, tum vi adhibitâ convertendorum in tribus Electorum Archi-Diœcesibus Franciscus de Mendosa Cardinalis & Legatus Pontificius Joanni Isaaco ejúsque filio *Stephano*, ubi scientiam necessariam obtinuerit, potestatem illimitatam, annuente Adolpho Archi-Episcopo Colonienſi, dederat) ad Christi Ecclesiam adducendis. Hæc dum scripto & voce cum Catholicis agitat, lectione librorum hæreticorum, quorum virus non satis discernebat, vacillare cœpit in Catholica fide. Sensit quotidie magis ac magis sibi vilescere Catholicorum opiniones *Stephanus* ex continua hæreticorum librorum lectitatione (quam facultatem eosdem legendi acceperat ob exhibitum in iisdem impugnandis zelum) quare deinceps non solùm ab iis insectandis destitit; sed primum sub Gebhardo Truchsesio contra imaginem Christi & Sanctorum *(idola Götzen vocitat)* dein sub Ernesto Bavaro Archi-Episcopo Colonienſi anno 1583. 12. Octobris iterum desævit in Catholicos haud minùs, quàm in idololatras. Commotam civitatem his diris in imagines Christi & Sanctorum, eorúmque ornatum ac honorationem jactatis pacavit nonnihil Michael Brilmacher, qui dici ejusdem horâ quartâ vespertinâ in Æde Metropolitica stramineas argutias Isaaci dissipavit. Theologi in congressibus publicis recocta Iconoclastarum sophismata iterum diluerunt. At populus avitæ religionis retinentissimus adeò in Novatorem exarsit, ut ante fores pedem efferre ausus non

sit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sit. Quatriduo post accersitur ab Abbatissâ sanctæ Ursulæ quâ Præside Capituli & Parochiæ Patronâ; sed vertiginem capitis & morbum obtendit causam, quominùs jubenti adesset. Accedunt ægrotantem Commissarii ab Ernesto Archi-Episcopo Colonienſi Joannes Schwolgen sancti Andreæ Decanus, Theobaldus Crassilt Suffraganeus, Joannes Kempis Officialis, Ludgerus Heresbachius supremus Sigillifer, Carolus Billius Consiliarius Abbatissæ sanctæ Ursulæ, jubent ab officio concionum desistat, dùm se ob tumultum & violatos Canones sacri Concilii Tridentini purgaverit coram Archi-Episcopo, invitántque, ut comitentur se, Antistitem causâ auditâ mutaturum sententiam: at dimissis viris libello supplice petiit à Magistratu urbis, fieri sibi facultatem continuandæ dictionis, ab Episcopo interdictæ. Hic jam aret hæreseos latentis sorex se prodit, dum à civibus potestatem rogat Evangelii disseminandi, eámque obtinet illicò. Indignantur & contra protestantur Commissarii Episcopales, iterántque mandata.

Decanus Metropoliticus eundem quâ suæ Ecclesiæ Vicarium sub pœna suspensionis primùm, mox sub pœna privationis citavit; at iterum morbus excusandæ absentiæ tegumen erat. Obtulerunt & fidem publicam comparituro coram tribunali Bonnensi; sed efferre pedem extra urbem nolait, spretis omnibus Ecclesiæ mandatis. Demum fide datâ Capituli Metropolitici in ipsa urbe Judices iidem Commissarii sederunt, à quibus quartùm auditus fuit, nullâ tamen; quod constet, prolatâ sententiâ. Stephanus sive tædio victus, sive sophismatis Hæreticorum Sadeelis imprimis captus, nec de suo iis satis valens facere, nec acquiescens ulli Catholicorum responso beneficia Ecclesiastica accepta parochiam, præbendam Canonicam ad sanctæ Ursulæ, Vicariam Ædis Metropoliticæ Collatoribus restituit, & Calvinistico ministerio se addixit.

Hæc summa Germanicæ Apologiæ, quam anno 1586. edidit: *Stephani Isaaci historia der unbilligen und unchristlichen Betrübung und Verfolgung, die ihm von wegen der zu Collen im Jahr 1583. den 12. Octobris wider das Verehren, Schmincken und Umbtragen der Bilder gehaltenen Predigen begegnet, sampt nothwendiger Apologia wider Michael Eitzinger und Michael Isselt Historien 1586. in 4to*, contra Michaëlem ab Isselt Amorsfortium, & Michaëlem Eitzinger Austriacum. In ipsa scriptiuncula Jesuitam Brillmacherum nunc laudat, aliàs vituperat. Omnes verò Iconoclastarum persecutores, Jesuitas, Jesuitizatos, Hispanizatos passim vocat, etsi singulatim nullum maleficium ab iisdem acceptum referat. Longè autem à vero abesse eas, quas sibi laudes arrogat Stephanus, coævi & oculati, & Petrus Brillmacher ipsus, qui tum, cùm Sadeil confutandus per Reverendissimum D. Riphanium rogante Stephano oblatus sibi fuisset, respondit, opus confutatione non esse recoctæ, & toties rejectæ crambis; attamen se nunc eo, qui sub prælo sudarent *Dialogorum tertio* abundè Sadeeli restiturum reliqua Stephanum de suo commentum fuisse.

Ex ea, quam Stephanus sibi ipsi contexuit, *historia* elucet varium ac inconstans hominis ingenium, nec scientiis Theologicis satis subactum. Quare utriusque partis argumentorum lectitatione nunc huc, nunc illuc abreptus hausit quidem, quantum declamationi populari satis erat; at arcem veritatis Catholicæ intimam haud inspexerat. Hebraicis, Medicis, Theologicis, Polemicis, Hæreticis desultoriam operam dum impertit, magnâ præfidentiâ populatis auræ quodlibet carpere gestit, quod cerebro suo displicet, incidit, DEO permittente, in eas tenebras, è quibus singulari gratiæ divinæ munere bis ereptus fuerat. Supremum gradum ad apostasiam sibi fecisse ait Romanæ Ecclesiæ primatûs tutandi argumenta à Turriano contra Sadeelem congesta; sibi verò utraque comparata Sadeeliana Turrianis præferenda fuisse. Quo judicio prolato, avertit faciem ab Ecclesia Christi, & Calvinisticæ Ecclesiæ miserum se mancipat. Scripta ab eodem Apologia. Patris ejusdem Joannis librorum plenior titulus hic:

Perfectissima Hebraica Grammatica commodo admodum ordine in tres libros distincta, quorum primus simpliciora tantùm docet. Secundus perfectiora & graviora paulò. Tertius difficillima quæque absolutissimè & accuratissimè tradit, Authore Joanne Isaac amplissimi Senatûs Colonienſis Professore publico. Ad præcellentem nobilitate & dignitate, atque etiam doctrinâ virum ac Dominum Bernhardum Morrien, ex Officina typographica Colonienſi Jacobi Soteris 1557. in 4to pp. 161. 322.

Meditationes Hebraica in artem Grammaticam per integrum librum Ruth explicatæ, unà cum aliarum rerum nonnullis accessionibus, hujus linguæ tironibus comprimis utilibus ac necessariis, Authore Joanne Isaac amplissimi Senatûs Colonienſis Professore publico, ad summæ spei atque indolis adolescentem Joannem à Lyskirchen. Adjectæ sunt etiam quædam contra fallacissimam Castalionis Bibliorum interpretationem, simul & contra confusissimum D. Joannis Fürsteri quandoque Professoris Wittebergensis Lexicon, omnibus tum Hebraicæ linguæ, tum sacrarum literarum studiosis utilissima, ac maximè necessaria. Colonia ex Officina typographica Jacobi Soteris 1558. in 4to pp. 52. 104.

STEPHANUS JULIACUS oppido forsan vel agro Juliacensi ortus, vel à Provincia & Conventu Ordinis Fratrum Minorum ità dictus est. Cur *Valerius Andreas Desselius* hunc inserat Bibliothecæ Belgicæ, nescio. Eò doctrinæ pervenit, ut Parisiis Doctor sacrosanctæ Theologiæ fuerit promotus, Coævus beatæ Coletæ Picardæ Virginis, quæ Ordinis sanctæ Clatæ Reformatrix, multis clara virtutibus ac signis sanctimoniæ anno 1447. obiit die 16. Martii. Scripsit ex Gallico idiomate Petri à Vallibus

Vitam S. Coletæ, quam apprimè noverat Stephanus Juliacus ipsi Synchronus diffuso stilo, quam impressam mutato stilo, & in compendium redactam invenies apud Laurentium Surium Tom. 2. ad diem sextam Martii; dein apud Wadingum Annalibus Minorum insertam, atque apud Joannem Bolandum in probatis Sanctorum vitis primi-

genio ſtilo integram. Tom. 1. *ad diem* 6. *menſis Martii.*

Agunt de Stephano Juliaco Franciſcus Swertius in Athenis Belgicis verbo Stephanus Juliacus pag. 681. *Valerius Andreas in Biblioth. Belg. pag.* 817. *Joan. Voſſius L.* 3. *C.* 6.

STEPHANUS Pantaleonita Monachus, Ord. ſancti Benedicti. Scripſit

Hiſtoriam Inventionis ſancti Maurini Abbatis Martyris, Coloniæ Agrippinæ circa annum Domini 964. *ſcriptam, juſſu Chriſtiani Abbatis, à Stephano coævo & oculato teſte inventi ſacri pignoris. Extat apud Laur. Surium die X. Junii, & denuò edita ab Henſchenio ad eundem diem; ſed collata cum Paſſionali MS. Collegiatæ Eccleſiæ Monaſterii Eifflia & Commentario prævio critico & annotationibus prolixis ejuſdem Henſchenii. Vide Acta Sanctorum ad diem X. Junii.*

STEPHANUS RUIDIUS natione Germanus, oriundus Andernaco ad Rhenum Archi-Diœceſis Colonienſis, Societatem Jeſu amplexus anno ſalutis 1592, ætatis 21mo, vota quatuor profeſſus. Docuit Philoſophiam iterum, & variis officiis præclarè functus eſt. Collegium Spirenſe rexit, & Sacerdotes noſtros in tertia probatione excoluit. Gymnaſii Tricoronati in Univerſitate Colonienſi Regens promulgatus fuit anno 1614. 4tâ Januarii, quâ Provincia trimeſtri ſpatio defunctus, admovetur clavo regendi Collegii Heiligenſtadienſis, & ſubin Moguntini, qua in urbe & lauteâ Theologicâ donatus fuit. Septuagenario major religiosè in Domino quievit Moguntiæ die 16 Julii anno 1643. In promulgatione Moishemienſis Academiæ factæ Theologiæ Doctor renuntiatus. Luculentam dixit edidítque

Orationem de Auguſta ſacræ Scripturæ Majeſtate vulgo non obvia. Evulgata eſt cum Panegyrico ejuſdem Academiæ in 4*to.*

STEPHANUS VINANDUS PIGHIUS Campenſis, Tranſiſalanus, cognomen ab ALBERTO PIGHIO Avunculo celebris nominis Theologo mutuatus, Græcè Latinéque egregiè doctus, in Italia atque in ipſo orbis terrarum compendio, urbe æternâ annos octo verſatus, ſummam Romanæ Antiquitatis notitiam ſibi comparavit, doctorum virorum amicitiâ ac conſuetudine beatus. Româ reverſus, *Antonio Perrenoto* Card. Granvellano ab Epiſtolis Latinis & à Bibliotheca fuit annos ampliùs quatuordecim, poſt *Carolo Guilielmi* Cliviæ ac Juliæ Ducis filio datus Præceptor morúmque Formator, eidem anno ſæculari ſacro CIↃ. IↃ. LXXV. Romam religionis ergo contendenti adjungitur Comes, mortuóque Romæ *Carolo*, *iter illud omne pompámque ac vitam Caroli complexus eſt libro ſingulari ſcripto ab* HERCULE PRODICIO *titulo. Antverpiæ typis Plantin. anno* 1587. *in* 8*vo.*

THEMISDEA, ſive de lege divina, & Mythologia in quatuor anni tempora. ibid. 1568. *in* 8*vo edita eſt.*

VALERIUM MAXIMUM ad MSs. Codices emendavit, & annotationibus illuſtravit. ibidem 1567. *&* 1574.

Denique Faſtos Capitolinos ſupplevit, & Annales Magiſtratuum urbis Romæ Tomis III. concinnavit. Prior Tomus editus 1599. *in fol. typis Plantin. Reliquos recenſuit, auxit, illuſtravit And. Schottus S. J. typis iisdem* 1615. *in fol.*

Eoſdem Faſtos Magiſtratuum poſtmodum Theſauro Antiquitatum ſuarum Romanarum inſerunt GRÆVIUS Tom. XI. p. 174.

Obiit Canonicus & Scholaſticus Sanctenſis in Clivia CIↃIↃCIV. XIV. Kalend. Novembr. ætatis LXXXIV. Vixit ad extremum vitæ diem valetudine firmâ, ſtudio indefeſſo, Ordinis & Statûs Eccleſiaſtici obſervantiſſimus, amicus omnibus, moleſtus nemini. Vitam illius ſcripſit *Joannes Winterus* Canonicus & Officialis Sanctenſis Annalibus præfixam.

Foppens Bibliotheca Belgica.

SUFFRIDUS PETRUS Leovardienſis, Friſius, naſcitur anno CIↃIↃXXVII. Hiſtoricus, Orator, Poëta linguarum Græcæ atque Latinæ peritiâ inter ævi ſui primos fuit: ad quarum profeſſionem Lovanio Erphordiam Thuringorum evocatus, *Eobano Heſſo* ſucceſſit. Relictâ Erphordiâ, Ant. Perrenotus Cardinalis Granvellanus eum in familiam adoptavit, ut illi à Bibliotheca & ſecretis eſſet; contubernalem nactus Stephanum Vinandum Pighium Lovanium reverſus, ductâ uxore, ibidem juris titulum & inſignia anno CIↃIↃLXXIV. accepit, & aliquantiſper in Collegio Trilingui Buſſidiano ſatis frequenti, ſi tempora ſpectes, Auditorio linguam Græcam docuit, dum *Theodoricus Langius* ſaxum hoc volveret, ſcipione mens & cæcutiens. Hinc ad publicam juris profeſſionem anno CIↃIↃLXXVII. Coloniam evocatus eſt, Ordinúmque Friſiæ Hiſtoriographus nominatus, atque elatâ uxore ad XII. Apoſtolos Canonicus, & Burſæ ſeu Gymnaſii, quod à Coronis retinet nomen, Præſes fuit. Vir ſtudii indefeſſi, tenacis memoriæ atque hiſtoriæ, quâ legendæ, quâ ſcribendæ ità addictus, ut ne horam quidem ullam ſineret labi, quam non literis impenſam doleret. Scriptorum illius hic eſt ſyllabus. E Plutarchi moralibus hæc ab eo verſa Latinè ſunt:

Septem Sapientum convivium.

An ſeni ſit adminiſtranda Reſpublica?

De parentum erga liberos naturali benevolentia.

Diſputatio de ſymbolo &c. Erphordiæ 1558. *in octavo.*

Item, utrùm ignis an aqua utilior ſit?

Utrùm Athenienſes bello an ſapientiâ clariores extiterint?

Diſputatio de primo frigido, & quæſtiones Platonicæ. 1559. *in* 8*vo.*

De educandis liberis. Baſil. 1551. *in* 8*vo cum ſcholiis.*

De Iſide & Oſiride, de eſu carnium. Lovanii 1564. *in* 8*vo typis Bogardi.*

Hermiæ Sozomeni Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Libri tres poſteriores Coloniæ 1570. *in folio, & Lovanii in* 8*vo apud Saſſenum.*

Athenagoræ Apologia pro Chriſtianis, cum ſcholiis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scholiis uberioribus. Coloniæ 1567. in 8vo typis Birckmannicis.

Scripsit ipse Orationes V. de utilitate multiplici linguæ Græcæ. Basil. 1566. in 8vo apud Oporinum.

Orationem pro reformatione Universitatis Erphordiensis. Erphord. 1566. in 8vo.

Orationem de legum Romanarum præstantia, Lovanii habitam. Antverpiæ 1571. in 8vo apud Plantinum.

Carmen gratulatorium in electionem Kiliani Vogelii Montis S. Petri, apud Erphordiam Abbatis. Erphordiæ 1558.

Præterea D. Hieronymum, Gennadium, Honorium & Sigebertum de Scriptoribus Ecclesiasticis recensuit. Coloniæ 1580. in 8vo Cholini typis.

Martini Poloni Chronicon ope MSS. Codd. à mendis vindicavit. Antverpiæ 1574. in 8vo typis Plantini.

Joan. de Beka Chronicon Episcoporum Ultrajectensium & Comitum Hollandiæ ab anno Domini CIↃCCCXLV. usque ad annum CIↃIↃLXXIV. deduxit, edidit à Suffridi morte Bern. Turnebus Franck. 1614.

Appendicem ejusdem ad Chronicon Episcoporum Leodiensium à Joanne Bavaro usque ad Erardum à Maria, nimirum ab anno CIↃCCLXXXIX. ad annum CIↃIↃV. luci asservit Joannes Chapeavillius.

Chronicon Ducum Brabantiæ vetus ad sua usque tempora à Suffrido deductum legitur Leovardiæ, cum reliqua ejus Bibliotheca.

Cœperat M. T. Ciceronis Opera omnia ad fidem MSS. Codd. emendare, adjectis emendationum rationibus, è quibus officia, Catonem, Lælium & paradoxa excudit Oporinus Basileæ 1568.

Denique Frisiæ suæ ornandæ atque illustrandæ dedit de antiquitate & de origine Frisiorum Lib. III. Colon. 1590. in 8vo.

Pro antiquitate & origine eorundem, cum probatione Bern. Furmelii, adversus Ubbonem Emmium Franck. 1613. in 4to.

De Scriptoribus Frisiæ Decadas Colon. XVI. 1593. in 8vo, quo tamen libro plerosque fictitios Frisiæ Scriptores, credo è malæ fidei Annalibus Frisius commemorat.

Moritur Coloniæ anno CIↃIↃXCVII. X. Kalend. Februarii, sepultus in Æde XII. Apostolis sacra. Epitaphium populari & amico scripsit *Gauko Gaukema*, Frisius, Canonicus Aquisgranensis.

D. O. M.

Ah nimis abjectè jacet hîc tegitúrque Sufridus,
Æternum decus, urbs ô Leowarda, tuum.
Ille suis vivens te vexit ad æthera scriptis
Frisia: debueras ponere tu lapidem.
Non factum: ergo ne usque viri ossa inhonora laterent,
Gaukema pro meritis præstitit officium.

SUFFRIDO PETRO,
Leowardiensi Frisio,
U. J. C. doctissimo,
Græcæ linguæ scientissimo,
Libris multis editis clarissimo,
Tribus Pontt. Maximis,
Et S. R. E. sui temporis præcipuis
Cardinalibus ob doctrinam charo,
Frisiorum Historico,
Hujus Ecclesiæ Canonico,
Populari optimè de se merito
Gauko Gaukema Frisius, Canonicus
Aquisgran. pietatis ac memoriæ causâ
A. M. F. curavit
Anno MDCXI. mense Quinctili.
Decessit hydropicus
Die Jovis X. Kal. Februarii
Anno Christiano MDXCVII.
Horâ nonâ matutinâ
Sub Clemente VIII. Papa
Rudolpho II. Imperatore,
Ernesto Bavaro Colon. Archiepiscopo,
Et Ferdinando Bavaro,
Ejusdem Archi-Episcopi Coadjutore,
Cùm vixisset annos LXIX.
Mens. VII. dies VIII.
Elatus ipsâ Conversionis Pauli.
R. I. P.

Foppens Bibliotheca Belgica.

T.

TACKIUS Duisburgensis vixit sub initium sæculi hujus. *J. D. von Steinen in originib. Historiæ Westphal. fol. 52.* refert se à celebri Domino Hâsbart Clivîâ accepisse aliquod manuscriptum ejus, sub hoc titulo:

Civitatis Duisburgensis, quod vetus Teutoburgum est, primordia, rerumque ejus historicarum testimonia.

In iis historia Civitatis Duisburgensis ad annum 1614. Latino idiomate paginis 40. describitur, multipléxque notitia suppeditatur.

THEODORICUS de AQUIS natione Germanus, Carmelita Colonienſis, Doctor Theologus electus, Provinciæ Narbonæ Provincialis Avenione in Capitulo Generali 1451. celebrato. Verosimiliter scripsit

Vitam S. Alberti Drepanensis, quam ex Autographo descripsit R. P. Jacobus Emans Ex-Provincialis Alemanniæ inferioris, ut ipse testatur in Epistola Aquisgrano data die 7. Septembris 1663, ubi fatetur, stilum Authoris esse simplicem; sed indulgendum simplicitati & humilitati istius sæculi XIV. Hanc enim vitam conscripsit Theodoricus circa annum Christi 1394. Hunc autem de familia Lützenrath orundum esse existimat R. P. Emans, & more veteri non ex familia, sed ex loco originis nominâsse de Aquis: quia Aquisgrani natus erat. Hec vita etiam extat in codice manuscripto Conventûs Mechlinienſis, cui nomen Authoris adscriptum non est. Daniel à V. Maria in Speculo Carmelit. pag. 624. & 25. n. 2163.

THEODORICUS BOELAERT Calcariæ Clivensis Ducatûs oppido natus, & ibidem Ordinem Prædicatorum professus vivebat adhuc anno 1642, annum ætatis 77mum, professionis 55tum agens. Scripsit

Relationem æruminarum, quas Sodales Calcarienſes perpessi sunt ab anno 1636, quo ex suo Cœnobio ab Hæreticis Hassici exercitûs expulsi fuerunt ad annum 1662, quo vi literarum Regis Franciæ Ludovici decimi quarti ad Landgravium Hassiæ datarum in domum suam fuêre restituti.

Hanc relationem integram inseruit R. P. Bernardus de Jonghe Belgio suo Dominicano à pag. 318. ad 324. sanè curiosam, & rerum gestarum simplici narratione eò magis gratam.

Echard & Quetif. Scriptores Ord. Prædicat.

THEODORICUS GANGELT Ordinis sancti Benedicti, scripsit edidítque

Vitam & Regulam sancti Benedicti. 1730. Bonnæ in 8vo.

Eadem Germanicè in 18vo ibid. 1731.

THEODORICUS de GOUDA (oppidum Hollandiæ, ubi ortus est) sacræ Theologiæ Doctor Colonienſis, Provinciæ Alemanniæ inferioris Provincialis; hic se strenuè gessit contra Hæreticos, dum in Germania religio orthodoxa ubique impugnaretur, diversa contra Hæreticos edidit volumina, quibus eos oppugnavit. Ejusdem Theodorici operibus aliquando usa fuit alma Colonienſis Universitas, cujus causâ ablegatus fuit ad Universitatem Parisiensem in causa fidei super condemnatione improbissimi & impurissimi Speculi oculatis Magistri Joannis Reuchlini, de qua sua legatione Theodoricus conscripsit

Libellum per modum Epistolæ, quam dicavit Henrico de Geleen Ss. Theologiæ Doctori. Obiit 1539. 1. Septembr.

THEODORICUS GRESEMUNDUS de Meschede Archi-Diœcesis Colonienſis, Frater Godeschalci, & Filius Friderici (de quibus suo loco) artium & medicinæ Doctor, vir undequaque doctissimus. Inter alia composuit elegantem Tractatum

De regimine sanitatis tempore pestis.

Trithemius L. de Scriptoribus Ecclesiasticis. Serarius L. 1. Mogunt. C. 40. Hamelmannus illustr. viror. Westphaliæ L. IV. 1564.

THEODORICUS GRESEMUNDUS de Meschede urbe Ducatûs Westphaliæ, Filius Theodorici jam laudati, vix tria ætatis lustra implet, quùm admirandum adolescentis ingenium, & singularis tum eruditio, tum eloquentia multos provectæ ætatis Doctores etiam longè præcellit. Cujus ad me *(ait Trithemius L. de Scriptoribus Ecclesiasticis)* extat liber insignis *de septem artibus liberalibus*, impressus Moguntiæ anno 1494. typo Petri Friedberg in quarto. Fuit juris utriusque Doctor, scripsit etiam tam ad me, quàm ad alios penè infinitas Epistolas cujuscunque argumenti ornatissimas, variasque orationes Ciceronianam dissertitudinem præferentes, adeò, ut velut alter Adeodatus, Augustini quondam sanctissimi filius, suo ingenio & scribendi argumentandique promptitudine ac solertiâ multis etiam doctis viris sit admirationi. Eadem pluribus persequitur Trithemius *in catal. viror. illustr. Serarius L. 1. rerum Moguntiacarum C. XL.*

Historia Crucis miraculosæ Moguntinæ eleganti carmine adscripta à Theodorico Gresemundo juniore, anno MDLXIV. excusa fuit, & scholiis locupletata.

Vitam in Universitate Moguntina transegisse videtur, ubi LL. Doctor, & Canonicus sancti Stephani, ac deiu Scholasticus fuit electus 1510. 21. Junii, promotus Pro-Vicarius & Judex Generalis A. C. 1512.

Catalogus Episcoporum & Archi-Episcoporum Moguntinorum ab eodem Theodorico scriptus laudatur ab Francisco Irenæo, Latomio, ac demum à CC. D. Joannis Dasseri de doctis Moguntinis & in præfat. Tom. 1. rerum Moguntiacarum, & de Avitis Moguntinis.

THEODORICUS LOEHERIUS Stratis in Brabantia ortus, in Cartusiam Colonienſem calcato sæculo se abdidit anno 1520. 10. Januarii, Sacristiæ munus adiit anno 1525, Vicarii 1530. *(ut notat M. Mörckens in Cartusiographia.)* Ea inter officia laboriosam Provinciam edendorum omnium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnium operum Dionysii à Rickel suscepit ingenti spiritu & ferreo labore perfecit, vel hoc solo titulo bene meritus de republica literaria. Innotuit ex his monumentis vastum viri ingenium & zelus ingens pro DEI domo. Itáque sub annum 1539. in Saxoniam, quo laborantibus Hæreticorum furore & deprædatione fratribus succurreret, accitus fuit postulantibus fratribus. Hildesiensis Domûs Prior fuit, & Provinciæ visitandæ Præfectus. Constantia & integritas viri Hæreticorum odia & calumnias, uti fit, acuit: negavit enim verò pede uno se cessurum, nisi vi à factione Lutherana dejiceretur è statione avita. Ex Saxonia in Franconiam anno 1543. profectus pari robore Harpyis Lutheranis sese opposuit: confidentiâ enim admirabili in DEUM & doloris contemptu occupatas jam domos Caroli V. Augusti authoritate munitas recuperavit, accitis undequaque supplementis. Ejus unius industriæ debetur servata ea, quæ supereſt Alemanniæ inferioris portio. Imperatori apprimè carus erat, à quo ad Ecclesiastica negotia & consilia adhibebatur; expertus enim erat promptum & solidum viri rebus in arduis ac difficillimis pectus & infractum adversis animum. In Conventu Augustano adeò captus est Imperator heroicâ & sapienti Theodorici consultatione, ut togam auro intertextam sibi detraxerit, & eâ Locherium donaverit, quam ille in Christi altaria vestienda convertit. Hæc externis, suis idem religiosâ disciplinâ excolendis & perficiendis collatâ sibi à Capitulo Generali Visitatoris potestate perinde profuit. Acciderunt perpetuæ hæ curæ vitam religiosissimi Patris Heidelbergæ VII. Kalend. Septembris anno 1554. Fratres duos Brunonem & Hugonem exemplo suo ad claustrum sacrum pertraxit, & domesticæ sanctimoniæ optatus Magister fuit. Eluxit in iis virtutis & religionis amor, conjunctus cum insigni in Superos pietate & mortificatione exterioris interiorisque hominis.

Præter præfationes prolixas in varia opera Dionysii antonomasticè Cartusiani edidit

Vitam ejusdem Dionysii impressam Coloniæ 1532. apud Caspar um Gennepæum, & scholiis illustratam à Bolando ad diem 12. Martii pp 245.

Miracula, quæ in St. Eucharistia Bruxellis acciderunt, impressa Coloniæ 1532. per Joan. Dorstium in 8vo.

THEODORICUS à Monasterio, ab aliis ratione originis paternæ *ab Osnabrugo* nuncupatur. Post studia humaniora primùm assumpsit institutum sancti Augustini, quod *Eremitarum* dicunt. Dein ad Fratres Minores de Observantia transiit, apud quos celebris Præco verbi divini in vinea Domini egregiè laboravit, & insignes fructus protulit, potissimùm apud Belgas. Anno Domini 1497. Guardianus Conventûs Fratrum Minorum sanctæ Mariæ de Angelis apud Castrum Brulense renuntiatus, varia conscripsit devota opuscula ad nutum Serenissimi Domini Hermanni ab Hassia Episcopi & Electoris Colonienſis, Conventûs Brulensis Fundatoris, unum sub titulo *de Passione Domini.*

Succinctum Catechismum, speculum Catholicum nuncupatum, multorum suffragiis commendatum, variis locis impressum, novissimè & Coloniæ typis Arnoldi Metternich 1708. editum.

Hunc librum videntur quidam æmulatores & adversarii fuisse insectati: ideò Reverendus Episcopus David de Burgundia, postquam inaudiit, & ex certis literis accepit sapientes Doctores Colonienses & Lovanienses ingentem diligentiam impendisse, ut prædictum Fratrem Theodoricum de Monasterio, ejúsque librum ordine juris servato & cum veritate tutarentur, & contra inimicos atque æmulos propugnaturi essent, dictus Episcopus per omnia Capitula Ultrajectensis Diœcesis mandavit in virtute sanctæ obedientiæ, quod tantundem valet, ac si sub pœna banni præcepisset, prædictum Fratrem ejusdémque librum & doctrinam non contemnendam, sed magnâ reverentiâ & honore æstimandam, quin cupit se participem fieri sermonum, bonorum operum & fructuum, quos in multis Provinciis & civitatibus progignit. Hæc præmittitur impressioni Lugdunensi apud Joannem filium Matthiæ. Approbatum Speculum Christianorum per R. D. Henricum Hulsman Licentiatum in divinitate. Hæc editio videtur antiquior.

In Cartusia Coloniensi pulpiti OO. numero 204. M. Theodorici de Monasterio de indulgentiis & participationibus.

In eadem Cartusiæ classe O. MS. n. 188. Sermo Theodorici de Monasterio ad Sigismundum Regem Romanorum.

Obiit, postquam fuit Guardianus in Conventu Antverpiensi & Brootendalensi, sive Vallis Pœnitentiæ; tandem in Lovaniensi plenus dierum octogenarius religiosè obiit anno 1515. Hinc patet, alium fuisse Theodoricum de Monasterio sacræ Theologiæ Professorem Coloniæ Agrippinæ, & quondam hujus studii Vice-Cancellarium, pro cujus anima anniversario mortis die in libro quodam decanali primo p. 86. legitur dicta fuisse Missa solemnis anno MCCCCXXV.

Bibliothecæ Heilsbronnensis Hockeri. Norimbergæ 1731. in folio. Sectio posterior codicum chartaceorum pag. 109. 110. continetur Th. de Monast. Ambaletatoris Univ. Colon. num.

XXV. Sermo factus in Constantia anno 1415. per M. Theodoricum de Monasterio p. 209. *Ecce nunc dies salutis*, 2 Cor. 6.

Varii sermones habiti in Concilio Constantiensi.

XXVI. Sermo factus 1416. per M. Theodoricum de Monasterio Constant. B. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*, Joan. 8.

Hockerus Bibliothecæ Heilsbronnensis.

THEODORICUS de MONTE Rector Sacelli sancti Benedicti in urbe Tremoniensi. Non passus est hic post obitum antecessoris Henrici de Korne suam desiderari opellam in augenda Tremoniensi historia.

Orig. histor. Westphal. J. D. von Steinen fol. 5.

THEODORICUS de SUSTEREN à patria sic nuncupatus (oppidum est ditionis Juliacensis non procul à Zitterdia) Coloniæ Prædicatorum Ordini nomen dedit, ubi & sacræ Theologiæ Magister promotus, & studii Regens pluribus annis & diutiùs Prior erat, sancti Thomæ doctrinæ pro more totius Ordinis mirùm affectus; vivebat etiamnum anno 1509. Ejus curis hæc sancti Doctoris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ctoris opera prodierunt ad codd. MSs. recognita, & à typorum mendis expurgata.

Summa contra gentes. Coloniæ apud Quentel 1499 & iterum 1509. in folio.

Quæstiones disputatæ duobus voluminibus, ibid. 1499. in folio. Quæ editio reperitur apud Prædicatores Rotomagenses.

THEODOKUS DULMAN anno 1598. natus Coloniæ Agrippinæ Patre clarissimo, Henrico, senatorii Ordinis viro, Matre Catharina Scheiffs, avis Theodoro Senatore Agrippinensi, & Gertrude ab Oeckhoven, lectissimâ Matronâ ex consulari gente. Societati JEsu se applicuit anno 1612, & votorum quatuor solemni voto se adstrinxit. Post traditas literas humaniores & Mathesin annis aliquot Latinè dixit ad Academicos Ubios, postea vernaculè in Ædc Metropolitana Coloniæ, Treviris & Confluentiæ insigni zelo atque fructu. Rexit Collegium Aquisgranense, & à Præposito Provinciali adlectus in socium itinerum ac curarum, magno ei adjumento fuit: enim verò sui semper similis extitit, serius, recti tenax, instituti ac religiosæ disciplinæ amans, orationi perquam addictus, cui ultra horam matutinam omnibus communem adjiciebat alteram post meridiem. Postremis annis, cùm ob tumorem manuum, aliáque corporis fatiscentis incommoda ad aram amplius facere non posset, quotidianâ tamen expiatione & sacrâ synaxi id compensare studuit. Demum septuagenarius levi febriculâ & stomachi dejectione correptus, magnâ in DEUM fiduciâ ad illa verba: *Cor contritum & humiliatum DEUS non despicies*, placidè expiravit Coloniæ die 8vâ Januarii 1668. Edidit Latinè

Tractatum de Oratore Christiano. Coloniæ typis Friessem anno 1646. in 12mo, rursum 1651. pag. 216.

Peregrinum Christianum, Christlichen Wandersmann. Coloniæ apud Herm. Mylium 1646. in 8vo Germanicè pp. 52.

Commentationes de amore DEI super omnia, Latinè. Coloniæ apud Friessem 1664. in folio.

Amussim Christianæ conversationis, des Christlichen Wandels Richtschnur, oder von der Ubung des Göttlichen Wohlgefallens ausführlicher Bericht, in 8vo pp. 567. typis Herm. Mylii 1646.

THEODORUS ECKERT scripsit, & typo vulgavit

Poëticum antiquioris mundi Theatrum, quo celebriores in veteris Testamenti historia personæ singulis distichis comprehenduntur. Coloniæ apud viduam Petri Metternich 1641. in quarto, zwey Bogen.

THEODORUS FABRITIUS Hebraïcam linguam docuit in Universitate Coloniensi initio sæculi XVI, ejusdémque discendæ methodum à se adornatam typo vulgavit: verùm cùm Rector Universitatis Theodorus Schiderich, qui Hermanno V. Wiedano Electori à secretis erat, cum Decanus Facultatis artium & DD. Provisores advertissent sub prætextu Hebræ Grammaticæ venditari Lutheranas hæreses, prohibuerunt eum publicâ in scholis artium cathedrâ; sed pro more genióve indocilium Hæreticorum privatim discipulis conquisitis docere perrexit. Quare ad Curiam citatus coram DD. Provisoribus & Vice-Cancellario Jodoco ab Erpach citatus, causam dicere coactus est, quâ audità, dimissus fuit anno 1527 VI. Kal. Decembris, & omni privatâ publicâve docendi facultate mulctatus sub arbitraria pœna: nec huic decreto paruit, sed anno 1528. iteratas de eo querimonias lego *in Annalibus Facultatis artium.* Quid subin misello factum sit, non legi. Editæ sunt

Theodori Fabritii institutiones in linguam sanctam, cum ejus tropis loquendique proprietatibus conjunctæ. Coloniæ apud Joannem Soterem 1528. in 4to pp. 91.

THEODORUS GRAMINÆUS Ruræmundanus, Mathematum Professor in Universitate Colonienſi. Edidit

Enarrationem uberem in Joannem de Sacro-Bosco. Coloniæ 1567. in 8vo apud Alectorium.

Orationem in Isaiam Prophetam sex dierum Geneseos. ibid. 1577. apud Graminæum.

Speculum mundi de minitante Cometa 1577. ibid. 1578. in 4to apud Alectorium.

Explicationem physicam Cometæ 1580, & ejusdem cum eo, qui anno 1577. apparuit, analogicam collationem. ibid. 1581. in folio.

Exhortationem de exequenda Calendarii Romani correctione ad sacram Cæsaream Majestatem & Imperii Principes. Dusseldorpii 1583. in 4to.

Theodori Graminæi Entscheidung der Frag, ob Käyser und Reichs-Stând sich anno 1530. zur Augspurgischen Confession oder zur alter Catholischen Religion bekennet und gezogen. Dicatur liber dem Hertzogen Wilhelm zu Gülich, Cleve und Berge, und dessen Sohn Johan Wilhelm Hertzogen.

Extat MS. in Bibliotheca Gymnasii Laurent.

Mysticum Aquilonem, sive declarationem vaticinii Jeremiæ: Ab Aquilone pandetur omne malum, &c. nimirum hæreses omnes ab aquilonari mundi plaga semper prorupisse. Coloniæ 1576. in octavo.

Prodromum Antichristi. ibid. 1578.

Foppens Bibliotheca Belgica.

THEODORUS HARLEMIUS Batavus, sacræ Theologiæ Licentiatus Parisiensis, & Cartusiæ Colonienſis Alumnus. Scripsit & reliquit

Sermones nonnullos. Item

Epistolam de solitudine ac silentio Cartusiano cuidam inscriptam. MSs. Coloniæ. Ex Petreio Val. Andreæ.

THEODORUS HOEPINGHIUS Susatensis. Ejus studio prodiit heraldicum opus insigne:

De insignium sive armorum prisco & novo jure Tractatus Juridico-Historico-Philologicus, Authore Theodoro Hoepingh Susatensi Westphalo, J. U. Doctore, Imperialis Cæsareique apud Fridburgenses Castri Advocato & Syndico 1639.

Datus

Dicatus Ferdinando III. Augusto. Editus 1642. Norimbergæ, iterum 1662. ibid.

Consilia sive responsa juris posthuma. Francofurti 1654. in 4to.

De prisco & novo jure sigillorum. Norimb. 1642. in 4to.

Claude François Menestrer de la Compagnie de Jesu, in tractatu originum de armariis.

THEODORUS HUNKIRCHEN, Sacellanus sancti Laurentii Parochiæ Colonienſis, ſcripſit

Gewisse Hulff, versicherter und unvergleichlicher Schatz im Leben und im Tod, vermittels einer neun-wöchentlichen und neun-tägigen Andact zu den neun Chören der heiligen Engelen, mit Verehrung der H. Dreyfaltigkeit &c. Cöllen bey Peter Pütz 1725. pp. 263. in 12mo minore.

1726. *Das wunderthätige Leben des heiligen und grossen Patriarchen Francisci de Paula, Stiffter des heiligen Ordens der mindesten Brüderen, wie auch die dreyzehn Freytägige Andacht zu Ehren Christi und der heiligen zwölff Apostelen, welche von dem H. Francisco de Paula ihren Ursprung genohmen, und von vielen hohen und niederen Stands Personen, wie auch gekrönten Haupteren, und so gar einigen Römischen Päbsten mit sonderbarem Nutzen und Trost in unterschiedlichen Nöthen und Anligen gehalten worden. Anbey die Regel oder Weiss zu leben des dritten Ordens S. Francisci de Paula, sampt dem kürtzlich verfaßten Leben des H. Francisci von Sales, dieser dritten Regel einverleibten Mit-Bruders, mit angehenckten andächtigen Morgens- und Abends-Mess-Beicht- und Communion-Gebetteren; zusammen getragen von Theodoro Hunkirchen, S. Laurentii binnen Cöllen Sacellano, und obgemelten heiligen Ordens Tertiario. Gedruckt zu Cöllen bey Matthias Randerath unter Helmschläger 1726. cum permissu Superiorum in 8vo pp. 272. Approbârunt Hargardt & Molitoris.*

THEODORUS MENSINCK florebat exeunte sæculo XVII. Artes & Philosophiam in Gymnasio Laurentiano didicit sub Magistro Wernero Francken, cui subin sacræ Theologiæ Doctori, Collegiatæ Ecclesiæ sanctorum Apostolorum Decano, & B. M. V. ad Indulgentias Parocho dedicavit scriptam à se collationem de novi Testamenti Sacerdotio. Idem in Collegio Hollandorum Coloniæ Ss. Wilibrordi & Bonifacii titulo noto, Alumnus educatur, & primam hostiam litat sub Præside Henrico Patritio sacræ Theologiæ Doctore, cui post Archi-Presbytero & Canonico Collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ Virginis ad Gradus dedicavit librum de novi Testamenti Sacerdotio olim ab Joanne Mensingio Ordinis Prædicatorum scripto. Fuit demum Belgicæ missionis Presbyter. Hæc nec plura de hoc viro *ex præfationibus librorum* vel Scriptorum, vel ab aliis scriptorum, sed hujus operâ recusorum elicere potui ad hunc diem 23. Sept. 1744.

1681. *Novi Testamenti Sacerdotium, studio Ven. Patris & Eximii Magistri nostri Joannis Hostii, Agrippinatum Theologi, ac Prædicatoris celeberrimi ex sacra Scriptura probatum, atque è sanctorum Patrum monumentis confirmatum, hoc novi ornatûs cultu nunc castigatius prodit industriâ Theodori Mensinck Doctoris. Coloniæ apud Petrum Ketteler 1681. in 16to pp. 124. à pag. 124. incipit collatio secunda Reverendi Domini ac Magistri Theodori Mensingii de novi Testamenti Sacerdotio à pag. 124. ad 330. Utramque collationem dedicavit Wernero Francken; sed in fronte libri mentionem facit solius opellæ Joannis Hostii, de quo vide suo loco & primæva editione anni 1532.*

1681. *Novi Testamenti Sacerdotium zelo Ven. Patris & Eximii Magistri Joannis Mensingii, Saxonum quondam Theologi ac Prædicatoris celeberrimi adversùs Martinum Lutherum in sacra Scriptura propugnatum, hoc novi ornatûs cultu nunc castigatius prodit industriâ Theodori Mensingii Doctoris. Coloniæ apud Petrum Ketteler 1681. in 18to pp. 277.*

Elogium Joannis Mensingii vide inter Scriptores Ordinis Prædicatorum apud Echard & Quetif. Tomo II. p. 84.

THEODORUS PETREIUS Campenſis Transisalanus, Swollæ ac Daventriæ literis politioribus pro ætatis captu probè instructus, Coloniæ Agrippinæ Philosophi titulum & insignia consecutus est, ibidémque anno 1586. Cartusianorum institutum anno duodevicesimo amplexus est. Multa scripsit, nonnulla ab aliis scripta Latinè vertit, quo ad plures manaret utilitas; quædam etiam ex sanctis Patribus concinnavit Hæreticis nostri temporis refutandis utilia, Ecclesiæ orthodoxæ propugnandæ ac stabiliendæ necessaria. Ejusmodi sunt:

Confessio Gregoriana ex scriptis D. Gregorii M. Coloniæ 1597. in 8vo apud Quentelium.

Confessio D. Cypriani & Tertulliani. Parisiis 1603. apud Nivellium.

Confessio D. Bernardi. ibid. 1606. apud Ant. Hieratum.

Confessio B. Leonis Magni. Coloniæ 1604. apud Mylium.

Demonstratio fidei orthodoxæ Franc. Costero S. J. Authore. Coloniæ 1607. apud eundem.

Petri Dorlandi Chronicon Cartusiense nobis illustratum, ibid. typis Cholini 1608. in 8vo.

Conciones in anni totius Dominicas & Festa. ibid. 1608. in 4to apud Hieratum.

Bibliotheca Cartusiana, sive illustrium Ordinis Cartusiani Scriptorum Catalogus. Coloniæ 1609. in 8vo typis Hierati. Quam D. Mörckens supplevit & correxit.

Hæreticus araneus, ex cujus naturâ & indole universa hæreseos œconomia & techna liquidò lepidéque demonstrantur, Authore R. P. Joanne David, Soc. JEsu Sacerdote, primùm quidem Belgicè editus; nunc verò à F. Theodoro Petreio

Unitate donatus. ibid. typo Joannis Kinckii 1609. in 12mo pp. 514.

Sylvæ anachoreticæ Libri VI. cum iconibus à Raphaele ac Joanne Sadeleris Fratribus in æs incisis.

Harmonica IV. Ecclesiæ Occidentalis Doctorum confessio, Augustiana, Wittenbergica, Smalcaldica & aliis Pseudo-Evangelicorum confessionibus opposita.

D. Brunonis Cartusianorum Patriarchæ opera omnia, studio Petrei. 1610. typis Bernardi Gualteri.

Lapis Lydius. Coloniæ 1610. in 12mo.

Chronologia Summorum Pontificum & Romanorum Imperatorum. in 4to ibid. 1626.

Catalogus Hæreticorum ab ipso Christi ævo ad hæc tempora. 1628. in 4to.

Labyrinthus Hæreticorum. Coloniæ.

Val. Andreæ Biblioth. Belg.

THEODORUS PULMANNUS Cranenburgius, ditionis Clivensis, Archi Diœcesis Coloniensis, primùm Fullo, post otium nactus, literis, inprimis Poëtis, se dedit. Salmanticæ in Castellæ regno diem vitæ clausit extremum.

Omnes pene Poetas Latinos ad veteres codices comparavit, & scholiis ex Turnebi adversariis, Victorii variis aliisque illustravit, ac Plantini typis evulgavit. Item

Poetarum flores ab Octaviano Mirandula collectos floridiores & auctiores fecit Belleri typis 1568. in 8vo Antverpiæ.

Oratio de S. Theologiæ studiis & Collegiis, habita in Collegii Theologici Agrippinensis inauguratione XI. Julii 1578. a Theodoro Riphan.

Val. Andreæ Biblioth. Belg.

THEODORUS RHAY natione Germanus, patriâ Resensis, in Clivia Archi-Diœcesis Coloniensis natus anno MDCIII. mense Martio, Societati Jesu se aggregavit anno 1622. 30. Octobris, & tria vota solemnia professus est anno 1643. 31. Maji. Collegio Marcoduranо octennium præfuit, Residentiæ Sulzbacensi quadriennium, juniorum Principum Neoburgi & Juliæ Instructor aliquot annis fuit. Vir consilio promptus, in executione strenuus, in conversatione affabilis, in miscendis de DEO colloquiis eloquens, Principibus summisque viris mirificè gratus, pietatis erga sanctam Annam Christi aviam & rurelarem urbis Marcoduranæ studiosus, dum secundò regeret Marcoduri Collegium, inter acerbissimos febrium dolores & crebra ad Deum & Cælites suspiria religiosè obiit die X. Martii 1671. Edidit

Descriptionem REGNI THIBET Latinè. Paderbornæ typis Henrici Pontani 1658. in 4to.

Relationem rerum mirabilium regni Mogor, Latinè. Neoburgi 1663. in 4to.

Arcam alteram Noë profano-sacram. Coloniæ anno 1665. in 8vo typo Wilhelmi Friessem pp. 428.

Amicam litem de præcipuis controversiis fidei, Germanicè. Coloniæ apud Wilh. Friessem 1665. in 12mo.

Confusam confessionem Frementium seu Quackerorum, Germanicè. Coloniæ typis isdem 1666. in 12mo pp. 536. Dicatus liber Decano & Collegiatæ Ducalis Ecclesiæ Dusseldanæ; scribebat enim in ea urbe hunc librum.

Animæ illustres Juliæ, Cleviæ, Montium, Marchiæ, Ravenspurgi, Mœrsæ, annexarumque Provinciarum è monumentis calamo P. Theodori Rhay S. J. redivivæ. Accesêre Palatini sanguinis Principes Clivi, Neoburgi ad Danubium apud Joannem Strasser 1663. in 4to pp. 236.

THEODORUS STRAITMANNUS Gelder. JCtus, post lustratas Italiæ Galliæque Academias Coloniæ in Ubiis larem fixit, Doctorem Præceptorémque suum laudat Cujacium.

Harmonia titulorum utriusque juris.

Conciliatio legum pandectarum. Coloniæ 1571. in 8vo typo Gymnici.

Val. Andreæ Biblioth. Belgica.

THEODORUS WESTHOFF Tremoniæ annis septem Scriba. *Chronicon satis prolixum scripsit, posteritique reliquit. De quo D. Thomas Mulher refert sequentia: Anno 1551 die jovis ante Pentecosten peste sublatus est D. Westhoff Scriba. Hic ex antiquis annotationibus Chronicisque Tremoniensis Chronicum, quod adhuc apud inclytum & spectabilem Magistratum, sed mutilatum reperitur, & a D. Mulher resarcitum, & pro viribus completum est Germanicè in folio conscripsit.* Vir hic fuit admodùm industrius, multaque in literas misit. Hic Tremoniæ ab anno 1544. ad 1551. insigni cum fama officium Scribæ tractavit. Testatur Joan. Theod. von Steinen se Chronicon à D. Mulher perfectum, & propriâ ejus manu descriptum, & præcipuarum familiarum, quæ ab initio Tremoniæ habitârunt, insignibus exornatum à defuncto D. Zacharia Lobeken Equitum Magistro, & perquam celebri Advocato Tremoniæ accepisse, & cum suo exemplari contulisse. pp. 200. Incipit Chronicon à temporibus Caroli Magni ad annum 1601.

Orig. Histor. Westphal. J. D. von Steinen fol. 10, 11 & 12.

THOMAS AUBELL Matheseos & Medicinæ Professor in Universitate Coloniensi, cujus tertium gessit supremos fasces, primò in locum Thomæ Fluggenii, sacræ Theologiæ Licentiati, Parochi sancti Pauli, Canonici ad Gradus beatæ Virginis Mariæ. Electus fuit Rector Magnificus anno 1607. 9. Octobris, summóque Literatorum tribunali præsedit ad diem 9. Octobris anni sequentis; cùm subin anno 1607. 23tiâ Martii magnificus D. Joannes Firzerus sancti Cuniberti Pastor & Decanus ex peste obiisset, subrogatus fuit Thomas noster, & ad diem 20. Decembris anni hujus insignia regundæ universæ Reipublicæ literariæ penes se habuit. Demum anno 1612. 9. Octobris tertiò creatur Rector Magnificus, & veteri

veteri ſtilo vix trimeſtri elapſo abdicavit Magiſtratum primò 20. Decembris anni hujus ſucceſſorem habuit Melchiorem ab Hittorp. Editus ab eodem

Tractatus de peſte ex anthematibus & anthracibus, atque de methodo in febris peſtilentis & aliorum id genus morborum curatione obſervanda, Authore Georgio Rivello Bonnenſi Medico excellentiſſimo ex Italica in Latinam linguam [ſententiâ Authoris, quàm maximè fieri potuit, ſervatâ] translatus ad inclitæ Reipublicæ Colonienſis uſum tempore peſtis anno 1597. per Thomam Aubell Mathematicum & Medicum. Coloniæ Agrippinæ apud Henricum Falckenberg 1597. in 8vo pp. 71.

THOMAS HÄMMERLEIN von Kempen Diœceſis inferioris Colonienſis natus anno 1379 vel 1380. Puer Daventriam, quæ eſt Tranſiſalanæ regionis Metropolis, ubi tum feliciùs artes bonæ colebantur, miſſus fuit. Quantos ibi paucis annis fecerit progreſſus, argumento ſunt tot ab eo ſcripta volumina. Stilo uſus ſimplici minimè bracteato ex genio ſæculi ſui, claro tamen, nuſpiam ut hæreas inopiâ verbi aut intelligentiâ ſenſûs. Daventriæ in illuſtrium pietate & religione virorum D. Gerardi dicti Magni aliquot Cœnobiorum Structoris, collapſæque diſciplinæ Reſtauratoris, Domini Florentii Vicarii Eccleſiæ Daventrienſis familiaritatem puer venit. Utriuſque Ducis ſui in ſpiritu & Præceptoris viam Thomas æternitati ſacravit, quam ſi legas, eodem penè, quo hauſto Thomas noſter incaluit, inardeſcere te ſenties. Florentius, ut animum juvenis rerum cæleſtium avidiſſimum intuitus eſt, filii loco eum colere cœpit, commendavitque Germano fratri ſuo. Is tum temporis præerat Monaſterio recèns condito, cui nomen Mons Divæ Agnetis Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini domicilium, haud procul Swollâ loco editiore & ſalubriore ſitum, ad cujus montis radicem præterfluit Vechta fluvius. Secutus conſilium Thomas, adiit montem, excipitur ulnis obviis, probat locum, & velut in portum vitæ tutiſſimum ſe recipit, natus annos viginti. Tirocinium quinque annorum protraxit, ſexto ſacrum habitum induit, ſequenti profeſſionem fecit, & votis ſe illi vitæ generi adſtrinxit. Semel œconomiam adminiſtravit, bis Sub-Prior fuit. Comes erat & affabilis omnibus, atque imprimis vitæ innocentiâ ſanctimoniâque conſpicuus, adeò, ut plurimos ſui viſendi & audiendi causâ ad ſe attraheret. Nunquam otioſus, ſemper vel lectitabat aliquid, vel in communem uſum ſcribebat, vel pro inſtructione Fratrum commentabatur.

Difficile dictu, quâ attentione & præſentiâ animi obiret divina. Dum pſallebat, vultu ſemper in cælum ſublato, ſacro afflatus Enthuſiaſmo, dulcedine incredibili pſalmorum abripiebatur extra ſe, ſic, ut non totis pedibus, ſed ſummis digitis inniteretur ſolo, erecto ſemper corpore, nunquam ſedili, brachio vel tergo innitens, primus ingredientium, nunquam egredientium Oratorio perpetuò. Ludenti alteri in eam piam alacritatem & alacrem pietatem Thomæ pſalmos decantantis, ac ſi ſalmones degnſtaret, ita eſt (repoſuit Kempenſis) ùt dicis. DEO ſint gratiæ: pſalmi mihi ſalmones ſunt, qui tamen non raro in nauſeam abeunt & mortem, quoties ignavos, rei præſenti non intentos, & voci parcentes conſpicio.

Humana omnia ad omnium admirationem velut fluxa, nil ad ſe pertinentia adeò deſpiciebat eorum ut nomina & uſum addiſcere gravaretur. In corona gravium virorum, ſi mundana promebantur, mutus & elinguis ſedebat, nec verbulum ullum, etiam rogatus, proferebat, niſi inſigni cujuſpiam rei cupiditate illectus, quaſi ignarus rerum omnium; at ubi de DEO Cæleſtibúsque ſermo habebatur, mox poſtulatus, ſententiam velut limpidiſſimus fons perpetuis verborum rivulis ſcaturiens loquebatur.

In more habebat certis ſeptimanæ diebus ſe flagro affligere, cantillando hymnum, ſtetit JEſus, oſtenditur adhuc effigies ejus, ſed admodùm deformata, penéque obliterata, cum hoc inſigni ſymbolo: *In omnibus requiem quæſivi, ſed non inveni, nisi im Hoeckens und Boeckens.*

Hæc Franciſcus de Baken Tolenſis, ejuſdem Montis ſanctæ Agnetis Canonicus; anno 1575. impreſſa edidit apud Joannem Bellerum in 16. in Latiniore Thoma Kempenſio de imitando Chriſto.

Mortuus eſt anno Chriſti 1471. 8. Kal. Aug. ætatis 92, vitæ monaſticæ 55. Multa ſcripſit totius orbis judicio ac teſtimonio comprobata, uno volumine excuſa, primùm Norimbergæ anno 1494. in folio, dein Pariſiis à Badio anno 1520. Venetiis anno 1565. & 1569. Antverpiæ typis Nutii anno 1574. 1580. in 8vo, & noviſſimè ex recenſione Hentici Sommalii S. J. qui libellos omnes diſtribuit in tres Tomos ibid. 1615. in 8vo Duaci typis Belleri 1635. in 8vo.

Tomus I. continet ſermones ad Novitios XXX. Sermones ad Fratres XLV.

Tomus II de imitatione Chriſti Lib. IV. verè aureos, qui non ſolùm Latinè & Germanicè, ſed etiam Flandricè, Gallicè, Hiſpanicè, Italicè, Bohemicè, Hungaricè, Arabicè, Turcicè variis in locis editi fuerunt. Meliori Latinitati reſtituere ſategit Hæreticus tres primos libros; nam à quarto abhorrebat. Titulus eſt

De imitando Chriſto contemnendisque mundi vanitatibus, Authore Thomâ Kempiſio, Interprete Sebaſtiano Caſtellione, Baſileæ 1606. in 12mo pp. 195. Prior editio fuit notata anno 1563, qui annus præfationi ſubſcriptus eſt. Non tulère impudentes ungues Catholici, & Franciſcus des Bocker Canonicus Regularis, & ipſe dictus Piſtorius Artopoios & Tolenſis à Tola Zelandiæ Inſula Sub-Prior in Monte S. Agnetis apud Zwollam Latinum fecit anno 1575. in 16to, præfixa Autoris vita, & quartum Caſtellioni inviſum librum puriore item ſtilo reddidit.

Volunt quidam, Authorem libri de imitatione Chriſti fuiſſe Joannem Gerſonem. In Abbatia ſancti Martini Coloniæ invenitur liber ſcriptus anno 1475. hâc formâ: *Tabulæ Capitulorum in libros ſequentes. Capitula libri primi de imitatione Chriſti, & de contemptu omnium vanitatum mundi.* Poſt indicem incipit *liber primus Joannis Gerſon Cancellarii Pariſienſis de imitatione*

tione Christi & contemptu &c. C. 1. *Qui sequitur me.* In fine libri quarti: *Joannis Gerson Cancellarii Parisiensis de contemptu mundi devotum & utile opusculum feliciter finit, impressum Lovanii in domo Joannis de Westphalia in 4to.* Hanc editionem ipsius vidi Coloniæ in Abbatia sancti Martini majoris 1743. 9. Aprilis.

Alii volunt Authorem fuisse Joannem de Gessen vel de Gersen, Abbatem Vercellensem; sed Heribertus Rosweidus S. J. Satis evincit editis vindiciis Kempenibus adversùs concertationem Constantini Cajetani Romæ anno 1616 editam. Vide Robert. Bellarminum & Ant. Possevinum. Editum quoque fuit Scutum Kempense Amorti in quarto, sed & Thomæ Ethard Ordinis sancti Benedicti Polycrates Gersonensis contra Scutum Kempense in 8vo anno 1729. Augustæ Vindelicorum.

Ex eodem libello de imitatione Christi, quasi aurifodina, quidam varias eruerunt asceticas exercitationes.

P. Surin S. J. vir insigni dono orationis contemplativæ, & sui despectûs præditus sub annum 1667. edidit libellum Gallicum: *Les fondemens de la vie spirituelle tirez du livre de l'imitation de JESU Christ*, in libros V. tributa, qui in capita varia secti sunt. Singulo capite gnome una alteráve Thomæ Kempensis exponitur, æstimatur, & in praxin quotidianam deducitur. Placuit hic liber non solùm duobus Doctoribus Parisiais Approbatoribus, quorum alter erat celeberrimus J. B. Bossuet tum Decanus Meldensis Ecclesiæ, verùm & iis, qui interioris hominis reconditiorem notitiam experientiâ suâ acquisiverant. Quare anno 1695. à P. Brignon Presbytero ejusdem Societatis recusus fuit solo titulo veteri & barbaro mutato, re immutatâ, & sæpiùs recusus ùt anno 1720. à Paris in 16to ches Nicolas Pepie pp. 518. citra indicem & præfatiunculam Reformatoris stili.

Summa Theologiæ mysticæ venerabilis Servi DEI Thomæ à Kempis Canonici Regularis Ordinis S. Augustini ex quatuor libris de imitatione Christi ad hanc methodum redacta, & servatis ubique ipsius Authoris verbis accommodata tribus viis vitæ spiritualis à R. P. Georgio Hesero Soc. Jesu Presbytero. Augustæ Vindelicorum sumptibus Antonii Bonavent. Bissoni Bibliopolæ 1726. in 8vo pp. 350. Latebat hoc M. P. Heseri nondum ad umbilicum perductum opusculum in Bibliothecis Bavariæ, quas perlustrans Eusebius Amort Canonicus Pollinganus cruit, & eum Antonio Mangilio Canon. Regul. Ord. S. Aug. in Congregat. Lateranensi Abbati Generali dedicavit. Uterque Amort & Heser illustres Defensores sunt Kempenæ & Canoniæ nostri Thomæ.

Annus sanctus Vener. Thomæ à Kempis &c. ferens fructus sanctos, sive principia, axiomata, doctrinas & affectus præcipuarum virtutum pro quolibet anni die, &c. à R. P. Francisco Kappenstein S. J. quem vide in litera F. Coloniæ apud Franciscum Metternich anno 1728. in 8vo pp. 992.

Elementa Christianæ perfectionis. in 18vo Dilingæ 1620.

Kurtzer Begriff Christlicher Vollkommenheit, in 8vo Augspurg 1726.

Viator Christianus rectâ ac regiâ in cælum tendens viâ. in 12mo Coloniæ 1709.

Præter librum de imitatione Christi in Tomo secundo continentur sequentia:

Soliloquium animæ.
Hortulus rosarum.
Vallis liliorum.
De tribus Tabernaculis.
De disciplina Claustralium.
De fideli Dispensatore.
Hospitale pauperum.
Dialogus Novitiorum.
Spiritualia exercitia Religiosorum duplicia.
Doctrina juvenum.
De vera cordis compunctione.
De solitudine & silentio.
De recognitione propriæ fragilitatis.
Epitaphium seu enchiridion Monachorum.
Manuale parvulorum.
De elevatione mentis ad quærendum summum Bonum.
Alphabetum parvum Monachi in schola Christi.
Consolatio pauperum & infirmorum.
Orationes piæ ac devotæ.
De mortificatione sui ipsius.
De humilitate.
De vita bona pacifica.
Vita boni Monachi.
Hymni & cantica spiritualia.
Tomo III. Vita B. Lidewigis Virginis.
Vita Gerardi Magni, Institutoris Fratrum Clericorum in communi viventium, item D. Florentii & discipulorum utriusque Joannis Groote, Joannis Brincherinck, Luberti Leineri, Henrici Brune, Gerardi Zutphaniensis, Amilii Burani, Jacobi de Viana, Joannis Cacabi, unigò Ketel, Arnoldi Schoonhovii.
Epistolæ sex utiles & religiosæ.
Epistola ejusdem de pia memoria defunctorum.

Citatur à Joanne Mauburno in Roseto exercitiorum spiritualium Tit. XII. Alphab. XXXV. ab aliquibus Gersoni inscripta; sed patulum est (inquit Mauburnus) quòd non sit ejus.

His postremò accessit *Chronicon Monasterii S. Agnetis, edente Heriberto Rosweido. Antverpiæ 1622. in 8vo apud Belleros Fratres.*

Valer. Andreæ Biblioth. Belg.

THOMAS LIEL de Scotia, artium Magister & sacræ Theologiæ Licentiatus. Anno 1502. 20. Decembris apud Augustinianos eligitur Rector Magnificus in Universitate Colonienſi à quatuor intrantibus usque ad 28. Junii 1503, de quo Montfaucon in Bibliotheca manuscriptorum fol. 35. in Bibliotheca Reginæ Sueciæ ex Vaticana num. 999. ait extare.

Collectio synodalis facta ad Clerum Colonienſem 1470. per Thomam Liel de Scotia artium Magistrum & Ss. Theologiæ Licentiatum.

THOMAS STEINHAUS Colonienſis, Philosophiæ & Medicinæ Doctor in Universitate Colonienſi, anatomiæ & praxeos Professor ordinarius publicus, chirurgiæ extraordinarius, inclitæ Facultatis medicæ Decanus anno 1714. Ipsius studio prodiit in lucem

Lœmologia universalis, hoc est, integra, accurata,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rata, & ad vivum expressa descriptio pestiferæ luis, unà cum exactissima & integrali cura Thomæ Steinhaus medicinæ Doctoris. Coloniæ sumptu Henrici Rommerskirchen anno 1714. in 12. pp. 105.

Ejusdem expertissimi viri sententia, quòd nullum animal, nisi ex ovo generetur, existereque jam in ipsis ovis differentiam fœminei & masculei sexûs, refertur in libellulo mendico. La clef du cabinet 1712. Fevrier pag. 147. 148. qui est Tom XVI. operis.

TIDEMANNUS ab HAGEN. Hic anno supra millesimum trecentesimo quinquagesimo secundo ad sacellum sancti Benedicti Tremoniæ officio Rectoris functus est, & etiam Pastoris in civitate Hammensi. Hic imprimis descripsit

Bellum, quod Comes Engelbertus de Marchia suo tempore gessit adversùs Tremonienses. Quas relationes integras suis in Chronicis D. Westhoff & D. Mulher adducunt.

Orig. histor. Westph. J. D. von Steinen fol. 6.

TILMANNUS AQUENSIS Carmelita & Allemanniæ inferioris Prior Provincialis, præstanti vir ingenio, ac divinis humanisque literis excultus, Lector Academiæ Colonienûs, scholasticâ dictione, eloquio & validis lateribus sodales longè anteibat. Scripsit circa 1350, quo florebat,

In Evangelium Matthei Librum unum.

Super sententias Libros quatuor.

Librum unum sermonum variorum.

Daniel à Virgine Maria Specul. Carmelitarum Parte V. num 3143 ex Trithemio, cui consentit *Eisengrein in catal. test. verit. ad annum Christi 1486.* vocitans Doctorem & Professorem Gymnasii Colonienſis.

Foppens Bibliotheca Belgica.

TILMANNUS de BONNA à natali loco dictus, in sancti Martini apud Ubios Cœnobio circa annum 1468. professus, ac dein ad Lacense in Euphalia Monasterium ab Adamo Meyer cum aliis missus, prima illic Bursfeldinæ reformationis fundamenta jecit. Homo erat (ùt eum depingit loci Prior Boutzbachius) in divinis scripturis studiosus, & diuturnâ exercitatione laudabiliter eruditus, sæcularium quoque literarum disciplinis sufficienter imbutus, ingenio acutus & acer, sermone scholasticus, vitâ & conversatione singulariter præ aliis devotus, ac regularis observantiæ recèns introductæ custos zelosissimus. Dum in eadem Abbatia Oeconomi fungeretur officio, ignavum ut fugeret otium, multa, ac penè infinita ex veterum Patrum scriptis excerpta, velut apis argumentosa, in unum congessit, ex quibus occurrit *Granarium literarum, sive Opus prægrande de omnibus ejus loci censibus, reditibus, privilegiis & facultatibus.* Ejus operis pro majori facilitate epitomen postea confecit œconomis perutilem. Varias insuper adnotationes de gestis Abbatum Lacensium à se collectas Joanni Boutzbachio Priori suppeditavit.

Ab eodem superant MSs. in Lacensi Bibliotheca *Sermonum de tempore Libri duo.* Item *Speculum vitiorum, & alia quædam collectanea in Codd. sign. n. 60. 87. 93 94. 95. 96. & segq.*

In sancti Martini Chartulatio habetur *Tractatus de modo prædicandi* ab eodem exaratus anno 1498. in fol. Cod. G. 13. *Plura alia, quibus se præsentibus utilem ostendit, & futuris scripsisse memorat Boutzbachius.* Vivere desiit anno 1509, ætatis suæ 60, conversionis religiosæ 40.

TILMANNUS BREDENBACHIUS natus Embricæ Patre Matthiâ Bredenbachio (de quo supra) anno 1562, in Gymnasio Coronarum Magister artium renuntiatus, Promotore Gregorio Fabio S. J. Ingolstadii studiis Theologicis vacavit, sacræ Theologiæ Doctor creatus primùm Antverpiæ in D. Virginis, tum 1567. Bonnæ, & Canonicus sancti Gereonis & Sociorum Martyrum Coloniæ Agrippinæ, Consistorii Ecclesiastici apud Bonnam Præses erat anno 1569, notus olim familiaritet fuit Ludovico Blosio Lætiensi Abbati, ùt in præfatione Gertrudiani operis fatetur, quod ab eodem Blosio duodecies in anno evolutum narrat. Eisengreinio comes itineris Romani individuus fuit, obiit Coloniæ anno 1587. pridie Nonas Majas. Varia ab eo scripta:

Insinuationum divinæ pietatis Libri V. totius Christianæ & spiritualis perfectionis summam complectentes. Coloniæ apud Ludovicum Alectorium & hæredes Jacobi Soteris in 8vo minore pp. 896. 1579, iterum 1588. in 8vo.

Anno 1536. Justus Lanspergius Cartusianus eundem librum Coloniæ excudendum curaverat, præmissâ apologiâ revelationum sanctæ huic moniali factatum, quam & Bredenbachius iteratò recudi fecit. Nactus præterea exemplar Germanicum MSs. à perillustri Domina Abbatissâ sanctæ Cæciliæ, quod cum Latino (ùt ego puto) originali contulit; etsi ante marginalibus scholiis marte proprio in usum suum idem opus, quod Antverpiæ nactus erat, illustrâsset.

Belli Livonici, quod magnus Moschoviæ Dux anno 1558. contra Livones gessit, nova & memorabilis historia lamentabilem universæ Torpatensis Provinciæ vastationem & excidium complectens, bonâ fide per Tilmannum Bredenbachium conscripta, Coloniæ apud Maternum Cholinum in 8vo pp. 64. 1564. Alterâ duntaxat facie inscriptæ arithmeticis notis, iterum 1583. 1594. Coloniæ.

De certitudine gratiæ Tractatus apologeticus pro vero ac Germano intellectu Canonis XIII. Sessionis VI. S. Oecumenici Concilii Tridentini nuper à Gnosticis quibusdam insolenter exagitati, Authore Martino Eisengreinio, Theologo Præposito Patavino, S. Cæsareæ Majestatis Ecclesiaste, & Ducis Bavariæ ad Sedem Apostolicam Oratore; Interprete verò Tilmanno Bredenbachio &c. Coloniæ apud Theodorum Gramineum in 8vo pp. 632. 1569.

Collationum sacrarum libri novem. Coloniæ anno 1584. 1590. 1599.

Antihyperaspisten pro Patris Hyperaspiste adversùs

versùs Jacobum Andreæ. Coloniæ 1568. typo Calenii in 4to.

Modus extirpandarum hæreseon. ibid.

Orationes de purgatorio. Ingolstadii 1566.

De sacrilegorum vindictis & pœnis. Hunc libellum ab Anonymo Latinè scriptum Germanicum fecit Tilmannus Bredenbachius.

Catechismus D. Michaelis Episcopi Mersburgensis in conciones octoginta quatuor distributus, Latinitate donatus per Tilmannum Bredenbachium Embricensem, Lovanii apud Hieronymum Wellæum 1577. in folio pp. 312.

Fasciculus sacrarum precationum ex operibus Ludovici Blosii Latiensis Abbatis. Coloniæ 1580. in 12mo.

Wassenbergii Embrica p. 282. Foppens Bibliotheca Belgica.

TILMANNUS HESHUSIUS Vesaliæ Clivorum nascitur anno 1526. 3. Novembris. Lustratis Germaniæ & Franciæ Academiis, Wittebergæ Magister in artibus anno 1500, in Theologia anno 1553. 19. Maji renuntiatur. Inde Goslariam profectus, Superintendens delectus, cùm utrumque Consulem offendisset, dimittitur. Rostockium digressus, impetrat Paræciam sancti Jacobi, qua in urbe Consul, qui Heshusii doctrinam Pharisaicam accusabat, & ab hoc vicissim accusaretur, dum residuos Ecclesiæ Catholicæ ritus prorsus exterminare satageret, ejicitur ex urbe anno 1556. frustra obmoto Ducis Megapolitani interdicto contra Ostrocismum. Inde Heidelbergam migrat: ibi Clebitius Calvinianam, Heshusius Luthericam de Cœna Domini opiniones cùm ambo pro virili tuerentur, egredi cogitur. Bremenses vocant eliminatum: at recusat cathedram, nisi Albertus Hardenberg officio abdicetur: hoc cùm Magistratus plebis tumultuantis metu minimè auderet, Bremam relinquit, & Magdeburgum concedit. Vix hic ministerium prædicandi verbi exorsus erat, quàm silere jubetur. Spernit interdictum Heshusius, nec à docenda plebe desistit; igitur urbe proscribitur anno 1562. Denuò in Palatinatum reversus, Neoburgi dixit, unde anno 1569. 10. Octobris Jenam accersitur. Quas tricas alibi inter Magistratum & Ministros, eas hîc inter Professores suscitavit: quare pro more mutare solum jubetur, & anno 1574. ad Samlandicam Superintendentis dignitatem in Prussia vocatur ibidem, & ubi terrarum non? Joannem Wigandum æmulum & adversarium vel reperit vel fecit jacto in medium discordiæ Lutherico-Evangelicæ pomo famoso. Eliminatus è Borussia, Lubecam venit anno 1577, unde demum Helmstadiam conversus, Cathedram Theologicam impetravit. Fervebat tum Lutheranos inter bellum Ubiquisticum, cui sedando Colloquium Quedlinburgi in Saxonia indicitur anno 1583. diebus 14. & 16. Januarii inter Theologos Saxones & Brunswicenses. Horum Coryphæus Heshusius Ubiquitatis Generalis (plures enim Ubiquitatis species interim natæ aut confictæ fuerunt) dogma neque in scripturæ canone contineri, neque ex eo demonstrari posse palàm asseveravit, idémque in Julio Helmstadiensi schola, dum vixit, docuit. Denatus est anno 1588. 25. Septembris Helmstadii vir infelicis fati, quem ferventior bilis & perpetuæ controversiæ cum Catholicis, Lutheranis, Calvinistis, Ubiquitariis, &c. nullibi locorum quietum consistere permiserunt. Libros ultrò citróque scriptos recenset Bibliotheca Gesneri. Nos Catholici facilè caremus libris Scriptoris, qui suis ubique displicuit, & potiori jure delegatis à sacra Oecumenica Tridentina Synodo Theologis in primam classem vetitorum ac noxiorum codicum referendus visus fuit. *Allgemeines historisches Lexicon. Leipzig 1722. Tom. IV. pag. 234. Melchior Adam in vit. Theol. Germ.*

TILMANNUS SIGEBERGENSIS Ordinem Prædicatorum Professus, Prior Conventûs sanctæ Crucis Coloniæ, Ss. Theologiæ Licentiatus. Edi curavit

Enchiridion locorum communium Joannis Eckii adversùs Lutherum, auctum Coloniæ 1529 mense Junio per honestum civem Petrum Quentel in 8. pp. 15.

TILMANNUS SMELINGUS Sigebergensis. *De septem Sacramentis liber unus MS. extat in Bibliotheca Cartusiæ Colonensis in pulpito LLL. n. 51. KKK. 187.*

Orationes & appendix in Enchiridion Joannis Eckii. KKK. 154. 225.

TREMONIENSIUM DOMINICANORUM CHRONICON. Illius meminit Stangefol hinc & inde: ùt putatur, adhuc in Archivio Monasterii eorum asservatur, excerpserit sinè dubio Stangefol ex eodem scitu sibi necessaria.

Orig. Hist. Westph. J. D. von Steinen fol. 96.

TYPOGRAPHI & TYPOGRAPHIA COLONIENSIS. Cùm utrisque multum debeant Scriptores, referam hîc originem Typographiæ in Metropoli nostra, & primorum Typographorum catalogum ex Annalibus typographicis Michëlis Mattaire.

Originem inquam, qualem narrat Chronica Germanica urbis Colonensis paginâ CCCXII. Hæc dignissima ars, ait Compilator Chronicæ, reperta primùm fuit in Germania Moguntiæ ad Rhenum, cujus nomine libri impressi, certámque temporis notam gerentes signantur, primam deferre palmam non verebor, & primos ibidem artifices Joannem Guttemberg, Joannem Fust, & Petrum Schœffer pronuntiare. (*Mattaire Tom. I. Annalium typograph. anno 1733. p. 4.*) Et hæc est magna laus Gentis Germanicæ, quòd viros pariat hujusmodi inventis, acumine & ingenio pares: accidit id anno MCCCCXL. à quo anno usque ad L. indagabatur ars hæc, & quæ ad eam perficiendam juvant. Anno MCCCCL. Jubilæo typus cœptus est. (*Error est, extat in Cartusia Colonensi in folio magno toto pergameno Duranti codex, anno 1459. impressus, ùt demonstrat epigraphe finali:* " *Præsens rationalis divi-*
" *norum codex officiorum venustate capitalium*
" *decoratus, rubricationibúsque distinctus adin-*
" *ventione imprimendi ac characterisandi absque*
" *calami exarationibus sic effigiatus, & ad Ec-*
" *clesiam*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

« *cleſiam DEI & induſtriâ conſummatus per* « *Joannem Fuſt Civem Moguntinum, & Petrum* « *Gernsheim Clericum Diœceſis ejuſdem 1459. 6.* « *Octobris; & hic liber judicio Mattaire prodiit* « *inter tres libros eodem anno vulgatos.)*

Primus liber typo vulgatus fuit ſacra Biblia Latina groſſo characterе impreſſa, qualis nunc in Miſſalibus uſurpatur. Item quanquam hæc ars Moguntiæ nata ſit, ejus tamen rudimenta dedetunt Donati Balar, exordia artis, quæ progreſſu temporis plenior, perfectior & facilior evaſit. Alius, cui nomen: *Omnibonus Leonicenus Venetus Typographus* deſervit prælo Jenſon Venetiis. (*verba eadem refert Mattaire pag. 6. nec tamen inventorem agnoſcit*) præfatus ad Quintilianum narrat, Nicolaum Jenſon Gallicum artis hujus primum fabrum eſſe; ſed hic manifeſtus error eſt, cùm vivant, qui meminerint Venetiis fuſos & aptatos characteres priùs exiſtere, quàm pedem illuc Jenſon intulerit. Igitur primus typi inventor eſt Civis Moguntinus, natus Argentinæ, Eques Joannes Gudenburch. Moguntiâ ejus artis notitia primùm delata eſt Coloniam, inde Argentinam, demum Venetias. Ortum & progreſſum artis hujus didici ex ore honorati Magiſtri Ulrici Zell Hanavienſis, van Hanawe, anno MCCCCXCIX. Coloniæ Typographiam exercentis, per quem ars hæc Coloniam invecta eſt. Mattaire hujus Ulrici Zell reminiſcitur quidem toto hoc tempore, ſed Joannem Koelhoff de Lubeca vult anno 1470. Coloniæ intuliſſe primum typum dicti Tomi pag. 10.) *Hactenus Compilator Chronicæ Colonienſis*, cujus verba ex Germanico reddidi Latina. Quo autem anno hæc ars ſit invecta Coloniam, non dicit hic Author: hactenus nullus videtur liber Coloniæ impreſſus cum nota anni ante an. 1470, ſinè nota anni credo plures impreſſos ante hunc annum; ſed hactenus non occurrerunt.

Index Typographorum Colonienſium ab anno 1459 ad annum 1500 ex Mattaire Annalibus typographicis Tomo I. editionis ſecundæ Amſtelodamenſis anno 1733. pag. 128. & ſequentibus.

1470. Coloniæ Koelhoff de Lubeck, Civis Coloniæ.
1471. Petrus de Olpe, & Arnoldus Therhoernen.
1472. Idem Therhoernen.
1473. Idem.
1474. Idem Koelhoff. Expliciunt Glo. Cle. cum quibuſdam allegationibus per D. Nicolaum Siculum Momatenſem Abbatem &c. Archi Epiſcopum Panormitanum &c. impendio Mag. Joannis Koelhoff impreſſa 1474. extat in Abbatia ſancti Martini. Antiquiorem Colonienſem typum non viderat anno 1743. 10. Aprilis, nec Mattaire habet priorem. Et Arnoldus Therhoernen.
1475. Idem Therhoernen.
1476. Bartholomæus Unckel, & Conradus de Homborch.
1477. Arnoldus Therhoernen, Petrus de Olpe Cordiale 4. noviſſimorum hoc anno impreſſit Colon.
1478. Conradus de Homborch. Henricus Quentel, ſinè nomine Typographi.
1479. Conradus de Homborch.
1480. Conradus Winters de Homborch Coloniæ rubricante Conrado Duſſeldorp. Henricus Quentel.
1481. Joannes Koelhoff de Lubeck. Henricus Quentel. Joannes Guldenſchaef Civis Colon.
1482. Joanes Koelhoff, ſinè nomine Typographi.
1483. Idem Koelhoff de Lubeck. Barthol. de Unckel. Joannes Veldener, ſinè nomine Typographi.
1484. Idem Koelhoff Joan. Guldenſchaef Civis Colon. ſinè nomine Typographi.
1485. Joannes Koeldorff.
1486. Coloniæ apud S. Laurentium, ſinè nomine Typographi.
1487. Joan. Koelhoff. Henr. Quentel. Joannes Guldenſchaef, ſinè nomine Typographi.
1488. Joan. Ide Koelhoff. Henr. Quentel ſinè nomine Typographi.
1489. Cornelius de Zirichzee in der Stolckgaſs.
1490. Joan. Koelhoff Civis Colon.
1491. Sinè nomine Typographi.
1492. Henr. Quentel ſinè nomine Typogr.
1493. Idem Quentel.
1494. Idem Koelhoff.
1495. Henr. Quentel ſinè nomine Typogr.
1496. Sinè nomine Typographi.
1497. Henricus Quentel Civis Colon. Hermannus Baumgart ſinè nomine Typographi.
1498. Henricus Quentel. Herm. Baumgart ſinè nomine Typographi.
1499. Henricus Quentel. Herm. Baumgart ſinè nomine Typographi.
1500. Henricus Quentel.

Nomina Typographorum Colonienſium extra patriam celebrium primo ſæculo ab anno 1470. ad annum 1500 Venetiis Nicolai Jenſon Galli, primi illic Typographi, ſocius fuit Joannes Colonienſis ab anno 1470. Vincentiæ 1477. Hermannus Lichtenſtein Colonienſis, probatiſſimus libratiæ artis exactor impreſſit Duranti Rationale divinorum officiorum, aliáque.

1491. Paulus de Colonia Hiſpali Alphonſi Toſtati operibus excudendis operam cum aliis navavit.

Jam olim diſputatum eſt, obfuerítne plus orbi, quàm profuerit ars typographica? De quo vide ſequens decretum:

Decretum contra abuſus impreſſoriæ artis ab venerabili & egregio viro D. Henrico ab Irlem Officiali Curiæ Colonienſis hujuſmodi editum anno 1499. pridie Idus Novembris.

Officialis Curiæ Colonienſis univerſis & ſingulis &c. ſalutem in Domino ſempiternam!

ETſi cunctipotens DEUS... Nihilominùs, ùt accepimus, tantum munus (Typographiæ) per abutentes impreſſores... in

in perniciem pervertatur..... Ex ſpeciali commiſſione Rev. & Illuſtriſſ. Hermanni Archi-Epiſcopi Colonienſis.... præcipimúsque & mandamus, ne quis.... aliquem codicem vel librum cujuſcunque materiæ audeat vel attentet imprimere.... nisi noſtram examinationem, cui illam commiſerimus, faciendam præcedentem, &... ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam quemlibet huic noſtro ſtatuto contravenientem ipſo facto volumus incurrere.

Sub Hermanno quarto Archi-Epiſcopo Colonienſi Bulla ſanctiſſimi Domini noſtri Innocentii Papæ VIII. contra impreſſores librorum reprobatorum data Romæ 1487. in Diœceſi Colonienſi fuit promulgata.

Sub Hermanno quinto Archi-Epiſcopo Colonienſi in Concilio Provinciali Colonienſi parte 12. C. 9. ſic habetur: " Prohibemus, nè ulli Typo-" graphi aut Bibliopolæ quempiam recèns editum " librum aut chartam vel imprimant, aut venum " exponant, niſi hic liber reviſus, vel charta per " noſtros ad hoc deputatos Commiſſarios diligen-" ter perſpecta ſit, dictatúrque pœna contra eos, " qui contraveniunt.

Inter ſtatuta Adolphi tertii Archi-Epiſcopi Colonienſis de ſcholis & illud reperitur; omnes quoque Bibliothecæ, & Bibliopolia, & Officinæ typographicæ inviſenda erunt, & libri omnes diligenter inſpiciendi & examinandi, & qui ab Hæreticis editi ſunt, & à Cæſare vel Concilio Provinciali notati, confiſcandi, comburendi, & penitùs abolendi.

Univerſitatis Colonienſis authoritas in libris editis approbandis.

Anno MCCCCLXXIX. Wilhelmi Epiſcopi Lugdunenſis ex Ordine Prædicatorum ſumma de virtutibus Coloniæ edita fuit in folio charactere Gothico ſinè ciſris, ſed cum ſignaturis. In cujus fine hæc leges:

" Benedictus ſit Dominus virtutum, qui hoc " opus earundem felici conſummatione terminari " dedit in laudabili Civitate Colonienſi tempta-" tum, admiſsúmque & approbatum ab alma " Univerſitate ſtudii civitatis prædictæ, de con-" ſenſu & voluntate ſpectabilis & egregii viri pro " tempore Rectoris ejuſdem, impreſſum per Hen-" ricum Quentel ſub anno Domini milleſimo " quadringenteſimo decimo nono.

Lege & hanc clauſulam Bibl.

" Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo qua-" dringenteſimo ſeptuageſimo nono ipsâ vigiliâ S. " Matthæi Apoſtoli cùm inſigne veteris novíque " Teſtamenti opus cum Canonibus Evangeliſta-" rum & eorum concordantiis in laudem & glo-" riam ſanctæ & individuæ Trinitatis intemeratæ-" que Virginis Mariæ impreſſum in civitate Co-" lonienſi per Conradum de Homborch, admiſ-" ſum & approbatum ab alma Univerſitate Co-" lonienſi. Finit feliciter.

V.

VALENTINUS NAIBODA Coloniæ Agrippinæ natus initio ſæculi XVI. in Philoſophicis ac mathematicis ſtudiis verſatus, quæ 1563. in ſchola artium Univerſitatis Colonienſis docebat: verùm quia unus *intraneus* Magiſter ex tribus Gymnaſiis artium (quæ tum florebant) Petrus Lenerius horâ nonâ mathematicas docere volebat: hinc ex mandato Decani juſſus fuit eam horam relinquere liberam Lenerio, nec deinceps extraneos Magiſtros admittendos, dum ſe offerunt huc promoti: nec ulli in ſchola artium publicam lectionem concedi, cùm privata trium Gymnaſiorum prælectio celebrari ſolita eſt. Ità ſtatutum à Facultate artium Colonienſi 30. Octobris 1563. Libro IV. decanali Facultatis artium pag. 313. Erat Naboth extraneus non natu, ſed magiſterio, cujus gradum in Univerſitate noſtra non conſcenderat. Præceptor fuit (Meurſio teſte) Rudolphi Snelli, qui mathematicas diſciplinas cum lingua Hebraica copulavit. Mediocri, ſed præpingui corpore, cùm jam mathematicis dogmatibus animum excoluiſſet, vitæ ſolitudine delectatus, in occulta rerum naturalium arcana, ad quæ naturali genio ducebatur, perſcrutanda totus intendit. Poſt quæ Genethliacis obſervationibus addictus, mirum in modum Aſtrologiam iteratis experientiis, & excogitatâ faciliori ad hominum eventus prævidendos methodo ſedulus illuſtrevit. Addidit & illius nomini immortalem famam violentæ mortis ſibi crudeliter imminentis occaſus multò ante prævisus, ùt aperiam infra. Ediis Commentariis longè pulcherrimis *in Alchabitium & in Sphæram Sacro-Boſco*, Italiam peragrare cœpit, ac tandem poſt varia patriæ, facultatum & fortunæ diſcrimina Antenoris urbe potitus in ea ſibi quieſcendum duxit. Hîc in Ptolomæi quadripartito Valentini, ſtimulis ingentibus, æmulæ virtutis acti vis & induſtria præcipuè deſudárunt, ùt Hieronymum Cardanum ejuſdem operis interpretem ſuperaret, genuinámque Ptolomæi ſententiam aperire conatus eſt uberrimis commentariis ſuis. Aſſiduis vigiliis varia tum ad theoricam, tum ad practicam Aſtrologiam ſpectantia mandare literis inſigni labore & operâ ſatagebat, ac deperditarum facultatum memoriam, nec non & vitæ ſuæ adverſos caſus delere, utcunque poterat, ex animo nitebatur: conſtat enim ſuis amicis ſignificâſſe non rarò ſibi ex ferro ſubitæ mortis periculum imminere. Quò cùm directiones infauſtæ acceſſiſſent, timore correptus, illicò inter domeſticos parietes ſe penitùs abditum occultavit. Annuali cenſu ad D. Catharinæ domicilium ſordidum incolebat, quod Anachoretarum more vitam ab omni tum amicorum, tum aliorum conſuetudine alienam ſibi ſoli vivens quodammodo duceret, eáque res illi voluptati foret. In hoc igitur Valentinus cibariis & utenſilibus aliis communitus, foribus firmiter oppeſſulatis abſque famulitio latitans mente contemplationi deditâ vitam acerbam trahebat. Cùm, ecce! domi Dominus de nummis exigendis ab illo cogitat, & apparente nemine Prætorem adit, ut ejus authoritate clauſæ fo-

res

res aperiri queant. Quod petit, impetrat, effringuntur à satellitibus fores, evolant ad superiorem ædium partem, ibique fœtens & lacerum Valentini cadaver, haud procul ab eo loco, in quo studens sedere consueverat, humi jacere (triste planè spectaculum) stupore defixi altissimo deprehendunt. Acclamantibus illis, undequaque vicini & amici confluunt, vixque miserum Valentinum cicatricibus ac squalore mirificè deformatum lachrymantes agnoscunt. Tanti sceleris auctore penitùs ignorato crimen inultum iit. Causa mortis (ùt ex sublatis scriptis nonnulli conjectant) non alia, quàm invidia eorum fuit, qui se ab illo multis partibus superari videbant indies. Facinus atrox, nefarium execrandum, cujus adhuc memoria apud eruditos nostræ civitatis cum honore viget. Monumenti honore caruit, & ejus quoque facti causa in tenebris latet.

SYMBOLUM
VALENTINI NAIBODÆ.
SCEPTRUM JOVIS FULMINEUM,
CUM INSCRIPTIONE:
NEC PROCUL A JOVE.

Scripsit

Commentarios in Alchabitium.

Astronomicarum institutionum libros tres ad Principem Stephanum Batoræum.

In Ptolomæi Quadripartitum uberiores Commentarios, *qui extant in* Bibliotheca Mantuanorum Ducum, *ùt habet Joannes Antonius Magnus in libro de legitimo* Astrologiæ *usu in medicina, allato Commentario ejus in caput decimum* Apotelesmati tertii Claudii Ptolomæi.

Ex elogiis illustrium virorum iconibus exornatis Jacobi Philippi Tomasini Patavini 1630. *Patavii impressis in* 4to.

UFFINGUS WERTHINENSIS Monachus, qui & Uffo Frisius à Suffrido Petri de Scriptoribus Frisiæ decade 7. c. 5. circa annum millesimum claruisse dicitur. Hic post Othelgrimum familiarem sancti Ludgeri discipulum, item post Alfridum tertium Monasterienſem Episcopum descripsit

Vitam S. Ludgeri.

Quem secutus est vitæ quartus Scriptor sancti Bernardi Synchronus, qui carmine idem præstitit. Ex quatuor hisce vitam sancti Ludgeri se concinnâsse agnoscit Joannes Cincinnius in præfatione sua ad Monachos sancti Ludgeri in Monasterio Werthinensi, ubi & Uffingum hunc *Virum multæ eruditionis & elegantiæ* appellat. Is liber Coloniæ à Quentelio excusus fuit ante annos centum, & quod excurrit, in eáque editione reperio, & Uffingi hujus

Carmen in laudem Monasterii Werthinensis, cujus initium:

Singula de propriis si gaudent mœnia Sanctis, &c. Scripsit etiam

Vitam S. Idæ viduæ, quæ est apud Surium Tom. IV. ad diem IV. Septembr. atque item Tomo VII. eo ipso die.

Eam denuò edidit Leibnitius Tom. V. Scriptorum Brunsvicensium. Hannoveræ 1707.

Cæterùm Suffridus Petri testatur, Uffingum reliquisse quoque

Historiam S. Lucii Britanniæ Regis, atque addit extare etiamnum MSs. codices ejus, quos videre mihi hactenus non contigit. Hæc Gerardus Joan. Vossius Lib. 2. de Histor. Latinis C. 41. pag. III. 334. Casimirus Oudin Tom. III. sæcul. XI. pag. 534.

VICTOR de CARBEN natus anno 1423. Ejuravit Synagogam DEO illustrante & Christo Domino per baptismum renatus anno 1472, relictâ uxore cum tribus prolibus & duobus fratribus germanis, præterea omni questu & rebus antea partis. Hermannus Archi-Episcopus Colonienſis Hassus colloquium in Poppelsdorff instituit, & coactis sacræ Theologiæ & juris consultis & multis nobilibus viris disputationem, in qua Victor de Carben Judæos confutavit. Anno 1510. 26. Julii Maximilianus Cæsar mandatum edit ad Rectores, Vicarios & Regentes Universitatum Colonienſis, Moguntinæ, Erphordienſis, Heidelbergenſis Jacobo Hoochstraten Inquisitori Colonienſi, Doctori sactæ scripturæ, Joanni Reuchlin jurium Doctori, Victori von Carbo Sacerdoti, ut ad Urielem Archi-Episcopum Moguntinum mittant concernentia utilitatem vel necessitatem permittendi vel abolendi libros Hebraicos. Obiit anno 1515. 2. Februarii, ætatis 92.

Epitaphium R. D. VICTORIS de CARBEN in sinistro latere Chori Ecclesiæ S. Martini Majoris

Hîc conditus est dignus memoriâ devotus Christi Sacerdos Dominus VICTOR de CARBEN, olim Judæus, qui nonaginta duos annos natus, quadraginta autem duos aquâ & spiritu renatus in magna fidei constantia hoc sæculum reliquit anno Christianæ salutis MDCXV. ipsâ sanctissimâ nocte Purificationis glorioſæ Virginis, quam à die regenerationis suæ singulari semper amore complexus est, cujus etiam die, cùm ultimum spiritum exhalaret, cum sene Simeone sancta hæc ultima verba fuêre: *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace.* Cujus anima requiescat in sancta pace, Amen.

Opus aureum ac novum à doctis viris diu exspectatum Domini Victoris de Carben, olim Judæi, sed modo Christiani & Sacerdotis, in quo omnes Judæorum errores manifestantur, qui hactenus nobis ignoti fuêre. Declarantur etiam in hoc opere omnes Judæorum mores, quos circa quacunque opera exercere consueverunt, ac tandem id, quod inauditum est, ex veteri tantùm testamento convincuntur. in 4to 1509. Coloniæ per Henricum de Nussia impressum..... Tituli nullum comma, nullum punctum præter unum finale.

Præfatio prolixa & curiosa Ortwini Gratii bonarum artium Professoris ad Theodoricum Episcopum Cyrenensem, sacræ Theologiæ Professorem, Philippi Archi-Episcopi electi in Pontificalibus Vicarium Generalem..... Ex Bursa Kuick VI. Idus Febr. 1509.

VICTOR WINTRICH Ordinem Fratrum Minorum strictæ observantiæ Provinciæ Colonienſis ingressus est. Ejus studio in lucem prodièrunt

1644. *Afflictio consolans, seu succincta non minùs ac clara methodus, quâ quilibet Christi fidelis ærumnoso hoc tempore è summis suis miseriis maximam haurire valeat consolationem, ut sugat mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Coloniæ apud Joannem Henningium in 16to pag. 127.*

Benedictio Regis, conditio pacis, id est, discursus aliquot, quibus Regis Regum & Domini Dominantium exemplo benedicuntur Magnates, qualiter cum Rege summo, Principe maximo, Superiorum Supremo benedici, pacemque impetrare valeant. Coloniæ apud Joannem Henningium in 16to pp. 233.

W.

WENDELINUS BAGEN Bonnenſis, Canonicus Steinfeldenſis, Ordinis Præmonſtratenſis, & Paſtor in Bengenhoven, qui ob eruditionem, prudentiam & discretionem variis in locis ab anno 1636. ad annum 1669 ſagarum veneficarúmque examinibus poſtulatus interfuit, in iisque reducendis ſtrenuè allaboravit. Plures de hac re *annotationes manuſcriptas* reliquit. Tandem dierum ſatur, Senior Steinfeldiæ dormivit cum Patribus ſuis 1671. 12. Maji.

Ex Comment. Eximii D. Prickartz Præſid. Norb.

WERNERUS LOTTLEY anno 1621. 3. Januarii Boppardiæ natus Parente juris utriuſque Doctore, & Conſiliario Eminentiſſimi Electoris Trevirenſis. Poſt humaniores literas & Philoſophiam Coloniæ abſolutam & propugnatam in Societatem JESU admiſſus Coloniæ anno 1642. 16. Octobr. & in eâdem anno 1657. (1652. 8. Septemb. Embricæ Archæum Provinciæ) quatuor vota profeſſus eſt. Vir fuit, in quo elucerent omnia exempla virtutum; quàm enim per ingenium acre & ſtudium indefeſſum in omni penè literatura & ſcientia excultus erat & expeditus, tam per animi demiſſionem ab omni faſtu & arrogantia alienus, Paderbornæ Philoſophiam, & hîc Coloniæ Matheſin & Ethicam laudabiliter docuit. Mulhemium oppidum in adverſa Rheni ripa poſitum ultra decennium hyeme perinde ac æſtate magno animarum zelo Chriſtianâ catecheſi excoluit, denique poſt dolores graves fortiter toleratos in maligna febri, & ſuſcepta extrema Sacramenta mortem lætus excepit Coloniæ anno 1673. 16. Julii (18. Julii Archæum Provinciæ) ætatis 52, religionis 31. Germanicum fecit

P. Jacobi Maſenii newe Weiſs zur wahren Glaubens-Erkantnus, durch andächtige geiſtliche Ubung zu gebrauchen, allen ſo wohl Proteſtanten, als Catholiſchen der Einigkeit und des gemeinen Heyls Liebhaberen in Latein fürgeſtellet von dem P. I. M. und ins Teutſche überſetzet von P. Wernero Lottley. Cöllen in 8vo bey Joh. Wilhelm Frieſſem 1669. pp. 268.

Hiſtoria Germaniæ inferioris, quam MS. vidit Jacobus Maſenius, & laudat in Annalibus Trever. Tom. I. pag. 102.

WERNERUS ROLEVINCK de Laer oppidulo Diœceſis Monaſterienſis oriundus anno 1415. Ordinem Cartuſianum amplexus eſt in domo ſanctæ Barbaræ intrà mœnia Coloniæ Agrippinæ anno 1447, vir inter Ordinis Proceres jure numerandus, ſive doctrinam, ſive ſanctimoniam, & altiſſimæ orationis domum ſpectes. Incredibili diſcendi flagrabat deſiderio: ideò ſolitudinis & ſilentii tenaciſſimus ſeſſitabat in cella ſua ſacrarum literarum & ſanctorum Patrum lectioni perpetuò intentus. Quinquaginta & ampliùs partim editi, partim inediti libri vel libelli loquuntur viri ſcientiam & aſſiduitatem. Idem tamen adeò modeſtè de ſe ſentiebat, nihil ut ſupra cæteros ſcire ſibi videretur. Æquabilem animum ab omni triſtitiæ nubeculâ ſerenum, ab omni inordinata lætitia alienum ſervabat parſimoniâ cibi ſingularis, cujus beneficio uſque ad decrepitam ſenectam incolumis & vegetus perſtitit.

Author Chronicæ Germanicæ Colonienſis pag. CLXXVII. narrat ſe audiviſſe ab hoc ſpirituali Patre Wernero Carthuſiano donaria facta templo trium Regum numerum & pretium omne ſuperâſſe.

Hermannus Hamelmannus de viris illuſtribus Weſtphaliæ, & Joannes Wolfius in Centenario 15. lect. memorabilium ad annum Chriſti 1494. facit eundem Paſtorem Hoſenſem. Errat. Non Rolevinckius, ſed Continuator faſciculi temporum Linturius Parochiam Hoſenſem rexit. Ex mortis epocha liquet, eum Authorem epiſtolarum obſcurorum virorum non eſſe; cùm hæ ante Reuchlini cauſam & octavum decimúmque ſæculi XVI. annum non prodierint, ut Weislingerus in Hutteno delarvato demonſtrat.

Mortuus eſt Wernerus VII. Kalend. Septembr. 1592, ætatis 77, converſionis 55. victima charitatis: nam Fratribus peſte correptis ſeptem intrepidus adſtitit, confitentes audiit, & ex tam præclaro officio mortem meruit Sanctorum. Scripta ab eo multa & varia, partim edita, partim inedita:

Faſciculus

Fasciculus temporum, omnium antiquorum Chronica complectens, per VI. ætates digestus, ab exordio rerum ad suam usque ætatem editoris potius, quàm parentis. Varia operis hujus editio vivo Wernero facta est. Prima Colonienſi typo anno 1474. per Arnoldum Therhoernen. Altera secundò ibidem prodiit anno 1479. per Henricum Quentel. Lovanii 1486. Venetiis 1480. Putat Cave in Vossio primam editionem in annum 1470, eò quòd exemplar MS. eò usque perductum. Simile apud Vossium extat, sed fors aliud, quid inde eruitur: putà manuscriptum exemplar, quo Rolevinckius usus est, non nisi ad eum annum pertingere, quo Vossianum; minimè verò eo anno primùm è typo prodiisse. Linguà Gallicâ eum donavit circa 1495. Petrus Surget Ss. Theologiæ Doctor, Ordinis S. Augustini, ignotus Antonio Verderio in Bibliotheca Scriptorum istius idiomatis; sed in medium productus per Franciscum à Cruce, Nomenclatorem trium millium ex eadem natione Authorum.

Appendix seu continuatio ab anno 1474. ad annum 1514. Joanni Linturio Hostensi in Voithindia Parocho tribuitur.

Alia editio facta est, in qua S. Brunonis spectaculo damnati Parisini Magistri conversi historia omissa est, quæ utrique primævæ Colonienſi inserta est; quod non attendit Launoius argumenti negativi oculatissimus indagator, & super alios criticus æstimator.

Quarta Lovanii prodiit anno 1476, sexta Augustæ anno 1481. facta, porrigitur ad Hydruntum à Turcis expugnatum, quod anno 1480. contigit. Hæ vivo Rolevinckio. Pistorius demum inter Scriptores Germaniæ Tom. II. p. 180. locum & huic pleniori editioni dat 1584.

Paradisus conscientiæ & quæstiones XII. pro Ss. Theologiæ studiosis. Coloniæ 1465. in 4to per Arnoldum Therhoernen.

Libellus de venerabili Sacramento & valore Missarum ratione pretii satisfactivi tam pro vivis, quàm pro mortuis, hoc est, pœnarum debitarum, sive hic in purgatorio. Incipit: *Devotus quidam Presbyter conquestus mihi fuit. in 4to Literâ Petri impressus Coloniæ 1470. recusus Parisiis in 12mo 1513. per Joannem Petit, iterum Coloniæ in 8vo 1535. per Petrum Quentel.*

Sermo prolixus de S. Benedicto, impressus teste Trithemio ante 1494 quo anno & loco, nescit Cave p. 133. in append. ad Histor. litt.

Calendarium & Martyrologium. V. Trith.

Liber de origine Frisonum.

MSs. libri V. super omnes Epistolas S. Pauli, Joannis, Jacobi Judæ.

MS. de vita S. Pauli in folio, notatus Myo 161. Volumen I.

Liber de regimine Principum. Incipit Tabula formulæ vivendi Canonicorum. Capitibus 60. constat. Formula vivendi Canonicorum sive Vicariorum sæcularium, aut etiam devotorum Presbyterorum. in 4to Literâ Petri sine anno, die, loco impressus. Eo vivente edita, & post mortem Monasterii Westphaliæ recusa, additâ apostrophe ad Ecclesiasticos in commendationem libri à R. D. Henrico Keppeler Doctore decretorum, Canonico & Officiali Monasterienſi in Westphalia.

Incipit libellus de regimine rusticorum, qui etiam valde utilis est curatis Capellanis Drossatis, Scultetis, ac aliis Officiariis eisdem in utroque statu præsidentibus, in 4to impressus literâ Petri sinè loco, anno, die.

De origine nobilitatis. Desideràstis, Domine mi & amice in Christo dilecte, ut de origine nobilitatis aliquid breviter annuntiarem. Verisimiliter hoc quasi non inutile foret propter varia sentimenta, quæ à diversis diversimodè assignantur, & erroneè prout frequentius, sed ut talia elidantur, studium vestræ benevolentiæ parumper in hoc pro posse deservire, semper tamen vestra sub correctione mihi ut gratissima. Continet Cap. 43. in 4to impressus literâ Petri sinè Consule, & die, & anno, & loco, uti cætera omnia.

Commentaria in Epistolas S. Pauli, sex grandibus voluminibus compacta, ejusdémque Werneri manu scripta, in folio.

Vita & gesta Divi Pauli Apostoli, Libri VII. Incipit: Sicut fui cum Moyse, sic ero & tecum.

Expositio in omnes Epistolas D. Pauli,
Et D. Petri Apostoli,
Et D. Joannis Apostoli & Evangelistæ,
Et in Epistolam Judæ Apostoli,
Et in Librum Tobiæ.

Omnia manu Rolevinckii scripta 23. Commentaria.

Legenda sive vita & miracula S. Servatii Tungrensis civitatis Episcopi ab inepta obscuritate ac materiæ superfluitate vindicata. Incipit: Beati Servatii prosapiam talem cognovimus. *Edita in quarto Coloniæ anno 1472. per Arnoldum Therhoernem.*

Vita S. Hugonis ex Cartusiano Episcopi Lincolnienſis in Anglia in compendium redacta. MS. in folio, quam Surius reposuit 17. Novembr. Tom. VI, & suo stilo nonnihil elimavit.

Tractatus de excellentiis Alberti, cognomento Magni. MSs. in 8vo.

Sermo de præsentatione beatissimæ Mariæ semper Virginis, excusus in 4to Coloniæ 1470.

Sermo alius de eadem glorioſissima Virgine Maria, excusus Coloniæ in 4to 1470.

Sermo de S. Jacobo minori Apostolo. MSs. in quarto.

Sermo de S. Benedicto, impressus Coloniæ in 4to 1470.

Tractatus de virtutis essentia, directione & bonitate, Lib. III. MSs. in folio.

Epistola de oratione Christi in cruce ad propositam quæstionem: An Christus oraverit pro omnibus? MS. in 8vo.

Epistola ad quendam Abbatem Ord. S. Benedicti: An Episcopatum tutelarem securè possit acceptare? MSs. in 8vo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Stella Præpositorum, sive Regulæ viginti pro Ecclesiarum Prælatis. MS. in 8vo.

Quæstiones & resolutiones octo, sive consilia Prælatis & Religiosis data. MS. in 8vo.

Quæstiones & resolutiones decem ad institutionem Religiosorum. MS. in folio.

Quæstio cum resolutione data Religiosis, ut vitent sæcularia negotia. MS. in 8vo.

Tractatus de perfectiore institutione Novitiorum in 4to, impressus Coloniæ 1470.

Tractatus de vineâ spirituali, sive professu religionis, editus in 4to Coloniæ 1470.

Tractatus de correctione fraterna, excusus Coloniæ in 4to 1470.

Tractatus de forma visitationum monasticarum, Coloniæ impressus in 4to 1470.

Sermo de unitate morali & spirituali habitus 1487. in Capitulo Generali. MS. in 8vo.

Sermo in investitione Novitii. MS. in 8vo.

Epistola ad quendam Religiosum de contemplatione. MS. in 8vo.

Tractatus de desideriis sanctis. MS. in 8vo.

Tractatus de optimo genere gubernandi Rempublicam. MS. in 8vo.

Sermo de fraternitate vulgari simul convivantium. MS. in 8vo.

Epistola de vera salutarique amicitia. MS. in octavo.

De laudibus antiquæ Saxoniæ, nunc Westphaliæ dictæ, Liber unus in tres partes divisus, editus circa annum 1458. ab Authore vivo in 4to, recusus ab Ortwino Gratio Coloniæ 1513, redhibitus ab Leibnitio, an ob deridendam Scriptoris simplicitatem? iterum impressus anno 1602. in 12mo Coloniæ per Balthasarem Clipeum repurgatus, ut præfatur, at, ut ego judico, depravatus, multa namque omisit, & plura addidit ab Authoris mente prorsus aliena.

Dissertationes duæ de Martyrologio Paschalique Luna, cum tabula ad inveniendam quotannis Septuagesimam.

Tabula, ut ipse fatetur, est Confluentina accuratior cæteris; ab ipso verò digesta, ac notis illustrata, edita 1472. in 4to.

Meminêre Rolevinckii Trithemius, Bostius, Sutor, Possevinus, Petrejus, Sixtus Senenus, Miræus, Bellarminus, & post hos Commentariis M. Mörckens Cartus. Colon. hanc vitam & crisin debeo.

WERNERUS TESCHENMACHER natus fuit Erberfeldiæ in patria Montensi, & Prædicans Calviniſtâ primò in Grevenbruch Juliacensis patriæ, ubi anno MDCX. vixit, dein Xantis, Wesaliæ & Clivis, ubi etiam denatus 1638. Ejus operâ prodiêrunt

Annales Cliviæ, Juliæ, Montium, &c. qui anno 1638. primùm Arnhemii in folio fuerunt typo editi, & anno 1721. Francofurti ad Oderam & Lipsiæ typo sunt redditi, operâ D. Justi Christophori Dithmari, juris utriusque Doctoris, historiarum in Academia Viadrina Professoris ordinarii, adjectis annotationibus, tabulis genealogicis, codice diplomatico, & indice locupletissimo. Nonnulli defendunt Annales eos, quos tamen Joannes Thomas Brosius & Michael Mappius acriori stilo perstringunt.

Repetitio brevis suæ religionis Calvinianæ) Vesaliæ 1633, cui libro varia inseruit.

Reliquit præterea Teschenmacherus acta patriarum Juliæ, Cliviæ, Montium, &c. breviter descripta, & alia quædam; sed hæresum sordibus inquinata.

Foppens Bibliotheca Belgica. Von Steinen Originum Historiæ Westphalicæ.

WERNERUS THUMMERMUTH olim causarum Patronus in urbe Colonienſi, prodiit ejus studio

Krumstab schleust niemand aus. in folio. Cent. I. pp. 98. anno 1632. sumitur hoc libello demonstrandum jus æquale maribus & fœminis succedendi in feuda Archi-Episcopatûs Colonienſis. Refert Lunigius in selectis Script. illustrium p. 387. Hoc Thummermuthi scriptum gründliche Deduction. Rousset in Tom. II. 2da parte des interets presens des Puissances d'Europe rationes Vasallorum Colomenſium pro successione promiscua, inde Colonienſis Archi-Episcopi pro reditu feudorum post masculos extinctos ad Curiam Archi-Episcopalem Colonienſem succincte refert.

Responsum fuit huic Thummermuthi libro stilo sequenti:

Krumstab schleust alle Weiber aus.

Anno 1735. 30. Sept. Vide supra Excell. Cancellarium Carolum Paulum von Zimmerman.

1624. Schedion apologeticum, ac refutatio infamis libelli titulo justæ ac piæ defensionis, &c. sub persona & fictitio nomine Philadelphi Veremontani Hagiopolitani evulgati ad responsum juris in causa Canonicorum Regularium Novesianorum contra nonnullos Officiatos Archi-Fraternitatis S. Crucis Colonienſis, per Wernerum Thummermuth Advocatum Dusseldorpii, typis excudit Henricus Ulenbergius in 4to pp. 85.

1624. tacito nomine collectoris editus est sequens libellus, qui ejusdem Thummermuthi videtur.

Extractus diversarum extinctionum proximis XXX. annis circa Monasterium B. M. V. Ordinis Regularium Novesianorum attentatarum.

WILHELMUS BECKERS Doctor juris, Syndicus Reipublicæ Colonienſis, medio sæculo XVII. floret.

Synopsis juris Imperii Romano-Germanici operâ D. Wilhelmi Beckers. Editio anno 1640. facta inscio Authore, qui de jure Romano-Germanici Imperii publicam habuerat disputationem. Ea alienâ manu aucta sub titulo Synopsis [peregrinante Authore] prodierat in publicum, quâ distractâ Typographi petierunt hanc novam editionem, & obtinuerunt.

Editio

Editio III. matricula Imperii auctior 1649. Coloniæ apud Andream Bingium in Laureto in 1610 typis viduæ Hartgeri Woringen pp. 511. præter matriculam de 1567. Dicatus liber Ferdinando Archi-Episcopo Colonienſi, & Maximiliano Henrico Coadjutori Dominis ſuis clementiſſimis, unde vel officio vel natu iis ſubjectus fuit. Liber hic præluſit Vitriario: quod enim ille poſt, hic ante fecit: deſerto tantiſper jure Romano vetere & Juſtinianæo, perſonas, ſtatus, jura Imperii Germanici ex ſuis domeſticis fontibus, receſſibus Imperii, aurea Bulla, Publiciſtis noſtratibus derivat, ordinat, & ſyſtema methodicum digerit, quod auxiſſe vel limâſſe dici poteſt Vitriarius. Archi-Diœceſis, Civitatis & Univerſitatis Colonienſis ſpecialia jura multa adnotat & refert.

WILHELMUS BIRCKMAN, cognomento KRABBEN Colonienſis, in Monaſterio S. Martini majoris D. Benedicti legibus nomen dedit, ibique Philoſophiam ac Theologiam per plures annos Religioſis prælegit, ſervando gregi ſubinde Prioris nomine præfectus. Tum verò diſciplinis mathematicis omne ſtudium conferens, in iis deinceps ad miraculum clarus enituit, ob præclaras animi dotes, ſummámque peritiam Maximiliani Henrici Archi-Epiſcopi Colonienſis gratiam & favorem promeritus, à quo Paſtoratum in Ronsdorff pago ad Rhenum altero milliari ſupra Bonnam ſito obtinuit. Suo officio bene functus contractâ demum & frequentiore demum ſiderum aſpectu epiphorâ malè oculos angente, ad notas in aſtris ſedes ſpiritum emiſit 1678. die 5. Decembris.

Singulari & forſan antehac nunquam viſâ methodo ſub auſpiciis Reverendiſſimi Domini Franciſci Guilielmi Epiſcopi Oſnabrugenſis, Mindenſis ac Verdenſis Stereometriam eruderans publici fecit juris, typis Petri Metternich Coloniæ 1639. in quarto. Opus oppido rarum, & ut mole parvum, ſic ordine ac ſoliditate magni æſtimandum. Idem ipſe Author eſt.

Calendarii Colonienſis, quod annuè hactenus prodiit ſub nomine Wilhelmi Krabben.

Superant ejuſdem ſcripta Philoſophica & Theologica in Bibliotheca S. Martini, ubi etiam aſſervantur

Inſtrumenta ipſius mathematica & æreæ tabellæ majoris cujuſdam operis, quod prælo parabat, figuris aptatæ. Item

Volumen juſtæ molis in folio, aſtronomicis, geometricis, aliiſque figuris ſuperbiens.

Plura hujus commatis depoſita ſanè inſignia reliquiſſe fertur, quæ tamen propè diſſipata ſunt.

Ex Commentariis Oliverii Legipont Benedict.

WILHELMUS CASPARUS DEICKS natus eſt Duſſeldorpii anno 1696. 3tiâ Januarii Patre Theodoro Deicks, Matre N. Schleumers. Humaniori literaturâ excultus in patria in Collegio Societatis JESU, ſeveriori Sophiæ profanæ apud Patres Minores de Obſervantia, applicuit animum ad ſacrum Ordinem Præmonſtratenſium, quem in Eccleſia Knechtſtedenſi profeſſus eſt anno 1714. 19. Auguſti. Edita ab eo

Epiſtola fundamentalis Romano-Catholica. Of Breef van een Rooms-Katholyck an een Rooms-Katholyck Rechts-Geleerde to Duſſeldorp; waarin grondig en bondig wederlegt wird de waaragtige Hiſtorie van Johan Lindlauw voormals Schoolmeeſter en Gerichts-Bode te Solinge, en Thens Ruiter onder de blauwe Garde van de Heeren Staaten, Generaal der vereenigde Nederlanden, met eene Voorrede an de Burgers van Graverhage, door den H. Fr. Wilhelmus Caſp. Deicks Prieſter en Regulier Canunick der Abdye van Knechtſtede van de Ordre van Premonſtrat. Gedruckt tot Duſſeldorp by Ulman Libor Stahl Keurvorſtl. Hof-Boskdrucker anno 1736.

Vreet Vogel ofte ſterf. Dat is: Dringende Hooft-Vragen, oder de waare Kerck an alle Predicanten ter Beantwording overgegen in de Hoogduits, uitgegeven door den Heer J. N. Weislinger Prieſteren Paſtoir ende in het Neder-Duyts vertaalt door F. W. C Deicks Prieſteren. Twe Deele in 8. met Kooper Plaeten, gedruckt to Antwerpen by Jacobus Bernardus Jounet anno 1741.

Vier Zamenſpraken tuſchen Hiob en Simſon, twee gereformeerde Burgers en Lidmaten over den Heidelbergſen Catechiſmus, waarin de hondert en negen an twintig Vraagen, darin vervaet, grondig onderzogt, ende met bondigen Anmerckingen op het allerduidelykſte verklaert worden, ut het Hoogduits vertaelt door Fr. W. C. Deicks. Gedruckt to Antwerpen by Jacobus Bernardus Jounet 1740. in 8vo. Twee Deelen, met Approbatie een Privilegie.

Ex Commentariis clariſſimi Domini Kochs Prioris Canonicæ Knechtſtedenſis.

WILHELMUS DEEL honeſtis natus parentibus in oppido ſancti Viti, à puerili ætate ſingulariter addictus labori ad ſtuporem popularium: ut animum excoleret, Virenſem ſubiit ludum, tantùmque didicit, ut Duſſeldorpii poſtea ad mediæ Grammatices claſſem in Gymnaſio Patrum Societatis JESU à ſcholarum Præfecto fuerit admiſſus. Poſtea eiſdem Patribus velut vitis ulmo adhærens, Coloniæ ſua ſtudia fuit proſecutus; nec tantùm ſibi, ſed & aliis ſe natum cenſens inſtructioni juventutis animum adjecit, quam per annos circiter decem ità felici Pallade excoluit, ut diſcipulos ſuos uno etiam anno quandoque quatuordecim præmiis pro merito donatos & inſignitos è theatro publico Gymnaſii Tricoronati & ludis autumnalibus revertentes ſuſpexerit. Poſtea è tenebris in lucem emergens, ſacræ Theologiæ Licentiatus, & Sacerdotio initiatus, patrocinante eximio P. Herwartz S. J. evocatus fuit in aulam Sereniſſimi Ducis Saxoniæ Chriſtiani Auguſti, quo tempore luci dedit publicæ varia poëmata honori memorati Ducis, & primum ſub titulo:

Præſagia honoris.
Altare Chriſti auguſtum.
Ruta verſibus exarata.
Fons vivus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Vallis exaltata. 1703.

Denique honori Reverendiſſimi Domini Petri de Bequerer 1715. dum infulatus Eccleſiæ Develieſenſis Præpoſitus inaugurabatur, ſub titulo:

MVnDVs CorVsCans.

Obiit anno 1721, ætatis 64. Luce D. Antonio Pad. ſactâ. Rector Eccleſiæ ad omnes Sanctos.

WILHELMUS FRIESSEM Coloniæ Agrippinæ natus, ſenior Bibliopola celebertimus apud Ubios. Germanicè edidit

Trewhertzige Warnung und Ermahnung an alle hohe und nidrigen Stands, geiſt- und weltliche Obrigkeiten, an alle ihnen unterhabende Seelen zu führen, durch gute Unterrichtung und Unterweiſung zu einem Chriſtlichen Leben und ewiger Seeligkeit, durch Wilhelm Frieſſem Senierem, 1679. in 12mo pp. 142. & addita Epiſtola Chriſti ad urbem Colonienſem pag. 22.

WILHELMUS van GREVENBROICH vixit ſæculo decimo quinto, Civis Colonienſis & Encauſtes characterum. Videtur ſinè dubio Encauſtice ipſi occaſionem dediſſe conficiendi inſigne aliquod album amicorum, in quo 1500 pleraque Juliacenſium, Colonienſium, Montenſium, & ex Marchia Nobilium inſignia, utì & Regnorum, Regum, Principum, Comitum, Epiſcoparuum, Civitarum, &c. cum ſuis coloribus caſſidúmque ornamentis reperiuntur. Titulus eſt:

Album amicorum, aut potiùs inſignium, inſcriptum honori Romanorum Imperatoris & Regiæ Majeſtatis & Pontificiæ Dignitatis, cum aliis præcipuis externis regnis, Electoribus, Principibus, publicisque Statibus, quibus tanquam baſi ac fundamento innititur Romanum Imperium, ejuſdémque ordo conſtat. Quotquot eorum inſignia haberi potuerunt cum ſuis nominibus & coloribus ſingulari diligentiâ & ſtudio Wilhelmi van Grevenbroch Encauſtis & Civis Colonienſis conſignatum & illuminatum.

WILHELMUS HEIMBACH natus Euskirchii anno 1628, Abbatiæ Steinfeldenſis Canonicus, ſacræ Theologiæ Licentiatus, quam tum apud ſuos, tum apud Rommerſtorffienſes explicuit eruditiſſimè, prudentiæ ſingulari religioſam admiſcuit ſimplicitatem, quâ animos omnium rapuit. Præfuit Paſtor curæ animarum in Dunwaldt & Hochkirchen, Præſes Seminario Colonienſi, Conventui nativo ùt Prior, vir ad omnia utilis. Demum ad illuſtrem Parthenonem Marenſem cum titulo Prioris emiſſus, poſt laudabiliſſimum viginti & aliquot annorum regimen Prioratum cum vita depoſuit anno 1693. ultimâ Septembris, ætatis ſuæ 65. Eruditionis ac religionis ſuæ monumentum reliquit librum, cui titulus:

Lucerna ſuper candelabrum poſita, & ab illo igne accenſa, qui ex ſacris Canonibus XXX. eruitur, ſive Tractatus Theologico-Canonico-Juridicus de Ordinum regularium quà mendicantium, quà non mendicantium origine, inſtituto, profeſſione, exemptione, eorumque in Collegia, perſonas, res, jura, bona etiam emortua, & ab Hæreticis occupata poteſtate & juriſdictione. in folio.

WILHELMUS KYRIANDER (fortè HERRMAN dictus) Juliacenſis, juris utriuſque Doctor, Syndicus Trevirenſis urbis, ſcripſit pro libertate urbis Trevirenſis & immunitate à dominio Electorali, & immediata ſubjectione Imperii & Cæſaris ad Rodulphum II. Auguſtum, nomine Senatûs & populi Trevirenſis Commentarios memorandos, ſtilo ſat Latino documentis ex Archæo urbis laudatis, & ſæpè deſcriptis. Annalium ejus duæ ſunt editiones: una eáque prima hâc inſcriptione prodiit:

Commentarium de origine & ſtatu antiquiſſimæ Civitatis Auguſtæ Trevirorum &c. ſinè loci & temporis commemoratione.

Altera utrumque habet his verbis inſcripta:

Annales ſive Commentarii de origine & ſtatu antiquiſſimæ Civitatis Auguſtæ Trevirorum, Authore Wilhelmo Kyrianáro Juliacenſi & Syndico Trevirenſi ex ipſis Archivis deſcripti, editi Bipontì anno 1603. per Caſparum Wittelium in folio pag. 273. in partes XVII. ſectus eſt liber. Conatus fuerat Kyriander typo Colonienſi librum vulgare; ſed captus occultè in Agrippinenſium urbe fuit Typographus, mox in Rudolphi Cæſaris nomine opus apparuit. Jacobus Elector Trevirenſis exemplaria omnia ſuppreſſit, ſed more zizaniorum rurſum noxio germine repullulavit. Egit Kyriander (quemadmodum ſupra dictum eſt) ut civitatem Trevirenſem probaret eſſe Imperialem: dein, ut confutaret duos civitatis Hiſtoricos JOANNEM SCHEKMANNUM atque ENENIUM, qui in MEDULLA HISTORIÆ TREVIRORUM ſcripſerunt pro Archi-Episcopo contra cives ac urbem. Ità Ludewig in præfatione ad reliquias MSstorum §. 17. not. an.

Geſta Trevirorum inedita continuata ad annum 1627. Cap. CCXXVII. & mihi communicata à Reverendiſſimo & Clariſſimo Viro. Scribunt de Kyriandro ſequentia:

" Indigebat cauſa Senatûs bono & ſolerte Advocato, quem tunc inveniſſe credidit, cùm " Wilhelmum Kyriandrum juris utriuſque Doctorem Juliacenſem in Syndicum civitatis conſtituit amplis ſtipendiis: fuerat is Kyriander " Archi-Epiſcopalis Conſilii Secretarius, & Cancellariæ Regiſtrator, pro demeritis officio depoſitus cum Principis indignatione. In illo magnum quidpiam Trevirici inveniſſe rati ſunt; " ſed decepti quamplurimùm. Dum ex paleis " alieno ventilabro diventilatis triticum colligere " putant, & quàm bene patrocinatus ſit huic " cauſæ, exitus probavit. Homo hæreticus, omnibus Eccleſiis, conviciator & calumniator, " acuti alioquin ingenii, ùt ex ſcriptis ejus appa" ret, eloquens & diſertus, ſcripſit ſub fuco hiſtoriæ & defenſionis civitatis in Eccleſiaſticos, " Archi-Epiſcopos & ſummos Pontifices ſcommata & mendacia, quæ potiùs oſtenſionis ſuî " causâ, quàm juſtæ defenſionis ſcripſiſſe & produxiſſe videtur. "

De eodem Kyriandro ſcribit Boeckler in notitia S. R. I. Lib. VI. C. 6. & Lenglet du Freſnoy dans la methode pour étudier l'hiſtoire Tom. VII. pag. 610.

Con-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Confutandum Kyriandrum sibi delegerunt Browerus & Masenius, nec levem movent de fide Kyriandri suspicionem, ut qui Antistitibus omnem abrogare nititur jurisdictionem, nescio cui juri, aut certè antiquo usui contrariam. Vide Annalium Trevirensium Proparasceves Cap. II. editionis primæ Browerianæ pag. 4. 5. 6.

WILHELMUS MOLITORIS Julias ex Paffendorff, Professor Gymnasii Montani, sacrosanctæ Theologiæ licentiam in Universitate Coloniensi consecutus, & Canonicus apud S. Andream. Scripsit libellum hoc titulo:

Catechismus novus R. D. Jacobi Marchantii Pastoris & Decani Convinensis, seu doctrina Christiana in breves absolutasque quæstiunculas captu & observatu facillimas ordinata, & in usum sacræ catecheseos in hanc formam seorsim ab aliis operibus redacta, & aliunde ad majorem Ecclesiæ & uberiorem Christianæ juventutis fructum adimpleta, studio & operâ Wilh. Molitoris. Coloniæ sumptu Joannis Henningii in 24. pp. 180.

Concordantiæ Bibliorum ad antiquos & novos codices collectæ operâ & studio Theologorum Colonienſium, 1629. in 4to apud hæredes Antonii Boetzeri. Post dedicationem præferunt solum numen Wilhelmi Molitoris ex Paffendorff nomine omnium collaborantium.

WILHELMUS MOLITOR Pastor S. Martini Coloniæ, *Sermones de Tempore & Sanctis paratures* edidit.

WILHELMUS NAKATENUS natione Germanus, gente Juliacensis, ex oppido Gladbach natus anno 1617. mense Augusto, Societati JESU Treviris nomen dedit anno 1636. 12. Novembris, & votorum quatuor professionem edidit 1651. 31. Julii Coesfeldiæ, docuit literas humaniores & Philosophiam, & studiis præfuit. Concionatorem egit Coloniæ Agrippinæ in Æde Metropolitana tantâ laude, ut Serenissimus Elector Archi-Episcopus Coloniensis Bavariæ Dux Maximilianus Henricus, qui eo tempore Coloniæ habitabat, eum Aulæ suæ Ecclesiasten delegerit. Hoc munus Apostolicum annis triginta conjunxit cum eo, quod Societati JESU proprium est, officio jugi catechizandorum puerorum. Apud egenos ac infirmos, & imprimis moribundos ad felicem æternitatem deducendos uti libens & assiduus, sic dexterrimus erat. Laboribus sacris immoritur Aquisgrani anno 1682. 23 Julii, cùm pridie matutinâ concione cives aluisset, & pomeridianâ catechesi parvulos lactâsset, anno ætatis 64. Edidit præter minutiora rythmica & hymnica passim grata ob suavitatem vernaculè

Palmetum & hortulum palmarum seu selectorum per annum exercitiorum excusum anno 1660. in 12mo, & iterum Coloniæ apud Friesſem 1604. in 8vo, & Latinè apud eundem 1668. in 12mo, ità ut quatuordecim millia exemplarium fuerint impressa & distracta omnia; nec ob alium librum sæpius controversum inter Colonienses Typographos, atque hunc ob ejus continuum & frequentissimum usum in hunc diem variis & innumeris formis editum.

Transtulit etiam Germanicè

Supplementum ad Tom. IV. meditationum nostri Joannis pro mense Novembri à die 7. usque ad Adventum.

Seelen-Hülff oder Krancken-Buch. in 12mo. Coloniæ 1727.

WILHELMUS PORTZ Canoniam S. Crucis ingressus & professus est Coloniæ Agrippinæ. Ipius studio in lucem prodiit

Morodoxion universi seu cura septem peccatorum mortalium sub schemate septemplicis naturalis stultitiæ curandæ moralizata & adornata plurimis ac variis sententiis, versibus, exemplis & apologiis lectu jucundissimis, Authore R. P. Wilhelmo Portz S. Ord. S. Crucis Canonico Regulari, Domus Colonienſis Presbytero. Coloniæ 1687. sumptu Joannis Schlebusch.

WILHELMUS SALSMAN Colonienſis, absolutis in Gymnasio Tricoronato humanioribus & severioribus studiis Magister artium renuntiatur à Joanne Bollando è Societ. JESU Doctore anno MDLXXXV. XXVIII. Martii. Deinde clarissimi Domini Coriolani Garzadoræ Episcopi Ausserensis & Nuntii Apostolici per Germaniam Sacellanus fuit, sacrosanctæ Theologiæ Doctor creatus, eligitur Pastor Parochialis Ecclesiæ S. Albani anno MDXCIII. obiit. Scripsit

Theatrum Bavaricæ gratulationis Serenissimo Ferdinando Bavaro, cùm à Patruo Ernesto Archi-Episcopo Colonienſi consentiente Clemente VIII. Coadjutor declararetur, dicatum à Wilh. Salsman. Coloniæ typo Petri Reschedt 1596. in folio. Scriptus est liber carminum genere vario.

Idem Salsmannus variis literatis coævis vario & prolixo carmine epistolas, xenia, plausus, lapsus etiam typo vulgatos edidit.

WILHELMUS SCHULTINGIUS Carmelita Colonienſis, sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus, ejusdem Conventûs & aliorum successivè Prior & Regens, Concionator celeberrimus. Erat vir ætate gravis, & canitie venerabilis, in declamando ad populum longo tempore exercitatissimus, ac cultor beatæ Mariæ Virginis eximius, ad ejus conciones non ratò plures, quàm duo hominum millia confluxêre. Edidit in lucem

Vitam S. Andreæ Corsini, quem libellum dedicavit Serenissimo Principi Ferdinando Bavaro Archi-Episcopo & Electori Colonienſi.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Lewis Carmelitarum Provincialis.

WILHELMUS STADEN sancti Martini Coloniæ Monachus Ordinis S. Benedicti, ac subin Parochus in Flittardt, exquisitæ vir doctrinæ magnæque pietatis, claruit ad annum 1480. Scripsit

Commentarium in Regulam S. Benedicti, quem in Bibliotheca S. Martini MS. adservari memi-

nit

mit Benedictus Haftenus in suis disq. monasticis pag. 162. sed diligenter à P. Oliverio quæsitus non inveniri potuit. Superat tamen ibidem expositio regulæ continua sine nomine Authoris, hoc exordio: Quod minùs attentos fugit. Quam nostri Wilhelmi fœtum esse suspicamur: codex enim ejus ætatis faciem apprimè refert.

WILHELMUS THAMERUS Pastor Lutheranus Montensis zur Burg vico Ducatûs. Opusculum ejus

Summula fidei, oder kurtzer Inhalt und Begriff vom Glauben (Lutheri) in 12mo pp. 234. Coloniæ apud Wilhelmum Lützenkirchen 1605.

WILHELMUS de WEERDT sacræ Theologiæ Baccalaureus, Carmelita Aquensis, ejusdem Conventûs Sub-Prior. De eo scribit Segerus Pauli ad annum 1514: " Cœpit hoc tempore " in Germania infestiore clarere Wilhelmus de " Weerdt Germanus, Carmeli Aquisgranensis " Sub-Prior, sacræ Theologiæ Baccalaureus, ce- " lebris suo tempore Ecclesiastes, qui non pauca " scripturarum monumenta posteritati consecravit, " præsertim sequentia:

De statu hominis primo, medio & fine ad quatuor hominis dimensiones.

De desperatione, quam sit mala, Lib. 1.

De septem donis Spiritûs sancti Lib. 1.

De misericordia DEI Lib. 1.

De vitiis sub virtutum pallis occultatis Lib. 1.

De Assumptione B. Virginis, & Cœna Domini collationes 1510.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

WINANDUS ZEPHENIUS sacræ Theologiæ Licentiatus, apud Ubios Professor Rhetorices & Dialecticæ in Gymnasio Montanorum. Prodierat 1641. libellulus, hoc titulo:

Nudi mendici Christiani von der Steen die Geussen, quibus compassus Prædicantius Dusseldorpiensis Hundius commodavit ex Centonibus Calvini & Lutheri togam veritatis Christianæ, quâ togâ & petitam ante biennium per DD. de Walenburch responsionem ad theses propositas involvere conatus est. Huic Hundio medicinam aptavit Zephenius edito libello rogante egregio vito Christiano van der Steen infirmo & latranti cerbero ossam condire nunc impate.

1645. in 12mo Correctio fraterna pro Joanne Hundio &c. reformatis oblata contra togam veritatis Christianæ, Authore R. D. Winando Zephenio apud Ubios sacræ Theologiæ Licentiato, & Gymnasii Montis Rhetorices & Dialectices Professore. Coloniæ imprimebat Dominicus Petros.

WINANDUS THOMASIUS Stratensis Gelder natu, Scholasticus Clivensis, Concionator Aulicus Joannis Wilhelmi Ducis Juliæ, Cliviæ, &c. multis annis in ejus aula servierat, ùt in præfatione testatur. Edidit Germanicè

Der Seelen Speiß, das ist: *Ein schöner Christlicher Bericht aus bewährter heiliger Schrifft genohmen, den Krancken in sterblichen Nöthen gegen den zeitlichen und ewigen Tod gantz tröstlich vorzuhalten, mit einer vorgehenden Præfation voller Christlichen Ermahnungen gar dienstlich und nützlich allen Christglaubigen zu lesen und zu betrachten, durch H. Winand Thomasium Stralensem, F. C. Hof-Prediger, und Scholaster zu Cleve. Dusseldorff bey Bern. Rottboys 1602. in 8vo. Inscriptus liber Cancellario & Consiliariis Dusseldorpiensibus, in qua urbe dedicatio data notatur.*

WITTKINDUS Colonienſis, ùt ex stilo apparet, ait D. I. G. Eccard in præfat. Tom. I. Corporis historici medii ævi num. XII.

Chronicon Regum & Imperatorum ab Henrico Aucupe usque ad Fridericum primum Imperatorem, & Mediolani Destructorem perductum. Versionem Germanicam scripsit in gratiam illustriorum virorum Gerardi de Hammerstein, & Gerardi de Landescron. Hic libellus constituit magnam partem Chronicæ Regiæ Coloniensis ab eodem Eccardo eodem Tomo I. Corporis historici medii ævi n. XI. editi.

" Historiam de cætero non secundùm annos " Christi, sed secundùm annos Imperatorum no- " strorum recenset, quibus Pontificum Romano- " rum ac Archi-Episcoporum Colonienſium suc- " cessiones addit. In aliquibus tamen rebus & " verbis exponendis eum commisisse errores quos- " dam, scribit ECKARDUS, quos apud eundem " videre potes loco citato.

WOLBERO eligitur Abbas Monasterii sancti Pantaleonis duodecimus anno 1147, postquam Reverendus Pater Gerhardus senio confectus, baculum pastoralem in præsentia Reverendissimi D. Arnoldi primi ejusdem nominis Archi-Episcopi ac Priorum Monasterii resignâsset. Hic ingenio & eloquio clarus fuit, utpote vir in divinis scripturis studiosissimus, & in sæcularibus literis suo tempore doctissimus.

Obiit anno 1167. 5. idus Aprilis sub Alexandro ejusdem nominis tertio Romano Pontifice, Reinoldo, Archi-Episcopo Colonienſi, ac Friderico I. Imperatore, cùm præfuisset annis 21, sepultus sub ædicula D. Margarethæ V. ac M. hoc Epitaphio teste:

Corporis exuvias hîc depositi tumulandas,
Præsidiúmque piæ sub tegmine spero Mariæ,
Cujus ad ædiculam construxi culmina sacram,
Sit requies animæ, sit plena solutio culpæ.

Scripsit sacris Virginibus Benedictinæ institutionis in Insula Rheni DEO & B. Mariæ militantibus *Libros quatuor in Cantica Canticorum*, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. " Hos " anno 1630. Henricus Gravius Benedictinus " ejusdem Monasterii sancti Pantaleonis sacrosan- " ctæ Theologiæ Baccalaureus è manuscripto an- " tiquissimo codice hujus Cœnobii typo vulgavit; " sed

« sed in meliorem, ùt ait, ordinem dispositos. « Deinde *parum se*, ait, *his Commentariis de pro-* « *prio aut addidisse aut miscuisse, nisi ubi sensûs* « *ambiguitas, periodorum dissolutio, versuumque* « *distinctio simile quid desiderare visum fuerat.*

Abbas Geradiensis Cœnobii, cujus censuræ Wolbero Commentarios suos subjecerat, eosdem cum insigni elogio remittit Wolberoni, teste epistolâ operi præfixâ & impressâ, quâ, ait, in nonum annum prefisse Wolberonem suum partum.

1630. Commentaria vetustissima & profundissima super Canticum Canticorum, Authore R. D. Wolbero Abbate S. Pantaleonis intrà Colonian Ordinis S. Benedicti, nunc primùm digesta, illustrata operâ R. P. Henrici Cravii S. Theologiæ Baccalaurei, ejusdem Ordinis Benedictini. Coloniæ sumptibus Michaelis Demen in 4to pp. 287. præter præfationem & indicem.

WOLTERUS HENRICI à Strevesdorff Novesiensis, Ordinem Eremitarum sancti Augustini professus anno 1603, novennio Conventûs Coloniensis Prior & Provinciæ Visitator, Thuringiæ & Saxoniæ Vicarius Generalis, & Commissarius Apostolicus, Universitatis Coloniensis Doctor Theologiæ Cathedraticus; dein Anselmi Casimiri Electoris Moguntini Suffraganeus ab anno 1644, & Episcopus Ascalonensis creatus anno, quo Patruelis ejus Martinus Henricus à Strevesdorff carmen panegyricum Patruo suo accinebat cum voto: AVgVstIs faXIt, CeDant patrVo oMnIa faVstIs. Fuit primùm Erfurti Vicarius in Pontificalibus muniis obeundis vice Eminentissimi Anselmi Casimiri Moguntini Archi-Episcopi, tum anno MDCXLIV. Scabæo successit in eodem munere Moguntiæ, & postero anno VII. idus Septembr. Joannem Philippum ex illustrissima Schonbornio-rum gente electum Antistitem Herbipolensem solemnibus adhibitis cæremoniis consecravit, tantâ laude prudentiæ & integritatis ubique Sacerdotii dignitatem tuitus, ut à Joanne Philippo Electore Moguntino, & à Leopoldo Wilhelmo Austriæ Archi-Duce adhiberetur ad consilia. Quum anno MDCLVIII. Leopoldus Cæsar Francofurti vetusto ritu inauguraretur, ipse Wolterus quà Senior ac primus Episcoporum interfuit. Subin Lothario Friderico Episcopo Spirensi consecrationis munus impertiit, & post obitum Joannis Philippi ad Moguntinæ Sedis fastigium evecto pallium Archi-Episcopale consuetis cæremoniis imposuit. Fuit idem nobilium Ecclesiarum B. Mariæ Virginis Erfurti, & sancti Petri extra muros Moguntiæ respectivè Præpositus, Canonicus Capitularis & Scholasticus, Universitatis Moguntinæ anno 1656. Cancellarius, Rector Magnificus, sacræ Theologiæ Doctor erat jubilarius anno 1652, cujus icon genuina extat hîc Coloniæ apud D. Consulem Melchiorem Rutgerum à Kerich impressæ persimilem, obiit die VIII. Maji anno 1674, ætatis 90, professionis 71, Sacerdotii 62. Ejus studio prodiêrunt

Defensorium D. Thomæ Aquinatis ab Ægidio Romano olim compositum Coloniæ 1624.

De sodalitate Cincturatorum. 1628.

Explicatio Missæ. 1620.

Exercitium hebdomadale de vitâ, passione, & resurrectione Domini. 1630.

De jure & justitia. Coloniæ 1632. excudebat Petrus Metternich pp. 496.

Lampas salutis 1651. Coloniæ apud Petrum Metternich edita.

Emunctorium ellychniorum impuriorum lampadi salutis malè applicatorum, Authore Woltero Henrico Strevesdorff, Episcopo Ascolitano Moguntiæ 1651. apud Nicolaum Heyl in 18vo pag. 45. Ostendit falsò & indoctè sibi imputari errores in libro à se edito: Lampas salutis *inscripto, qui errores ad Episcopum Moguntinum à Zoilo erant. Promittit apologeticum uberiorem ejusdem lampadis.*

Primas Magdeburgensis, hoc est: *Series Archi-Episcoporum & Primatum Magdeburgensium usque ad Guilielmum Austriacum. Accessit refutatio historiæ Udonis, Authore F. Woltero Henrico Strevesdorff Novesiensi, sacræ Theologiæ Doctore, Ordinis Eremitarum S. Augustini, per Thuringiam & Saxoniam Vicario Generali. Coloniæ in quarto pp. 63. typo Petri Metternich. Hæc series desumpta est ex MSs. Annalibus Imperialis Abbatiæ Bergensis prope Magdeburgum casu oblatorum huic Strevesdorffio.*

MSs. casus conscientiæ, & alia quædam.

Epitaphium, quod Præsul STREVESDORFFIUS *sibi ipsi fecerat, ità habet:*

AD LECTOREM.

Quid agam, requiris? Tabesco,
Scire, quis sim, cupis?
Fui Wolterus,
Vapor & fumus.
Vitæ quæ fuerint condimenta,
Flagitas? rogas?
Labor, dolor, luctus,
Servire aliis, sustinere invidias,
Æmulationes, despectus, degradationes,
Persecutiones non curavi,
Quos habui charos, pleroscque sepelivi.
Rarò, subinde tamen,
Amicum sincerum vel candidum videre
Experiríque dignus fui.
Fictos, dolosos, mel ex ore spumantes,
In corde venenum habentes
Nactus pluries fui.
Siste viator!
Nil stabile sub sole esse cogita.
Hîc opta, cineres placida cum pace
Quiescant, atque mihi siquidem sit
Requies animæ.
Ora, quæso, DEUM Opt. Max.

De Tombeur p. 217. Joannes de Doctis Moguntinis & Tomo II. rerum Moguntiacarum. Foppens Bibl. Belg.

WOLTERUS SCHOPEN Julias, Ordinem Fratrum Minorum Conventualium sancti Francisci ingressus, professionem fecit, homo sagacis & felicissimi ingenii, studio Theologiæ in Provincia Colonienſi penitùs absoluto, in Bohemiæ Provinciam concessit, doctoralibus insignibus ibidem decoratus, in Conventu Wratislavienſi studiorum Regentem ac sacrorum Canonum Professorem egit; Eminentissimi quoque Cardinalis Sperelli Theologus extitit. Tandem Episcopus Macatiensis & Suffraganeus Wratislarienſis effectus, scripsit

In universam Philosophiam, quæ primùm edita 1696 Nissæ typis Joannis Josephi Krembsel, dein alibi à morte Authoris aucta & recusa est. Item

Tomos IV. in universam Theologiam, quorum primus Nissæ typis Joannis Josephi Krembsel editus est 1698, & ibidem successive cæteri.

Tandem Viennæ, ubi legatione fungebatur, adversâ valetudine correptus decessit, apud Minoritas ibidem sepultus.

" De eodem scribit R. P. VINCENTIUS VON " BERG in RATIOCINIO JUVENTUTIS " FRANCISCANÆ pag. 311. Scripsit *univer-* " *sam Philosophiam & Theologiam ad mentem* " *Scoti;* sed non adeò pure: in multis enim ex- " orbitat tam à Scotistarum, quàm etiam à Divi " Thomæ sententia veluti Author singularis.

WOLPHELMUS ex illustribus Ripuariis Comitibus de Nieb Patre Trumoldo, Matre Everzâ natus, *teste Gelenio*, à prima ætate omni morum honestate, doctrinâ & pietate egregiè instructus, Coloniæ in æde summa beati Petri Apostolorum Principis in Canonicorum collegium fuit adlectus sub sancto Heriberto Archi-Episcopo Colonienſi. Verùm altiori ductus spiritu, pertæsus sæculum, nequam clàm Treviros fugit, sub Regula S. Benedicti vitam transacturus; sed cùm avunculus ejus Henricus Abbas Coloniæ ad S. Pantaleonem eum suo transcribi Cœnobio desideraret, & ea super re locutus fuisset Archi-Episcopo, ejusdem jussu revocatus est ad Colonienſe Monasterium S. Pantaleonis; cúmque dein regularis disciplinæ observantiâ omnibus præluceret, ab avunculo suo Abbatiæ Gladbacenſi fuit præpositus. Subinde ab Hermanno Archi-Episcopo Colonienſi ob sanctitatis famam jussus fuit pedum & infulam Abbatiæ Sigebergenſis suscipere; verùm cùm adverteret Hermannus, eum solitudinis & contemplationis amantiorem esse, regimen & curam Cœnobii Brawillerenſis eidem demandavit.

Eâ tempestate Francia turbabatur novâ hæresi exortâ Berengarii, *contra quem zelo religionis Catholicæ defendendæ inflammatus, stilum suum exercuit datâ ad Megenhardum Abbatem Gladbacenſem epistolâ, quæ lectu dignissima est*, & in vita ejus Wolphelmi (quam recuderunt Benedictini MABILLIO & D'ACHERIUS *in Actis SS. Ord. S. Benedicti sæculo VI. Part. II. pag. 675.*) à PP. ANTVERPIENSIBUS HISTORIOGRAPHIS descripta invenitur 22. Aprilis, prævio humanitatis more.

" DEI gratiâ Wolphelmus Abbas Coabbati " Meginquardo salutem, ità incipit; *Lac divinæ* " *spiritualis &c.*

Præterea cùm esset amantissimus lectionis sacrorum Bibliorum, curam habuit non vulgarem, ut veteris & novi Testamenti paginæ à suis revolverentur. Imò composuit

Poëma quoddam leoninis, ut ajunt, versibus ità incipiens: " *Latè diffusus sic Ecclesiasticus usus &c.* " *De utilitate lectionis sacræ, ut ejusdem frequen-* " *tandæ majus desiderium in omnibus excitaret.*

Varias vexationes & molestias, nec non convitia & contumelias perpessus est, ut Allodium Clotheno dictum à Domina Richeza Monasterio Brawillerenſi donatum, sed à duobus Archi-Episcopis Annone & Hildolpho Colonienſibus detentum, ab Ecclesia B. M. V. ad Gradus recuperaret; felici tamen eventu: urgente enim summo Pontifice GREGORIO VII. ejus possessionem impetravit. Varias virtutes alias valde excellentes brevitatis gratiâ præterimus exercitas usque ad mortem, ad quam se piissimè præparavit, eodémque die, quem prædixerat, obdormivit in Domino, scilicet 22. Aprilis anno 1091. Viri sanctitatem miracula posthuma & certiorem & illustriorem reddiderunt. *Supersunt ergo literaria ejus monumenta.*

Epistola ad Megenhardum Abbatem Gladbacenſem contra hæresin Berengarii, &

Poëma heroicum de utili lectione S. Scripturæ.

Z.

ZACHARIAS LIPPELOUS Antverviensis, ante Ordinis ingressum juris utriusque Baccalaureus, Christo in Cartusia Colonienſi dare nomen cœpit anno MDLXXXVII, qui, cùm felicis esset ingenii, atque elegantioris stili nitore polleret, prolixiores Laurentii Surii Sanctorum Tomos in compendium redegit. Quod dein revidere, atque historiis aliquot augere seriò dum moliretur, continuis exhaustus studiis in phthisin incidit, quæ paulatim ità confecit hominem, ut, licèt florenti esset ætate ac corpore bene compacto, faro tamen ante tempus concesserit, inambulando námque & scribendo propemodum occubuit 1599. 19. Novembris, ætatis 34, professionis 11, cujus *de vitis Sanctorum* Epitomen D. Cornelius Grasius aliquantò post revidit, plurimarúmque vitarum accessione locupletavit. Igitur Zachariæ operâ in lucem prodiêrunt

Vitæ Sanctorum, sive res gestæ Martyrum, Confessorum, atque Ss. Virginum, earum præsertim, quæ per Laurentium Surium sex Tomis comprehensæ sunt, & nunc restrictis verborum ambagibus, integrâ tamen historiarum serie ubique ferè servatâ ad exactissimam doctissimi & præstantissimi viri D. Cæsaris Baronii Chronologiam digestæ, IV. Tom. distributæ, studio & labore F. Zachariæ Lippeon. Coloniæ Agrippinæ per Henricum Falckenberg anno 1596. in 8vo.

Oratio funebris in obitu Francisci Paludani Professi Cartusiæ Colon. HHH. 124. EEE. 88.

Ex Commentariis D. Michaelis Mörckens, Petreium corrigentis.

* * *

SUPPLE-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SUPPLEMENTUM BIBLIOTHECÆ COLONIENSI ADDENDORUM, CORRIGENDORUM, INSERENDORUM.

Pag. 4. inserendus

ADAMUS JACOBS natus in Colonia Agrippinensium, in Parochia sanctæ Brigidæ, humaniores & severiores disciplinas hausit in Gymnasio Tricoronato, subinde altiori spiritu actus, Regulam S. Augustini in Canonia Corporis Christi professus fuit anno 1690, cujus Procurator iterum, & Administrator secundâ vice, Sub-Prior subinde: ex ea Canonia accitus & introductus fuit Pastor in Sprentlingen & Schwabenheim, œconomiæ curâ adjectâ, obiit anno 1739. die II. Aprilis. Germanica fecit

Thomæ à Kempen Opera omnia, hoc titulo: Thomæ von Kempen alle Schrifften, jetzo zum erstenmahl aus der Lateinischen Sprach in die Hoch-Teutsche ubersetzt. Cöllen 1713. bey Wilhelm Metternich in 4to. Pars prima pag. 586. Pars secunda pag. 448.

Ex Commentariis Canoniæ Regularium Augustinianorum ad Corporis Christi Coloniæ.

Pag. 4. ADAMUS SASBOLD *adde*

Vosinerus, Nepos Tilmanni Sasboldi Vosineri Delphi., sacræ Theologiæ Licentiati, Senioris Universitatis Colonienſis, Præpositi Ultrajectensis, & insignis Ecclesiæ ad S. Gereonem Canonici defuncti anno 1634. 24. Februarii.

Pag. 9. ADRIANUS WILHELMUS FABRITIUS *adde*

Natus anno 1645. die sanctæ Theresiæ sacro in Nerschen prope Gladbach. Cùm Romæ in Collegio Germanico educaretur, Præbendam Diaconalem in Ecclesia Collegiata B. M. V. ad Gradus, ex obitu R. D. Henrici Curten vacantem sub defectum Indulti, quod à Sanctissimo Papa ALEXANDRO Universitati Colonienſi concessum expraverat) obtinuit à Sede Apostolica, & per Mandatarium R. D. Waltrinum Canonicum Andreaticum admissus fuit ad possessionem anno 1667. Ære suo erexit aras duas in Collegiata Ecclesia B. Mariæ Virginis ad Gradus, alteram sub titulo Ss. Angelorum, alteram sub titulo JESU, MARIÆ, JOSEPHI, in mediis gradibus, quibus ad Chorum ascenditur, in fronte gentilitiis signis exornatam; ante hanc sepultus quiescit, hocce Epitaphio.

Anno 1719. 12. Jan. obiit ADRIANUS WILHELMUS FABRITIUS, sacræ Theologiæ Doctor, ætatis 74, hîc Canonicus Capitularis, Senior, Jubilarius & Chori-Episcopus.
R. I. P.

Pag. 10. ÆGIDIUS de VRESE *adde*

Daventriensis, Canonicum Ordinem S. Crucis Coloniæ professus fuit. Cùm Magistratus Venlonensis scholas publicas Conventui sanctæ Crucis ejus urbis regendas & firmandas traderet, ex primis Magistris fuit, anno 1625. erat Prior Domûs Vallis B. M. V. Canonicæ sanctæ Crucis in Ehrenstein à Nesselrodiis Equitibus fundatæ 1578. Domûs Montis orientis in Comitatu Tecklenburgico Diœcesis Osnabrugensis fundatæ, anno 1422 Prior idem fuit. Ipsus statuerat sua Poëmata edere sub hoc titulo:

Miscellanea sacra, profana, argumento, metro, artificio variante diversa. Sed Prior Domûs sanctæ Crucis Colonienſis, qui posthumum opus edidit, mutavit titulum, & ex nomine hunc cudit *Ægis* &c.

Pag. 10. inserendus

ÆMILIUS ANTONIUS Aquisgranensis (non Trajectinus, licèt in imaginis ipsius, collegio Professorum donatæ, titulo ejus posteri testati sint, fuisse Trajectinum, quos bonâ fide Virum celeberrimum Arnoldum Drakenborchium, in serie Professorum Trajectinorum, quam nobis dedit post elegantissimam orationem, nuper in centesimum Academiæ nostræ natalem habitam, secutum fuisse mihi ipse retulit Vir eruditissimus) na-

tus fuit XX. Decembris anno MDLXXXIX. Cum Patre *Jano Æmilio* sive *Melio*, uti appellabatur, Consule Hasselensi, ditionis Leodiensis, & Matre *Elisabetha Hobraken* sive *Hubracken*, ob religionem sequiorem profugis, & patriam relinquere coactis, Dordracum advenit, ubi primùm Adriano Marcello, deinde Gerardo Vossio in disciplinam traditur, quem Præceptorem suum vocat in in præfatione ante suas orationes, & cui dedicavit *Poematon de sententiis septem Sapientum Græciæ*. Vid. ejus oration. & poëmat. P. CCCCLXX. Quo Præceptore cùm per aliquod tempus usus esset, & optimam utriusque linguæ cognitionem sibi comparasset, Leydam adiit, ubi Rudolphum Snellium, mathematicas artes docentem, & Dominicum Baudium omnis ævi historias & res gestas enarrantem, sedulò audivit. Deinde quadriennium exteris Academiis visendis impendit, & diu Heidelbergæ in ædibus Davidis Paraei moratus est, ut ibi celeberrimam Palatinam Bibliothecam perlustraret. Genevæ quoque literis humanioribus operam dedisse se testatur in dedicatione Jacobo Gorhofredo ante suam dissertationem de *maximis momentis rei maritimæ*, quæ legitur post ejus orationes pag. 358. Germaniâ & Galliâ peragratis, cùm ibi amicitiam cum viris eruditis contraxisset, celebriorésque Academias & Bibliothecas invisisset, domum redux, Præceptori suo Gerardo Vossio successit in Gymnasio Dordraceno, cùm annum vigesimum quintum ætatis ageret. Vide *Beverwyk Beschryv. van Dort* pag. 285. & *Balen Beschryv. van Dort* pag. 674. & cùm per quadriennium Dordracenam scholam moderatus esset, anno MDCXIX. Gymnasio Hieronymiano Trajectenti præfectus est. Vitam privatam, scholasticam perræsus, agere malens, 1. Junii anno MDCXXX. sponte se Rectoris munere abdicavit, & Delphos in Hollandia concessit, ipsique successor datus Justus Lyræus. Verùm cùm ille non ex voto rem geretet, & Magistratibus nostris innotuisset, Æmilium mutatâ priori sententiâ, si Rectoris munus vacaret, hanc Provinciam iterum in se suscipere velle, Lyræo primùm persuadere conati sunt, ut sponte honesto stipendio retento, se abdicaret: qui, cùm nollet, ut locum facerent Æmilio, Lyræo professionem humaniorum literarum in illustri schola, quam erigere in animo habebant, demandârunt, & Æmilio obtulerunt præfecturam Gymnasii Hieronymiani, & professionem historiarum sub annuo stipendio MCCC. florenorum, uti patet ex actis nostrorum Magistratuum anno MDCXXXIII. unde hæc hausi. Hinc patet error Vincent. Fabric. Epist. p. 302. qui dicit, eum fuisse Trajecti Rectorem scholæ, sed parum idoneum regundæ tam implicatæ Provinciæ Professorem creatum; cùm non Æmilius, sed Lyræus ea de causa Professor creatus fuerit.

Muneribus his ad annum MDCXXXVIII. functus est, quo valetudine minùs prosperâ utens, continenter enim nephriticis doloribus conflictatum testatur ipse in dedicatione ante suas orationes, rogavit Magistratus, ut sibi liceret laboribus scholasticis valedicere, & consenserunt Magistratus nostri, stipendiúmque mille florenorum ipsi assignârunt XI. Martii anno MDCXXXIX. quod deinde XXII. Februarii anno MDCXLII. ducentis auctum.

Leidam circa annum MDCXXXI. vocatus, ut succederet Vossio, oblatam Provinciam suscipere abnuit. Vide Voss. *Epist. select. CXCII.* qui eum laudat de Analog. l. XVI. Uxorem duxit Agnetam van Langen, filiam Joannis & Mariæ van Ilselmunden. Obiit anno MDCLX. (errat ergo Wille, qui anno 1661. obitum assignat) 12. Decembris, inque ejus obitum orationem funebrem habuit Daniel Beckringerus, quæ legitur apud Witte Memor. Philosoph. Vol. II. Decad. VIII. videndus & Baelius in Lexico Tom. II. p. 358. ubi narrat, quomodo amicitiam contraxerit cum Cartesio, postquam ejus doctrinam in oratione funebri Reneri, qui Philosophiam methodo Cartesiana in Academia nostra docuerat, conlaudâsset.

Editæ sunt hujus Æmilii *Orationes & carmina* Trajecti anno MDCLI. in 12mo, in qua editione extat ejus *Oratio de politicis artibus Augusti*, quam ineditam dicit Almelovenius in Biblioth. Prom. & Lat. pag. 1. Ipsi Puteani dictionem adeò placuisse in orationibus suis, ut integras periodos & lacinias ex ipso exscriberet, transferrétque in suas, testatur Morhovius Lib. VI. Polyh. Liter. III. §. IV.

Caspar Burmannus Trajectum eruditum.

Pag. 12. inserendus

ALBERTUS KIVET, à natali oppido dictus ARNHEIMIUS, religionem Cartusianorum professus in Insula Reginæ Cœli prope Wesaliam, Civiæ oppidum, vir antiquæ fidei, virtutis, & miræ innocentiæ. *Theodoricus Leurschius Carusianus* è contrario conatur probare rationibus non explodendis *(judice Mörckenio)* primam professionem ab Alberto hoc editam in patriæ Cartusiæ domo, dictâ Domûs Monachorum, vulgò *Monickhausen* prope Arnheimium. Posset id eò facilius admitti, quod eo sæculo vigebat inter Cartusianos mos iterandæ professionis in iis, qui ex gravi causa ex domo primævæ professionis ad aliam, modò Prioris & Conventualium consensus accederet, transibunt. Verùm cùm charta Capituli Generalis anni 1450. non meminerit Domûs Arnheimensis, videtur Petrejus hîc non movendus. Obiit 1449. 17 Maji, ætatis 80, Senior Domûs Westalienſis, professionis 40. Scripsit

Referendarium Exemplorum in Tomos duos, septem distinctiones partitum.

Distinctio I. De Venerabili Sacramento Cap. XCIII.

II. De S. Cruce Cap. XXXIX.
III. De B. Maria Cap. XCI.
IV. De Nativitate Domini Cap. LXXVII.
V. De virtutibus Cap. LXI.
VI. De vitiis Cap. CXLVII.
VII. De defunctis Cap LXIII. complectitur.

Solet hic liber MS. asservari apud Cruciferos Ruræmundenses.

Petrejus, Suvertius, Desselius, Raissius, Meratius, Vossius de Historicis Latinis, Joannes Major, Foppens Bibliotheca Belgica, Mörckens Cartusian. Colon.

Pag. 15. inserendus

ALOYSIUS van WILLIGEN Ravensteinius in lucem venit anno MDCC. 21. Maji, Patre clarissimo

rissimo viro Joanne van Willigen, Matre Aleydâ. Absoluto Philosophiæ curriculo in Gymnade Tricoronata, & Magister creatus in alma Universitate Colonienſi, eodem anno MDCCXX. 20. Octobris Trevirensem Domum Sociorum JESU ingressus est: humaniores scholas biennio, & Philosophiam triennio Tricoronatas Discipulos docuit. Quatuor votis supremis se obstrinxit in eadem urbe anno 1734. 2. Februarii. Nunc Ravensteinii Missionarium, & Parochum, & amplissimum Decanum Christianitatis agit. Scripsit

Philosophiam peripateticam authoritate & rationibus breviter stabilitam. Coloniæ in 8vo è Typographia Gereonis Arnoldi Schauberg.

Pag. 17. ANDREÆ GAIL. *adde lib.*

Consilia. Francofurti 1662. in folio.

Observationes practicæ Gailii Teutonico sermone versæ prodiêrunt Monachii 1673.

De pignorationibus Germanico habitu prodiit 1585. in 8vo Francofurti.

Pag. 19. inserendus

ANTONIUS AFFELMANNUS oriundus Susato, Frater Joannis (de quo infra) scripsit

De Capite Imperii Romano-Germanici, ejusque membris.

De summa summi Principis potestate.

De authoritate legum & modo illas conciliandi.

Frcherus in Theatro. Lexicon universale Basileense. Editio 3tia anno 1742.

Pag. 19. amplianda hæc:

ANTONIUS DEUSINGHIUS Mœrsæ, confini Ducatûs Clivensis ac Diœcesis Colonensis oppidulo natus anno 1612. Patre Joanne Ottone ex oppido sancti Goari in militia Ordinum fœderatorum Signifero, Matre Agnete Vermeiren Delphensi. Literarum studia Harderovici ac Vesaliæ, ac præsertim in Academia Lugduno-Batava percepit; ubi & Matheseos ac linguarum Arabicæ, Persicæ, Turcicæque peritiam non vulgarem à Magistro suo Jacobo Golio hausit. Doctoris medici titulum in eadem Academia Lugdunensi die 27. Septemb. anno 1634. adeptus. Primò constitutus est Professor Matheseos in Gymnasio Mœrsensi 1638, ubi de felicitate patriæ ex Gymnasio acquisita in auspicali oratione peroravit. Sequenti anno 1639. Harderovicum secessit ad professionem Physices ac Matheseos electus post obitum celebris viri Isaaci Pontani, cui conjuncta fuit anno 1642. professio medicinæ ordinaria. Hinc ad Groninganam Academiam evocatus, primariam medicinæ cathedram ascendit 12. Januarii anno 1647, atque in oratione auspicali demonstravit, quòd optimus Medicus sit idem Philosophus.

Anno sequenti 1648. Academiæ Groninganæ Rector eligitur. Anno 1652. à Guilielmo Friderico Comite Nassovio Frisiæ Gubernatore Medicus Aulicus constituitur. Bis matrimonio junctus: imprimis anno 1640. cum Sophia ab Osterwick Clivensi, dein anno 1650. cum Magdalena Modesta Scheidmans Spirensi: liberos quidem reliquit, sed nullum paternæ eruditionis æmulatorem. Obiit Groningæ die 29nâ Januarii 1666, ætatis anno 54, multorum Author librorum, quorum hic catalogus:

Oratio de rectâ Philosophiæ naturalis acquirendæ methôdo. Harderovici 1640. in 4to.

Cosmographia Catholica & Astronomica secundum hypotheses Ptolomæi in concinnum, brevem & perspicuum ordinem digesta. Amstelodami anno 1642. in 8vo.

Oratio, quâ medicinæ dignitates perstringuntur. Hardevici in 4to.

De vero systemate mundi dissertatio mathematica, quâ Copernici systema mundi reformatur; sublatis interim infinitis penè orbibus, quibus in systemate Ptolemaico mens humana distrahebatur in partes quatuor divisa. Amstelodami Elzevir. 1643. in 4to.

De mundi opificio discursus physicus duodecim dissertationibus propositus. Amstelodami an. 1644. in 4to.

De ente in genere, ejusque principiis. Hardevici 1644. in 4to.

De origine formarum naturalium, & animæ humanæ substantia disquisitiones, habitæ cum Joanne Sautero. ibidem 1644. in 4to.

Naturæ Theatrum universale, ex monumentis veterum, ad sacræ Scripturæ normam ac rationis & experientiæ libellam extructum. Hardevici 1645. in 4to.

Spongia adversùs cavillationes quasdam selectâ disputatione Philosophico-Theologicâ in animæ humanæ substantiam ejectas.

Hexameron recognitum, sive de creatione meditationes explicationibus Christiano-Philosophicis & animadversionibus necessariis illustratæ, adversùs D. I. C. Ss. Th. D. [id est, D. Joannem Cloppenburgium sacræ Theologiæ Doctorem.] Hardevici 1645. in 4to.

Oratio, quâ idea Medici absoluti adumbratur, seu quòd optimus Medicus sit idem Philosophus. Groningæ 1647. in 4to.

Synopsis Philosophiæ universalis. Groningæ 1648. in 12mo.

Synopsis Philosophiæ primæ, seu Compendium Metaphysicæ.

Synopsis Philosophiæ naturalis, sive Compendium Physicæ.

Oratio de boni Medici officio. Groningæ 1648 in 4to.

Canticum Principis Abi-alis Ibn Sinæ, vulgò dicti Avicennæ de medicina, seu breve, perspicuum, & concinnè digestum institutionum medicarum compendium, cui adjecti Aphorismi Medici Joannis Mesuæi Damasceni, ex Arabico Latinè redditi. Accessit ejusdem Authoris (Deusinghii) oratio de felicitate Sapientum. Groningæ 1648. in 12mo.

Synopsis medicinæ universalis, seu compendium institutionum medicarum, disputationibus exhibitum & ventilatum. Groningæ 1649. in 12mo.

Exegesis apologetica, seu locorum quorundam, quæ in scriptis ipsius per mutila quædam excerpta obscuritatem habere visa sunt, collatione factâ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

præcedentium & consequentium exacta declaratio.

Joannes Cloppenburgius Heautontimorumenos, seu retorsio injuriarum de libello falsidico, cui titulus: Res judicata cumulatarum.

Anatome parvorum naturalium, seu exercitationes anatomicæ ac physiologicæ de partibus humani corporis conservationi specierum inservientibus. Groningæ 1651. in 4to.

Dissertationes duæ, prior de motu cordis & sanguinis, altera de lacte & nutrimento fœtûs in utero. Groningæ 1651. in 4to., item ibid. 1655. in 12mo.

I. Notæ viri alicujus clarissimi ad dissertationem de motu cordis & sanguinis.

II. Commentarius Authoris in dissertationem eandem adversùs notas prædictas.

III. Objectiones Andreæ Schmitzii adversùs dissertationem de lacte, atque responsiones Authoris, aliáque huc spectantia

IV. Dissertatio de lacte Joannis Antonii van der Linden.

V. Exercitatio physiologica de lacte Hermanni Conringii.

VI. Dissertatio Deusinghii de venæ sectione in pleuritide.

VII. Ejusdem oratio panegyrica de judicii difficultate.

Geneses Microcosmi, seu de generatione fœtûs in utero dissertatio. Groningæ 1653. in 12mo.

Item accesserunt *Deusinghii curæ secundæ de generatione & nutritione. Amstelodami 1665. in 12mo.*

Idea doctrinæ de febribus breviter, perspicuè ac methodicè proposita, publicaque ventilationi submissa. Groningæ 1655. in 12mo.

Disquisitio gemina de peste. Prior, an contagiosa pestis sit? altera, an vitanda? & quomodo illæsâ conscientiâ. Groningæ anno 1656. in 12mo.

Dissertatio de morbo Manschlagt, ejúsque curatione. Groningæ 1656.

Disquisitio medica de morborum quorundam superstitiosa origine & curatione, speciatim de morbo vulgò dicto Manschlagt, ejúsque curatione, de Lycanthropia, nec non de surdis ab ortu mutisque, ac illorum cognitione. Ubi & de ratione & loquela brutorum animantium. Groningæ 1658. in 12mo.

Tractatus de peste, in quo de pestis natura, causis, signis, præservatione ac curatione agitur. Groningæ 1658. in 12mo.

Dissertationes de unicornu, lapide Bezoar, pomis Mandragoræ, illiúsque Magoniis, vulgò dictis Pisse-Diespes, Agno vegetabili, Anseribus Scoticis. Groningæ 1659. in 12mo.

Dissertationes de manna, saccharo, & monocerote. Groningæ 1659. in 12mo.

Idea fabricæ corporis humani, seu institutiones anatomicæ, ad circulationem sanguinis, aliáque recentiorum inventa, accommodata. Groningæ 1659. in 12mo. Extat cum sequenti

Fasciculus dissertationum selectarum, primùm per partes editarum, nunc verò ab ipso Authore collectarum ac recognitarum, cum auctario. Groningæ 1660. in 4to.

Oeconomia corporis animalis in quinque partes distributa.

Pars I. quâ continetur de nutritione exercitatio physiologico-medica. Groningæ 1660. in 12.

Pars II. sive de nutrimenti in corpore elaboratione exercitationes physico-anatomicæ. ibidem 1660. in 12mo.

Pars III. sive de nutrimento animalium ultimo exercitationes physico-anatomicæ. Accedit dissertatio epistolica de hepatis officio, & appendix seu vindiciæ hepatis redivivi. ibid. an. 1660 in 12mo.

Pars IV. sive de motu animalium. ibid. 1661 in 12mo.

Pars V. sive de sensuum functionibus exercitationes tres. ibid. 1661. in 12mo.

Exercitationes de motu musculorum & respiratione, itémque de sensuum functionibus, ubi & de appetitu sensitivo & affectibus. Groningæ 1661. in 12mo.

Disquisitio physico-mathematica gemina de vacuo, itémque de attractione, quibus probatur, nullum in rerum natura dari vel posse dari vacuum, ipsáque experimenta variorum pro vacuo probando hactenus afferri solita expenduntur ac refelluntur, ostenditúrque [contra J. Pecquetum imprimis] non pulsione duntaxat, sed & tractione in rerum natura fieri motum. Amstelodami 1661. in 12mo.

Oeconomus corporis animalis, ac speciatim de ortu animæ humanæ dissertatio. in qua demonstratur, non esse homini simpliciter impossibile, per naturale intellectûs lumen se ipsum nosse, oppositæ conceptibus Gualteri Charletonis. Groningæ 1661. in 12mo.

Exercitatio de admiranda anatome Ludovici de Bils, inserta responso Ludovici Bilsii ad admonitiones Joannis ab Horne, ut & ad animadversiones Pauli Barbette in Anatomia Bilsiana. Roterodami 1661. in 4to.

Historia fœtûs extra uterum in abdomine geniti, ibidémque per sex ferè lustra detenti, ac tandem lapidescentis, consideratione physico-anatomicâ illustrata. Groningæ 1661. in 12mo.

Accedit *Laur. Straussii Resolutio observationis singularis Mussipontanæ, fœtûs extra uterum in abdomine retenti, tandémque lapidescentis. Darmstadii 1663. in 4to.*

Fœtûs Mussipontani extra uterum in abdomine geniti secundinæ detectæ. Groningæ 1662. in duodecimo.

Fœtus historia partûs infelicis, quo gemellorum ex utero in abdominis cavum elapsorum ossa sensim, multis post annis per abdomen ipsum in lucem prodiérunt, unà cum resolutione. Groningæ 1662. in 12mo.

Oeconomus corporis animalis restitutus, in quo genuinus animæ humanæ ortus, itémque possibilis

cognitio

cognitio sui ipsius asseruntur & muniuntur. Groningæ 1662. in 12mo.

Apologeticæ defensionis pro œconomia corporis animalis prodromus, quo personato cuidam Benedicto Blottesandeo larva detrahitur. Cui additum specimen ingenii, indolis ac religionis, quibus claret Blottesandeus; nec non vindiciarum hepatis redivivi supplementum. Groningæ 1662. in 12mo. Est contra Olaum Borrichium Med. Doctorem Danum, qui contra Deusinghium scripserat.

Resurrectio hepatis asserta contra Socium Larvatum Vincentium Schlegelium sub personati Blotusandei cohorte furiosa Signiferum. Accessit disquisitio ulterior de chili motu & officio hepatis. Groningæ 1662. in 12mo.

Sympathetici pulveris examen, quo superstitiosa, ac fraudibus dæmonis implicita vulnerum ac ulcerum curatio in distans, per rationis trutinam ad ipsas naturæ leges expenditur; subversis curæ sympatheticæ fundamentis ab Illustrissimo Comite Digbæo, nec non DD. Papinio & Mohio positis. Groningæ 1662. in 12mo.

Considerationes circa experimenta physico-mechanica Roberti Boylei de vi aeris elastica & ejusdem effectibus, quibus observata illius rationibus Philosophicis omne vacuum, ipsúmque Elaterem aëris Pecquetianum arcentibus illustrantur. Groningæ 1662. in 8vo.

In sylvam Echo, seu Sylvius Heautontimorumenos, cum appendice de bilis & hepatis usu, itémque exercitatione: utrùm medicina sit scientia, an ars? Sylvianæ vitilitigationi opposita. Groningæ 1663. in 12mo.

Disquisitio Anti-Sylviana de calido, innato & actu in corde sanguinis calore; quâ celeberrimi viri Francisci Sylvii suspiciones ac conjecturæ, ut ab ipso dicuntur, quin imò veræ ineptiæ ejus & nugæ ad libellam veritatis expenduntur, excutiuntur ac refutantur. Groningæ anno 1663. in 12mo.

Disquisitio Anti-Sylviana de motu cordis & arteriarum, quâ antedicti Francisci Sylvii de le Boe ineptiæ & nugæ ad libellam veritatis expenduntur, excutiuntur, refutantur. Gron. 1663. in 12mo.

Disquisitio Anti-Sylviana de signo febrium parthagnomonico, quod fundamenti loco habendum sit pro febrium essentia investiganda, cum præfatione Epistolam Cacologeticam Sylvii concernente, & additamento ad erroneam Sylvii experientiam spectante, quâ is febres frigidas cum Helmontio comminiscitur. Groningæ anno 1664. in 12mo.

Sylva cædua cadens, seu disquisitiones Anti-Sylvianæ de alimenti assumpti elaboratione & distributione i quarum 1. de alimentorum fermentatione in ventriculo, 2. de chyli à faecibus alvinis secretione, & in vasa Mesaraica propulsione, 3. de chyli mutatione in sanguinem, ac circulari sanguinis motu. Præmissa est præfatio causas Sylviani in Deusinghium furoris nudè repræsentans, simúlque Sylvium injuriosum aggressorem evidenter demonstrans. Gron. 1664. in 12mo.

Sylva cædua jacens, seu disquisitiones Anti-Sylvianæ ulteriores, quarum de spirituum animalium in cerebro cerebellóque confectione, per nervos distributione ac vario usu, II. de lienis ac glandularum usu. Addita est dissertatio de natura. Gron. 1665. in 12mo.

Vindiciæ fœtûs extra uterum geniti, nec non quorundam scriptorum suorum fasciculo dissertationum selectarum comprehensorum de Unicornu, Lapide Bezoar, Manna, Sacebaro, Agno vegetabili, Anseribus Scoticis, Pelicano, Phœnice, contra Bernardi à Doma furiosos insultus; ut & aliquarum elegantiarum Philologicarum examen, seu Calonum caterva disjecta, cujus antesignanus Antonius Rosinus Personatus. Groningæ an. 1644. in 12mo.

Disputatio anatomico-medica de chyli à faecibus alvinis secretione, ac succi Pancreatici natura & usu. Gron. 1665. in 4to.

Examen Anatomes Anatomiæ Bilsianæ, seu Epistola de chyli motu. Gron. 1665. in 12mo.

Apologia contra Joannis Cloppenburgii casuum positiones. Hardevici in 4to.

Oratio de Astronomiæ origine, ejusdémque ad nostram usque ætatem progressu.

Oratio in Cosmographiæ commendationem.

Plura de hoc insigni Medico vide in Mercklini Lindenide renovato p. 63. in vitis Professorum Academiæ Groninganæ pag. 213. & in notitia virorum literatorum P. Niceron Tom. XXII. pag. 24.

Foppens Bibliotheca Belgica.

" Moersa non est intrà Cliviam, sed intrà " Ducatum Juliacensem, nec tamen hujus por- " tio, sed Ducatus Moersensis est Principatus " specialis Imperii hinc & corrigendus. H. " Witte in Diario, qui eum Belgam fecit.

Pag. 20. adde

ANTONIUS DULCKEN anno proximo 1600. habitum accepit, anno 1601. 2. Februarii professionem facit, anno 1612. à Capitulo Generali præficitur Prior Domui Friburgenu, ubi moritur & sepelitur anno 1. Octobris.

Ex additamentis Mörckenſii ad Petreium.

Pag. 21. inserendus

ANTONIUS HIERATUS Colonienſis Typographus, ob innumerabiles editiones sanctorum Patrum, quorum primæ editiones desiderabantur, & rariores evaserant, admodùm celeber.

Mallinkot de arte typograp. Baseler Lexicon III. Aufflag 1743.

Pag. 21. inserendus

ANTONIUS HULSIUS Belga, Hildâ-Montanus, primùm Pastor 25 annos Bredanus, & in Gymnasio ibidem Professor Hebraicæ linguæ,

linguæ, deinde sacrosanctæ Theologiæ Doctor, ejusdem & Hebraicæ linguæ Professor in Academia Lugduno-Batava, & Collegii Præpositus ordin. Regens, obiit anno 1685. 27. Februar. ætatis 70, offic. 41. Scripsit

Systema Logicum.

Nomenclatorem Biblicum Hebræo-Latinum.

Examen catecheticum didactico-polemicum.

Opus catecheticum didactico-polemicum.

Specimina Theologiæ hypotheticæ, quæ vulgò Coccejana vocantur.

Systema controversiarum Theol. in XVIII. libros communes digestum.

Authentiam textûs Hebraici contra Isaacum Vossium.

Theologiam Judaicam de Messia.

Non Ens Præadamiticum.

Orat. de linguæ Hebraicæ origine & propagatione.

Nucleum Prophetiæ V. T. de vaticiniis & typis illustribus.

Librum psalmorum cum notis.

Discussionem considerationum in quinque priores positiones sub nomine Abrah.

Heidani editarum Tractatum Germanicum, cui titulus: *Post nubila Phœbus. Belgicè Conferentias Aug. Confessionem.*

Witte Diario Biographico.

Nota: Hilda Montanus Ducatûs vicus intrà Imperium, non intrà Belgium est.

Pag. 24 inserendus

ARNOLDUS à GOOR Meursensis, liberalium artium Magister, & sacræ Theologiæ Canditus, 7. Septembris anno 1635. facultatem impetravit per hebdomadem duas lectiones in Philosophia practica habendi, deinde in recèns erecta Academia Trajectina extraordinarii Professoris titulo 11. Julii anno 1638. ornatus, Philosophiam per breve tempus docuit, cúmque à Principe Arausionensi Quæsturâ Comitatûs Meursensis cum aliis dignitatibus (Lantrentmeester, Rechter en Lengriffier van t' Graafschap Meurs) ipsi oblata esset, missionem impetravit 8. Octobris an. 1638, ibique obiit. Edidit

Disputationes Ethicas. Trajecti anno 1637. in quarto.

Collegium disputationum Philosophiæ practicæ. ibid. anno 1638

Caspari Burmanni Trajectum eruditum.

Pag. 24 inserendus

ARNOLDUS MYLIUS nascitur Moersæ 1540. 16. Octobris Parentibus clarissimis Patre Hermanno Mylio, Satrapâ in Vrimersheim & Bettberg, Moersensis tum Comitatûs, nunc Principatûs oppido, Matre Margarethâ von Werdt, dignissimus Avus trium Coss. Colonienssium, Nepotis, Pronepotis, Abnepotis. Typographiam primùm Antverpiæ, subin Coloniæ magno literariæ rei incremento sustinuit, ubi & uxorem duxit lectissimam Matronam Barbaram Birckmannicam, & Senator creatus, Turrium Magister fuit; obiit Coloniæ CIↃDCIV. XVII. Novembris.

Epitaphium in æde sancti Pauli hæredes hocce marmori insculpserunt:

D. O. M.
ARNOLDO MYLIO,
Civi, Typographo, Senatori
Colonienssi,
Optimo, celeberrimo, integerrimo, &
BARBARÆ BIRCKMANNÆ,
Matronæ honestissimæ, Conjugibus intimis, Parentibus bene meritis,
Huic XXIV. Aprilis anno Christi
CIↃIↃXCVI.
Illi XVII. Novemb. anno CIↃIↃCIV.
Piè defunctis.
Arn. Marg. Herm. Mylii Birckmanni
Liberi meritò lugentes PP.
Patrem, anno necdum finito
Secutus est ARNOLDUS Filius,
Quem hîc depositum lugent
superstites.
Obiit VII. Septembris anno CIↃIↃCIV.

Scripsit

Volumen literarum ad varios illustres viros sui ævi MS.

Historiam sui temporis, & præsertim motuum Belgicorum ob inquisitionem. MS

Locorum geographicorum nomina antiqua & recentia, adjecta theatro Abrahami Ortelii. 1573. in folio Antverpiæ.

Principum & Regum Polonorum effigies, cum Commentario. Coloniæ 1594. in folio.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 23. inserendus

ARNOLDUS HARFF Dominus in Bredenbendt, Eques Hierosolymitanus, desiderio exteras regiones lustrandi accensus, Italiam, Ægyptum, Æthiopiam, Indiam, Arabiam, Palæstinam, Turciam, Græciam, Hungariam, Hispaniam, Angliam, Galliam obivit biennio ab anno 1496. ad annum 1498. redux uxorem duxit Mariam filiam Anastatii de & in Bungardt & Bergerhausen.

Scripsit *itinerarium suum*, quod apud perillustres Equites de Harff in Dreiborn asservatur. Extat ejusdem Apographum in Collegio Dusselano Societatis JESU. *Initium:* " Wandelbuch des " Edlen, Ernfesten und Gestrengen Herrn Ar- " nold von Harff Herr zu Bredemund gesehen, " und durch grosere Muh und Arbeit erfahren, " anno ætatis suæ 28. von Collen gezogen den " 7. Tag Novembris anno Domini 1496, und " wiederumb gehn Collen kommen. " *Finis:* " Danck Lob sei Gott dem allmachtigen Vater, " dem Sohn, und dem H. Geist, dass ich diese " Pilgramatie mit Gesundheit vollbracht habe, " und ich wieder zu Collen einkamm auff Sanct " Mertens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ Mertens Abend, da man ſchrieb nach Chriſti „ Geburt tauſend vierhundert neun und neunzig, „ da ich ausgezogen ware, und gelobt hat zu „ meinen Wiederkombſt, die HH. drey König „ wieder zu beſuchen, die uns allezeit vor allem „ Leid behuten muſſen, Amen.

„ Dicatur liber den Durchleuchtigen Hochge- „ gebohrnen Furſten und Furſtinne Herr und „ Frawen, Herr Wilhelm und Frawe Sibilla „ Marckgraffin in Brandenburg, Hertzog und „ Hertzogin zu Gulich und zu den Bergen, Graff „ und Grafinne zu Ravensberg, Herr und Fraw „ zu Hinsberg und zu Levenberg, meinen willi- „ gen ſchuldigen Dienſt zu bevorne.

Pag. 24. ARNOLDUS HAVENSIUS *adde*

Hiſtoriam Martyrum Cartuſianorum Anglorum ſub Henrico VIII. Havenſio tribuit Foppens *in Bibliotheca Belgica.*, Petreius dixerat in eo fuiſſe *laboratum ab Havenſio* accuratius: nam Mauritius Channey Cartuſianus Anglus hiſtoriam Martyrum ſuorum ſcripſerat, Havenſius eam contraxit. Herbipolenſes Cartuſiani editionem cum æneis figuris procurârunt.

Hugo Heuſſenus in hiſtoria Eccleſiaſtica fœderati Belgii, ex Gisberto Coverinx Epiſcopo Daventrienſi pag. 24. ſcribit (ex Raiſſii *Belgio Chriſtiano*) huic, non Havenſio deberi Tractatum de erectione novorum Epiſcopatuum Belgicorum; ſed incredibile videtur vivo & conſcio Havenſio editum hunc librum ſuo nomine adſcripto alieno partui. Forte uterque de eodem argumento ſcripſerunt.

Mörckenſius in Commentariis ad Petreium.

Pag. 25. ARNOLDUS MESHOVIUS *adde librum MS. ex Bibliotheca Gymnaſii Laurentiani.*

Apologia Catholica Arnoldi Meshovii Lippienſis, Libri duo contra librum Chriſtophori Beſoldi Tubingenſis librum conſcriptum: *Signa temporum ab Arnoldo Meshovio ſcripta anno 1614. jam edenda:* Cùm ecce tibi Beſoldus agnitam Catholicæ Eccleſiæ veritatem palàm profitetur ejuratâ hæreſi, te cognitâ Meshovius gaviſus eſt, hanc ſe opetam perdidiſſe, & reverſæ ad ovile Chriſti oviculæ gratulatus eſt.

Pag. 34. BERNARD. SUTHOLT *adde editiones has:*

BERNARDI SUTHOLT *Diſſertationes undeviginti in jus univerſum. Gieſſæ 1663. in 12. Amſtelodami 1656.*

Pag. 36. Bibliis Colonienſibus editis *adde hæc:* 1480. Anno Incarnationis Dominice MCCCC. LXXX. VII. idus Maji pns hec Biblia Colonie conſummata eſt, in folio Tomi II. *Extat in Bibliotheca Abbatiæ Knechtſtedenſis.*

Pag. 39. inſerendus

BONAVENTURA REUL ex Aſtenat, Limburgus, Provinciæ Colonienſis Fratrum Minorum ſancti Franciſci, ſacræ Theologiæ Lector emeritus, aliquoties Guardianus, & tandem Miniſter. Scripſit

Synopſin obligationum Regulæ ſancti Franciſci. Coloniæ 1644.

Wadingus Scriptores Ord. Minorum.

Pag. 39. inſerendus

BONIFACIUS MAES Ordinem FF. Minorum S. Franciſci profeſſus, ſcripſit

Theologiam myſticam.

Praxin Seraphicam Coloniæ 1712. impreſſam.

Pag. 42. inſerendus

BRUNO NEUSSER Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum, ſacræ Theologiæ Lector jubilatus, Provinciæ Colonienſis Cuſtos Cuſtodum, obiit anno 1679. Editum opus poſthumum à Conventu Fratrum Minorum Recollectorum Moguntiæ.

Abſolutiſſima Polyanthea Theologo - morali - Canonica, Authore R. P. F. Brunone Neuſſer, &c. Moguntiæ ſumptu Joannis Petri Zubrodt 1680. in folio pp 864.

Pag. 47. inſerendus

CAROLUS UYTTENHOVE Gandavenſis, vir nobilis (ad cujus Parentem Carolum Markemii Toparcham, virum Gandavi conſularem, & avum Nicolaum ſupremi Flandriæ Concilii Præſidem, plures epiſtolæ leguntur Eraſmi) Grammaticam in patria ſub Joanne Ottone didicit. Hinc Pariſios profectus, bonam vitæ partem egit in illo hominum eruditorum velut Microcoſmo, & Latinæ Græcæque linguæ accuratam cognitionem aſſecutus eſt, uſus familiariter Dionyſio Lambino, Adriano Turnebo, Joanne Aurato, aliſque viris, etiam Principibus, Principúmque Legatis ob politam eruditionem, atque eruditam quandam feſtivitatem longè gratiſſimus. Præter vernaculam, Hebraicam Chaldaicam ac Græcam calluit linguas Gallicam, Anglicam atque Italicam. Carmina plerumque Græcè in commendationem Authorum ſcripſit, hoc ferè anagrammate cognomen ſuum indigitans *Ouden, e, bios.* Joannis Morels filias tres Ebreduni celebratas eruditionis famâ Camillam, Lucretiam Dianam inſtituit. Paulo Foxio Comite iter in Angliam fecit, ubi ab Eliſabetha Regina, cujus laudi varia ſcripſit, donis regiis auctus abiit. Extremam vitam, quam per Academias varias peregrinabundus ferè obiit, in Colonia Agrippinenſium duxit, ibidémque uxorem, illuſtrem filiam Toparchæ de Daelenbroick è ditione Juliacenſi; ſed improlis abiit Coloniæ ad plures anno Æræ Chriſtianæ MDC. Kalendis Auguſti, ætatis LXIV, ſepultus extra mœnia in agro Proteſtantibus aſſignato, magno literatorum & nobilium virorum comitatu. De cætero ſectæ nulli palàm ſe addixit; cupiebat omnium ſui ſæculi ſectarum arbiter & conciliator eſſe, & in unum corpus omnes conflare chymærico conſilio. Leguntur ejuſdem

Epigrammata, Epitaphia, Epithalamia Græca & Latina.

Epitaphia in mortem Henrici II. Galliarum Regis, typis Roberti Stephani 1560.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Aſtralogus ſive Xeniorum liber: Apagrammatiſmi alluſiones ad illuſtrium aliquot hominum nomina.

Epiſtolarum centuriæ. Coloniæ 1597. in 8vo.

Mythologia Æſopica, metro elegiaco. Steinfurti 1607. in 8vo.

Commentariolus ſive libellus adſertatorius, quo Principum duorum, Philippi II. Hiſpaniarum Regis, & Mahometi III. Turcarum Imperatoris vires, opes, Provinciæ &c. explicantur, ex Italico Joannis Boteri Latinè redditus, Utenhovio interprete.

Legionum epiſtolarium Utenhovii Hecacontas prima in Joannis Lyskirchii conſulatum ſecundum edita dicata. MS ſupereſt in Coll. Colon. S. J. in 4to Autographum videtur. In fronte icon Joannis Lyskirchii Coſ. in fine Caroli Utenhovii à Criſpino Paſſæo ſculptæ.

Valerius Andreæ ex edit. Foppens 1739. Allgemeines hiſtoriſches Lexicon. Leipzig anno 1722. Teiſſier Elog. p. 2. La Croix du Maine Biblioth. Melchior Adami. Du Verdier Bibl. Adrian. Turneb. Quaden Teutſcher Nation Herrlichkeit p. 423. 425.

Pag. 50. corrige

CASPAR GENNEP. Errore factum eſt, ut idem denuò ſub nomine *Jaſparis* recuderetur in litera I, quanquam diverſa illic referantur, quæ ejuſdem viri libris & vitæ integrandis deſerviant.

Pag. 50. ampliandus

CASPAR KLOCK (ità ubique hujus viri nomen ſcriptum & ſubſcriptum inveni) Suſati in Weſtphalia fuit editus in lucem anno Chriſti 1583. 28vâ Februarii, antiqui ſtemmatis Klockiani genuina propago. De Suſato memorat ipſe Klockius in epiſtola dedicatoria præfixa Tomo tertio conſiliorum: " *Ibi* Suſatum, ô dulciſſima " patria! quæ me naſcentem ſinu ſuo excepit, in " qua infantia mea vagiit, pueritia luſit, juven- " tus exercita & educata eſt, in qua longâ ſerie " cognatos memorare poſſem. " Suſatum certè fuit felix ingeniorum patria: prodiêrunt inde Joannes Gropperus, natus anno 1501, mortuus anno 1558. menſe Martio, qui in ſcriptis aſperrimus arma Luthero intulit, intenſisque modis exercuit. Prodiêrunt inde Thomas & Goſwinus, Merckelbachii fratres, ille Advocatus & Aſſeſſor Cameræ Imperialis, hic Cancellarius Cellenſis Luneburgicus. Prodiêrunt inde fratres duo Affelmanni, ſcilicet Joannes & Antonius, de quibus ſuo loco. Fratrem habuit Suſati etiam natum, qui nihil ſcripſit ediditque, quantum ſcio: ſinè dubio tamen laudem aliquam meretur; nam ante annos aliquot legi de eo ſequentia:

- - - - - - - - pia fata ſecutus,
Alter, depoſito mortalis pondere carnis,
Immortale decus deſideriumque reliquit.

Caſparis Klockii Pater fuit Joannes Klock in patria Senator, qui obiit annos natus quinquaginta, menſes duos, dies quatuor anno 1585. 2dâ Auguſti: Mater verò Dorothea von Breſt. Avus fuit Antonius Klock, Proconſul urbis Suſatenſis, qui exceſſit è vivis anno Chriſti 1560. 27 Julii; hujus uxor (Caſparis avia) verò Anna vom Berge, quæ vidua decennalis obiit anno Chriſti 1570. 13. Octobris. Proavus fuit Joannes Klock, vir ſenatorii Ordinis, qui duxit in uxorem Barbaram Brandis, quinque liberorum factam matrem. Abavus fuit Antonius Klock, etiam in ſua patria Senator, qui obiit anno 1409. 17. vel 27. Septembris. Atavus fuit Tilmannus Klock, Prætor in patria per annos triginta duos, mundóque valedixit ipſo die ſancti Martini Epiſcopi horâ ſtâ matutinâ anno 1327, vel (ùt accuratiùs alii dicunt) anno 1323. Tritavus fuit Joannes Klock, Senator Suſatenſis: implevit annos ætatis 82, cujus ſobrietas laudatur, vitæ longioris causâ, denatus pridie S. Michaëlis Archangeli anno 1272. Sufficiant hæc de noſtri laudandi viri familia, de qua jure merito cecinit Poëta laureatus Cæſareus, & Eccleſiaſtes Gadenſtetenſis M. Hermannus Gebhardus, Caſpari Klockii coævus.

" Suſati non nominaris pauperum Parentum " ſanguis, ſed veterum primariorum ſplendida " propago, & inclitum germen florentis urbis; " palmaris ergo gloria, cùm ſis magnus vir, & " ab optimis Majoribus natus, &c. &c.

Tempore ſuſcepti Baptiſmi Fidejuſſor ejus fuit Caſpar von Breſt Avunculus, nobile Nobilium ſpeculum virtutis ocellus; ità legi in fragmento carminis. In patria ſchola inſtruitur in Lutherani Catechiſmi præceptis & articulis, Grammaticéſque rudimentis. Anno ætatis decimo ablegatur in Pædagogium Marpurgenſe, ibique Muſarum ſtudiis dat operam per quadriennium unà cum nobilibus cognatis, Gobelo & Andrea von Dahl. Dein Tremoniam (facti Romani Imperii civitatem) ad Fridericum Beurhuſium von Menettzhagen magnâ famâ notatum ſe confert. Beurhuſius hic fuit vir celebris, Rector ſcholæ Tremonienſis, ſcripſíque varia. Dein revertitur Marpurgum, Academica ſtudia tractaturus, & Marpurgi in juris ſtudio Præceptoribus utitur Hermanno Vultejo, Joanne Goddæo, & Gothofredo Antonii, quorum primus & ſecundus ſunt noti inter juris conſultos Authores.

Anno ætatis vigeſimo abit Coloniam Claudiam Auguſtam Agrippinenſem, Ubiorum urbem, ibidémque ultra triennium velitationes & exercitia de varia juris materia, quà publica, quà privata impigrè inſtituit. Coloniæ laboribus peractis & exantlaris, Spiram Nemetum (ubi tunc temporis ſedes fuit Cameræ Imperialis, nunc Wetzlariam translatæ) ſe recipit; convictu ibi uſus Dominorum Thomæ Merckelbachii & Thomæ Michaëlis conſobrinorum ſuorum, tunc temporis Practicorum & Juriſconſultorum excellentiſſimorum, quorum manuductu annis non paucis in praxi exercetur, & multifaria reſponſa aliásque relationes ac deciſiones actis judicialibus accommodatas obſervat & colligit. Felix certè fuit hæc ſtudiorum ac laborum occaſio, quæ nobis Juriſconſultis peperit & reliquit librum votorum cameralium.

Anno 1608. à Comitibus Stolbergenſibus vocatus fuit Spirâ Weringrodam ad munus Cancellariatûs obeundum, & poſt acceptam vocationem renuntiatur juris utriuſque Doctor; Cancellariatûs officium huic viro laudi, & hic ipſe vir huic officio decus fuit. Ambit nuptias nobilis caſtiſſimæque

mæque virginis Elisabethæ Ramiæ, vel (ùt alibi lego) Rhamiæ. Nobilis *Elisabetha* satu, sed *Rhamâ gente* celebravit sponsalia publica, agitavíque solenniter festivitatem nuptialem anno 1611. Fruitur placido, concordi, & variis bonis benedicto conjugio, sobolis tamen experte: tem familiarem cum uxore Wering ede instituir, colítque quatuor annos, postquam antea ibidem per tres annos cœlebs habitaverat. Strenuè ac fideli ter incumbit officii laboribus: post mortem verò Comitis Stolbergensis Henrici Cancellariatum Aulæque Stolbergensis munia ultrò deseruit abdicavítque.

Administrator Archi-Episcopatûs Magdeburgensis per literas, anno 1615. Calendis Majis ipsum præsentavit Gameræ Imperiali Spirensi ad Assessoratum, quæ præsentatio (prout apud omnes notum) certè insignis laudis est viro insigni. His tamen literis præsentationis vir hic non fuit usus, præsertim cùm tempus ferè prætelapsum fuisset, interéaque Consules & Senatus Brunswicensis ipsi transmisissent literas vocationis ad munus superioris Syndicatûs adeundum. Officii partes Brunswigæ obire cœpit anno 1616; anno verò 1617. ablegatur à Senatu & Civitate Brunswicensi Pragam ad Cæsaream Majestatem, oratum, abolitionem banni, unáque pacificationis Stetterburgicæ tunc inter Domum Brunswigicam Lineæ Wulfferbytanæ & ipsam urbem Brunswicensem contractæ, aliorúmque urbis ejusdem privilegiorum confirmationem; (hæc, quæ de legatione scribo, ipsemet Klochius plurimam partem exprimit in epistola dedicatoria, præfixa Tomo tertio consiliorum) expedítque suæ legationis negotia dexterè & celeriter, optatòque successu, etiam contra multorum opponentium calumnias & interturbationes; ex his collige prudentem viri industriam, labores, officiíque sedulitatem, quæ simul juncta ratò optatis successibus destituuntur. Jam fata felix expeditio profuit civitati Brunswicensi non parum, præsertim in tum temporis calamitoso, & (teste historiâ Imperii) periculoso Imperii Romani statu; etenim si illa à banno absoluta non fuisset, persecutionis & obsidionis periculosissimæ (post Magdeburgense miserabile excidium) expers non permansisset. Pragæ cùm subsisteret aliquamdiu, pervenit in amicitiam & familiaritatem summorum virorum: præcipuè usus est gratiâ Comitis Georgii ab Hohenzôlleren (qui tunc erat Cæsareus Præses Aulici Imperialis Consilii, post à Cæsare in Principum ordinem evectus) item Domini ab Ulm, sacri Romani Imperii Vice-Cancellarii: hi doctrinam & virtutes ejus commendârunt Imperatori, qui (præconiis tantis permotus) ipsum dignitate ac privilegiis Aulæ Cæsareæ & sacri Lateranensis Palatii Comitis Equitisque aurati clementíssimè decoravit; ecce virtutis præmium!

Anno 1626. à Principe ac Domino Christiano, postulato Episcopo Mindensi, Duce Brunswicensi ac Luneburgensi, cum consensu Capituli ad Cancellariatum Episcopatûs Mindensis vocatur, & hujus officii vices exequitur fideliter, sustinétque herculeos labores, donec Catholica Liga & Episcopus Osnabrugensis Franciscus Wilhelmus Dominum Christianum Servúmque Klockium è Diœcesi Mindensi victoribus armis fugarent; extunc Klockius speciali & expresso Principis sui mandato Bremam, tanquam in asylum, se recipit, ut effugiat vim & insidias Osnabrugensis, sociorúmque, qui arresti vinculis, aliísque multifariis persecutionibus tam personam, quàm bona illius hostiliter premebant.

Bremæ commoratur in annum tertium, interéaque moritur Princeps ac Dux Christianus: circa id tempus Christiani defuncti Frater germanus, Heros fortissimus, & multis victoriis gloriosus, Diœcesin Mindensem recuperat manu militari, injurias fratri illatas ultus, simúlque Episcopatum Hildesium cum urbe occupat, & Klockium Cancellariatûs muneri restituit: quod exercuit, usque dum Fratres Brunswigo-Luneburgenses post Christiani obitum ditiones Calenbergensem, Cellensem, & Gottingensem inter se dividerent: tunc enim resignavit (motus gravioribus belli turbis) Cancellariatum clementérque dimissus fuit à Principe Georgio, propositúmque habuit, reliquum vitæ tempus privatim transigere, Deóque & proximo inservire.

Sepósito privatæ vitæ proposito, ecce revocatur à Comitibus Stollbergicis, ad recipiendum Cancellariæ & Consiliarii munus, ut foveret sanis consiliis salutem & incrementa illorum statûs, qui etiam postulatis Comitum (qui ipsum Spirâ primùm in hasce oras accersiverant) multis de causis refragari noluit, & præsertim ne beneficiorum acceptorum immemor argueretur, & quòd sibi Aulæ hujus negotia jam dudum probè perspecta fuissent.

Receptam hanc functionem summa cum fide & diligentia administravit usque ad annum 1646. inclusivè, & ità negotiis gestorum officiorum plurimis in Republica, Aulis Principum, & legationibus semper obrutus, ac ferè consumptus fuit. An usque ad obitum Cancellarius Stollbergensis permanserit? me latet quidem, jure tamen optimo præsumo. Obiit anno 1655. Icon viri extat in fronte librorum, cum insignibus gentilitiis. Scripsit

Tractatum nomico-politicum de contributionibus in Romano Germanico Imperio & aliis regnis ùt plurimùm usitatis. Editio prima anno 1608. hoc titulo: Dissertatio & inclusiones theoretico-practicæ de contributionibus hodie vel plurimùm in Germania usitatis continet 80 conclusiones & notas Klockii: hic Embryo libri prægrandis inde formati utilissimi plenissimi. Editio secunda auctior & plenior anno 1632. 20 Junii Petershagæ è Prædiolo ab ipso Authore curata. Editio alia Francofurtensis anni 1656. Editio alia Coloniensis anno 1659. typo Wilhelmi Metternich in folio pp. 504. præter indicem luculentissimum.

Fasciculum sive decadem consultationum insigniorum ad materiam contributionum principaliter pertinentium Thomæ Merckelbachii, Gerhardi Busdorffii, Caspari Klockii, & Facultatis Juridicæ Ingolstadiensis. *Accesserunt vota Cameralia è MS. eruta Coloniæ in folio 1699. typo Wilhelmi Metternich pag. 116.*

Librum singularem relationum pro adsessoratu habitarum, nec non insignium votorum & rerum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in Camera Imperiali ab anno MDC, & quod excurrit, ad hanc usque ætatem habitarum. Francofurti 1653. sumptu Wolffgangi Endleri in folio pp. 1160. præludentibus musis variorum Poëtarum ad Klockium annæ ætatis 70. hoc opus singulare edentem.

Votorum & decisionum, ut & rerum judicatarum liber singularis. Francof. 1653. in folio.

Tractatus juridico-politico-polemico-historicus, sive consilia de ærario. Norimbergæ 1651. in folio.

Idem Tractatus correctior & auctior. ibid. in folio 1671. studio JCti & Reipublicæ Noribergensis Syndici.

Tractatus nomico-politicus de contributionibus in Romano-Germanico Imperio & aliis regnis usitatis. Francofurti 1655. in folio, rursum ibid. 1676. in folio.

Consiliorum Tomi III. in folio. Tomi primi præfatio fuit scripta Brunsvigæ 1. Martii 1645. consilia LIII. continet. Tomi I. editio 2da correctior Norimbergæ sumptu Endleri hæredum anno 1673. in folio pp. 811. præter indices.

Tomo I. Regalia, & ea, quæ ad jus Territorii, superioritatis, omnigenæque jurisdictionis speciem spectant, consignantur.

Tom. II. Feudalia emphyteutica, pignoratitia, aliorúmque contractuum & retractuum, erectionum, proprietatis, professionis, usucapionum & præstationum jura continentur in folio ibidem eodem anno Consilia C. præter indic.

Tomo III. successionum in testamento & ab intestato: legatorum fidei-commissorum substitutionum, pactorum pactorum dotalium, judiciorum civilium & criminalium materia explicatur anno 1673. typo eodem Endleri hæredum pag. 853. præter indices consilia à CI. ad CC.

Tomus IV. complectitur Consilia adoptiva. in folio Norimbergæ anno 1673.

Hæc Commentariis clarissimi viri D. J. A. J. Dulman JCti, Advocati, & Senatoris Colonienſis debeo.

Pag. 51. CASPARI MUNSTERI *adde librum:*

Saxonia, Ordinis Carmelitarum celeberrima Provincia ab Hæreticis penitùs devastata, operâ & industriâ admodùm reverendi & eximii Patris Magistri Casparis Münsteri, ejusdem & aliarum Provinciarum Commissarii & Visitatoris Generalis, anno 1627. ex eorundem Hæreticorum faucibus erepta, eidem sacro Ordini strictioris observantiæ restituta. MS. ab eodem teste Eximio Brunone.

Icon illustrissimi viri in Carmelo Colonienſi depicta visitur.

Pag. 51. CASPARI PETRI LULL *libris adde*

Lilium inter spinas, das ist: *Leben Christinæ von Stommeln.*

Pag. 51. inserendus

CASPAR PFAFRADIUS Germanus, Lennepo-Westphalus (error, Lennepius est; igitur in Ducatu Montensi natus, & non in Ducatu Westphaliæ) S. Theologiæ Doctor & Professor Helmstadiensis, obiit 1622. 23. Sept. ætatis 90. Scripsit

De vera Christi Ecclesia.

De libero servóque arbitrio hominis naturali quæstionem inter Lutherum & Erasmum agitatam.

Prædicationes sacramentales &c.

Witte Diarium Biographicum.

Pag. 53. inserendus

CASPARUS SIBELIUS nascitur in Elverfeldia, Ducatûs Montensis urbe municipali, primùm Ecclesiastes Protestantium Leydensis, post Ratingensis & Juliacensis, demum Daventriensis, obiit anno 1658. 1. Januarii, ætatis 90, officii 48.

Scripsit & edidit permulta ex genio suæ sectæ in scripturam sacram *historica moralia conciones & Commentaria*, quæ anno 1644. quinque Tomis in folio collecta prodiêrunt in lucem.

Henningus Witte Diario Biographico. Lexicon Basileense tertiæ editionis.

Pag. 53. CASPARI ULENBERGII *adde* Epitaphium marmori insculptum, & muro appositum:

Manibus CASPARI ULENBERGII Lippiensis, sacræ Theologiæ Licentiati, D. Columbæ Parochi, Gymnasii Laurentiani Regentis, qui, cùm hæreses exemplo, verbo, scriptis oppugnâsset, sacrorum Bibliorum in linguam Germanicam translationi invigilaret, pietatis integer, laboris constans, omnium virtutum plenus obdormivit in Domino anno MDCXII. mense Februario, die XVI. ætatis anno LXVII.

Henricus Francken-Sierstorffius Gymnasii Laur. Regens Antecessori B. M. P. C.

Pag. 56. corrige & adde.

CHRISTIANUS ADRICHOMIUS *adde* librum & Epitaphium. *Dicitur* anno 1567. ordinatus Presbyter. *Corrige* 1661. VI. Nonas Martii.

Vita JESU Christi, ex quatuor Evangelistis breviter contexta, cum annexa oratione de Christiana beatitudine, quam habuit in Synodo sive Capitulo, ùt vocant, Generali, celebrato an. 1570. die XXIII. Julii. Atque huc respexit Cornelius Musius, ejus Gentilis, in ejus Epitaphio, quod vivus vivo posuit:

Illustre

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Illaſtre à Chriſto ſumptum qui nomen habebam,
Et duplici Delphis, qui cruce notus eram;
Conditus hîc jaceo reliquis cum Patribus olim
Exſurrecturus, cùm tuba clara canet.

Epitaphium Viri eſt:

D. O. M.
Monumentum Reverendi & Eruditi
D. CHRISTIANI
ADRICHOMII,
Delphi, ſacrarum Virginum
S. BARBARÆ
Apud Delphos Hierarchæ.
Obiit anno Nativitatis Domini
CIↃIↃLXXXV. XII. Kal. Julii,
Anno ætatis LII,
Exilii verò, quo causâ fidei à
Patria exulavit, XIII.

Gens Adrichoma DEO nomen, ſed patria Delphi
Vitam inter Batavos clara potènsque dedit.
Barbaræ apud Tanum rexi ſinè labe Sorores,
Integra quando domi páxque fidésque ſteeit.
Aſt ubi cuncta ruêre, fides, pax, jura, receſſi,
Anteferens patrio rura Ubiana ſolo.
Hic Solymorum urbem Bavarâ de gente dicabam
ERNESTO, præſtans & memorabile opus.
Otia pertæſus, ſcripſiſſem plura, ſed atrox,
Utile mors ſtudium ſuſtulit omne meum.
Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 59. inſerendus

CHRISTOPHORUS SCHEIBLERUS naſcitur in Armsfeld in Comitatu Waldeckio anno 1589, cujus loci Miniſter Pater erat hujus Chriſtophori. Poſt egregios in literis & ſcientiis progreſſus inauguratur Profeſſor linguæ Græcæ in Academia Gieſſana, tum Logicæ & Metaphyſicæ anno 1610, annos natus unum ſupra viginti. Anno 1614. Phyſices docendæ cathedram obtinuit, dum Academia Gieſsâ Marpurgum transferretur anno 1624. Anno proximo à Magiſtratu Civitatis Tremonienſis accerſitur, & honoratur officio Superintendentis Eccleſiaſtici & Rectoris ſcholarum, aliis licèt ſplendidioribus oblatis, ſpretis, at rejectis.

Meditabatur Panegyrim ſcribere Luthero die X. Novembris anno 1653, cùm mors inopinantem apoplexia è vivis ſuſtulit in ipſa ſacriſtia Templi olim ſanctæ Mariæ dicati. Vir erat laborum patiens, & aſſiduus in munere exequendo, bis de hebdomada dicebat ad populum, quotidie varia prælegebat auditoribus, docebat Theologiam Ontologiam, Hebraicam linguam: crebras theſes edebat, ſcripſit nonnulla enumerata à Marquardo Frehero in Theatro pag. 572. & de Witte in Diario Biographico ad diem X. Novemb. an. 1853. Inter liberos numeravit filium ſuum Joannem Profeſſorem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Academia Gieſſana. Scripſit

Collegium Pſychologicum.
Librum ſententiarum.
Opus Logicum.
Synopſin methodica Philoſophiæ.
Librum de Philoſophia, natura Logica, Prædicabilibus.
Paradigmata Hebraica.
Opus Metaphyſicum.
Epitomen Metaphyſicæ ſpecialis.
Tractatum Logicum de propoſitionibus ſive axiomatibus.
Tractatum Logicum de ſyllogiſmis & methodis.
De vita verè Philoſophica.
Librum Commentariorum topicorum.
Philoſophiam compendioſam.
Epitomen Logicæ.
Manuductionem ad antiquam fidem Catholicam. (ſi Diis placet.)
Introductionem Logicæ & de anima.
Theologiam naturalem & Angelographiam.
Opera Philoſophica.
Manuale ad Theologiam practicam de quatuor noviſſimis.
Veritatem Evangelicam de vera Eccleſia contra Pontificios ad D. Wittfeldium.
Libellos German. contra Joan. de Recke & Walenburgios.
Probam Religionis Pontificiæ.
Aurifodinam Theologicam.
Diſputationes varias.

Pſeudo-Theologica ejuſdem Luthevani D. Opera relata eſſe in indicem Prohibitorum, Catholici ſciunto.
Henningius Witte Diario Biographico.

Pag. 63. CONRAD. HERESBACH *adde libros:*

Hiſtoriam Anabaptiſtarum, qui anno 1506. Monaſterium invaſerant, ſcripſit ad Eraſmum impreſſam Lugduni anno 1637, recuſam Amſtelodami anno 1650 cum notis Theologicis, hiſtoricis & politicis Theodori Strackii.
Chriſtianæ juriſprudentiæ epitomen.

Pag. 73. inſerendus

EGBERTUS HOPP Clivius, jurium Patronus, deſcripſit Germanicè brevem patriæ ſuæ hiſtoriam, cum Genealogia Comitum ac Ducum Cliviæ, hoc titulo:

Kurtze Beſchreibung des Lands, ſampt angehenckter Apologia der Grafen und Hertzogen zu Cleve. Clivia 1655. in 8vo.
Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 73. inſerendus

ENGELBERTUS TESCHENMACHER Belga, Elverfeldiâ Montanus, medicinæ Doctor, hujusque & Phyſices Profeſſor, nec non Poliatri Daventrienſis; obiit anno 1649. 3. Junii, ætatis 41. Scripſit

Calendaria.
Orationem de dignitate & utilitate Anatomiæ.
Witte Diarium Biographicum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

" Corrigendus, quòd Ducatum Montenſem, " qui eſt Germanici Imperii membrum, adſcribat " Belgio.

Pag. 77. FABRITIUS CÆSAR totus articulus deleatur, & videatur pag. 169. JOANNES FABRITIUS, cognominatus CÆSAR. *Corrigendus* articulus uterque totus, hoc pacto:

JOANNES FABRITIUS, cognomento CÆSAR, natu Gladbacenſis, profeſſus fuit Ordinem Præmonſtratenſem in Abbatia celebri Knechtſtedenſi. Cùm Sacellanus eſſet Parthenonis Præmonſtratenſis ſanctæ Catharinæ in urbe Tremonienſi, obtinuit à clariſſimo viro Nicolao Hahne antiquitatum ſtudioſo CODICEM MARTINI POLONI MS. membranaceum, ſinceriſſimum & antiquiſſimum ab omnibus dijudicatum: aberat ab eo fabella Joannæ Papiſſæ, quam & ab Tongerloënſi MS. abfuiſſe teſtatur Suffridus Petri: attamen ipſus Suffridus anno 1574. typo Plantiniano ex duobus codicibus MS. Tongerloënſi & Martinienſi & tertio MS. à Patre Jacobo Scipmanno Soc. JESU Doctore commodatis vulgavit hæc Chronica cum fœdo emblemate Joannæ Papiſſæ, quia id repererat in MS. Joannes Oporinus Baſileenſis Typographus Acatholicus, qui anno anno 1559. cum eodem aſſùmento ediderat Chronica Martini, ſed editionem Joannis Fabritii eſſe genuinam, jam extra dubium eſt. Vide *Labbé Cenotaphium Joannæ Papiſſæ, Leonem Allatium in confutatione fabulæ de Joanna Papiſſa ex monumentis Græcis.* Pagi utrumque, ſpeciatim Franciſcum Pagi in Breviario hiſtorico, chronologico, critico Pontificum Romanorum poſt Leonem IV. Tomo II.... Editionis Fabricianæ hæc frons:

Martini Poloni Archi-Epiſcopi Conſentini ac ſummi Pontificis Pœnitentiarii Chronicon ex vetuſtiſſimo, & Scriptori penè coætaneo MS. ſummâ fide expreſſum. Coloniæ typo Gerardi Grevenbroch anno 1616. in folio.

Præfatur nomine edito Fabritius ad Abbatem ſuum Knechtſtedenſem, & totius operis hiſtoriam præmittit. Fuit idem Sacellanus in Geilenkirchen ad Wormionem, ubi ſub annum 1657. piè obiiſſe creditur. Exemplar manuſcriptum, quod Fabritius eximio Binio commiſerat, creditur idem cum eo, quod in Bibliotheca Coll. Colon. S. J. aſſervatur emptum à P. Grothaus ab hæredibus Binianis, ùt conjicit P. Kritzradius Bibliothecarius Collegii Colonienſis.

Pag. 79. inſerendus

FERDINANDUS LIMPENS naſcitur perhoneſtâ familiâ in Bongard Dominii Falckenburgici apud Aquas-Grani, in S. J. Gymnaſio humaniores literas & ſeverioris Philoſophiæ diſciplinam emenſus, fraterno exemplo motus, Societati JEſu nomen dedit anno 1700. die 23. Junii, in Trevirenſem Novitiorum domum adſcitus. Biennio poſt votis nuncupatis repetiit ſtudia in Geiſtana arce, unde evocatus, Marcoduri & Confluentiæ humaniora docuit. Poſt quadriennium datum diſcendæ Theologiæ, & annum tertiæ probationis philoſophantibus in Convictu Xaveriano Colonienſi exercendis Præſes imponitur, Philoſophiam in Trevirenſi Univerſitate docet, ibidem noſtro in templo primùm, tum in Metropolitico Eccleſiaſtes magnâ omnium Ordinum commendatione. Subinde ob talenta viri eximia conſtituitur Rector Collegiorum variorum Noveſii, Monaſterii Weſtphaliæ, Confluentiæ, Coloniæ bis, ac demum Provinciæ univerſæ. Bis Romam ad Comitia delectus fuit votis ſociorum, primùm anno 1730. eligendo Præpoſito Generali Retzio, dein Procurator Provinciæ, poſtremùm Treviros mittitur Rector Seminarii Nobilium & Archiepiſcopalis, jam afflictâ valetudine, quam cùm minui indies perſentiſceret, petiit ad Novitiatum transferri, qua in domo ſpiritum Creatori reddidit anno 1745. die 15. Decembris, Virgini ſinè labe conceptæ octavâ, quam impensè venerabatur, extructo & dicato ſub hoc titulo Sacello domeſtico Collegii Colonienſis.

Erat P. Ferdinandus feliciſſimo & vivido ac liberali ingenio, naturali facundiâ pollentiſſimus, quâ pervicaciſſimos animos aut domabat aut emolliebat, ſummis & imis, domeſticis & externis ob morum ſuaviratem & facilitatem ac prudentiam raram gratiſſimus: adverſaria copioſiſſima, quæ reliquit, faciunt fidem ſtudioſi animi, omnia momenta utiliter ponentis. Cùm noſtros regeret, crebros habebat cum Magiſtris congreſſus literarios, & mirificè propagare ſtudebat bonas artes ac ſcientias omnes verbo, exemplo, præmiis & ſtimulis omnibus, quæ charitas ſuggerit, & zelus publicæ rei promovendæ. Par animi magnitudo contra adverſa quæque, nunquam auditus de quoquam conqueri. Demum vivam ſui imaginem nobis reliquit in gemino opere aſcetico, typis vulgato:

VADE MECUM, ſive Praxis opera quotidiana, aliáque ritè peragendi, & per ea ſalutem & perfectionem propriam ac proximi, inſtituto Societatis JEſu conformem aſſequendi, indicata a quodam ejuſdem Societatis JEſu Sacerdote. Coloniæ in Officina Noetheniana 1744. in 8vo. Pars I. pp. 179. Pars II. pp. 517. Cui ſubjungitur

Analyſis fidei, methodus Veroniana, & diſcurſus cum Hæretico. Pars III. pp. 396.

Ex annuis Novitiatûs Trevirenſis Societatis JEſu.

Pag 84. inſerendus

FRANCISCUS GUILIELMUS ex octo filiis natu-major Ferdinandi Ducis utriuſque Bavariæ, Comitis Wartenbergici, & Mariæ von Pettenbeck, naſcitur anno 1593. Collegio Ingolſtadienſi PP. Soc. JESU erudiendus traditur an. 1600, quibus in ſtudiis cùm animum præ ſe ferret Eccleſiaſtico Ordini addictum, conſecutus eſt anno 1605. præpoſituram Collegiatæ Eccleſiæ Veteris-Oettinganæ, & Monacenſem anno 1624. Anno 1628. ex Athenæo Ingolſtadienſi Romam abit in Germanorum Collegio novennio victurus, unde juſſu Maximiliani Bavariæ Ducis, poſt Electoris, revocatus, anno 1617. creatur Præſes Conſiliorum Ducalium Bavaricorum: tum adeptus Sacerdotium in Cathedrali Eccleſia Ratiſponenſi ma-ctatur ejuſdem Eccleſiæ præpoſiturâ. Itelio Friderico Hohenzôllerano in purpuratorum Cardi-

nalium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nalium Senatum adlecto anno 1621. abeundum fuit ab officiis, quibus in aula Sereniſſimi Electoris Colonienſis fungebatur puta ſupremi aulæ Magiſtri, Præſidis conſilii intimi, & Directoris Diœceſeon Leodienſis, Paderbornenſis, Hildeſienſis, Monaſterienſis: ſufficitur in omnes hos Magiſtratus Franciſcus. Ab Sereniſſimo Ferdinando, nempe Patruo Franciſci anno 1623. VIII. Id. Auguſti datur Coadjutor Cholino Bonnenſi Archi-Diacono vigore Bullæ Urbani VIII. Illo mortuo, anno 1629. 27. Februarii poſſeſſionem accipit Præpoſituræ: præclarè meritus de Clero Bonnenſi & Colonienſi, cujus immunitati & diſciplinæ ſervandæ & reſtaurandæ indefeſſo zelo incubuit.

Anno 1622. in Comitiis Ratiſponenſibus, ubi de Electorali dignitate ſuperiori Palatinatui annexa in Maximilianum Bavarum transferenda agebatur, multum conſiliis ejus delatum fuit; anno 1624. Conventui Auguſtano ad confirmandam Catholicorum Ligam interfuit. Defuncto anno 1625. Hohenzôllerano Cardinali, ſuccedit in Cathedra Epiſcopali Oſnabrugenſi, quam conſcendere nequibat ob Danum militem in Weſtphaliam invadentem, dum ea ab Cæſareanis evacuaretur: ſubin pompâ ſolemni in urbem cathedralem ingreſſus, Catholicam rem ubique reſtauravit, & à Proteſtantibus occupatas Eccleſias primævis Dominis vindicavit. Conventui Principum & Electorum Mulhuſii anno 1627. indicto, nomine Electoris Colonienſis præſens Legatus fuit, & anno 1629. Executor Edicti reſtituendorum bonorum Eccleſiaſticorum in circulo Saxoniæ inferioris ab Ferdinando V. renuntiatur. Quam Provinciam adeò ſtrenuè tuitus eſt, ut 146. Archi- & Epiſcopales Collegiatas, Regulares, Parochias invaſoribus Proteſtantibus eripuerit, & Catholicæ Eccleſiæ poſtliminio reddiderit; ſibi verò anno 1629. ereptam Chriſtiano Duci Brunſvvicenſi Mindenſem, & anno 1630. Joanni Friderico Holſatii Duci detractam Verdenſem Diœceſin impetraverit ab Urbano Papa VIII. ſuffragante Auguſto. Hæc jam Eccleſiæ, literariæ rei promovendæ, iſthæc digna Principe munimenta reliquit. Univerſitatem Oſnabrugenſem à Carolo Magno fundatam, & miſerè obſcuratam primæ luci ac flori redhibuit, Collegium & ſcholas Profeſſoribus è Societate Jesu & templum ex integro à fundamentis ædificavit, dotavit, Alumnis ex Diœceſi & educandis & docendis domum, reditus amplos attribuit. A Pontifice III. Vicarius Septentrionalium, maximè Bremenſium Eccleſiarum conſtituitur, & Patruum Ferdinandum in Hildeſienſi Diœceſi luſtranda, viſitanda, purganda magno zelo adjuvit.

Cùm Dux Georgius Brunſvvicenſis apud Oldendorff prælio victor contra Cæſareum exercitum fuiſſet, eâdem clade tres Diœceſes ſuas amiſit, nec ſinè diſcrimine vitæ Coloniam, & hinc Bruxellas abivit. Contra Proteſtantibus apud Nordlingam cæſis reverſus Coloniam, infantem Hiſpaniarum à triumpho reducem, Coloniâ Juliacum uſque deducit, inde nomine Electorum Colonienſis & Bavari Legatus ad Aulam Viennenſem mittitur, ubi promovet nuptias natu-maximæ Archi-Ducis cum Electore Bavaro: anno 1641. voti religiosè concepti ergo Lauretum ac Romam inviſit: redux Diætæ Ratiſponenſi affuit, quo tempore ab Epiſcopo & Capitulo urbis Coadjutor poſtulatur. Paci, de qua Monaſterii & Oſnabrugæ agebatur, conciliandæ primus Legatus nomine Electoris Colonienſis tum & pro ſuis Diœceſibus aſſedit; verùm vi hujus pactæ pacis cogitur abdicare Mindenſem & Verdenſem inſulas, Oſnabrugum erupit hâc conditione, ut Comiti Guſtavo Filio Guſtavi, cui Chriſtina Suecorum Regina interea Oſnabrugum utendum dederat, 80000. imperialium intrà quadriennium numeraret deceſſuro.

Anno 1649, defuncto Præſule Ratiſponenſi, in locum ejuſdem ſuccedit: ab Auguſto Leopoldo princeps Commiſſarius Francofurtum ad diem deputatorum mittitur anno 1659, demum ejuſdem Cæſaris commendatitiis literis ab Alexandro Papa VIII. creatur Cardinalis Presbyter, Ferdinando Barone Fürſtenbergio Camerario Pontificio Biretum rubeum Ratiſponam deferente. Verùm cùm Romam poſt acceptam purpuram non ſalutâſſet, titulus eidem certæ Eccleſiæ aſſignatus non fuit: moritur anno 1661. 21. Novembris Ratiſponæ in ſua Cathedrali tumulatus. Tantus cùm fuerit Franciſcus in Aula Bonnenſi & Eccleſia Colonienſi, imò in toto Imperio Germanico, & Italia, haud inferior fuit laude literariâ. Illi enim debemus ejuſdem non tam authoritati, zelo & vigilantiæ, quàm exquiſitiſſimæ ſcientiæ ſacræ, Canonum & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ hæc ſequentia:

1. *Synodus major Oſnabrugenſis præſidente D. Franciſco Guilielmo, S. Oſnabrugenſis Eccleſiæ Epiſcopo, anni 1678. unà cum ſtatutis provincialibus Eccleſiæ Colonienſis quà Metropolitanæ ab anno 1225. ad annum 1535. ex Typographeio Epiſcopali Oſnabrugenſi in 4to anno 1628. Præmittitur Epiſtola paſtoralis ejuſdem & ſeries Epiſcoporum Oſnabrugenſium.*

2. *Eadem Synodus major anni 1628. cum ſtatutis provincialibus Metropolitanæ Colonienſis, recuſa in folio Coloniæ typo Jodoci Kalcovii anno 1653.*

3. *Ibidem eodem typo & anno vulgatæ duæ Synodi Oſnabrugenſes diverſis, & novem Synodi Oſnabrugenſes ab Illuſtriſſimo Wartenbergio, quà Epiſcopo. Synodus Verdenſis anni 1630, Mindenſis anni 1632. unà cum ſerie hiſtorica Epiſcoporum, & catalogo Cleri utriuſque Diœceſeos. Coloniæ eodem typo & anno.*

4. *Synodi Bonnenſes celebratæ ab eodem Illuſtriſſimo Wartenbergio, quà Præpoſito & Archi-Diacono Bonnenſi anno 1629. unà cum ſerie Decanorum & Parochiarum huic Archi-Diacono ſubjectarum. Coloniæ eodem typo & anno.*

5. *Synodus Hildeſimenſis ab eodem quà Commiſſario celebrata 1633. cum ſerie Epiſcoporum Hildeſimenſium. Eodem typo.*

6. *Synodus Ratiſponenſis ab eodem Epiſcopo celebrata anno 1650. cum hiſtorica ſerie Epiſcoporum, Prælatorum, Collegiorum, Monaſteriorum, Parochiarum ejuſdem Ratiſpon. Diœceſeos. Eodem typo & anno.*

7. *Acta*

7. *Acta alia ejusdem D. Episcopi circa Synodos & reformationem Cleri extra Synodos Episcopales suarum Ecclesiarum. ibid eodem typo.*

Athenæum Christianum Osnabrugense an. 1630. Ludolph Schawvbuhne. Acta Synodi Bonnensis & series Præpositorum. Lexicon universale Lipsiæ 1722.

Pag. 86 FRANCISCUS XAVERIUS TRIPS *addendus liber:*

Musa Genethliaca, sive bene ominata nativitas Serenissimi, Reverendissimi Celsissimique Principis Maximiliani Henrici DEI gratiâ Archi-Episcopi Colonienſis, S. R. I Principis Electoris, &c die natali anniversario oblata à Francisco Xaverio Trips, Sacellano & Bibliothecario Aulico, Parocho in Honneff. Bonnæ 1686. typis Georgii Friderici Franckenberg in 4to 6. Bogen carmine elegiaco.

Pag. 87. corrige.

FRIDERICUS RORICH *delendus articulus totus*, & videndus idem sub titulo JOANNES FRIDERICUS RORICH. Sub hoc titulo plenior titulus librorum duorum recensetur, qui infra in vero loco strictiùs enarratur.

Pag. 79. GEORGII BRAUN *libris adde Historiam Collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ Virginis ad Gradus Coloniæ* à prima fundatione usque ad sua tempora digestam per capita XXXII. Extat MS. apud clarissimos DD. von der Ketten ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Canonicos.

Pag. 92. GEORGIUS GARNEFELT *adde & corrige*

Ingressus Cartusiam 1599. 24. Maji, *corrige* 24. Aprilis Vicarius fuit, *adde* Vir egregius, diversarum scientiarum peritus. Ante Ordinis ingressum Medicum fuisse probant ejusdem chymicæ observationes, & *Galerazeya* seu *Revelator secretorum*. Mathematicum comprobant astronomicæ & chronicæ tabulæ, Geometram dimensio Palæstinæ quam perlustravit, sancta loca invisit, Ægyptum & Montem Sinai adiit. Presbyterii ejus vestigium nullum deprehendit Môrckensius, imò contrarium verosimile est. Annis triginta laboravit in Historia Ecclesiastica elucidanda: quod collige ex titulo edendorum Coloniæ vulgato anno 1631.

Fructus collectus ex laboribus triginta annorum impressi Coloniæ. Hinc corrige *viginti.*

Multa quidem scripsit, at imperfecta pleraque, præter pauca, quæ typo prostant. Post ejus ab hac urbe discessum distracta & dispersa, subin Joannes Lottley, Vicarius Cartusiæ Golonienſis, collegit, & pro modulo suo perficere conatus Bibliothecæ inseruit. Ex his hæc notatu digniora:

Catalogus illustrium Ordinis Cartusiensis virorum.

Catalogus Priorum & Professorum Colonienſis Cartusiæ.

Nonnulla collectanea de aliis Domibus Ordinis, quæ Môrckensius collecta asservat.

Inter typo data omissus hic liber hîc *addatur:*

Vita B. Martyris Nicolai Albergati Cartusiani, Episcopi Bononiensis, conscripta à tribus celeberrimis viris, Jacobo Zeno, Poggio Florentino, & Carolo Sigonio, per D. Georgium Garnefelt Cartusianum Colonienſem edita, Coloniæ typo Joannis Kinckii 1618 in 4to.

Hæc à clarissimo Môrckensio serius communicata accepimus.

Pag. 97. GERARDI HARDERWICENSIS *adde librum:*

Gerardi Harderwicensis Gymnasii Laurentiani Regentis, Commentarii librorum Aristotelis de anima: Epitoma Anatomiæ: Textus parvorum naturalium cum Commentario Jacobi de Amorsfordia secundùm doctrinam Alberti Magni; de sensu & sensato, de memoria & reminiscentia, de somno & vigilia, de longitudine & brevitate vitæ. Coloniæ 1491. per Joannem Mechlinium in folio.

Ejusdem Gerardi Commentarii in totam Logicam Aristotelis recusi fuêre anno 1504. in officina Joannis Quentel in folio.

Pag. 98. inserendus

GERARDUS JOANNES VOSSIUS Wassenburgi in Juliacensi Ducatu anno 1577. natus Patre Joanne Vossio, Matre Corneliâ de Bile, Ruræmundanis, ad Calvinianam, quam profitebantur, sectam, è Belgio profugis. Literas politiores Græcámque linguam didicit Dordraci, condiscipulum inter alios ibi nactus Erycium Puteanum, quocum postea, vel studiorum causâ, perpetua illi, dum vixit, necessitudo fuit. Vixit autem Rector scholæ Dordracenæ annos XX. Professor eloquentiæ ac chronologiæ in Academia Leidensi constitutus anno 1618. Sed cùm dogmata Arminianorum tueretur, paulò post justu Synodi Dordracenæ suspensus à munere, quod demum 9. Novembris anno 1622. resumpsit. Inde anno 1633. ad celebre Amstelodamensium Gymnasium migravit, historiarum professioni deputatus. Obiit Amstelodami die 17. Maji anno 1649, ætatis anno 72. Eruditionem ejus tum Batavi, tum exteri summis laudibus prædicârunt. Nemo rem Grammaticam accuratiùs excussit & explicuit: veteres Historicos Græcos æquè ac Latinos ità illustravit ac imitatus est, ut eis coætaneus videretur. Quin & Cardinalis bona hoc tulit judicium: Joannes Gerardus Vossius omni doctrinarum genere, atque omni eruditione mirabiliter excultus, utinam orthodoxâ fide imbutus fuisset!

Positum ei fuit hoc Epitaphium:

Hoc tumulo plorat pietas & candida virtus,
Et luctu Pallas saxea diriguit.
Invida

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Invida mors ridet, ridet quoque Vossius illam,
Dum calamo mortem vincit & ingenio.

Plura de Vossio ejúsque scriptis notatu digna vide in *notitia literaria Virorum illustrium P. Niceron Tomo XIII. pag. 89.* Multa enim scripsit, eloquentiam historiámque illustrantia, quæ primùm variis temporibus locísque sparsim edita, dein simul collecta prodiêrunt in folio Amstelodami ex Typographia Blaviana anno 1701, atque in sex Tomos divisa.

Tomo primo Etymologicon linguæ Latinæ præfigitur de literarum permutatione. Editio nova, Isaaci Vossii observationibus aucta.

Tomo secundo. Aristarchus, sive de arte Grammatica Libri VII.

Item de vitiis sermonis & glossematis Latino barbaris libri IX. quorum quinque posteriores tunc primùm prodiêrunt.

Tomo tertio. Commentariorum Rhetoricorum, sive Oratoriarum Institutionum libri VI.

2. *De Rhetoricæ natura & constitutione.*

3. *De artis poeticæ natura & constitutione.*

4. *Poeticarum institutionum libri III.*

5. *De imitatione tum oratoria, tum præcipuè poëtica recitatione veterum.*

6. *De veterum Poëtarum temporibus libri II.*

7. *De artium & scientiarum natura ac constitutione libri V. antehac diversis titulis editi.*

Liber primus de quatuor artibus popularibus.

2. *De Theologia.*

3. *De Matheſi seu scientiis mathematicis*

4. *De Logica.*

5. *De Philosophia.*

De Philosophorum sectis liber.

Tomo quarto. Ars historica, sive liber de historiæ & historices natura, historiæque scribendæ præceptis.

2. *De Historicis Græcis lib. IV.*

3. *De Historicis Latinis lib. III.*

4. *Historiæ universalis Epitome, nunquam ante edita.*

5. *Opuscula varii argumenti.*

Vita Fabiani Comitis à Dhona.

Consilium Gregorio XV. Pont. Max. exhibitum per Michaelem Lonigum, cum censura G. J. Vossii.

In Epistolam Plinii de Christianis, & Edicta Cæsarum Romanorum adversùs Christianos Commentarius.

De cognitione sui.

De studiorum ratione dissertatio gemina, generalis & particularis.

Oratio in obitum Thomæ Erpenii, Orientalium linguarum in Academia Leydensi Professoris.

Oratio de historiæ utilitate.

In fragmenta T. Livii Andronici, Q. Ennii, C. Nevii, M. Pacuvii, & L. Altii castigationes & notæ.

VI. Epistolæ selectiores à Vossio & ad Vossium scriptæ.

Tomo quinto. De Theologia gentili & Physiologia Christiana, sive de origine ac progressu idololatriæ, deque naturæ miraculis, quibus homo adducitur ad DEUM, Libri IX. prohibentur Romæ per Congregat. indicis, 7. Februar. anno 1718.

Tomo sexto. Chronologiæ sacræ Isagoge, sive de ultimis mundi antiquitatibus, ac imprimis de temporibus rerum Hebræarum dissertationes VIII.

2. *Dissertatio gemina, una de J. C. Genealogia; altera de annis, quibus natus, baptizatus, mortuus.*

3. *Harmonia Evangelica de passione, morte, resurrectione ac ascensione JEsu Christi Salvatoris nostri, Libri III. prohib. Romæ 2. Julii anno 1686.*

4. *De Baptismo disputationes XX, & una de Sacramentorum vi & efficacia.*

5. *Theses Theologicæ & historicæ de variis doctrinæ Christianæ capitibus, quas olim disputandas proposuit in Academia Leydensi, hæ fuerunt Romæ prohibitæ per Congregat. indicis 2. Julii anno 1686.*

6. *Dissertationes tres de tribus symbolis, Apostolico, Athanasiano, & Constantinopolitano, prohibitæ Romæ 10. Junii 1654.*

7. *Historiæ de controversiis, quas Pelagius ejúsque reliquiæ moverunt. Libri VII.*

8. *Fragmentum de Manichæis & Stoicis, nunquam antehac editum.*

9. *Dissertatio epistolica de judicio Magistratûs in rebus Ecclesiasticis.*

10. *Responsio ad judicium Hermanni Ravensbergii de libro ab Hugone Grotio pro Catholica fide de satisfactione J. C. scripto adversùs Faustum Socinum.*

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 100. inserendus

GERARDUS de NEUFVILLE Germanus, Clivus Vesalius, Philosophiæ Magister, primùm Matheseos Professor extraordinarius Heidelbergensis, inde Physiologiæ & Mathematum Professor Bremensis, tum medicinæ Doctor, ejusdem Professor ac Physicus primarius, obiit 1648. 28. Julii, ætatis 58. Scripsit

Arithmeticam theoreticam practicam.
Disputationes Theologicas.
Physicam generalem & specialem.
Dissertationes duas de quiete terræ.
Cosmologiam & Anthropologiam.
Witte Diarium Biographicum.

Pag. 100. GERARDUS ROEN *supplebrum:*

Examen confessionis reformatæ juxta Scripturam & S. Augustinum inconcussum veritatis Suf-

fraganeum & testem antiquitatis fidelissimum, 1668. impressum.

Liber idem Germanicè ab eodem Authore versus prodiit:

Unverfinsterte Schrifft-Sonn, das ist, gründliches Examen und klare Erläuterung Reformirter Confession nach dem reinen Wort GOttes, und Beystimmung des H. Augustini, als eines bewährten Referenten uhralter Catholischer Kirchen, allererst zu Latein anno 1668. in Druck von mir ausgegangen, nunmehro in mütterlicher Sprach vorgestellt durch R. F. Gerardum Roen, Ordinis Præmonstrat. Canonicum Knechtsted. Pastorem in Hoengen. Gedruckt zu Cöllen bey Wilhelm Friessem anno 1671.

Ex Comment. D. Kochs Prioris Knechtsted.

Pag. 101. inserendus

GERLACUS BUXTORFF natus in vico Comitatûs Marcani, *Kamen* dicto, Jurista celebris, & in statu politico insigniter versatus, filius erat Joachimi Buxtorff juris utriusque Doctoris, apud diversos Principes, imprimis Comitem de Waldeck Consiliarii quondam & Cancellarii, qui anno 1576. Basileæ *Disputationem de petitione hæreditatis pro gradu* sustinuerat: postquam ejusdem filius Gerlacus animum suum ad juris studium applicâsset, & profectum in eo non vulgarem fecisset, Universitates etiam in Germania, Gallia, Italia, Anglia & Hollandia magno cum fructu perlustrâsset, Basileam anno 1612. concessit, doctorali gradu inaugurandus. Causa illius Universitatis præ cæteris eligendæ duplex videtur fuisse: cùm quòd Pater ejus ante annos 36. doctoralem lauream ibidem consecutus esset, tum quòd ejus Patruelis Joannes Buxtorff in eadem Universitate jam annos viginti circiter linguæ Hebraicæ Professorem ageret. Anno 1611. nonâ Decembris eruditam *Disputationem historico-juridicam in XVII. priora aureæ Caroli IV. Bullæ capita Basileæ* propugnavit, & postridie, scilicet decimâ ejusdem mensis cum Joanne Georgio Bechtio à D. Joanne Gutio in album juris Doctorum fuit relatus. Disputatio ejus in auream Bullam rationibus magni ponderis stabilita, & *secundo typo edita*, tantam famam & existimationem de capacitate & doctrina ei conciliavit, ut civitas Bremensis anno 1614. eum Syndicum suum nominârit, cui obsequia non pauca, & perquam fructuosa præstitit. Anno 1628. ab eadem urbe in negotiis magni momenti ad Cæsarem Ferdinandum II. Pragam missus fuit; verùm in morbum ibi fatalem incidit, & in flore ætatis suæ octavâ Januarii obiit. Corpus ejus 27. ejusdem mensis Bremam relatum, & in Templo B. M. V. magna cum pompa sepultum fuit.

Lexicon universale Basileense tertiæ editionis.

Ex Commentariis clarissimi viri J. A. J. Dulman JCti & Senatoris Colon.

Pag. 102. GISBERTI LONGOLII librorum catalogus accuratior Caspari Burmanni Trajecto erudito hic datur:

Scholia brevia in Des. Erasmi libellum de civilitate morum puerilium. Coloniæ 1530. in 12. Parisiis & alibi, quæ laudat Junius in Batavia Cap. XVI. p. 237.

Plauti comœdiæ aliquot selectiores, scilicet Amphitruo, Asinaria, Aululæria, ex mixtis exemplaribus collatis diligentissimè recognitæ, unà cum annotationibus ex doctissimorum virorum observatione, & Omphalii Jacobi Andernaci scholiis ad marginem adscriptis, ex officina Gerardi Moirhii Campensis apud Collegium Sorboniæ Paris. anno 1530. in quarto, & apud Vascosan ibid. anno 1634. Vid. Mattaire Annal. typogr. Part. II. p. 742. & 810. & omnes *Plauti Comœdias* ejúsque opera prodiisse Coloniæ anno 1538. docet Fabric. T. 1. Bibl. Latin. Lib. 1. cap. 1.

Hæc scholia in Plautum vituperat Barthius ad Stat. Lib. 1. Thebaid. Versu CCCV.

Philostratus de vita Apollonii Thyanei, interprete Alemanno Rhinutcino, ad Græcum exemplum emendatus, adnotationibus etiam ad marginem adjectis, cum Eusebio contra Hieroclem. Coloniæ 1532. in 8vo, cujus editionis censura agitur in Giorn. de Letterati T. XXI. p. 385.

Lexicon Græco-Latinum, præter omnes omnium hactenus accessiones novo supra mille vocabulorum Auctario jam recèns locupletatum. Coloniæ anno 1533. in 8vo.

Adnotationes ad dilucidam clarámque lectionem, quindecim libris Metamorphoseon P. Ovidii adjectæ. Coloniæ 1534. & 1538. in 9vo.

Adnotationes in obscura & difficilia loca Rhetoricorum ad C. Herennium, cum textu & duobus libris Ciceronis de inventione Rhetorica, cum M. Fabii Victorini Rhetoris Commentariis, per Longolium revisis. ibid. 1535. in 8vo.

Institutionis Dialecticæ libri quatuor. Daventriæ 1533.

Scholia in libros elegantiarum Laurentii Vallæ. ibid. 1539. in 8vo.

Concilium Nicænum è Græco Latinè redditum. ibid. 1540. in 8vo. Malè enim vitio typographico apud Revium legitur 1515.

Scholia ad vitas Imperatorum Græcorum Æmilii Probi, appositis locis, quos Probus è Thucydide vertit. ibid. 1543. Et *scholia* in C. Nepotem extant in editione Francofurtensi anno 1608. in folio, & in ea, quæ minori forma lucem vidit Leydæ 1642. testante Fabricio Tom. I. Biblioth. Latin. Lib. 1. Cap. VI.

Plutarchi aliquot opuscula moralia, à Longolio primùm Latinè reddita. ibid. an. 1541. in 8vo. Sunt verò hæc: 1. *Num seni sit gerenda Respublica?* 2. *De parentum erga liberos amore.* 3. *Causarum naturalium liber.* 4. *Disceptatio, utrum ignis an aqua sit utilior?* 5. *Stoicos magis mirabilia, quàm Poëtas asserere.* 6. *De tribus Reipublicæ generibus, Monarchia, Democratia, & Oligarchia.* 7. *De odio & invidia.*

Dialogus de avibus, quas pulveratrices vocant, & earum nominibus Græcis, Latinis & Germanicis, non minùs festivus, quàm eruditus, & omnibus studiosis ad intelligendos Poëtas maximè utilis. ibid. 1544. in 8vo, ubi circa finem studiosorum aliquot in ejus mortem Epitaphia adjiciuntur, & ipsius Longolii *Carmen elegiacum protrepticum ad bona studia.* In animo quoque habuit de reliquis avibus scribere, sed institutum illud mors præpedivit, notante Gesnero in Bibliotheca.

Ciceronis Epistolas ad familiares, cum notis Jodoci

Jodoci Badii, Aſcenſii Baptiſtæ Egnatii, Franc. Bobortelli, Lud. Joannis Scopæ & aliorum, & *Lemmatibus Longolii*. Venet. anno 1554. in folio, Pariſ. 1556. Venet. 1565. & 1586. prodiiſſe affirmat Fabric. Tom. 1. Bibl. Latin. Lib. 1. Cap. VIII. Vid. Valer. Andr. Biblioth. Belg. pag. 337. Swert. Athen. Belg. p. 418. M. Adam vit. Medic. p. XVIII. Revius Hiſtor. Daventr. Lib. III. init. Graev. Orat. in L. Acad. Traject. Natal. Frehet. Theatr. Viror. illuſtr. P. III. pag. 1227. & Niceron Memoir. pour ſervir à l'Hiſtoir. des homm. illuſtr. Tom. XVII. pag. 43.

Caſpari Burmanni Trajectum eruditum.

Pag. 103. GODEFRIDUS HAGEN.

Deſinens in annum mundi 1275. *Corrige* in annum Chriſti.

Pag. 107. adde:

GUALTERUS SCHMACKERT Noveſienſis, ab anno 1632. in annum 1651. in Gymnaſio Montano humaniorum & Philoſophiæ Profeſſor, anno 1641. 23. Aprilis promotus ſacræ Theologiæ Licentiatus: anno 1646. 10. Novembris nominatus Canonicus ad ſanctum *Severinum*: anno 1651. 24tâ Martii electus Decanus Facultatis artium: eodem anno 16. Aprilis Coloniæ obiit.

Ex Commentariis D. Licentiati Blumenberg Profeſſoris Montani.

Pag. 107. inſerendus

GUILIELMUS ALSTORFF Profeſſus in Monaſterio Colonienſi B. M. V. in Sion, Ordinis Ss. Salvatoris, aliàs ſanctæ Birgittæ anno 1667. 23. Octobris fuit ſeptennio Romæ zeloſus Procurator totius Ordinis: in Monaſterio Colonienſi per annos plures Lector, tum Philoſophiæ, tum Theologiæ emeritus: ſubin præfuit Monialibus ad B. Mariæ ad Aquas frigidas, Belgicè *Koude Water*, prope Sylvam Ducis: tandem ab Patribus ex Koude Water in Hoboken migrare coactis poſtulatus, ut ipſorum præeſſet regimini, recuſavit id quidem religioſâ modeſtiâ: verùm ex obedientia id demum oneris aſſumpſit, & ſumma cum vigilantia ad annos triginta adminiſtravit, obiit anno 1723. die 13. Aug. in Hoboken. Scripſit

Sagittas perfectionis, id eſt, ſententias excerptas ex revelationibus Seraphicæ Matris Birgittæ in hunc ordinem pro ſingulis anni diebus redactas, & occurrenti Evangelio adoptatas. Antverp. typo Joannis Robyns in area Domûs profeſſæ Soc. Jeſu anno 1711.

Ex Commentariis Petri Wachtendunck, Monachi Birgittani Profeſſi Coloniæ in Sion.

Pag. 107. inſerendus

GUILIELMUS FABRITIUS HILDANUS Germanus Medico-Chirurgus primò Hildenæ in patria, deinde Coloniæ, tum Marchionis Badenſis & Hachbergenſis, nec non Reipublicæ Bernenſis, noviſſimè rurſus Hildenſis, obiit anno 1634. 14. Februarii, ætatis 74. In lucem prodiérunt ejus

Obſervationum & curationum chirurgicarum centuriæ VII.

De conſervanda valetudine, de Thermis Valleſianis, & Acidulis Griesbachienſibus conſilium.

De dyſſenteria liber.

De Lithotomia veſicæ liber.

De gangræna & ſphacelo tractatus.

De Ichore & Meliceria Celſi tractatus.

Epiſtola de nova, rara & admiranda hernia uterinæ hiſtoria.

De combuſtionibus, quæ oleo, aquâ fervidâ, ferro candente, pulvere tormentario, fulmine, & quâvis aliâ materiâ ignitâ fiunt, liber.

De vulnere quodam graviſſimo obſervatio & curatio ſingularis.

Tractatus de ſclopetaria curatione.

Epiſtolarum centuria.

Ciſta militaris.

Opera hæc omnia ſimul impreſſa ſunt. Edidit quoque linguâ vernaculâ

Tractatum de præſtantia anatomes.

De miſeria vitæ humanæ.

De Chriſtianorum comeſſandi ratione.

De angina.

Witte Diarium Biographicum.

Pag. 110. inſerendus

HELFRICUS ULRICUS HUNNIUS filius fuit Ægidii Hunnii, inter Lutheranos magni nominis viri, & Superintendentis Wittembergici, ſed Calviniſtarum acerrimi impugnatoris. Helfricus ante cathedram Pandectarum in Guſſana Academia undecim annis magnâ nominis famâ rexerat, & jam variis titulis aucto, Conſiliarius Landgravii Haſſiæ, Marpurgi quinquennio Profeſſor codicis, & Pro-Cancellarius Academiæ fuit, unde dimiſſus cum honorifico ſelogio 1630. 10. Martii, nempe poſt peragratas varias Acatholicorum Academias inter ipſas tenebras lux divinæ gratiæ affulgere homini cœpit, & ipſorum Acatholicorum ſententiis, quas veritas ab invitis extorſit, prædamnatos errores Lutheranos agnovit: quare anno eodem 1630. Philipsburgum cum familia ſeceſſit, relignatis officiis Catholicam Eccleſiam acceſſit. Sub annum 1632. palàm profeſſus eſt ſe Catholicum Coloniæ in ædibus Præn. D. Cornelii ab Egmondt civis hoſpitis ſui, & practicum Doctorem cauſis ſuſcipiendis agendis fuiſſe patet ex literis Nicolai Fratris anno 1635. Coloniam miſſis, Helfricum omni niſu ad Lutheri ſectam revocare allaborantis, quæ literæ aſſervantur autographæ in Gymnaſii Laurentiani Bibliotheca. Subinde Helfricus invitatur à Trevirenſi Electore Chriſtophoro, abque eodem quâ Epiſcopo Spirenſi Conſiliarius creatur, & Cancellariæ Spirenſis Director. Scripſit

Tractatum de tranſactione. Gieſſæ 1615. in 12. 1616. 1618. 1620. in 4to.

De pactis. Gieſſæ in 12mo 1616.

De uſufructu. Gieſſæ in 12mo 1618.

Diſputationes XV. Collegii criminalis. Gieſſæ in 4to 1621.

Variarum reſolutionum juris civilis libros IV. Francofurti ad Treutleri diſputationes in L. Libros Pandectarum. 1616. 1618. 1620. in 4to.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Disputationem de homicidio & ejus pœna. Marpurgi 1625. in 12mo.

In legem: Ne filius pro patre. De privilegiis studiosorum.

Confessionem fidei & religionem H. U. Hunnii, omnia ferè religionis Catholicæ capita complectentem. Extat Autographum in Bibl. Gymnasii Laurent. pp. 92. circa 1630. Heidelbergæ vitiosè impressa fuit, quæ, cùm biennio distracta esset, alteram & auctiorem Coloniæ præsens ædibus Dom. Cornelii ab Egmondt spectatissimi civis vulgavit hoc titulo:

Invicta prorsus & indissolubilia duodecim argumenta, quibus convictus atque constrictus, relictâ Lutheranâ sectâ, Catholicam profitetur fidem Helfricus Ulricus Hunnius Jurisconsultus, & Cancellariæ Episcopatûs Spirensis Director. Editio secunda ab Authore recognita. Luci accessit *evidens demonstratio,* quòd archi-hæresis Lutherana maximâ suî parte ex antiquissimis hæresibus conflata sit. Coloniæ apud Cornelium ab Egmondt 1632. in 12mo pp. 310 In fine adjectum *Encomium Rectoris & Professorum Marpurgensium,* Hunnio officia resignanti & abeunti concessum 1630. 16. Maji.

Literæ Nicolai Hunnii, queis fratrem Helfricum ad Lutheri errores revocare satagit: una inscripta ejusdem uxori der edlen viel ehr-und tugendreichen Frau Annæ Mariæ, Gemahlin des hochgelehrten Herrn Helfrici Hunnii J. U. Doctoris practici zu Cöllen. *Autographæ sunt in Gymn. Laurent.*

XII. præjudicia & responsa Lutheranorum & Calvinistarum de bonorum Ecclesiasticorum à Protestantibus facta invasione, deque eorum facienda restitutione. Annexa *Epistola Marci Aurelii Imperatoris ad Regem Siciliæ* collecta & edita ab H. U. Hunnio S. C. Coloniæ 1633. in 4to typis Petri Metternich.

Encyclopœdiam juris universi H. U. Hunnii. Coloniæ in folio 1654. 1675. in alio indice librorum lego 1657. 1674.

Pag. 116. addendus

HENRICUS à DIEST Germanus, Altenâ-Marchicus, Theologiæ Doctor, primùm verbi divini deformati Minister Emricensis, deinde Theologiæ & linguæ Hebraicæ in Gymnasio Hardevicensi Professor, demum utriusque Prof. Daventriensis. Obiit 1673. 17. Junii, ætatis 78. Inclaruit *Mellificio Catechetico: Theologia Biblica* Enchiridio Theologico, institutione ac ratione studii Theologici. Funda Davidis, Analysi Apocalypseos. *Grammatica Hebræa cum Rudimentis Chaldaicis ac Syriacis,* concionibus pœnitentialibus, funebribus, & miscellaneis Dominicalibus, passionalibus, festalibus, paradigmaticis, catecheticis, institutione de arte concionatoria in quinque priora capita Epistolæ ad Romanos, oratione de animæ statu post mortem, disputationibus variis, Belgicè considerationibus Theologicis, politiis de statu Belgii fœderati.

Witte Diarium Biographicum.

Pag. 118. HENRICUS FABRITIUS Aquisgranensis *adde* Episcopus Davalensis, Suffraganeus Spirensis.

Pag. 119. inserendus

HENRICUS GORTHENUS Colonien-sis. Hunc disco ex Editore Bibliothecæ Heilsbronnensis D. Hockero, qui in sectione priori codicum chartaceorum Num. 28. refert hunc codicem:

Compendium summarum Theologiæ per Fratrem Thomam de Aquino collectum per venerabilem sacræ paginæ Professorem Magistrum Henricum Gorthenum Colonien-sem.

Pag. 122. inserendus

HENRICUS KIRTZER Cochemii nascitur anno 1705. 19nâ Novembris. Absolutis studiis Confluentiæ, ingreditur Societatem Jesu 1723. 20. Octobris: vota quatuor professus Treviri 1739. 2. Februarii, in qua Universitate primùm humaniores literas, tum Philosophiam biennio docuit: subin Coloniæ Ecclesiastes Latinus ad Academicos, & quotannis octiduo sacrâ Ignatianâ ascesi DD. Eâclesiasticos & nobilissimos civium exercuit. Scripsit

Veritates Christianas ad usum faciliorem omnium, præsertim juventutis, accommodatas dictiones ad Academicos Gymnasii Tricoronati habitas à P. Henrico Kirtzer è Societate Jesu. Coloniæ sumptibus Joannis Werneri van der Poll Bibliopolæ 1744. in 8vo pp. 680.

Pag. 124. inserendus

HENRICUS MAMERANUS Luxemburgen-sis, Typographus Colonien-sis, Poëta & Philologus, scripsit

Gratulatorium carmen in Philippi Regis Angliæ &c. adventu in Germaniam anno 1549, in Angliam verò anno 1554, in Belgium anno 1555.

Epithalamium nuptiarum ejusdem cum Maria, Angliæ Regina. Coloniæ apud Jacobum Soterum 1555. in 4to.

Strenam Kalendarum Januarii anno 1556. ad amicos, carmine conscriptam de Leone & Asino.

Priscæ monetæ ad hujus nostri temporis diversas aliquot nationum monetas supputationem, ab ipso Authore anno 1551. typis editam, dein etiam à Reinero Budelio Ruræmundensi in tractatum scriptorum de monetis insertam, Coloniæ anno 1574. & 1591.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 129. HENRICI VENEDIEN *libris adde*

Concionem polemicam, hoc titulo: *Nichtigkeit des so genanten Reformirten Nachtmahls,* dictam post Theophoriam Mulheimensem, 1723. impressam Coloniæ apud Joannem Engelert in quarto.

Pag. 131. adde

HERIBERTUS BAUCH natus in Sechtem prope Brulam, sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus, primùm Pastor Bonnæ ad sanctum Martinum per annos novem, postmodum factus Pastor & Canonicus in Parœcia sancti Remigii, & respectivè

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ganeis Colonienſ. Broelmannus. Commentarii Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 151. JACOBUS MOSANDER *adde*

Decanus ruralis erat ante annum 1569, quo Ordinem Cartuſianum Coloniæ ingreſſus eſt unà cum Joanne Trevirenſi Decano ſancti Paulini: uterque anno proximo 1670 23. Novembris feſto die ſancti Clementis Papæ & Martyris inſtitutum Cartuſianum profeſſi ſunt, quod *in Comment. MS.* de ſe ipſo adnotavit Joannes, poſt Prior domûs Colonienſis; unde corrigendus Petrejus ingreſſum anno 1570. adſcribens.

Ex Commentariis Michaëlis Mörckenſii Cartuſ. Colon.

Pag. 151. inſerendus

JACOBUS NUTTEN naſcitur apud Aquas-Grani anno 1707. 10. Martii, ibidem artibus humanioribus & Sophiæ profanæ ſcientiis excultus, ambit Societatem Jesu, intérque ejus Novitios Treviri admittitur anno 1725. die 18. Octobris. Quatuor votis Profeſſorum adſtringit ſe Marcoduri anno 1741. IV. Nonas Februarii. Modò in Aquenſi Collegio *Sodalitium* DD. Civium regit, Catecheſin publicam habet, confeſſionibus externorum & ſociorum audiendis, & rebus ſpiritualibus moderandis præfectus. Scripſit

Vollkommene Lebens-Arth einer Gott-liebenden Seele, vvorin ſie unter dem Nahmen der Hagiophilæ angefuhret vvird ihr täglichtes Leben nach gegründeter Vollkommenheit einzurichten. Gedruckt zu Cöllen bey Johan Wilhelm Huiſch 1740. in 8vo pp. 271. Editio ejuſdem ſecunda 1746. in 8vo auctior pp. 437. eodem prælo.

Pag. 152. inſerendus

JACOBUS RHENTFERD naſcitur anno 1664. Mulhemii ad Rhenum in Ducatu Montenſi. Fundamenta literarum Moerſæ jecit, inde Swertam, ubi Hebraica didicit, tum Hammonam, demum Groningam migrat. Cogitabat ea in urbe ſe dedere in diſciplinam Mareſii, ſed, cùm eò appelleret, luctantem cum morte reperit, & ab Altinghio paris famæ Magiſtro inſtitutus, penè filii loco habitus fuit. Peragratâ Hollandiâ, anno 1678. creatur Rector Latinæ Palæſtræ Franeckeræ, impetratâ inſuper facultate Orientales linguas Candidatis explicandi. Anno 1680. Amſtelodamum abiit eo fine, ut à Rabbino, quem & ſuo ære nutriebat, pleniorem notitiam Hebraicorum conſequeretur. Anno 1682. defertur eidem cathedra Orientalium linguarum ab Franekeranis, quam triginta annis ornavit magnâ celebritate nominis. Moritur cœlebs anno 1712. Diſſertationes, quas plurimas prælo uno edere meditabatur, has viderunt poſteri:

De decem otioſis Synagogæ.

De antiquitate characteris hodierni Judaici.

Syntagma diſſertationum Theologico-Philologicarum de ſtilo N. T.

Periculum Palingrenum.

Periculum Phœnicium.

Obſervationes ſelectæ ad loca N. T.

Pag. 135. HERMANNUS GREFFGENS *adde*

HERMANNUS GREVE vel GREFFIN (*ſic Garnefeltius ſcribit*) venit ad Ordinem Cartuſianum anno 1440, vir doctus & devotus, qui ſcripſit *Martyrologium*, quo utimur in Capitulo & alia de vitis Sanctorum; obiit anno 1580. quintâ Novembris: at Lottley ſcribit eum anno antecedente 1479. 5. Novembris vitâ functum, quod verum cenſet Mörckenſius: certum enim eſt ante diem 30. Aprilis anno 1480. diem extremum obiiſſe: quo tempore Capitulum Generale Cartuſianum inter mortuos Greffginium referebat.

Ex Commentariis D. Michaëlis Mörckenſii Cartuſiani Colon.

Pag. 140. inſerendus

HILGERUS de BURGIS Carmelita Colonienſis, Theologus præclarus. Poſtquam Coloniæ multis annis Theologiæ Lectorem & Priorem egiſſet, anno 1440. eligitur à Theodorico ex Comitibus de Moerſa, Archi-Epiſcopo Colonienſi Confeſſarius & Conſiliarius. Anno 1447. ſub Nicolao Papa V. creatur Epiſcopus Eccleſiæ Buduanenſis, quæ Eccleſia tunc vacabat per obitum R. P. & D. Bulgeri de Burgis &c. Carmelitæ Leodienſis, Suffraganei Leodienſis, quem illo anno 23. Decembris obiiſſe, & Leodii coram ſummo altari ſub marmoreo tumulo ſepultum teſtantur iſtius Carmeli monumenta. Eodem anno aſſumitur à præfato Theodorico pro adminiſtrandis Pontificalibus per Civitatem & Archi-Diœceſin Colonienſem. Effigies ejus depicta cernitur in Monaſterio Colonienſi, cum hac ſubſcriptione:

R. D. HILGERUS, Epiſcopus Buduanenſis, Suffraganeus Colonienſis.

Obiit anno 1452. Leodii in Eccleſia Ordinis ſui in choro ante majorem aram inter iſtius Cœnobii Epiſcopos ſepultus, ubi etiam ad inſtantiam Antiſtitis Leodienſis Pontificalia adminiſtravit, quocirca Leodienſes ipſum quoque inter ſuos Suffraganeos numerant. Scripſit

Commentaria in omnes Epiſtolas S. Pauli MS. in Bibliotheca Carmelitarum Coloniæ Agrip. teſte Foppens in Bibliotheca Belgica. Heiſter de Suffra-

Ebraa rudimenta Grammaticæ harmonicæ linguarum Orientalium.

Periculum criticum in loca depravata, deperdita & vexata Eusebii Cæsarii & Hieronymi Andala.

Oratio funebris Jacobi Rhenferden.

Allgemeines historisches Lexicon Leipzig 1742. Tom. IV. p. 62.

Pag. 155. inserendus

JACOBUS TIMÆUS Amorsfordius, Diœcesis Ultrajectinæ, erat annis 1473. & 1478. primo semestri electus Decanus à Facultate artium Universitatis Colonienſis, subin sacræ Theologiæ Doctor, & Decanus XCII. ab eadem sacra Facultate Colonienſi eligitur anno 1492. die tertiâ Julii, jam tum Rector Parochialis Ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ, & Regens Burſæ Laurentianæ. Scripsit

Commentaria in Aristotelem de generatione & corruptione, in Meteora, typo Henrici Quentel anno 1497.

Illustris Rudolphus Langius Canonicus Monasteriensis hoc ei Epitaphium posuit:

Hunc terris Amsforda dedit virtutis Alumnum,
Doctrinæ columen: nunc tenet astra pius.

Foppens Bibliotheca Belgica. Annales Facultatis artium & Theologiæ Colon. Burmanni Trajectum eruditum. Swertius. Gesnerus.

Pag. 155. inserendus

JACOBUS THEODARDUS SARTORIUS, Bolswardiensis Frisius, Pastor Ecclesiæ Durstensis in Vesta Recklinghusana. Edidit

Epitomen concionum Joannis Osorii è Societate JEsu in dies Dominicos & festos. Colonia 1598. & 1613. in 8vo.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 155. inserendus

JACOBUS TOLLIUS Duisburgi in Ducatu Cliviæ Professor fuit, in Philosophicis & Chimicis non mediocriter versatus, qui ad plures abiit anno 1696. Reliquit orbi literario

Insigna itineris Italici.

Epistolas itinerarias posthumas.

Manuductionem ad cœlum chimicum.

Fortuita sive varias observationes criticas.

Notas in Lucianum.

Ex Commentariis clarissimi D.I. A. I. Dulman JC. Acta eruditorum.

Pag. 155. inserendus

JACOBUS à TRIEST Noviomagus, Gelder, sacræ Theologiæ Licentiatus, & Juridici Collegii Coronarum apud Agrippinenſes Rector, vir naturâ mitis, moribus candidus, ingenio festivus atque urbanus. Edidit

Epigrammatum moralium Libros III. Coloniæ typis Antonii Bequer 1600.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 156. inserendus

JOACHIMUS STEINHAWER, Græcè Lithotomos dici maluit, Dusseldorpii florentem tum scholam texit circa annum 1585. Magister. Circumfertur ejus

Grammatica Latina, Syntaxis & Poesis, methodo ad captum puerilem accommodatiore dispositа. Lugduni-Batav. 1604. in 8vo & aliàs alibi.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 158. adde

JOANNES ADOLPHUS Baro de Wallbot-Bassenheim. Addenda post ea verba: *In Conventu Fratrum Recollectorum* anno 1705. die 22. Martii catharrho apoplectico correptus à die 16ta Martii. Interim Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis munitus, decessit, & haud modicâ pompâ funebri tumulatus fuit in Domo Capitulari Fratrum Recollectorum ad latus Evangelii: comitantibus Marchione D'Allegre Gallorum Generali & plerisque Officialibus tædas ardentes manu gestantibus sub vesperam. Inductus fuerat captivus die 15tâ Martii à milite Gallo, sub titulo *Circuli Burgundici palliato*, & spondente pro persona Bassenheimii Magistratu Bonnensi ad Conventum Recollectorum divertere permissus fuerat.

Pag. 158. inserendus

JOANNES AFFELMANNUS ad lucem venit Susati Patre Henrico von Affeln urbis Senatore anno 1588. Ingenuis artibus & disciplinis liberalibus primùm in patria, tum Tremoniæ, Corbaci, Lippiæ, demum anno 1603. Marpurgum appulsus imbutus fuit, ubi, cùm 1605. reformatio Calviniana introduceretur, migravit Giessam cum Professoribus Winckelmanno & Mentzero. Anno 1607. Rostockium profectus, biennio post gradum Doctoris & cathedram Theologicam obtinuit; obiit 1624. 24. Februarii.

Scripsit varia pro tutanda secta Lutherana contra Calvinicolas & Catholicos, quæ recenset *Freherus* in Theatro, *Witte* in Memoriis Theologicis, *Lexicon Basileense* editionis tertiæ anno 1742.

Pag. 161. inserendus

JOANNES BEETZ Brabantus, è vico cognomine prope Thenas ortus, Ordinem Carmelitarum in patria professus, fuit subinde Doctor Colonienſis, ubi, postquam annos multos docuisset, & Godefridus de Loe Fundator & primus Regens studii Lovanienſis ex Universitate Colonienſi accersitus decessisset anno 1469, suffectus fuit secundus in Carmelo Lovanienſi Legens & actualis Theologiæ Professor. Obiit demum in Conventu patrio Thenensi anno 1476. 6. Junii, sepultus in choro, hoc epitaphio:

Hîc jacet inhumatus Venerandus Pater Magister JOANNES de BEETZ, sacræ paginæ Professor, eximius Regens ac ordinarius Legens in Theologica Facultate Lovanii, qui obiit anno 1480. 6. Junii.

Scripsit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scripsit *in Epistolam Pauli ad Romanos Lib. I.*
De Ss. Sacramento Altaris Lib. I.
Sermones de tempore & Sanctis, Lib. II.
Quæstiones varias disputatas, Lib. I.
De Passione Domini Lib. I.
In præcepta Decalogi Lib. I. Lovanii typo Ægidii von der Neerstraten.
Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis. Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 163. inserendus

JOANNES BRUGMANNUS Kempensis (ex eodem oppido Archi-Diœcesis Colonienſis, è quo Thomas Kempensis quin & hujus coævus) fuit Ordinis Minorum celeberrimi nominis Ecclesiastes, & in Conventu Audomarensi sacræ Theologiæ Lector. Vixit inter Batavos, & Nobilium ibi factiones *Hami* & *Asselli* (vulgò Haex sive Houckx & Cabelliau) composuit, à cujus facundia manavit proverbium Flandricum: *Al cond ghy Praeten als Brugman?* Obiit Noviomagi 1473. Scripsit

Vitam S. Lydvvinæ sive Lidvvigis, Batavis Lydevvyds Virginis Schiedamensis, editam Schiedami 1498. in 4to, & ad diem XIV. Aprilis apud Surium, & apud Hagiographos Antverpienses è Soc. Jesu.

Considerationes ejusdem de passione Domini laudat Joannes Manburnus, Author Roseti exercitiorum spiritualium.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 163. JOANNES BUXTORFF Camenas Westphalus in Vesta *corrige duplicem errorem:* Camen vicus est in Comitatu Marcano, qui est in Circulo Westphalico: at non in Ducatu sic dicto, nec in Vesta.

Pag. 166. inserendus

JOANNES CLAUBERG nascitur Solingæ, quæ fabricandorum armorum solertiâ orienti & occidenti soli notissima civitas in Ducatu Montensi anno CIↃICXXII. ad diem VI. Kalend. Martii Patre Joanne Claubergio, Seniore Ecclesiæ Solingensis, Matre Catharinâ Caspars. Prima literarum tirocinia domi, tum Coloniæ didicit, sed ne religionis Catholicæ odore afflaretur, Mœrsam in disciplinam Davidis Rismanni traditur. Emancipatus Bremam se contulit, & clarissimorum Magistrorum ductu in Philologica & Theologica Orientalium & nostratium pernoscenda incubuit. Inde Groningam Frisiorum profectus, eadem studia sub optimis Doctoribus perfecit. Ex his Gymnasiis luculento testimonio undequaque munitus, Galliam & Angliam veterum exemplo lustravit: jamque fama aliqua comparata ab Ludovico Hentico Nassovio evocatur Herbornam ad Philosophiam, tum ad Theologiam extra ordinem docendam CIↃIↃCXLIX. ad D. Kalendas Martii. Biennio abhinc Duisburgum evocatur ad professionem Philosophiæ & scholarum Gymnasii moderamen ab Primoribus loci, approbante Serenissimo Electore Neoburgico.

Collegii Academici supremam præfecturam iterum gessit Magnificus Rector. Uxorem domum deduxit lectissimam Matronam Catharinam Mercatoris filiam celeberrimi Geographi Gerardi Mercatoris abneptem, è qua conjuge filium & filias quinque procreavit. Obiit anno MDCLXVI. pridie Kalend. Februar. Scripsit, quæ seperatim antea, & anno 1691. conjunctim edita fuêre in quarto ex Typographia Amstelodamensi P. & I. Blaeu, curâ Joannis Theodori Schalbruchii. Cui editioni præmittitur vita Joannis Claubergii, scripta ab Christiano Henninio in Duisburgensi Academia historiarum eloquentiæ & linguæ Græcæ Professore.

Physica contracta.
Disputationes physicæ.
Theoria corporum viventium.
Conjunctio animæ & corporis.
Metaphysica de ente cum notis.
Paraphrasis in meditationes Cartesii.
Notæ breves in Cartesii principia Philosophia, nunc primùm editæ.
Exercitationes centum de cognitione DEI & nostri.
Logica vetus & nova.
Logica contracta.
Defensio Cartesiana.
Dubitatio Cartesiana.
Differentia Cartesianam inter & vulgarem Philosophiam.
Exercitationes & Epistola Joannis Claubergii & Tobiæ Andreæ varii argumenti nunc primùm editæ.
Index locupletissimus.
Ex præfatione operibus præfixa.

Pag. 167. JOANNES DINGENS *supple* Garnefeltus Dingens, & Antverpiensem scribit, Melius Lottley Dingens & Middelburgensem scribit, ejusdémque religiosam conversationem graphicè describit: Hic, quia cognitionem rei majorem habuit, Mörckensii judicio fidem meretur. Ordinem Cartusianum professus est 30. Januarii 1607; mortuus est in Cartusia Santensi Vicarius 7. Julii 1636.

Ex Commentariis D. Mich. Mörckensii Cartusiani Colon.

Pag. 170. inserendus

JOANNES FREITAGUS Clivus (non Belga, ùt errat Witte in Diario Biographico) Vesalienſis, medicinæ Doctor, ejusdémque Professor Helmstadiensis, inde Archiater aulicus Osnabrugensis, postremò Academiæ Professor in Academia Groningensi; obiit anno 1641. 5. Februarii, ætatis 59. Scripsit

Libros IV. de recta purgandi methodo.
De noctibus atticis, sive de abusu medicinæ.
De opii natura tractatus.
Consilio de nova phthisin curandi ratione.
Consultatione de Lithotomia, sive calculi vesicæ sectione.
De paradoxis & erroribus contra Joannem Sperlingium libro.
De refutatione novæ sectæ Sennerto-Paracelsicæ.

De

De disputationibus, de calidi innati essentia.
De formarum origine.
De morbis substantia, & cognatis quæstionibus.
De oratione, de persona & officio Pharmacopæi, & pharmacopolio ejus rectè instituendo.
Witte Diarium Biographicum.

Pag. 170. adde Epitaphium JOANNIS FRIDERICI KARG, qui in Ecclesia Parochiali sancti Martini Bonnæ ante pedem summæ aræ est inhumatus.

EPITAPHIUM.

In memoriam Reverendissimi, Illustrissimi ac Eximii D. JOANNIS FRIDERICI KARG L. B. à Bebenburg, D. in Kirchsletten, Abbatis in Monte S. Michaëlis in periculo maris, Sereniſſimi ac Reverendissimi Domini Josephi Clementis Archi-Episcopi & Electoris Colonienſis Ministri statûs & supremi Cancellarii, qui suo licèt nomine satìs clarus, quantus vir fuerit in rebus agendis, justitia ac dexteritas, legationes &c. ac plurima ardua feliciter absoluta negotia demonstrant, quique de Principe suo gloriosis exantlatis laboribus optimè meritus, piè in Domino obdormivit ultimâ Novemb. anni 1719, ætatis 72, Hæres & Legatarius. Altare majus hujus Ecclesiæ & monumentum hoc FF.

Pag. 172. inserendus

JOANNES GABRIEL VON DER KETTEN nascitur Coloniæ anno 1673. 12. Augusti Patre expertissimo viro Everhardo von der Ketten medicinæ Doctore, Professore publico & ordinario, Electorum Colon. & Palatin. & aliorum Principum Archiatro, Senatore Colonienſi, virorum Magistro Ædil. sancti Petri, Matre Agnete Blomendalliâ. Absolutis studiis obtinuit præbendam in Ecclesia Collegiata Canonicorum sancti Georgii anno 1704. Sabbato 2. Octobris, ubi & obiit Canonicus senior anno 1746. 19. Martii, sepultus ad sanctæ Agathæ. Scripsit

1. *Der grosse Obst- und Blumen-Garten auserlesener andächtiger Catholischer Gebetter, cum 26. iconibus. Coloniæ apud Conradum Randerath 1706. in 8vo majore.*

2. *Das grosse Stamm- und Wapen-Buch der freyer Reichs-Stadt Cöllen, in welchem sich befinden die Stamm-Tafelen und Wapen deren fürnehmsten Familien, so in selbiger gewesen, und sich noch befinden, aus allen Schrifften und Archiven zusammen getragen, in folio vier dicker Bând. Extat MS. apud clarissimos Dominos Canonicos von der Ketten Authoris ex fratre Nepotis.*

3. *Der kleine Wald der freyen Reichs-Stadt Cöllen, in welchem sich befinden einge Stamm-Bâum deren Cöllnischen Familien betreffend, aus den Genealogiis und Wapen-Bücheren zusammen getragen durch J. G. von der Ketten &c. MS. in 4to zwey Theil apud eosdem Canonicos.*

Pag. 179. inserendus

JOANNES HAICKSTEIN Colonienſis, Ordinis senatorii, Parentibus Severino Haickstein & Annâ Pfingsthorns prognatus, Ordinem Cartusiensem Coloniæ ingressus anno 1593, & post duos circiter menses 14. Octobris Ordinis habitu investitus, altero anno 1594. 15. Octobris religionem professus est. Paucis post annis à Reverendo Patre Generali Ordinis arcessitus ad Cartusiam majorem ibidem anno 1599. Sacerdotio initiatus, primitias celebravit 29. Septembris die S. Michaëli Archangelo sacrâ. Tum anno 1601. profectus in Italiam, mortuus est Romæ 5. Octobris. De quo Hippolytus Marraccius in Bibliotheca Mariana part. 1. pag. 736. Vir literis & religiosâ pietate clarus transtulit ex idiomate Gallico in Latinum Ludovici Richeomi Societ. Jesu Theologi *Peregrinum Lauretanum votum Deiparæ Virginis nuncupatum exsolventem &c. & Colonia publico bono in lucem evulgavit anno à plenitudine temporis 1612, quo enitebat.* Ergo liber est posthumus, quia anno 1601. Romæ obierat. Habuit hic fratrem juniorem Wilhelmum Haickstein anno 1599, hac in domo religionem professum virum pium & religiosum, cujus nomen est in benedictione. Horum Mater in domo hac quoque sepeliri voluit, & sepulta est in sacristia ante altare sanctæ Annæ, ùt constat ex epitaphio lapidi sepulchrali inciso:

Anno Domini 1634. die nonâ Martii obiit honesta & virtuosa Matrona ANNA PFINGSTHORNS, relicta Vidua ornatissimi Viri D. SEVERINI HAICKSTEIN, magna Domûs S. Barbaræ Benefactrix, Mater duorum Patrum Cartusianorum Domûs hujus professorum, cujus anima requiescat in pace, Amen.

Ex Commentariis Michaelis Mörckenſii Cartusiani Colonienſis.

* * *

Pag.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pag. 181. inserendus

JOANNES HOST à ROMBERCH Kyrſpenſis à patria etiam aliquando dictus, nempe ex originis ſuæ loco Weſtphaliæ oppido Kyrſpen, ut quibuſdam *Joannes Hoſtius*, aliis *Joannes Romberch*, vel etiam *Joannes Kyrſpenſis* ſit, qui unus & idem eſt Joannes Hoſt de Romberch vernaculè dicendus. Is exeunte circiter ſæculo XV. natus, & circa annum MD. Ordinem Prædicat. Col. Agrip. amplexus & profeſſus, Joannem Menſingum, de quo nos anno ſuperiori, Ulmæ audivit, & Magiſtrum habuit. Tum in Italiam profectus, Venetiis, Romæ ac Bononiæ ſtudia proſecutus eſt: cúmque divinis ille humanioribusque inſtructus eſſet diſciplinis, plurima in lucem emiſit ingenii ſui monumenta, ſed & mirus efferbuit in ejus pectore fidei tuendæ ardor, quem occaſione datâ contra Lutheranum erumpens eâ tempeſtate virus exercuit: plura enim tum adversùs Hæreticos & ſua profudit, & in lucem emiſit aliena. Anno MDXX. à Magiſtro Ordinis Garſia de Loayra Baccalaureus promotus eſt: nec dubium, quin ad magiſterium poſtea aſcenderit. Quando verò diem obierit ſuum, hactenus mihi incompertum; ſed annum MDXXXIII. ſupergreſſum eſſe certum, qui tum operibus prælo dandis diligenter incumbebat. Hæc autem ſunt vel ſua vel aliorum, ſed ejus curis excuſa.

1. *Congeſtorium artificioſæ memoriæ R. P. F. Joannis Romberch de Kyrſpe regularis obſervantiæ Prædicatoriæ apud cœtum Agrippinenſem, omnium de memoria præceptiones aggregatim complectens.* Quod opus Author tum juvenis abſolviſſe ſe dicit die Martis infra (id eſt, intrà) octavam ſancti Martini Epiſcopi anno MDXIII, quo die illud ex Kyrdorp dicat, & mittit Joanni Grevenbroch artium, Philoſophiæ & medicinæ Baccalaureo Academiæ Colonienſis, cujus inſtantiâ illud compoſuit.

Idem poſtea recognitum edidit anno 1520, & Magiſtro Ordinis Garſiæ de Loayra nuncupavit. In epiſtola nuncupatoria dicit ſe degiſſe Coloniæ, Ulmæ, Romæ, Bononiæ & Venetiis, & eodem anno MDXX. à Magiſtro Ordinis Baccalaureum promotum.

Prodiit iterum Venetiis Melchioris Seſſa 1533. menſe Julio in 8vo charact. Goth. cum figuris lignis pp. 205. quæ editio apud noſtros Pariſienſes ad S. Honorati.

2. *J. Borchardi Alemanni Ordinis Prædicatorum de deſcriptione Terræ ſanctæ.* Venetiis Joannis Tacuini de Tridino anno 1519. in 8vo charactere Gothico.

Hoc opus ante ducentos & ampliùs annos delitescens, quod à Chryſoſtomo de Caſati Gymnaſii Bononienſis Regente, de quo poſtea, ad annum 1518. acceperat, è tenebris primus eruit, & juris publici fecit, Prioríque Provinciali Teutoniæ Everhardo de Clivis nuncupavit. In epiſtola nuncupatoria nonnulla ſancti Thomæ de Aquino, Alberti Magni, & Roberti Holtzot Angli à ſe caſtigatiſſima propediem edenda promittebat.

3. *Alberti Magni Commentaria in Ethica Ariſtotelis à Kyrſpenſi diligenter ad codices MS. recognita.* Venetiis 1520. in folio. Extat Romæ in Barber. & Pariſ. in Genovef. De ea editione legendus Thomas Hyde in B.bl. Bodley pag. 14. 6.

4. *Joannis Fabri Epiſcopi Viennenſis, de quo poſtea ad 1541, opus de Sacerdotio contra Lutherum Kyrſpenſis edidit Coloniæ 1523. in folio.* Quæ editio extat Inſulis apud noſtros. Titulum indidit Malleus, uti ipſemet refert in epiſtola ad Lectorem opuſculi Joannis Menſingi, de quo anno ſuperiori de Sacerdotio Chriſti Evangelico, quod edendum curavit.

5. *Ejuſdem Fabri opus hoc titulo: Antilogiarum Martini Lutheri Babylonia, accuravit & edidit Auguſtæ Vindel. 1530.*

6. *Oratio de dignitate & officio Sacerdotum* hanc Fratrueli ſuo Joanni Hoſt. Oneckinck Ludenſchedenſi anno 1529. die 28. Auguſti miſerat, & poſtea Thomæ Campegio Epiſcopo Feltrenſi die 12. Januarii 1531. ſtilo veteri nuncupavit ac edidit Coloniæ 1532. in 8vo.

In illa epiſtola nuncupatoria ſe Venetiis, Romæ ac Bononiæ ſtuduiſſe aſſerit, & Campegium alloquens hæc habet: " Nec reor impræſentiarum " hoſce labores ulli prorſus conſecrandos, quam " tibi inclitæ civitatis Bononiæ Archi-Diacono & " magno Cancellario, ut tantæ Academiæ uni- " verſalium ſtudiorum matris anteſignanum ex " me, quem olim in ſacris literis enutrivit, fru- " ctum, ſi quis præſtari poſſit, accipias &c. hanc " verò orationem edidit una cum opuſculo de Sa- " cerdotio Evangelico laudati Menſingi.

7. *De ratione confitendi.* Hoc opuſculum apud Carthuſianos Colonienſes extat inter codices MSs. n. 166. ſignatum, & à me anno 1671. die 14. Junii viſum. Sic Jacobus Quetif noſter.

8. *Dionyſii Carthuſiani compendium Theologiæ, ſive commentatio Theologica 159. concluſionibus diſtincta*, quod opus è Colonia die XVI Januarii anno 1531. ſtilo veteri *Georgio Lubenziano, & Ratzburgenſis Eccleſiarum Epiſcopo Kyrſpenſis nuncupavit & edidit Coloniæ anno 1532.* In epiſtola nuncupatoria dicit, amicos ſibi devinctiſſimos habuiſſe Campegium mox laudatum, Joannem Fabri Epiſcopum Viennenſem, & Doctorem Conradum Vimpinenſem à Fragis.

Hujus Scriptoris meminit Poſſevinus, ſed Ordinis Prædicatorum fuiſſe ſilet, laudant etiam Luſitanus & Altamura, ſed corruptè agnomen ſcribunt Romberch Riſpenſis. Luſitanus pejus hallucinatur, cùm ad annum 1320. florentem exhibet, & eo anno Venetiis imprimendis quæſtionibus Joannis de Janduno in octo libros Phyſicorum invigilantem, neque enim ignorabat Luſitanus artem typographicam non natam circa annum 1440, unde typorum erratum apud Luſitanum irrepſiſſe cenſeo, & pro 1320. legendum 1520, ad id ſi attendiſſet Altamura, hunc Joannem non collocâſſet ad annum 1314. duobus ſolidis ſæculis, & ampliùs poſteriorem.

Ex Echardo & Quetifio Scriptores Ordinis Prædicatorum Tomo II. pag. 88. quibus addo ſequentem libellum in Carthuſiæ Colon. Bibliotheca extantem.

9. *Determinatio miſcellanea Theologicæ quæſtionis, habita in publica concione Coloniæ ſub feriis Saturnalitiis, in qua diſſeritur ex Ss. eloquiis, de lege Evangelica, de libertate Chriſtiana, de fide Catholica, de operatione neceſſaria, Authore Joan. Hoſt a Romberch Kyrſpenſi. Coloniæ 1532. apud Heronem Alopecium in 4to.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deinde libellus n. 6. laudatus, dennò Coloniæ excusus fuit anno 1681. in 16to apud Petrum Ketteler, industriâ Theodori Mensinck missionis Belgicæ Presbytero, sub titulo: Novi Testamenti Sacerdotium.

Tertiò, *Kyrspen* non est vicus Ducatûs Westphaliæ, ùt Echardus & Quetif sentiunt, sed Ducatûs Montensis, spectantis ad Archi-Diœcesis Colon. spiritualem jurisdictionem.

Pag. 187. inserendus

JOANNES MATTENBURGIUS Germanus, Munda-Westphalus, primùm in schola Cassèlensi Con-Rector, deinde medicinæ Doctor, tum Poliater, Senator Gothanus, ac Gymnasii Inspector, obiit anno 1631, ætatis 81. Reliquit

Tractatum de hydrope, eiúsque speciebus.

Witte Diarium Biographicum.

Pag. 187. inserendus

JOANNES MICHAELIS Germanus, Susato-Westphalus, Philosophiæ & medicinæ Doctor Therapeut. Professor Lipsiæ, senior Archiater Elect. & Ducalis Saxonicus, obiit 1667. 29. Novembr. ætatis 61. Scripsit

Caravantis practicam chymicam.

Ostwaldi Grollii Casillicam chymicam.

Tract. de natura Tincturæ Bezoarticæ.

Disputationes sub ipsius præsidio habitas de sudore. De phrenitide. De Quartana. De Variis seu Arthritide. De vaga Scorbutica. De morbis ab incantatione & veneficiis oriundis. De cholera. De pica. De affectu hypochondriaco. De catarrho. De rosa, seu vero ac legitimo Erysipelate, &c.

Witte Diarium Biographicum.

Pag. 188. JOAN. MICH. von der KETTEN *vitæ adde:* Ingressus Ordinem anno 1674. nonâ Maji, professus anno 1675. 5. Junii, vixit annos 76, menses 6, *corrige* 4: natus enim est 1649. 10. non. 15. Septembr.

Libros adde:

3. *Salium Poeticorum miscellaneorum Centuriæ triginta septem, in duas partes dispartitæ: quarum prior pars centurias XVII, posterior XX. continet, stilo ligato, metrico vario in 4to MSs. Accedunt eodem stilo ligato Centuriæ tredecim MSs. in 4to.*

4. *Apelles Epigrammaticus in honorem Sancti quovis die occurrentis, sacri Epigrammatis quotidianam lineam ducens. Pars I. continens sex priores menses. Pars II. sex posteriores in 4to MSs. Præmittitur Discursus prævius & succinctus de re epigrammatica, omnia distichis Latinis.*

Extant hi duo MSs. apud Clarissimos Dominos Canonicos von der Ketten ex fratre nepotes, brev, ùt speratur, publici juris hac Patrui monumenta daturos.

5. *Matthiæ Casimiri Sarbievii Soc. Jesu Opera posthuma, artem poeticam concernentia, in tres partes divisa, nunc primùm luci data (danda) operâ & curis R. P. Joannis Michaelis von der Ketten, Ordinis S. Salvatoris, vulgò S. Brigittæ, in 4to: Tomi tres manuscripti.*

Pars prima complectitur libros IX. de perfecta Poesi (Alegambe & Sotuellum imperfectè hos libros recensentem eruditâ præfatione castigat D. von der Ketten) Lib. I. de acuto & arguto. Lib. III. de characteribus lyricis. Lib. I. de virtutibus & vitiis carminis elegiaci.

Pars secunda complectitur Deos gentium.

Pars tertia Poemata posthuma Sarbievii.

Lectiadem ejusdem quantâ diligentiâ quæsitam nancisci non potuit D. von der Ketten, post accuratissimam præfationem subjungitur vita Sarbievii longè accuratior & plenior præ Sotuelli epitome.

Clarissimus Adnotator & Crites J. M. von der Ketten, dum viveret, hoc dono volens lubens auxit Bibliothecam Collegii Colon. S. J. in qua etiamnum extat MS.

Pag. 188. inserendus

JOANNES NEEVIUS, vulgò NEEFS Mechlinienses, Ordinis Eremitarum sancti Augustini, sacræ Theologiæ Baccalaureus, suis non uno in loco, Hasseleti Eburonum toto novennio Antverpiæ, Mechliniæ, & alibi Prioris munere præfuit Ordini verò universo per Belgium sive Provinciam Colonensem titulo Definitoris ac Provincialis anno 1625. Vir facili, commodo & affabili ingenio; obiit Mechliniæ octuagenarius 28. Junii anno 1656. Scripsit

Eremum Augustinianam, floribus honoris & sanctitatis vernantem. Tractat autem hoc libro de Eremitis sub veteri & nova lege, de Ordinis Eremitarum S. Augustini institutione, approbatione & propagatione; de vita S. Augustini, & aliorum in eo Ordine sanctitate illustrium. Lovanii typis Hastenii 1638. in 4to.

Idiomate vernaculo: De frequenti & fructuoso Sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ usu, cum appendice: de sodalitatibus & indulgentiis.

Vitam S. Monicæ. Antverpiæ 1628.

Horologium monasticæ perfectionis. Lovanii anno 1630.

De Tertiariis Ordinis sancti Augustini. Antverpiæ 1632.

Testamentum Christi Salvatoris, Flandricè.

Regulam sancti Augustini, cum explicatione trium votorum.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 188. inserendus

JOANNES NIELLIUS natus Wesaliæ Clivorum anno 1571. die 29. Octobris, Marpurgi Cattorum jura didicit docuítque; obiit præmaturè Casellis anno 1597. V. Idus Januarii, annum ætatis vix egressus vigesimum quintum. Scripsit

Controversias juris feudalis, disputationibus XI. enucleatas. Marpurgi anno 1596. & 1615. in quarto.

Controversias Juris Justinianæi, ad institutiones juris, disputationibus XXXVI. enucleatas. Opus posthumum. Francof. 1613. in 4to.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pag. 190. inserendus

JOANNES OLEARUS Germanus, Vesalia-Clivensis, heterodoxæ Theologiæ Doctor, hujus & Hebraicæ linguæ Professor Helmstadiensis, hinc Pastor ac Superintendens Halensis, obiit 1623. 26. Januarii, ætatis 77. Luci publicæ dedit

Disputationum Theologicarum partes duas.

Institutionem Principis Christiani ex Agapiti tabula.

Orationes varias.

Jonam Prophetam, cum annotationibus.

Depulsionem criminationum pagella Cerbestana.

De exorcismo contra Antlingum.

Germanicè. De Imperio Germanico.

Designationem plus quàm 200. errorum Calvinianorum.

Monitum pro abominatione Calvinistarum.

Conciones diversas.

Henningus Witte in Diario Biograph.

Pag. 194. inserendus

JOANNES PUPPER Gochæ in Clivia natus, Sacerdos ac primus per annos plures Rector seu Confessarius Monialium sancti Salvatoris in Thabor, Ordinis sancti Augustini, olim juxta, nunc intrà Mechliniam, quarum primas circa annum 1460. adduxit è Monasterio sanctæ Mariæ Magdalenæ Slusis in Flandria: hinc & earum Fundator principalis habetur. Moniales sexaginta ad professionem recepisse legitur. Familiaris erat Wesselo Hermanni, seu Basilio Groningano, erudito quidem Sacerdoti, sed novitatum studioso, ac necessariam Ecclesiæ reformationem ad nauseam provocanti. In eodem itáque sensu abundans Pupperus scripsit

De libertate Christianæ Religionis.

De gratia & fide.

De Scripturæ sacræ dignitate.

De Scholasticorum scriptis.

De statu animæ post vitam.

De reparatione generis humani per Christum.

De votis & obligationibus. Omnia in Germania edita, neque passim distracta. Unde Patres Concilii Tridentini in prima damnatorum operum classe ea notárunt.

Obiit Pupperus anno 1475. die 28. Martii, sepultus in veteri Ecclesia dictarum Monialium de Thabor juxta Mechliniam.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 198. JOANNES à S. RUTGERO *adde vitæ* Ss. Theologiæ Licentiatus, & Professor Colonienſis, diversorum Conventuum Prior, Provinciæ Capituli Generalis Definitor, erat natione Teutonicus, patriâ Colonienſis, vir in divinis Scripturis eruditus, & disciplinis mundanæ Philosophiæ ad perfectum instructus, Theologus profundissimus, ingenio acutus, clarus eloquio, declamator sermonum populatium celeberrimus, quia populum à sua lingua pendentem habuit.

Scriptis adde

Totam Philosophiam & Theologiam.

Calendarium astrologicum prognosticum & perpetuum.

Varias conciones, præsertim de passione Domini & compassione B. Virginis Mariæ dolorosæ.

Vitam S. Josephi Latinè & Germanicè.

Explicationem axiomatum juris Canonici & civilis.

Ex Comment. Eximii Brunonis Tevvis S. Theol Doctoris, Provincialis Carmelitarum

Pag. 199. inserendus

JOANNES SEINERUS Westphalus, Volckmarsianus, Carmelita, anno 1631. die 1. mensis Februarii inauguratus est sacrosanctæ Theologiæ Doctor, quam eo tempore publicè Coloniæ ex cathedra docuit; fuit Rector & Concionator disertissimus, Poëta excellentissimus, Philosophus subtilissimus, & Theologus profundissimus: obiit anno 1636. 6. Julii. Scripsit

Commentarium M. Guidonis de Perpiniano Ordinis nostri quondam Prioris, & Episcopi Majoricensis.

Syllabum vitæ B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Latinè & Germanicè Coloniæ impressum.

Creditur esse Author cujusdam libelli sive scripti *Apologetici de Ordinis Carmelitani antiquitate.*

Ex Commentariis Eximii Doctoris Brunonis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 203. inserendus

JOANNES VALCKENIER Germanus, Colonienſis, Theologiæ deformatæ Doctor, ejusdémque in Academiis Hardevicensi, Franekerana, & Lugduno-Batava per 25. annos Professor; obiit 1670. 8. Decembris, ætatis 55. Formavit

Romam Paganizantem.

Refutationem Anabaptistarum.

Disputationes de SS. Trinitate.

De fœdere DEI cum homine.

De conjugii legibus in genere & specie.

De conjugio inter Privignos ex Levit. XVII. II.

De fide infantum, &c.

Witte Diarium Biographicum.

« Quanti faciendi sint clamores & scommata « Lutheri & Catulorum contra Romanam & Pe- « tri Cathedram: quàm infelices & ridiculi sint « Lutherani in confutandis Anabaptistis, cùm ex « eodem ovo uterque natus sit, norunt cordati « Catholici, me tacente.

Pag. 204. JOANNES THOMAS BEY in Ubiorum Metropoli natus. *Corrige* natus in Baestweiler, pago Ducatûs Juliacensis, Satrapiæ Aldenhovienſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pag. 206. inserendus

JOANNES VESLINGIUS Germanus, Mindanus Westphalus, medicinæ Doctor, Chirurgiæ & Anatomiæ Professor Patavinus; obiit 1649. 30. Augusti. Scripsit

Syntagma anatomicum.

De plantis Ægyptiis observationes & notas ad prosperum Alpinum.

Dissertationes de Pullitie Ægyptiorum.

Epistolas medicas.

Ad rem herbariam Paræneſin.

Catalogum plantarum horti Patavini.

Observationes anatomicas & medicas posthumas.

Vindicias Balsami.

Henningus Witte Diarium Biographicum.

Pag. 204. inserendus

JOANNES THEODORICUS von STEINEN erat anno 1727. Lutheranus Præco Isselburgi in Clivia, subin scribit sese Evangelico-Lutheranum Concionatorem in Frômern in Comitatu Marcano. Quæ ab eo edita vidi, hæc sunt:

Kurtze und generale Beschreibung der Reformations-Historie des Hertzogthumbs Cleve. Gedruckt zu Lippstatt 1727. in 12mo.

Die Quellen der Westphâlischen Historie, oder historische Nachricht von mehr als hundert ungedruckten zur Westphâlischen Historie nöthigen Geschicht-Bücheren, sonderlich von der Grafschafft Marck. Dortmund in Verlag Gottschalck Died. Badekers anno 1741. in 8vo pp. 144. Post præfationem præmittitur Notitia prævia edendæ historiæ Comitatus Marcani & affinium regionum, quam ideam oblatam si impleat von Steinen, magnam merebitur laudem apud eruditos.

Kurtze Beschreibung der hochadlichen Gottes-Hâuseren Cappenberg und Scheda, wie auch des hochadlichen Stiffts Averndorp und des Closters Widdinghausen, adjunctis documentis hactenus ineditis, eodem von Steinen collatore, editore.

Johann Hobbelings Beschreibung des gantzen Stiffts Münster, und Johan von der Bersword Westphalisches adliches Stamm-Buch, welche als einen fortgesetzten Beytrag Westphalischer Geschichten zuerst aus Licht bringet, und mit einem dreyfachen neuen Anhang vermehrt und erlâutert Johan Diederich von Steinen. Dortmund in Verlag Gottschalck Diederich Badekers 1742. in 8vo pp. 520.

Pag. 208. inserendus

JOANNES WEIS Carmelita Colonienſis, sacræ Theologiæ Doctor Coloniæ promotus anno 1641, vir magnæ pietatis & doctrinæ. Scripsit

Theses Theologicas pulcherrimas, quas in Germanico Capitulo Provinciali publicè tuebatur, & Provinciæ Turonenſi nuncupavit. Fuit ob eximiam suam doctrinam summo in honore apud Patres Turonenses.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Ss. Theol. Doct. Carmel. Provincialis.

Pag. 211. corrige:

JODOCUS COCCIUS obiit 1599 die 2dâ Martii, quod constat ex Epigraphe lapidis, quo sepulchrum tegitur, hujusce modi:

Anno 1599. die 2dâ Martii obiit Juliaci Reverendus & doctissimus Dominus Dominus JODOCUS COCCIUS, Theologus, Bileveldianus, hujus Ecclesiæ Canonicus, cujus anima requiescat in pace, Amen.

Pag. 211. inserendus

JODOCUS VONDELIUS, vernaculè JOOST VAN DEN VONDEL, alter linguæ nostræ Belgicæ apud Batavos Virgilius, ac Poëtarum nostratium facilè Princeps, natus erat Coloniæ Agrippinæ die 17. Novembris anno 1587. parentibus Mennonistarum seu Anabaptistarum hæresi infectis. Fixo postmodum Amstelodami domicilio, uxorem duxit anno 1610. Mariam Wolff; quæ dum in sua officina tibialia venum exponebat, Vondelius arti poëticæ totus vacabat: ac pro primitiis dedit anno 1617. *Viridarium belluarum.* Erat ei familiare cum eruditis omnibus Batavis commercium, quorum memoriam inscriptionibus honorariis aut epitaphiis celebrare solebat. Ætate maturior, à Mennonistis transiit ad Arminianos seu Remonstrantes, in quorum favorem vernaculum Poëma Palamedis edidit, seu innocentiam occisam, designans personam Joannis ab Oldenbarnefeld: nec diu post, relictâ Arminianâ hæresi, ad veram Catholicam fidem conversus est, studio præsertim Leonardi Marii, sacrosanctæ Theologiæ Doctoris, celeberrimi in urbe Amstelodamensi Pastoris & Ecclesiastæ. Edidit velut pro fidei suæ tessera carmen elegantissimum de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, vulgò *Altaers-Geheymnissen*, quod Illustrissimo Jacobo Boonen Archi-Episcopo Mechlinienſi dedicavit. Neque ætas decrepita amœnitates poëticas in eo extinxit: nam & anno ætatis 84. paraphrasin metamorphoseon Ovidii versu vernaculo dedit. Tandem completo anno ætatis 91. Amstelodami piè obiit, extremis Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis munitus, die 5. Februarii 1679, sepultus ibidem in Ecclesia nova, hoc epitaphio:

Hîc est Vondelii tumulus. Non; ille Maronis,
Et Flacci & Sophoclis, contegit ossa lapis.
Parce quiescenti cineri gravis esse viator:
Hâc super impositò nec preme saxa pede.

Iste

Iſte locus ſacer eſt; greſſus averte, locúmque
Attonitus multâ relligione cole.
Utque decet venerare ſenem, venerare Poëtam,
Qui cunctos ævo vicit & ingenio.

Aliud ibidem:

Vir Phœbo & Muſis gratus Vondelius hic eſt.

Vitam Poëtæ Vondelii edidit anno 1681. Gerardus Brandt, celebris apud Batavos Hiſtoricus. Extant omnia ejus opera vernaculè novem Tomis in quarto, quorum ſeriem viſum fuit accuratiùs eodem idiomate recenſere:

Wercken van den Prins der Niederduytſche Dichteren, Jooſt van den Vondel, Vervat in IX. Voll Wolckers.

I. Behelſt de Wercken van Virgilius Maro.

II. De Herſchepping van Ovidius Naſo.

III. De chriſte Deel der Poëſy beheltende de uitleydinghe ter Nederduytſche digt conſte, voorts Zegen-ſangen, groote Lof-digten, Klink-digten, Afberldinghen, Bruylofs-digten.

IV. Tweede Deel der Poëſy beheltende Lyckdichten, Graffchriften, Geboorte digten, Danckdigten, Brieven, Clagten, Hekel-digten, Lofdigten op geleerden &c. By Schriften op Steeden, Gebowen, Gedenck-Penningen, Shouburgs-digten, Raetſels, Geſanghen op Kerck-Hoffen, Mengeld vertalingen, Oude, Rymen, en Sulcke, die den Dichter Tongrecht zyn aen geſchreven, en eyndlick twwen van J. V. Vondel, en deſſels Graffchrift door G. Brandt Mitsgaeders ſeer geleerde Lyckdigten op denſelver.

V. De Treur-Spelen: Jeruſalem verwoeſt, Palamedes, Amſterdam, Hecuba, Hypolitus, Gisbrecht van Amſtel, Electra, Joſeph in Dotain, in in Egypten, Soſompaneas of Joſeph in Thoff, Maegdon Gebroeders, Maria Stuart, Salomon, Leeuwen-daelders.

VI. De Treur-Spelen: Lucifer, Salmoneus, Jephta, Oedipus, Coning David in Ballingſchp, Coning David, Herſteld, Samſon, Adonias waer achter wolghere drye Boecken der Altaer-Geheymniſſen, de Parnas aen de Belt, Reuntigt op Prins Maurits Onderasys, van de H. drye Eenheyt, en Joannes den Boetgeſandt.

VII. Altaer-Geheymniſſen, vervat in drie Boecken, Offer-Spys offerhande Herlyckeit der Kerke in haer in Open Vortgang, Briven der H. Maegden en Marteraleſſen.

VIII. Joannes de Boeckgeſant, laeſt uytgegaen door Abr. Bogaert.

IX. Warande der Dieren, met 125. aerdighe curieus in t Koper geſneden afbeldinghen vericert. Amſtelod. in 4to 1682.

X. Acceſſit opus poſthumum: Beeſpiegelingen van Godt en Godes-Dienſt, teghens de ongodiſten Verloochenaers der Godheit en godelyke ver Lienigheit. Roterod. 1700. in 4to. Editio 2da.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Sequentis operis, quod vidi, immemor aut ignarus.

XI. J. V. Vondels Poëſy of verſcheide Gedichten be een vergadert, vermeert, en op en nieuw overſien, mit guders een aenleidinge ter Nederduitſchen Dichtkunſte. Tot Leeuwarden. Geby Gysbeet Sybos 1658. in 12mo pp. 611. cum additamento pp. 16. De Parras aen de Belt.

Icon viri in æs inciſa apud Foppens extat.

Pag. 212. inſerendus

JOSEPHUS KUCKEISEN profeſſus eſt Ordinem Fratrum Minorum ſancti Franciſci Recollectorum in Provincia Colonienſi, ſacræ Theologiæ, quam in Conventu Colonienſi docuit (cujus & Guardianus fuit) Lector emeritus, & 1745. Præſes Archi-Confraternitatis Electoralis ſancti Michaëlis Archangeli Bonnæ. Scripſit

Compendioſum vitæ & mortis theatrum ordine alphabetico diverſas in ſcenas diſtributum, ſymbolis & emblematibus illuſtratum, ſtilo ſoluto & ligato elaboratum. Typo viduæ Caſpari Drimborn Coloniæ 1745. in 12mo pp. 545.

Pag. 214. De LAMBERTO HENRICO XYLANDRO ſacræ Theologiæ Licentiato *adde*, quòd anno 1686. menſe Novembri in Gymnaſio Montano prælegere cœperit, & abſoluto doctionis decennio, ex Profeſſore Rhetoricæ factus ſit Paſtor in Herongen, vico Ducatûs Geldriæ, non procul Venlonâ.

Ex Commentariis D. Blumenberg S. Theol. Licentiati, Profeſſoris Montani.

Pag. 222. inſerendus

LEONARDUS HANSEN Juliacenſis, Ordinem Fratrum Prædicatorum Coloniæ profeſſus, per gradus omnes ad magiſterium aſcendit, ipsámque Theologiam Viennæ in Auſtria anno 1638. publicè docuit; inde cùm Romæ pro Provincia Teutonica Comitiis Ordinis ſui iteratò interfuiſſet apud tres ſucceſſivè Magiſtros generales, ſocii munere functus eſt; demum annis gravis, deceſſit Romæ 28. Martii anno 1685, ætatis 82, ad ſanctæ Mariæ ſuper Minervam ſepultus. Edidit inter cætera

Vitam mirabilem mortémque pretioſam Ven. Sor. Roſæ de S. Maria, ex tertio Ordine S. Dominici. Romæ in 4to & 12mo 1662. Hanc poſt biennium Hiſpanicè reddidit *Hyacinthus de Parra*, itémque Belgicè *Joan. Bapt. Wanters. Bruxellis.* Ambo ejuſdem Ordinis.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 225. LUDOLFUS van COLLEN *corrige* Colonienſis non eſt, ſed Hildesheimius Saxo, Mathematicus inſignis: obiit anno 1610, ætatis 71, teſte *Henningo Witte in Diario Biographico.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pag. 225. inſerendus

LOTHARIUS ZUM BACH von Coesfeld naſcitur Treviris 27mâ Auguſti anno 1661. Patrem habuit Carolum Chiliarcham legionis Cæſareæ; matrem verò Margarethan Linden, filiam Senatoris Trevirenſis. Abſolutis anno 1678. Treviris ſtudiis Philoſophicis, venit Coloniam, ibique gaudet inſtructione Matheſeos apud P. P. S. I. In arte etiam medica & muſica plurimùm profecit, geſsítque in aula Electoris Maximiliani Henrici per triennium officium Muſici & Mathematici. Anno 1688. abiit Lugdunum Batavorum, ibíque Doctor medicinæ Lectórque Aſtronomiæ anno 1692. extitit. Avocatus dein fuit à Landgravio Haſſo Caſſellano ad profeſſionem Matheſeos exercendam Caſſellæ (Caſſel) moritur demum 29 Julii anno 1727. Libros edidit ſequentes:

Praxis Aſtronomiæ utriuſque & Geographiæ exercitia per uſum globi cæleſtis & terreſtris.
Cyclus lunaris eclipticus perpetuus.
Planctolabium.
Jovitolabium.
Saturnilabium.
Ex Commentariis D. I. A. I. Dulman JCti & Senatoris Colon.

Pag. 226. LUDOVICO HILLESSEMIO *libros adde:*

Orationem gratulatoriam ad Salentinum Archi-Epiſcopum Colonienſem. Coloniæ 1568. typis Materni Cholini.

Sacrarum antiquitatum monumenta, Patriarcharum, Regum, Prophetarum, & Virorum verè illuſtrium veteris Teſtamenti, imaginibus & elogiis approbata. Antverpiæ typis Martini 1577.

Sepultus eſt Coloniæ hoc epitaphio:

Hoc virtus tumulo jacet,
Hoc parvo pietas marmore clauditur,
Hoc ſaxo tegitur fides,
Heu! mors improba, quid ſidera deripis
Orbi? cur tenebræ placent?
Mors eſt ingeniis nulla perennibus.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 227. inter libros MAGDALII *addendum*

Compendium Biblicum metrico-memorabile Fr. Magdalii Jacobi Gaudenſis Ordinis Prædicatorum anno poſt Verbi incarnationem MVIII. priùs Coloniæ editum, nunc ob rerſuſum artificium & immenſum laborem, ut publicæ conſuleretur utilitati, è ſitu & ſqualore in lucem productum, & in multis locis ſatis accuratè emendatum, ſtudio & operâ M. Joannis Schneideri Bitterfeldenſium Pouchenſium Paſtoris Lutherani. Wittebergæ apud Paulum Helwig 1617.

Artificium in eo ſitum eſt, quòd ſummæ omnium capitum veteris & novi Teſtamenti quatuor rythmis includantur. Caput primum Geneſeos hoc quaternario epitomatur:

Lucis creatio.
Aquarum diviſio.
Aſtrorum formatio.
Animatorum productio.

Ultimum caput Apocalypſeos hoc quaternatio:

Fluminis oſtenſio.
Signi vitæ frondítio.
Libri verificatio.
Contradicentium damnatio.

Ex hoc ungue facilè vides, Leo an non ſit Rythmographus Magdalius?

Pag. 239. MATTHÆI SCHRICK *libris adde* Titulum plenum MS. in Collegio Aquenſi S. J. extantis.

Pro reducendis ad ovile Chriſti errantibus Catholicis Libri III. Liber I. exponit Dialogiſmo luculentiora quædam aſyſtata ſive abſurda, quæ è Novatorum placitis neceſſariò conſequuntur. Liber II. deſcribit naturam, cauſas & effecta hæreſeos. Liber III. decem diſcurſibus diſſolvit graviora impedimenta regreſsûs ad Eccleſiam Catholicam, quæ una eſt verum ovile Chriſti. Adeſt & approbatio duorum Provincialium Goſwini Neckel, data Coloniæ 1635. 14. Novembris, & Lamberti Stravii data Bambergæ anno 1631. 11. Julii.

Pag. 240. addenda:

MATTHIAS de COLONIA *adde variantes lectiones ex alio Biographo Carmeli Colonienſis mihi communicato ab eximio Brunone Tevvis Carmelitarum Provinciali.* Anno 1354. Coloniæ dicitur inſignitus laureâ doctorali, & anno 1359. obiiſſe Bruxellæ.

Adde libris
Commentaria in pſalmos.
Duos libros Epiſtolarum.

Pag. 233. addendus

MARSILIUS de INGHEN ſacroſanctæ Theologiæ Doctor & Profeſſor, an Germaniæ inferiori ſeu Belgis accenſendus veniat, video pluries dubitatum, próque illius natalibus plures lego contendiſſe urbes, Pariſienſem, Londinenſem, Heidelbergenſem & Ultrajectinam. Trithemius quidem natione facit Anglicum; verùm addit eſſe, qui eum ſcribant fuiſſe Germanum, quibus ego, inquit, liberum concedo judicium. *Ingen* pagus eſt in Batavia nova, vulgò *Betuvve*, ibidémque commendatoria Ordinis ſeu Militiæ Rhodienſis. Hic equidem loci, aut ſaltem Ultrajecti ex ejuſdem nominis familia natum credidero *Marſilium.* Fuit ipſe Canonicus & Theſaurarius ad ſanctum Andream Coloniæ, primúsque Academiæ Heidelbergenſis Plantator, Trithemio teſte, leguntúrque ejus non inutilia

Commentaria in libros quatuor ſententiarum Argentorati anno 1501. edita.

Moritur Heidelbergæ anno 1396. die 20. Auguſti. Vide Monumenta Heidelbergenſia Melchioris Adami, ubi oratio legitur funebris, habita à Nicolao Prouwin ſacrn paginæ Profeſſore, in qua, quod quidem perſonam Marſilii ſpectat, ità legitur: *Vita venerabilis laudabilem produxit ad occaſum regulariter non cœnavit, ſextis feriis in*

pane

pane & aqua jejunavit, & aliis vigiliis magnis cilicio carnem castigans, &c.

Atque hinc non fit verisimile, eum ex Professore Heidelbergensi unquam Cartusianum esse factum, nec conjicere possum, cur inter Ordinis illius Scriptores numeretur à Thoma Bozio Lib. XXII. de signis Ecclesiæ Cap. V.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 242. inserendus

MATTHIAS EMICH natione Germanus, Andernacensis patriâ, Boppardiensis Carmeli Prior, sacræ Theologiæ Doctor, vir undecunque doctissimus, Philosophus & Orator eminentissimus, sacratum scripturarum Interpres nobilissimus, quem *Arnoldus Bostius in Patronatu Mariano Cap. IX.* laudibus celebrat. Fuit is ob meritorum & doctrinæ prærogativas eximias assumptus in Episcopum Cyrenensem & Suffraganeum Moguntinum, obiit anno 1480. 24. Boppardiæ. Scripsit

Lecturam scholasticam in Isaiam Prophetam.
Sermones per annum ad populum.
Orationes ad Clerum.
Orationes in prædicamenta Aristotelis.
In summulas logicales.
De conscribendis Epistolis Librum 1.
Librum Epistolarum ad diversos Librum 1.
Vitam S. Genovefæ Palatinæ, Ducis Brabantiæ filiæ.
Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 241. adde vitæ

MATTHIAS KRAMER linguarum Occidentalium Germanicæ, Francicæ, Italicæ, Hispanicæ, Belgicæ, Batavicæ Professor publicus Norimbergæ.

Adde librum:

Das herrlich-grosse Teutsch-Italiänische Dictionarium, oder Wort und Red Arten Schatz, mit vorläufftiger Rechten Grund festen der Teutschen Sprach von Matthia Kramer der Occidentalischen Sprachen Professore, und der Königlich-Preussischen Societät der Wissenschafft Mitglied anno 1724. Anno 1704. simile rudimentum ediderat, ut in præfat. testatur.) Nürnberg bey Joh. Andreæ Endlers Erben.

Il gran Dittionario reale Tedesco-Italiano cioè Tesoro della lingua originale ed Imperiale, Teutonica ò alta Germanica, con una Grammatica Tedesca perfetta, eodem anno, loco, typo in quarto.

Pag. 243. inserendus

MATTHIAS NETHENUS natus est anno 1618. 17. Octobris in oppido ditionis Juliacensis, cui nomen Suchtela, Patre Joanne, qui ibi Pastorem tunc agebat, & postea in Ecclesia Reesensi verbum Protestantium annuntiavit. In schola Reesensi, ùt & Vesaliensi eruditarum linguarum cognitione perceptâ, Harderovicum descendit, ibique Henrici à Diest & Joannis Cloppenburgici institutione usus est. Cúmque Diestius ab Academia Harderovicensi ad scholam Daventriensem esset translatus, Præceptorem secutus est, ibique ad annum 1662. mansit, quo Trajectum petiit, ut Gisbertum Voetium, Carolum de Maets & Mainardum Schotanum docentes audiret, præcipuè verò Gisberti Voetii discipulus fuit, ùti constat ex Voet. *Tom. I. Disp. Theol. P. 264. & 536.* & ipse Voetium Præceptorem suum vocat *in dedicatione ante Rhetorsorti examen Arminianismi.* Anno 1642. inter reformati Ministerii Candidatos receptus, sæpissimè pro populo verba fecit. Anno 1644. Magistrum artium creatum, próque dedicatione dissertationis inauguralis Magistratibus nostris facta, XXV. florenos accepisse didici ex *Actis Urbanis 11. Maji 1644.* Cúmque anno 1646. à Clivensibus in Pastorem esset vocatus, antequam urbem & Academiam nostram desereret, supplici libello Ordines frustra rogavit, ut pro officiis, per quatuor annos in diversis civitatis Ecclesiis præstitis, honorario quodam, quo se ære alieno liberaret, gratificarentur. Locum ex actis Ordinum nostrorum, unde hæc rescivi, hîc describit Burman, quia singularia quædam, ùt & mentionem patris & quinque fratrum ejus continet.

Apud Clivenses non tantùm verbi reformati Ministrum egit, sed & per biennium scholas moderatus est ad annum 1654, quo XXIV. Aprilis Theologiam docendi Provinciam in Academia Trajectensi oblatam in se suscepit, & 30. Maji habitâ disputatione *de Transubstantiatione*, Theologiæ Doctor à Gisberto Voetio solenni ritu renuntiatus est. Ad annum verò 1661. Professoris Theologi partes in Academia Saden sustinuit, quo urbi & Academiæ valedicere jussus est. Cùm enim per aliquot annos magnis animis agitatæ essent contentiones inter Theologos & Canonicos Trajectenses de usu bonorum Ecclesiasticorum, & anno 1659. Magistratus Trajectensis urbis rogâssent Pastores, ut sententiam suam de usu bonorum Ecclesiasticorum scripto exhiberent, illíque in duas partes divisi non omnes idem sentirent, Nethenus anno 1660. ex utriusque scripto collegit capita, in quibus inter eos conveniebat, & Belgicè edidit hoc titulo:

Concordia Ministrorum Ultrajectinorum in judicio de usu bonorum Ecclesiasticorum, in quo & in rationem Capitula reformandi, ùti agebat, inquisivit. Huic Maresius opposuit *Reflexiones breves ad conceptum Matthiæ Nethen.* Quibus respondit Nethenus anno 1661. edito libello, cui titulus: *Necessaria defensio concordiæ Pastorum Ultrajectinorum.* Ordines verò Groningenses literis scriptis primò ad Ordines nostræ civitatis, quæ leguntur in actis Ordinum 9. Octob. anno 1661, deinde ad Magistratus urbis, hunc libellum varia in eorum contumeliam, ùt & Samuelis Maresii, Theologiæ Professoris Groningani, continere significârunt, petierúntque, ut meritas pro convitiis lueret pœnas, & Magistratus nostri querelas has justas habentes 14. Aprilis anno 1661. professoriâ dignitate illum orbârunt. Decretum totum hîc describit Burmannus, ùti in actis urbis extat: unde constat non tantùm de ingenio turbulento hujus Theologi, sed & Magistratus Trajectensis urbis nullo partium studio abductos, sed re bene, ritè & seriò perpensâ & examinatâ, æquissimam & justissimam tulisse sententiam anno 1642. 14. Aprilis.

Hoo Senatus consilium exhibent, *& Van de Water*

Water Utr. Placcaatb. Tom. III. pag. 429. & *Crenius Animadv. Philol. & Hiſtor.* Part. XIII. pag. 160, qui & de eo teſtatur pag. 166. *Memorabile eſt, quod mihi à fide digno de hoc Nethéno, ſententiam fovente non ſalvatum Adamum, relatum fuit, ipſum adeò pertinacem opinionis ſuæ fuiſſe, ut Herbornæ nullam ferè concionem ejus ſine mentione habuerit, quin nec in publicis precibus quandoque oblitus fuerit.*

Juſtiſſimè igitur profeſſione excidit Nethenus, qui non tantùm multa in Mareſium & Ordines Groninganos, ſed & in Ordines & Magiſtratus Trajectinos convicia evomuerat, neque memini unquam ſcriptum aliquod legiſſe, in quo tot convicia & calumniæ reperiuntur, ità ut nulla non tantùm pagina, verùm ne verſus quidem ſit, qui iis non abundet. Ad annum verò 1669 privatam egit vitam, quo Herbornæ Paſtoris, Inſpectoris & Profeſſoris Theologi munera in ſe ſuſcepit. Anno 1674. fruſtra libello ſupplici rogavit, ut ſententia aboleretur & mutaretur. Obiit cœlebs Herbornæ 9. Octobris anno 1686, ætatis 68, ejuſque vitam & fata oratione funebri enarravit Nicolaus Gurtletus, in ſchola Herbornenſi Philoſophiæ & eloquentiæ, & deinde in Hanovienſi Theologiæ & literarum amœniorum Profeſſor.

Præter hunc librum varias conſcripſit diſſertationes. Diſſertationes *de conditionata ſeu media in DEO ſcientia* extant apud Voetium Tom. I. Diſput. Theol. p. 264. 273. 285. & 309.

Dum Trajecti Profeſſorem ageret, edidit diſſertationes *de decreto DEI circa contingentia libera abſoluto, an à conditione extra DEUM ſuſpenſo.*

Item *de ſcientia media.*

De decreto DEI circa poſſibilia, quæ non fiunt.

De gratia DEI.

In Epiſtolas ad Timotheum Traject. 1655. utì notat *Le Long Biblioth. ſacr.* Tom. II. p. 877.

Diſputationum de concurſu DEI determinante, an determinabili meminit ipſe in præfatione ante Rhetorforti examen Arminiaſmi, & Voetius *Tom. V. Diſput. Theol. p. 728.* & ut eas recudendas det, contendit.

Diſputationem de litera & ſpiritu anno 1657. ſcripſiſſe, quæ anno 1662. Groningæ in quarto in belgicum ſermonem verſa prodiit, teſtatur *Crenius Animadv. Phil. & Hiſt. Part. VII. pag. 127.* Anno 1661. ad Spadanos fontes excurrens, ibi cum Joſepho à Lens Capucino Namurcano *de controverſiis religionis* colloquium habuit, eſque tradidit diſſertationem *de Tranſubſtantiatione*, quam, cùm Doctoris Theologi titulum Trajecti adipiſceretur, conſcripſerat. Capucinus ſcripto ei reſpondit, & Nethenus pro defenſione dictæ diſſertationis edidit libellum contra Capucini reſponſum Amſtel. anno 1666. in 12mo, quem memorat Lipenius Bibl. Theol. Tom. II. pag. 872. in quo libello recenſendo duplicem errorem commiſit Lipenius, 1. quòd Capucinum vocet *Joſephum de Lake*, cùm nomen ejus fuerit Joſephus Maria à Lens: 2dò, quòd Nethenum noſtrum *Martinum* cognominet.

Conſcripſit & *Tractatum de interpretatione ſacræ Scripturæ contra Lud. Wolzogen.* Herbornæ 1675. in 4to.

Edidit & *Samuelis Rhetorforti Examen Arminianiſmi* anno 1668. in 8vo, ubi in dedicatione varia in contumeliam Magiſtratuum Trajectenſium poſuit.

Duas orationes funebres Herbornæ habuit in obitum *Heidfeldii* & *Cauſſeni*, ſcholæ iſtius Mecœnatum.

Caſpar Barmannus Trajectum eruditum.

Pag. 244. inſerendus

MATTHIAS de WETZLARIA (oppidum eſt Wetteraviæ non procul à Francofurto) ubi natus fuit Carmelita Moguntinenſis, ſacroſanctæ Theologiæ Doctor Colonienſis promotus anno 1446. Conventuum Argentinenſis, Moguntinenſis, Trevirenſis & Hirſchhornienſis Prior, fuit Philoſophus & Theologus. Obiit actu Prior Hirſchhornienſis inſignis, qui inter alia poſteritati reliquit

Librum de prædicabilibus & prædicamentis.
Sermones per annum ad populum prædicabiles.
Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 247. adde & ſupple:

MELCHIOR BRAUN... Anno 1583. 5tâ Decembris fuit electus Decanus Eccleſiæ Collegiatæ ad ſanctos Apoſtolos, cujus jam tum Canonicus & Paſtor erat vigilantiſſimus pro Catholicis oviculis contra lupos hæreticos, jamjam diducto rictu in ovile ſanctæ Virginis Colonienſis Eccleſiæ impetum & irruptionem molientes & ſpirantes. Anno 1586. in locum D. Joannis de Catena electus fuit Paſtor Eccleſiæ Parochialis Colonienſis ad ſancti Martini Minoris dictæ; cui anno 1606. die 22dâ Januarii ſucceſſor in Parochiæ ejuſdem munere datus fuit Adolphus Schulkenius, jam ſupra à nobis laudatus; igitur ante hunc diem Melchior obiit.

Ex Commentariis D. Canonici Fley, conſilii Stangenfeld, & D. Franciſci And. Aben, Adminiſtratoris Parochiæ S. Martini.

Pag. 249. inſerendus

MELCHIOR HITTORP Agrippinenſis, Patritio ſanguine natus, ſacræ Theologiæ Licentiatus, primùm Præbendam Canonicam in Eccleſia B. Mariæ Virginis ad Gradus obtinuit, deinde vigore proviſionis Apoſtolicæ anno 1583. 22dâ menſis Julii creatus fuit Decanus Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Cuniberti; demum ad plures abiit anno 1584. Accenſus zelo Catholicæ avitæ fidei, & officiorum Eccleſiaſticorum tuendorum contra novaturientium Hæreticorum impudentiſſimos latratus, impellente primùm Jacobo Pamelio, Brugenſi Canonico, tum aliis hortatoribus, collegit Catholicos vetuſtiſſimos Scriptores, qui *de officiis Eccleſiaſticis* ſcripſerunt. Erant eorum nonnulli ſeorſim editi, ſed vel mutili, vel ex conceptis exemplaribus. Hittorpius emunctæ naris vir & ſani judicii inquiſivit in codices Mſs. antiquiſſimos, *Amalarium* nactus eſt in Bibliotheca Patrum Prædicatorum, favente Priore Colonienſis Conventûs Eximio Theodorico Buſcoducenſi, quem Præceptorem ſuum in Theologicis ſtudiis nominat. Alios duos codices *Amalarii*

rii MSs. ex Cornelii Walteri Civis Colonienſis diuſſima Bibliotheca utendos nactus eſt. Quarum ex veteriſſimæ Metropolitanæ Eccleſiæ Bibliotheca, uti & duos *Iſidori* emendatos codices commodato accepit; unde colligo, *eo ævo hanc Bibliothecam viris eruditis apertam fuiſſe.*

Pamelius, dum *Micrologum* à ſe caſtigatum orbi obtulit, queſtus erat de Amalarii libro veluti deperdito. Cochlæus Iſidorum, quantum licuit, ediderat; ſed Hittorpius & illum primus, & hunc plenum edidit. Albinum Lazius Cæſareus Hiſtoricus ſub Caroli Magni nomine mancum & mendoſum ediderat, conatu ſemper laudando. Hittorpius integrum ex Walteri Bibliotheca commodatum ſublatis mendis, præfixo genuino titulo, ſubjecit prælo. Idem Cochlæus Walafridum in lucem produxerat, in *Speculo antiquæ devotionis* ſatis accurato typo; quare pauca huic contulit Hittorpius. Rabanum Maurum jam vulgatum cum duobus codicibus ex Bibliotheca Metropolitana, non pœnitendo labore, & variis mendis emaculatis vulgavit

Bernonis Augienſis & *Ivonis* Epiſcopi libros è duobus codicibus hunc Bruno illum edidit primus. Alterum *Ivonis* Exemplum Domino Licentiato Gerwino Calenio, Bernonis Prototypon Waltero acceptum utendum referebat.

Hildeberti Epiſcopi Cenomanenſis de Miſſa carmen olim ſinè Authoris nomine ab Lazio editum contulit cum exemplari ſcripto, quod Eximius Joannes Rhetius S. J. ſacræ Theologiæ Doctor, & Gymnaſii Tricoronati Regens ſuppeditavit.

Micrologum Dominus Jacobus Pamelius à ſe & clariſſimo juris utriuſque Doctore Antonio Cauchio, Canonico Ultrajectino, jam iterum ad MSs. exemplaria diligenter recognitum ad nos miſit, qui, cùm ſint viri omnis & Eccleſiaſticæ præſertim antiquitatis peritiſſimi, in eorum nos exactiſſimo judicio diligentiáque nobis tibíque acquieſcendum exiſtimavimus, quamvis in tribus quoque exemplaribus nos eundem libellum haberemus. Idem Pamelius *Rodulphum de Rivo* diligentem ſanè Scriptorem à ſe antea in præfatione ad Micrologum laudatum ad nos tranſmiſit. Itáque cùm unicum ejus exemplar habuerimus integrum, nam pars quoque ejus apud Cruciferos Colonienſes extabat: hæſitandum nobis ob pravam ſcriptionem, & multas in eâ abbreviationes ſæpè fuit, ut deprecari veniam oporteat, ſi menda in eo fortè nonnunquam incidant, relictáque ſint. *Ordinis denique Romani* tria exemplaria ex D. Cornelii, & varias partes ex Colonienſi Metropolitanæ Eccleſiæ Bibliotheca accepimus.

Hæc de ſuo ſtudio, cura & criſi in edendis veterum monumentis præfatur eruditiſſimus vir. Collegit igitur, emendavit & edidit

De Catholicæ Eccleſiæ divinis officiis ac miniſteriis varios vetuſtorum ferè omnium Eccleſiæ Patrum ac Scriptorum libros. Editio prima Coloniæ 1568. in folio typo Gerwini Galenii.

Editio ſecunda Romæ in ædibus populi Romani apud Georgium Ferrarum anno 1591. cum eruditiſſimis Hittorpii præfationibus recuſis.

Pag. 250. ſupple libros MICHAELIS CUVELIER.

Ex Gallico vertit *Pauli Barry S. J.*
Solitudinem.
Philagiam.
Triduum.
P. Suffren Circum perfectionis.
Aviæ ideam Viri Apoſtolici.
Witte Diarium Biographicum.

Pag. 252. ſupple vitam & libros:

MICHAEL MÔRCKENS lucem vidit in Auguſta Colonia Agrippinenſium anno 1666. die 10. Novembris. Patrem habuit Thomam Môrckens, urbis Senatorem & Senatûs Cenſorem maximum; Matrem Annam Mariam, Gerardi Pfingſthornii Conſulis tertium filiam. Jubilæum Sacerdotii ritu ſolenni actum fuit ab eodem ad aram faciente anno 1745. 18. Julii. Scripta ab eodem

1. *Globus horologus, ex viginti quinque planis, totidémque horologiis ſolaribus fabrefactus, cum Sicagraphia omnis generis horologiorum Schiathericorum, & Thorria circulorum cæleſtium in Aſtrolabii conſtructione adumbrata. MS. in quarto.*

2. *Concordantia Epocharum cum annis Chriſti collata: demonſtrat, Æram Chriſtianam, quam nunc uſurpamus, à Chriſto nato eſſe veram. MS. in 4to.*

3. *De S. Brunone, ſacri Ordinis Cartuſienſis Fundatore, Diatriba Chronologico-diplomatica. MS. in 4to.*

4. *Kurtze Beſchreibung der Geburt, Lebens und Tods des H. Brunonis, Stifftern des Cartäuſer Ordens, wie dann auch deſſen Heiligſprechung, Erhebung der heiligen Gebein, und Wunderwerck, ſo GOtt ſeinem treuen Diener zu Ehren gewürcket, beſchrieben durch* REMAKER SUCHEM IN CLOSTERNACH, *Anagramma in Authoris nomen* MICHAEL MORCKENS CARTUSEREN *extat ſæpiùs deſcripta in 4to.*

5. *Cartuſiographia, ſive ſacri Ordinis Cartuſienſis deſcriptio geographicis & chronologicis regulis adſtricta, choro- & topographicis tabulis exornata, adnotationibus illuſtrata, appendicibus aucta, & aliquot indicibus inſtructa. MS. in folio.*

6. *Conatus chronologicus ad catalogum magnæ Cartuſiæ Priorum, totiúsque Ordinis Primatum. MS. in folio Propylæi inſtar ad Cartuſiographiam.*

7. *Conatus chronologicus ad catalogum Epiſcoporum, Archi-Epiſcoporum, Cancellariorum, Archi-Cancellariorum, & Electorum Coloniæ Claudiæ Auguſtæ Agrippinenſium, Coloniæ impreſſus per Joannem Wilhelmum Krakamp anno 1745. in 4to.*

8. *Apparatus multus ad corrigendam, augendam, & proſequendam Bibliothecam Cartuſianam, olim editam à Theod. Petreji in folio.*

9. *Collecta plurima ad annos ſuos digeſta pro conſcribendis Chronicis noſtræ Domûs Colonienſis. MS. in folio.*

" Inter varias eruditorum virorum ad Mórckenſium literas, quas Cartuſia Colonienſis aſſervat, tum Mórckenſii ad eaſdem reſponſorias tres ſunt prolixiores, quæ ſigillatim enumerari merentur.

10. *Prima ad clariſſimum Nunninghium Scholaſticum Vredenſem editis libris celebrem, Apologetica veræ cauſæ ſeceſsûs Brunoniani in eremum* contra Launoii diſſertationem de vera cauſa ejuſdem ſeceſsûs, iterato typo Francofurtenſi anno 1720, recuſam typo Zachariæ Seidelii, operâ Serpilii. Scripta eſt in 4to anno 1723. XI. Kalend. Septembris è Cartuſia Colonienſi pag. 49. " Inhæret Mórckenſius ſententiæ Joannis Co- " lumbi, Societatis Jesu Theologi, qui diſſer- " tatione vulgatâ anno 1724. Lugduni tuetur " opinionem vulgatam de Doctore Pariſino re- " divivo, graviſſimis, & hactenus à nemine ever- " ſis argumentis. " Nunninghius approbat vindicias has doctas Mórckenſii epiſtolâ ad calcem MS. adjectâ.

11. *Epiſtola apologetica ſui Conatûs Chronologici ad catalogum Priorum magnæ Cartuſiæ*, cur in quibuſdam factis recenſendis recedat à Scriptoribus Cartuſianis, & ſpeciatim à Surio quoad Chronologiam, & nominatim in Chronotaxi vitæ ſancti Hugonis Epiſcopi Lincolnienſis, ſcripta ad Dominum Antonium Baſel, Priorem Cantavienſem, & Viſitatorem Provinciæ Rhenanæ. in 4to anno 1719. V. Kal. Aug. ex Colon. Cartuſia.

12. Epiſtola hiſtorica de eo: *Num Effetia ſeu Officia Abbatiæ Rutilenſis Fundatrix fuerit Soror Caroli Magni Imp.* ſcripta ad Dominum Nicolaum Pauli, Priorem Rutilenſis Cartuſiæ, & Conviſitatorem Provinciæ Rheni. MS. in 4to anno 1732. die octavâ ſancti Brunonis ex Colonienſi Cartuſia.

13. *Epiſtola hiſtorica* de ortu Joannis Cartuſiani Argentinenſis, ſubin Prioris Friburgenſis & Torpergenſis, nati ex Ducibus Brunſwicenſibus, electi Archi-Epiſcopi Moguntini, defuncti anno 1401. 18. Januarii, ſcripta ad clariſſimum Joannem Georgium Eckardum, qui nuper ex hoſpitio Collegii Colon. Soc Jesu, ejuratâ hæreſi, ab Herbipolenſi Epiſcopo avocatus, abierat rerum Brunſwicenſium perititiſſimus, & ideò ab Mórckenſio de hoc argumento conſultus. Scripta eſt Epiſtola anno 1724. X. Kal. Maji ex Cartuſia Colonienſi in 4to.

Hæc mecum clariſſimus Author Mórckenſius, jam annos octoginta natus, benevolè communicare voluit.

Pag. 263. PANTALEON ESCHENBRENDER *adde libros:*

1730. *Unſträffliche Nachforſchungen und Gewiſſens-Fragen über das Haupt-Fundament der widrigen Religionen, ob nemblich ſelbige den rechten und wahren Glauben haben. Cölln bey Chriſtian Schorn in 8vo pp. 100.*

1733. *Chriſtliche Buſs- und Tugend-Zeit, das iſt: Seelen-erbäuliche Faſten-Übungen und Betrachtungen über das bittere Leyden und Sterben JEſu Chriſti. Cölln bey Johan Engelert in 12mo pp. 236.*

1736. *Andächtige Faſten-zeitliche Übungen in Verehrung des bitteren Leydens und Sterbens, beſonders der heiligen fünff Wunden unſeres HErrn JEſu Chriſti. Cölln bey Johan Engelert und Erben Odendall in 12mo. pp. 56.*

1741. *Theatrum lyricum, quo Poëtarum lyricorum omnium ab Horatio ad noſtra tempora phraſes loci communes, comparationes, ſynonima, epitheta, ſententiæ colliguntur ordine alphabetico. Coloniæ ſumptu Joannis Engelert & hæredum Odendall in octavo pp. 629. præter indicem.*

1745. *Tyrocinium Latini ſermonis, ſive manuductio practica, clara & facilis ad comparandam elegantiam, ornatam conſtructionem & varietatem Latini ſermonis. Coloniæ apud Thomam Odendall in 8vo.*

Pag. 263. inſerendus

PATRITIUS à S. JACOBO Ordinis Carmelitarum, Provinciæ Alemanniæ inferioris Theologus, vir egregiæ exſpectationis, obiit an. 1670. 21. Novembris. Scripſit enim vix poſt abſoluta ſua ſtudia Theologica

Vitam Seraphicæ Virginis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Florentinæ, Ordinis Carmelitarum, in tres diſtinctam libros, Latinè & eleganti ſanè ſtilo conſcriptam.

Diſtinctiones in univerſam Philoſophiam mirabili compendio, cujus originale extat in Bibliotheca noſtra Colonienſi.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvii, Carmelitarum Provincialis.

Pag. 263. inſerendus

PETRUS CHIMORRHÆUS Beeckenſis, qui eſt pagus Ducatûs Juliacenſis, non procul Randeradio, dum Rectorem ageret ſcholæ Rutæmundæ, Heinsbergæ & Marcoduri, quædam carmine conſcripſit, eoque ùt facili, ità nec ineleganti; pleraque etiam minuta, Coloniæ typis Gaſp. Gennepæi in 8vo ſimul edita. Cujuſmodi ſunt

Epiſtolæ Dominicales.
Elegia de vera & falſa fide.
De degenerante Religione.
De Platonis dicto: NOSCE TE IPSUM.
De vitandis falſis Prophetis, alisque.

Claruit circa annum 1552. ſub Guilielmo Principe. Elarâ uxore, cujus etiam obitum deplorat, Sacerdotio initiatus, Paſtor fuit Sittardienſis, & Conſilii Sufterenſis Decanus.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 273. inſerendus

PETRUS de FRANCOFORDIA, cognomine SPITZNAGEL, Conventûs Francofurtenſis Prior & Regens, ſacræ Theologiæ Doctor Colonienſis, tandem Epiſcopus Myrenſis, Suffraganeus Spirenſis. Anno 1431. inſignitus eſt laureâ doctorali, & obiit in oppido Bruckſalæ. Scripſit

Lecturam ſive Commentarium in quatuor libros ſententiarum.

In Parabolas Salomonis.

Per-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Perpulchram & prolixam expositionem Canonis Missæ.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 276. inserendus

PETRUS à MASTRICHT Colonienſis, natus menſe Novembri anno 1630. in ſchola Teutoburgenſi, hauſtis utriuſque linguæ fundamentis, in Academiam Trajectinam ablegatur, ubi Voetii de Maatſii & Hornbeckii ſedulus Auditor extitit. Anno 1652. facultatem pro populo conciones habendi adeptus, primò Xantenſi Eccleſiæ prope Veſaliam inſervivit, inde in Holſatiam migravit, & Eccleſiæ Tichopolenſis per ſeptennium curam habuit, à qua ad Academiam Francofurtenſem ad Viadrum translatus, titulo Profeſſoris linguam Hebraicam, Theologiam, & præcipuè Theologiam practicam per tres annos docuit. Inde Duisburgum abiit, ubi per ſeptennium Theologiæ Profeſſoris munere functus eſt. Tandem Trajecti 12. Julii anno 1677. celeberrimo Gisberto Voetio ſucceſſor datus eſt, & obiit IV. id. Februarii anno 1706. Teſtamento viginti millia florenorum, ex quorum redditibus unus vel duo Theologiæ operam dantes alerentur, reliquit: parentavit ei Pontanus oratione funebri, habitâ 24. Februarii an. 1705. Scripta ejus ſunt

De fide ſalvifica. in 8vo.

Novitatum Carteſianarum gangræna, corporis Theologi nobiliores pleraſque partes arrodens, ſeu Theologia Carteſiana detecta. Amſtel. 1678. in 3to. Duisburgi anno 1677. prodiiſſe ſcribit Lipenius Biblioth. Theol. pag. 238. & Tom. II. pag. 845.

Academiæ Ultrajectinæ votum ſymbolicum: Sol Juſtitiæ illuſtra nos, pro themate inaugurali dictum. Trajecti. 1676.

Theologia Theoretico-Practica. Amſtel. 1682. & Trajecti. 1699. II. Vol. in 4to. Licèt noſter aliquando præter cauſam invehatur in Coccejum, commendat tamen hunc libtum celeb. van Til. in Biblioth. Theol. ſelect. pag. 18.

Contra Beckerum. Trajecti. 1692.

Vindiciæ veritatis S. Scripturæ contra Wittichium. Trajecti in 12mo.

Burmanni Trajectum eruditum.

Pag. 275. ſupple:

PETRUS LIPHAUSEN natus ſæculo Coloniæ, renatus in Religione Cartuſiana, ibidem profeſſione religioſâ editâ anno 1616. 24. Auguſti, denatus mundo 26. Decembris anno 1644.

Ex Commentariis Domini Mich. Mörckenſii, Cartuſiani Colon.

Pag. 278. adde:

D. PETRUS MORITZ Paſtor ad Ss. Apoſtolos electus anno 1681. die 29. Martii, obiit anno 1715. die 23. Februarii, quæ erat Vigilia S. Matthiæ, ſepultus ibidem. Ità refero hâc 17. Januarii 1747.

F. SCHLEUPER Paſtor ad Ss. Apoſtolos.

Pag. 278. adde:

PETRUS NICOLARTZ anno 1650. 24tâ Martii eligitur à quatuor intrantibus Rector Univerſitatis Colonienſis perquam magnificus: faſces geſſit uſque ad 9. Octobris 1651; obiit 1658. die 11. Aprilis.

Pag. 277. PETRI MICHAELIS *libris adde hunc:*

Chriſtlich Catholiſch Ehren-Krântzlein, ſive *Libellus variarum precum Catholicarum, recuſus Coloniæ 1713. à Joanne Langenberg in 18vo.*

Pag. 279. adde:

PETRUS PAULUS RUBENS ſcripſit *De arte pictoria*, teſte *Witte in Diario Biographico*, qui & Antverpienſem natu facit, errantes alios ſecutus.

Pag. 278. inſerendus

PETRUS OBLADEN ſacroſanctæ Theologiæ Baccalaureus, Colonienſis Carmelita, compoſuit & edidit *Tractatum*, cui titulus: *Filius prodigus*, dedicatum Reverendiſſimo Patri Matthæo Orlandi Priori Generali, impreſſum Coloniæ 1669. in quarto, & ſimilem habuit ſub manibus de *Parabola decem virginum*, verùm hic non eſt expreſſus, ſed aſſervatur in Archivio Provinciæ. Etiam edi curavit *Theologiam ſcholaſticam & moralem* R. P. Magiſtri Petri Cornæjo, ſacroſanctæ Theologiæ Doctoris, Ordinis Carmelitarum in Academia Salmantica, quam Reverendiſſimo & Perilluſtri Domino D. Henrico de Reuſchenberg ex Setterich, Ordinis Teutonici Equiti, dedicavit.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 284. inſerendus

PETRUS à STREITHAGEN Germanus, Aquiſgranenſis Nobilis, primùm Comitum Naſſovienſium Concionator Caſtrenſis, inde Paſtor Emmericenſis, tum Friderici V. Regis Bohemiæ Eccleſiaſtes Aulicus, poſtea Inſpector Dirmſteinenſis, porrò ad D. Petri Paſtor Heidelbergenſis, ac demum Electoris Heidelbergenſis Conſiliarius Eccleſiaſticus, Conſiſtorii Aſſeſſor primarius, & Concionator Aulicus; obiit anno 1654. 12. Junii, ætatis 62. Scripſit

Novum hominem, ſive Tractatum de regeneratione.

Tranſtulit ex Anglico in Germanicum

Joannis Cattoni viam vitæ, XXXIV. concionibus explicatam.

Henningus Witte in Diario Biographico.

Pag. 285. inſerendus

PETRUS THOMAS à S. FRANCISCO, aliàs dictus PETRUS UBACH, Carmelita, totius Provinciæ Alemanniæ Senior, qui abſolutis ſtudiis Philoſophicis & Theologicis, miſſus eſt Moguntiam, & Rudeshemii, mortuo Parocho, egit Stationarium, ac graſſante peſte egit Parochum, fidelémque in adminiſtrandis peſtiferis navavit operam, de qua publico communitatis teſtimonio commendatus fuit; obiit ibidem anno 1712. 17. Julii. Scripſit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Conciones per omnes anni Dominicas, cum applicatione ad S. Scapulare B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo Coloniæ impressas.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 285. inserendus

PETRUS WACHTENDUNCK Colonienſis, in Conventu B. Mariæ Virginis in Sion Ordinem Ss. Salvatoris, aliàs ſanctæ Birgittæ profeſſus quinquageſimus tertius, anno 1713. docuit triennio Philoſophiam moralem in Conventu Birgittano, dicto *Horto Mariæ*: dein Colonienſis Conventûs Prior eligitur, quo officio reſignato, pacis ſtudio, & ut ſibi ac DEO plenius vacaret, ſcripſit & edidit

Der auff Hebräiſch, Griechiſch, Lateiniſch geſchriebener triumphirlicher Titul unſeres gecreutzigten Heylands Chriſti JEſu, zur geiſtlichen Neu-Jahrs-Gab den Herren Lutheraneren und Calvineren. Coloniæ apud Jacobum Meyner anno 1743.

Prælo paratos habet libros MSs.

Enchiridion Theologiæ moralis ad mentem magni Patris Auguſtini ac Divi Thomæ, ex variis eorundem Eccleſiæ Doctorum Diſcipulis & Relatoribus excerptum. 1720.

Literalis & moralis explicatio omnium & ſingulorum verborum & ſententiarum de patiente Chriſto & quatuor Evangeliſtis. Germanicè: Litterliche und ſittliche Auslegung aller und jeder Wörter und Sprachen, ſampt dem Sinn des aus allen vier heiligen Evangeliſten zuſammen gezogenen weit-ſchichtigen, tieffen, bitteren rothen und ungeſtümmen Meers des ſchmertzhafften Leydens und Sterbens unſeres HErrn JEſu Chriſti, vormahls in beſonderen Faſten-Predigen den geiſtlichen Zuhöreren vorgetragen, nunmehro auff alle Stând gerichtet, mit auserleſenen Sinn-Bilderen gezieret, und mit ſittſamer Auffliſung deren unter den Catholiſchen widriger Meynungen, ſampt eintreffenden Controverſien der Ketzeren vermehret. Jam approbatus liber à Cenſore & Theologis anno 1730.

Einfältige Reflexiones über den Eingang und Verfolg der neuen Abhandlungen von nützlichen und gelehrten Sachen in denen wochentlichen Anzeigen, oder ſo genannten Duisburgiſchen Adreſſen und Intelligentz-Zettulen, ſub numeris II. III. IV. V. den 12, 19, 26 *Januarii und* 2. *Febr.* 1740, *vorgeſtellt in einem Geſpräch zwiſchen CHRISTIAN einem Vater, und CATHOLISCH ſeinem aus der Frembde zuruck gekehrten Sohn.* 1745.

Picinellus Prædicans, ſive elaborata ex Reverendiſſimi Authoris hujus mundo ſymbolico Conciones Germanica auff alle Feſt- und Sonntag des gantzen Jahrs, wie auch einiger beſonderer Kirchen- und Ordens-Patronen, ſampt dreyzehn Profeſſions-Predigen. anno 1746.

ACVta & argVta DICta & faCta, eX VarIs AVthorIbVs à Fratre Petro waChtenDVnCk pro reCreatIone sCrIpta. Centuria prima.

Ex Commentariis ejuſdem Petri Wachtendunck Birgittani.

Pag. 287. inserendus

PHILIPPUS DRESANUS Germanus, ex Marcoduro, Provinciæ Colonienſis, Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum, edidit libellum, inſcriptum:

Stimulus ſignatorius, continens vitam ſancti FRANCISCI, cum aliquot quæſtiunculis. Coloniæ apud Petrum Brachel 1628.

Wadingus Scriptores Ordinis Minorum.

Pag. 287. inserendus

PHILIPPUS KNIPSCHILD Medebachii in Ducatu Weſtphaliæ naſcitur ſub annum 1592. (nam annus 1654. ejuſdem vitæ quinquageſimus nonus ſcribitur apud iconem viri libro præfixam) confecto curriculo ſtudiorum juris utriuſque doctorali laureâ ornatur anno 1626. in Academia Argentoratenſi, & merito ſuæ ſcientiæ creatur Conſiliarius & Syndicus liberæ Imperialis urbis Eslingæ, item immediatæ Imperii nobilitatis ad Neckarum & Rocherum fluvios Conſiliarius & Syndicus, obiit anno 1657, ætatis anno 62do. Scripſit

1. *De fideicommiſſis familiarum nobilium von Stamm-Guteren, ſive de bonis, quæ pro familiarum nobilium conſervatione conſtituuntur.* Prima editio fuit in theſibus inauguralibus Argentorati propugnatis anno 1526., quam juvenis ſcripſit, progreſſu autem temporis, doctrinæ & experientiæ plenior edidit Ulmæ typo & ſumptu Balthaſaris Ruhen anno 1654. in 4to pp. 862. icon viri extat in veſtibulo libri. Ejuſdem libri editio Colonienſis eſt anni 1715. in 4to.

2. *Tractatus Politico-Hiſtorico-Juridicus de juribus & privilegiis Civitatum Imperialium, in ſex libros diviſus.* Editio prima anni 1657. 13. Julii, inſcripta omnium & ſingularum Civitatum Imperialium Conſulibus, Senatoribus, Moderatoribus. Editio ſecunda Ulmæ anno 1687. in folio.

3. *De Nobilitate in genere, & ſpeciatim de juribus & privilegiis Ordinis Equeſtris immediati.*

4. *Paratitla juris univerſi.*

Nota clariſſimi Dom. Dulman. " Henningus " Witte in Diario Biographico, & Lexicogra- " phus Baſileenſis referunt, Knipſchildium na- " tum eſſe von Treisbach in Weſtphalen: eſt " hoc fictum aſcititium nomen *Hippolyti von* " *Treisbach:* cujuſmodi varia aſſumuntur ab eru- " ditis. Cæterùm iſte ſe profitetur *Medebachio-* " *Weſtphalum.*

Ex Commentariis & notis clariſſimi D. I. A. I. Dulman J. U. L. Senatoris Agripp.

Pag.

Pag. 287. inserendus

PHILIPPUS RUBENIUS Coloniæ nascitur anno 1574. V. Kal. Maj. quo Antverpia majorum suorum loco natali parentes communis patriæ calamitas velut æstu quodam abripuerat. Annorum duodecim adolescens, clato patre, cum matre Antverpiam venit, bonis literis instituendus, ætate maturior, Joanni Richardoto, Senatûs sanctioris Præsidi, ab epistolis Guilielmo & Antonio filiisque ejusdem à studiis fuit, & cum iisdem in Justi Lipsii familiam migravit. Quadriennio hîc exacto, Italiam cum Guilielmo adiit, titulúmque Jurisconsulti Romæ consecutus est. Anno 1604. ex Italia reducem animo & corpore amplexus Lipsius, Lovanii detinere, & in docendi munere habere successorem destinârat: verùm à modestia puero ingenita impetrare id non potuit, & Romam iterum cogitantem benevolentiâ & literis comitatus est ad Ascanium Cardinalem Columnam, qui Rubenium à Bibliotheca, epistolis & studiis esse jussit.

Ad majora grassante viri famâ S. P. Q. Antwerpiensis Româ evocavit, ut esset urbi à secretis. At quia nullus Antverpiæ in Senatu est locus, nisi Brabanto, renuntiatus Brabantus & civis Antwerpiensis raro exemplo, anno 1609. Joanni Bochio S. P. Q. Antwerpiensi à secretis, vitâ functo, uno omnium ore suffectus fuit. Fuit Rubenio ingenium liberale, & ad optima natum judicium purum & directum, stilus in utraque oratione sive scriptione disertus, doctrinâ variâ & rarâ.

Obiit præproperè anno 1611. V. Kalend. Septembris, annos natus 38, sepultus ad sanctum Michaëlem, fratre è septem liberis solo superstite relicto Petropaullo, Pictorum facilè Principe. Scripsit

Electorum Libros II, in quibus ritus & censuræ.

Poëmata ad Justum Lipsium, Doctorem suum, typis Plant. in 4to.

B. Asterii, Amasceæ Episc. Homilias V. Latinas fecit, typis iisdem, cum *Poematis, Epistolis, orationibus posthumis, & Rubeni vita per Joannem Brantium S. P. Q. Antverp. ab actis 1615. in 4to.* En ejus Epitaphium:

PHILIPPO RUBENIO J. C.
Joannis Civis & Senatoris
Antwerpiensis Filio,
Magni Lipsii Discipulo & Alumno,
Cujus doctrinam penè assecutus,
Modestiam feliciter adæquavit:
Bruxellæ Præsidi Richardoto,
Romæ Ascanio Cardin. Columnæ
Ab Epistolis & studiis,
S. P. Q. Antwerpiensi à secretis,
Abiit, non obiit,
Virtute & scriptis sibi superstes,
V. Kal. Sept. anno Christi MDCXI.
Ætatis XXXVIII.
Marito bene merenti
MARIA de MOY,
Duûm ex illo liberorum
Claræ & Philippi Mater,
Propter illius ejúsque Matris
MARIÆ PYPELINCX sepulchrum,
Hoc mœroris & amoris sui
Monumentum P. C.
Bonis, Viator, bene precare manibus,
Et cogita;
Præivit ille, mox sequar.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 289. supple:

REINERUS BUDELIUS, Ruræmundanus, Jurisconsultus, meruit suâ scientiâ, ut ab Archi-Episcopo nostro Electore Coloniensi monetariæ rei curandæ tam in Rhenensi, quàm Westphalica ditione præficeretur, quo in officio erat anno 1574, cùm Matthæus Boyssius multis annis cum Budelio in eadem palæstra (Jurisprudentiæ credo) familiariter versatus, eidem collectionem tractatuum variorum de monetis dedicavit, & anno 1591, quo ipse patris ac fratrum vestigia secutus in applicando rei monetariæ fertili, sagaci acuto ingenio, edidit

De monetis & re nummaria libros duos. Primus continet artem cudendæ monetæ. Secundus decisiones quæstionum controversarum de monetis. Adjecit Authores, qui de eodem argumento tractârunt: hi sunt Albertus Brunus, Joannes Aquila, Bilibaldus Pirckeimerus, Martinus Garattus, Franciscus Curtius, Joannes Regnaudi, Collegium Papiense, Carolus Molinæus, Didacus Covarruvias, Henricus Mameranus, Henricus Hornmannus, Franciscus de Aretio, Antonius Rubeus, Ludovicus Romanus, Nicolaus Everardus, Jacobus Menochius, Elbertus Leovinus, Joannes Cæphalus, Marianus Socinus, Heningus Goeden, Joannes Bodinus, D. de Malestricto, Joachimus Mynsingerus. Goloniæ Agrippinæ typo Joannis Gymnici anno 1591. in quarto.

Pag. 289. inserendus

REINERUS SOLENANDER Buderico sive Budrichio Cliviæ oppido natus, Guilielmi Ducis Clivensis beneficio Lovanium studiorum causâ ablegatus, biennio & eò amplius disciplinis Philosophicis operam impendit. Inde medicinæ sacræ initiatus, in Italiam, studiorum omnium Alumnam, missus, toto septennio id operæ dedit, ut expertorum hominum consuetudine variis peregrinationibus & frequentibus artis operibus doctior atque exercitatior evaderet. Extant ejus hæc:

De caloris fontium medicatorum causa & temperatione Libri II. Lugduni apud Joan. Franc. de Gabiano 1558. in 4to.

Apologia, quâ Julio Alexandrino respondetur pro Argentereo. Florentiæ apud Leonardum Florentinum 1566.

Consiliorum medicinalium sectiones V. Francofurti typis Wechelianis 1596. & Hanoviæ 1600. in folio.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 291. inserendus

ROLANDUS de LYNNIP natione Germanus, Carmeli Crucenacensis & Colonienſis Rector, & cùm in Philosophicis scientiis clarus haberetur, scripsit

De causis naturalibus dubia 32. Incipit sic: Dubitatur primò, quare homo quanto plus scit, &c.

Quodlibetorum de somno & vigilia dubia 27.

Quæstiones 16. de eo, quòd DEUS & natura nihil faciant frustra.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 293. inserendus

RUTGERUS RULANDUS Aquisgranensis, juris utriusque Doctor, ac magni nominis Professor: quia Lutheranorum sectam profitebatur, in superiorem Germaniam recessit, ibique in variis eorum Academiis Jurisprudentiam cum laude docuit, ac plurima scripsit, è quibus enotuêre sequentia: claruit autem anno 1600.

Thesaurus fructuum & interesse. Hamburgi apud Frobenium 1607.

De Commissariis & Commissionibus Cameræ Imperialis Partes IV. Francofurti apud Nic. Hoffmannum 1604, & iterum ibid. apud Hummium 1664. Tom. II. in folio.

Thesaurus juris emphyteutici. Francofurti anno 1606.

Thesaurus juris executivi, ibid.

Centuriæ octo quæstionum diversimodè decisarum à Nicolao Vigelio & Rutgero Rulando, J. Conss. Hamburgi apud Frobenium 1607.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 295. inserendus

SEGERUS PAULI Carmelita Colonienſis, ejusdémque Conventûs Sub-Prior, Ordinis & Provinciæ Historiographus diligentissimus. Vir fuit integerrimæ vitæ, in Ordinem suum admodùm zelosus, B. Virginis Mariæ Cultor eximius, in cujus festivitatum vigiliis per totum diem jejunabat, ab omni refectione abstinens. Scripsit

Ordinis historiam & Sanctorum vitam manuscriptis lucubrationibus, quorum tamen pauca lucem publicam aspexerunt.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 297. In STEPHANI BROELMANNI vita narratur Mater Sibylla Deutz, *corrige* Elisabetha Songina ex epitaphio.

Pag. 298. inserendus

STEPHANUS L. B. de CLOEDH ex antiquissima & illustrissima Cloethiorum prosapia in Castro Hennen Comitatûs Limburgensis ad Lehnam, Archi-Diœcesis Colonienſis natus anno 1674. die 21. Januarii Patre Theodoro Daniele, & Matre Joannâ Elisabethâ, liberâ Baronessâ de & in Heers. Dum ejus parenti à potentissimo quodam Domino filiorum promotio hac sub conditione appromissa fuerat, dummodo unus in Acatholica religione educandus mitteretur, respondit: *Malo filium videre pauperem in cælo, quàm divitem velut alterum in inferno.* Vix annum quartum inchoando matre orbatus, ducitur ad avum maternum educandus in Kônigstein, indéque à Serenissimo & Eminentissimo Archi-Episcopo Electore Moguntino in album Ephœborum cooptatur, ubi visione (nescius tamen, quid significaret) recreatus, vidit virginem cum grandævo viro se alloquentem & dicentem: *Sub hoc sene filio meo militabis.* Fuldam ætatis suæ decimo quarto ad prosequenda studia missus, ibidem per sex annos in Seminario Pontificio fuit Alumnus, Philosophiam universam cum laude defendit, & Theologiam absolvit, sempérque tales exhibuit mores, ut cæteris à Superioribus in exemplum fuerit propositus; anno 1696 8vâ Septembris Ordinem sancti Benedicti in Imperiali & celebertima Abbatia Fuldensi professus, eodem anno 14. Novembris ex mandato Superiorum ad Universitatem Salisburgensem profectus, cum applausu totam Theologiam cum jure Canonico defendit; sacro Presbyteratûs Ordine Viennæ in Austria anno 1698. 12. Octobris ab Eminentissimo Domino Cardinali Leopoldo de Collonitsch insignitus: vigesimâ die ejusdem mensis Salisburgi omnipotenti DEO primitias obtulit, eo deinceps famis sitisque spiritualis ardore in divinum epulum exarsit, ut ex notatis speciali libello quotidianis intentionibus compertum sit, nullum à morbo liberum diem avolâsse, quo non ad aram litaverit.

Anno 1699. 14tâ Novembris Româ Fuldam reversus, anno 1701. 19. Martii Ecclesiæ Fuldensis Capitularis, & Reverendissimi ac Perillustris Conventûs ad sanctum Salvatorem Superior, nec non sancti Michaëlis Præpositus designatus, talem in hac triplici dignitate se exhibuit, ut dubium manserit, an ipse honoribus, an honores ab ipso magìs honorati fuerint. Ab anno 1704, quo præposituram inhabitare cœpit, binas utriusque vitæ activæ & contemplativæ alas verè aureas, quas sibi in avito stemmate figurari intelligebat, fœdere tam firmo inter se sibíque copulavit, tanto iis ardore ad promovendam DEI gloriam bonúmque proximi adnixus fuit, ut præsens pagina, si pro merito depingere vellet, temeritatis damnaretur. Munificentia ejus in pauperes, in pauperum lachrymis legenda, quibus nullâ re unquam deerat, communis pauperum Pater nuncupatus, proprios non rarò sibi calceos detraxit, ut nudum in paupere Christum calcearet, nec unicum sinè eleëmosyna dimitti passus. Omnibus omnia fieri cupiens, cunctis sic succurrebat, ut ultra centenos numeret, quos statui seu religioso seu clericali inseruerit; ab omni vindicta sic abhorrebat, ut mala beneficiis compensare suas delicias

licias putaret, verè dignus, quem Reverendissimus & Celsissimus Princeps Fuldensis in partem curarum ascitum suum in spiritualibus Vicarium Generalem nominârit, verè dignus, cujus probatissimam virtutem ac zelum Sedes Apostolica commendârit, & dignitate Episcopali Ecclesiæ Derbensis anno 1727. insigniverit, quâ duplici dignitate auctus, novo fervore in muniis Episcopalibus continuus sat ostendit, quid sperari de se deinceps oporteret, donec consummatus in brevi octiduanis calculi doloribus confectus, in medio virturum Episcopalium volatu, lethali mortis jaculo confixus, 5tâ Septembris anno 1727. morti prædæ ceciderit, ætatis 53. annorum, 7. mensium & 18. dierum, sepultus Fuldæ in Ecclesia Præpositurali sancti Michaëlis Archangeli. Opuscula ab eo edita:

1. *Annus sanctus Benedictino-Fuldensis, das ist: Lebens-Geschichten aller derjenigen lieben Heiligen GOttes, von welchen entweder in der hohen Stiffts-Kirchen ad S. Salvatorem zu Fuld selbsten, oder auch in anderen in dieser Diœces gelegenen Probstey-Collegiat-Regular-Pfarr- und Filial-Kirchen oder Capellen absonderliche heilige Reliquien verwahret, und mit gebührender Andacht verehret werden, &c. &c. zu grösserer Ehre GOttes, und seiner wertheisten Heiligen, mit einfältiger Feder abgefasset, auff jeden Tag des Jahrs eingetheilet, und dem Nächsten, besonders aber den lieben Fuldern zu Dienst und Nutzen zusammen getragen, und an das Licht gegeben durch Stephanum von Clodh &c. &c.*

2. *Die sieben Jubel-Posaunen Josuæ* Cap. 6. *v. 6. mit welchen man nicht die zeitliche Stadt Jericho, sondern die himmlische Stadt Jerusalem leichtlich einnehmen und gewinnen kan &c. zusammen getragen durch Stephanum von Clodh des Fürstlichen Stiffts Fulda Capitularen, Probsten zu Ss. Michael, und der Zeit Hochfürstlichen Fuldischen Lands-Ober-Einnahms Præsidenten. Franckfurt am Mayn durch Marcus Huber 1716.*

3. *Lustra duo Musæ Historico-Gargano-Fuldensis. Das ist: Ausfuhrliche historische Relation alles desjenigen, so vor, in und nach der Einführung zweyer, der erstern von den sieben Schmertzen Mariæ anno 1716. 23. Augusti, und der anderen derren armen Seelen im Fegfeur anno 1718. 19. Martii auffgerichteter Bruderschafften in der Hoch-adlichen Probstey-Kirchen S. Michaelis Fuldæ, enthaltend die erste funff Jahre: von dem Ober-Præside beyder Stephano von Clodh vom Haus Hennen des Hoch-Fürstlichen Stiffts Fulda Probsten bey S. Michael, und Land-Ober-Einnahms-Præsidenten. Fuldæ 1720. in 4to bey Joseph Anton Kos.*

Icon Illustrissimi Viri Fuldæ depicta, & æri insculpta est: eadem depicta extat hic apud Præpob. D. Canon. Stangenfeld.

Oratio funebris eidem dicata à Pangelino Brunckman Franciscano, & typo data fuit Fuldæ 1727. apud Josephum Ant. Kos in folio.

Pag. inserendus

STEPHANUS NATHEN, condictus SPORMAKER, Resæ Clivensis Ducatûs oppidulo natus anno 1621. 5. Augusti, Aureliis in Francia fuit donatus licentiâ lauteæ doctoralis in utroque jure, juris utriusque Doctor, ac Professor in Colonienfi Academia, variorum Principum Reipublicæque Colonienfis Advocatus, ac Regens Burlæ Juridicæ Coronarum apud Ubios. Clarissimi Viri, quibuscum Coloniæ vixit, magnis elogiis in fronte libri adjunctis testati sunt summam de ejus doctrina existimationem: hi erant, Joannes Sternenberg, condictus Dusseldorff, Archi-Diaconus & Præpositus Santensis, Joannes Michaël Giaser, Prior Canoniæ Corporis Christi, Antonius Fabens, Jurisconsultus & Advocatus Colonienfis, Joannes Stalenus, Canonicus & Pastor Resensis, Gabriel de Bruyn, Jurisconsultus & Syndicus civitatis Colonienfis, Ægidius Gelenius, Canonicus Andreaticus, Nicolaus Hanstadt, Ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ Doctor, Henricus Francken-Sierstorff, sacræ Theologiæ Doctor. Illius erat hic liber:

Justitia vulnerata, Christianè, juridicè & politice curata. Coloniæ in 4to 1646. Secunda editio 1652. per Jod Kalckhoven, ac tertia anno 1691. sumptu Hermanni Demen in 4to pp. 986.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. inserendus

THEODORUS von COUWERDEN Gochensis Clivius, In Academia Duacena sacræ Theologiæ Doctor anno 1620. renuntiatus, ejusdémque per annos plures Professor ordinarius, nec non Collegii Montani Præses, successit anno 1649. Georgio Colvenerio, sacræ Theologiæ Doctori celeberrimo, in Præpositura Ecclesiæ Collegiatæ sancti Petri Duaci, quin & Seminarii de propaganda fide ab eodem Colvenerio erecti munificus extitit Confundator; è vivis excessit Duaci anno 1658.

Scripsit quædam *contra librum Corn. Jansenii*, unà cum Valentino Randour aliisque Collegis Doctoribus Duacenis, & alia quædam, quæ hactenus non innotuerunt.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 304. inserendus

THEODORUS HENRICUS GIPPENBUSCH Spirensis, Coloniæ in Monasterio beatæ Mariæ Virginis in Sion Ordinis Ss. Salvatoris, aliàs sanctæ Birgittæ nuncupatus, professus anno 1641. 4tâ Maji vigesimus primus, obiit in Conventu Mariæ Baum anno 1660. 6. Martii. Scripsit

Der Birgittiner Closter-Jungfrauen neues geistliches Lager-Buch de tempore ausgeziert mit allerhand edlen Reden und Discursen uber alle Sonntag des ganzen Jahrs. MSs.

Ex Commentariis Petri Wachtendunck, Professi Monasterii Birgittani in Sion Coloniæ.

Pag.

Pag. 305. adde:

THEODORUS HUNKIRCH Agrippinas, in Parochia ſanctæ Columbæ natus, renatúsque anno 1691. Vir, dum viveret, profundè ſpiritualis, ùt inter alia teſtatur *Tabula pro notandis quotidianis conſcientiæ defectibus* ab ipſo concepta, æri prælóque commiſſa. Eximius ſemper ſancti Franciſci de Paula cultor, ad ejus aſceſin vivendique regulam virgines in ſæculo degentes erudire conatus, complures habuit ejus (ſuíque) inſtituti ſectatrices; altiore tamen imperio (novitatem exoſo) juſſus abire ab incepto quia debuit, voluit, hâc ſibi laude comparata, quòd ne ſibi videretur laborare, magna & incipere & deſerere animo ſemper eodem potuerit.

Ad ſubſidiariam ſubinde curam vocatus, Parochiis primùm ſancti Laurentii, dein ſancti Martini minoris operam addixit ſpiritualem, temporalem omnem; ubique indefeſſus, ubique laudatiſſimus, utpote qui aſceticum, quem ex Bibliotheca ſanctiorum Aſcetarum operibus inſtructa, aut, ùt veriùs loquar, è cælo hauſerat, ſpiritum in omnes transfundere meditabatur, in conciliandis præcipuè diſſidentibus excellens, præſto erat documento pœnitentibus, ſolario afflictis, exemplo omnibus, ut clientum ſuorum neceſſitatibus ſubveniret, ſeſe onerabat, liberaliſſimus ad Sanctorum, ſub quorum invocatione Parochianis ſerviebat, imitationem. Obiit meritis, quàm diebus plenior anno ætatis trigeſimo octavo à Chriſto nato MDCCXXIX.

Pag. 308. inſerendus

THOMÆ MERMANNO natale ſolum Ubiorum Colonia, parentes ingenui, pueritia laudata. Elementa ſtudiorum ad Rhenum, elegantiam quà Græcam, Latiam, ad Oenipotem, Licúmque amnem Auguſtæ perdidicit. Piſis dein Herruſcorum Philoſophiæ operatus, eandem docere cœpit primæ nobilitatis auditores, cultâ admirabilique facundiâ. Tuſcus quoque ſermo in peregrino adoleſcente Tuſcis arbitris invidendus. Venit hæc fama ad Coſmæ Ducis aures, ipſe ejuſdem in oculos, ut Tranſalpinum ingenium magno judicio æſtimaretur. Mox Hippocratis Galeníque ſcholas ingreſſus, pro medica laurea certavit, quam ut adeptus eſt, doctâ felicíque operâ morbo perituris adfuit, & mortem ante tempus præcipitem in ſeros diſtulit annos, neque enim unquam occidit, ut ſanaret. In hæc incumbentem Italia tenuit, Germania expetiit ac obtinuit. Erat tum Eyſtadii ſacrorum Antiſtes MARTINUS à SCHAUMBURG veteris vir proſapiæ, & antiquæ fidei, paribúsque exemplum poſteris: in hunc MERMANNI ſtudia propendebant: ergo addixit ſeſe volens lubens egregio Principi. Atque dum ſua jam ſolerter proſperéque agit, extulit ſeſe nomen ejus illuſtrius, abiitque non ad vicinos ſolùm, ſed diſſitos etiam Principes, ſuíque haud vanum deſiderium civit. Ipſe, magno vocatu ALBERTI Bojorum Principis, Monachium conceſſit, ſecundo numine ſedem fixurus. Auxit hic præſentia famam. Ergo proni in eum Ducum animi, proni Aulicorum, proni civium, nec offendit rariſſimo exemplo tot annorum, quibus ſuperfuit, ſpatio. Amabat omnes, amabatur ab omnibus: adjuvabat omnes, non adjutus ab omnibus: ſemper illi vigil cura, ſemper ſolertia. Induſtriæ felicitas adfuit, & multis pars ſanitatis fuit, MERMANNUM Medicum obtinuiſſe. Ibat in morbos cauto pede, & lentâ eos potiùs prudentíque morâ expugnavit, quàm ſubito ancipitíque impetu. Sed neque unquam mali incertus, malum curâſſe aggreſſus, explorabat originem morbi, ut inveniret finem. In rem hanc fuit, plurima per ſtudia indagâſſe ac pernoviſſe. DEUM immortalem! quid non legerat? quid non memoriâ comprehenderat? Quæ legebat, intelligebat: quæ intelligebat, retinebat: quæ retinebat, uſurpabat: affabilis ægrotis, jucundus valentibus: illis animum dabat, his ſervabat: non illi cura nummi, non opum. Dabat, à quibus exſpectare poterat. Auditus eſt per omnem vitam de aliis bene loqui, quia bene ſenſerat. Explicabat dubia in bonum, mala in melius. Invidiam aliquando, ſi ſuſtinuit, non habuit; modeſtiæ memor, cùm inter tot favores oblivíſci poſſet. Conſilia ejus auxiliáque ab extimis etiam Principibus Proceribúsque quæſita, egentibus oblata. Erat enim apprimè pius, divinorúmque amans, atque religioſis noctibus unicè devotus: conſcientiam cùm haberet integram, tamen timebat. Adpetente jam ſenio, mors quoque appetiit: primo enim anni MDCXII. Autumno, intemperie cerebri deſubito dextrum latus ſideratur, cui dum fruſtra medetur, exſucto prope omni humore cerebrum jam friabile collabitur, atque vias, quâ vitæ vis meat, obſtipat: deficit momento ſenſus, neque multò poſt vita, omnium Ordinum luctu, quocum & ſepultus, memorabili funeris pompâ: deſiderium ſui apud omnes reliquit magnum, quod ſanè lenimentum haberet, ſi is ſucceſſorem haberet. J. C. S. T. S. vixit annos LXVI. obiit MIↃCXII. VIII. Kalend. Januar. Scripſit

Conſultationes ac reſponſiones medicas, teſte *Henningo Witte in Diario Biographico*, qui & errat decennio in anno mortuali, cùm eum anno 1622. mortuum ſcribat. Errat in ætate, cùm 63 duntaxat natum annos narret.

Icon viri ſculpta præfixa eſt vitæ editæ Monachii anno 1612. typis Nicolai Henrici: éſtque hæc, quam damus. Accedunt luſus funebres plurimi, à nobiliſſimis & eruditiſſimis amicis & filiis ſcripti, quibus parentant memoriæ ſuaviſſimi tanti viri (tanti Patris.)

Pag. 308. inſerendus

THOMAS MICHAELIS Suſati lucem primam vidit anno 1606, præſentatus à Circulo Rhenano ſuperiore juramentum præſtitit, quà Aſſeſſor Cameræ Imperialis Spirenſis. Teſte *Clariſſimo Ludolff in commentatione ſyſtematica juris Cameralis.*

Concluſiones Theoretico-Practicæ de ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Cameræ, Statuum Imperii, & aliorum Magiſtratuum juriſdictione, ad præſentem Germanorum Reipublicæ formam & uſum accommodatæ, Authore Theodoro Michaelis, JCto Suſatenſi, & Aſſeſſore Cameræ Imperialis impreſſæ.

Pag.

Pag. 308. inſerendus

THOMAS SCHMITZ primam lucem aſpexit, in vico Brauweilerano, haud procul Coloniâ Agrippinâ anno à Chriſto nato 1691. nono Kalendas Februarias. Literarum humaniorum & Philoſophiæ elementa hauſit in Laurentiana Gymnade. Decurſo ibidem feliciter literario hoc ſtadio, ad ſtatum religioſum appulit animum, ſacrúmque ſancti Benedicti habitum ſuſcepit anno 1710. die 15tâ Auguſti in Cœnobio Brauweilerenſi. Anno ſequenti votis religioſis ſe DEO obſtrinxit die 16tâ Auguſti, teſte Reverendiſſimo D. Matthiâ Francken, ejuſdem Cœnobii Abbate. Theologicis porrò admotus ſtudiis, eos brevi tempore progreſſûs fecit, ut anno 1717. 29. Martii Coloniam miſſus fuerit, idem ſacrum ſtudium cum religioſis familiæ Benedictinis in Seminario proſecuturus. Inde anno 1718. menſe Novembri evocatus, Eccleſiæ Parochialis in Widderſtorff, Cœnobio Brauweilerenſi pleno jure unitæ, Rector deſignatus fuit, quo tamen munere Reverendiſſimo Domino Abbate annuente anno 1736. ſe abdicavit. Anno demum 1732. 18. Novembris Doctorali Epomide in ſacra Facultate Theologica cum Patre Huberto Sturm, Dominicanorum id temporis Provinciali, & D. Joſepho Prickartz, Seminarii Præmonſtratenſis Præſide, inſignitus fuit Coloniæ, Promotore Reverendiſſimo Domino Chriſtiano Steinhewer, Abbate Steinfeldenſi. His perfunctus laboribus, Seminario Brauweilerano intrà Coloniam Regens impoſitus, ſuam Academiæ hujati operam pluribus per diem tam privatis, quàm publicis lectionibus indefeſſus navare pergit. Hoc anno ſacræ Facultatis Theologicæ Decanus ampliſſimus, ſcripſit hactenus

Theologiæ ſcholaſticæ ad mentem ſancti Thomæ Aquinatis, ſecundùm ordinem ſacræ Facultatis Theologicæ Colonienſis diſtributæ Volumina tria. Coloniæ Agrippinæ apud hæredes Thomæ von Cöllen & Joſephi Huiſch anno 1734. in 8vo. Cum facultate & permiſſu Superiorum.

Medullam Juris Canonici ſecundùm titulos in quinque libris Decretalium GREGORII PP. IX. contentos digeſtam, ex antiquis & recentioribus ſummorum Pontificum conſtitutionibus, Concilii Tridentini decretis, Cardinalium declarationibus, probatis Authoribus; additâ ſuis locis legum civilium & Canonicarum expoſitione, extractam à R. P. Thoma Schmitz, Ordinis S. Benedicti, Abbatiæ S. Nicolai in Brauweiler Profeſſo, ſacræ Theologiæ in alma Univerſitate Colonienſi Doctore, & Seminarii Benedictini Regente. Coloniæ Agrippinæ ex Officina Noetheniana unter gülden Wagen 1740. complectitur tres Tomos in quarto.

Pag. 309. inſerendus

TILMANNUS de alto Lapide, von Hohenſtein, dictus etiam de Aquis ab Urbe Regali Aquenſi, unde oriundus fuit, Doctor Pariſienſis. De eo ſic ſcribit Trithemius: "Tilmannus Aquen-" ſis, natione Teutonicus, Ordinis Fratrum bea-" tæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Prior " Provincialis, divinarum literarum Doctor inſi-" gnis primùm Pariſiis, dein Coloniæ Theologi-" cæ ſcholæ Præſidens, tum docendo, tum ſcri-" bendo magnam ſuæ eruditionis gloriam acqui-" ſivit, ingenio præſtans, & Declamator ſermo-" num egregius, ſcripſit ad utilitatem legentium " non contemnenda ſyntagmata, quibus famam " nominis ſui ad longinquos deſtinavit annos, in " quibus lectura una ſingulariter notabilis

In Evangelium Matthæi Lib. 1.

Super ſententias Lib. 4.

Sermones etiam varios & elegantes compoſitos,

Quæſtiones quoque varias diſputatas,

Et varios in Bibliam commentarios compoſuit.

Claruit ſub Carolo IV. Imperatore anno Domini 1360, obiit in Conventu noſtro Colonienſi anno 1363.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tevvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 310. inſerendus

TOBIAS MAGIRUS Germanus, Angerimunda-Marchicus, imò Montenſis (cùm Angerimunda ſit oppidum & Satrapia Ducatûs Montenſis) Philoſophiæ Magiſter primùm, ſubinde Corrector in Vallis Joachimicæ ſchola, inde in Academia Viadrina tam Logicæ, quàm Phyſicæ Profeſſor, obiit anno 1652. 6. Januarii, ætatis 65. Scripſit

Sabbatum Chriſtianum, ſive meditationes Patrum Orthodoxorum in Evangelia anniverſaria.

Oratorium Chriſtianum.

Polymnemona ſive Florilegium locorum communium.

Eponymologium criticum.

Decades VI. Problematum Metaphyſicorum.

Diſputationes varias.

Witte Diarium Biograph.cum.

Pag. 310. inſerendum

TRICORONATUM GYMNASIUM in urbe & Univerſitate Colonienſi nomen duxit à tribus Coronis, quibus inſigniebatur Domus in vico San-Maximinianæo ab Ampliſſimo Magiſtratu Colonienſi, conſentiente Univerſitate, traditâ P. Joanni Rhetio Presbytero è Societate Jeſu anno 1556. 16. Novembris. Anno 1657. III. Kalend. Februarii decreto Senatûs claves domûs traduntur, ſcholæ apertæ ipsâ Virginis purificatæ die IV. Nonas Februarias ſolenni Sacro facto in Sacello domeſtico, & catalogis per urbem vulgatis, quibus Authores & præcepta artium in ſcholis ordine diſtributis prælegenda, demum linguarum Græcæ & Latinæ diſcendarum pædagogia incolis & advenis innoteſcerent. XV. Kal. Martii tres Magiſtri, Dialectices unus, alter Rhetorices, tertius Grammatices cathedras conſcenderunt. Grammaticam ob confluentem numerum diſcipulorum VIII. Idus Martias dividi oportuit in primam, mediam, & infimam. XVII. Kalendis Decembris Poëtica à Rhetorica ſecretum Profeſſorem nacta eſt, & Phyſicis explicandis ſuus datus Interpres.

Anno 1558. plenus numerus veluti Encyclopædia bonarum artium & humaniorum literarum vigebat; quales nunc ferè poſt duo ſæcula: Claſſes enumero: Ontologia, Phyſica, Mathematica, Ethica, Logica, Rhetorica, Poëtica, Gramma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tica linguæ Græcæ, Latinæ; utraque in ſummam, mediam, infimam ſcholæ diviſa: Regens primus Gymnaſio obvenit Eximius Joannes von Rheidt. Franciſcus Coſterus Magiſtrum ſententiarum, Henricus Dionyſius Epiſtolas Divi Pauli Sociis & Convictoribus intrà Coronarum Domum explicabant, Orator ſacer Academicos informabat idem Henricus Dionyſius. E Domo Coronarum conductâ migratum in domum à Decano Andreatino Joanne à Swolgen Societati oblatam circa annum 1582, ex qua & coemptis Eccleſiâ ac Conventu Monialium ſancti Achatii, ſancti Auguſtini Regulam profeſſarum, locus bonis Muſis excipiendis ſat amplus partus eſt, ubi in hodiernum diem conſedere, veteris Domûs nomine Tricoronatæ retento.

Horæ dictatæ doctionibus ſtatæ quaternæ in diem pro more cæterarum Burſarum. Sextâ matutinâ primùm, dein nonâ, tertiùm duodecimâ, ultimùm horâ quartâ veſpertinâ cogebantur diſcipuli, utì in Montano, Laurentiano, ità & in Tricoronato ad Palæſtras literarias; eæ communi conſilio Regentum mutatæ fuêre, & duabus de die vicibus matutinâ ſeptimâ, pomeridianâ primâ fores ſcholarum reſerantur, Philoſophis binas, ad binas & dimidias humanioribus in Auditorio horas coactis. Exercitationes literariæ hæ ab initio ultra conſuetas menſtruas & diurnas, bis in anno Magiſtratus inſtaurabantur in Aula publica coram Regente, Profeſſoribus, & diſcipulis omnibus, quin & externis Dominis, & ordo locorum ex merito doctrinæ profectu ſingulis aſſignabatur. Feriis VI. ſcholæ binæ & binæ congrediebantur, & per hebdomadam explicata repetebantur. Hæc facies literariæ rei. Multò amœnior, & iſtis temporibus Germaniæ utilior ac neceſſaria magis erat morum emendatio, & Catholicæ religionis undique laceſſitæ & impugnatæ conſervandæ & profitendæ zelus. Hunc in finem quot induſtrias, media ac vias excogitârit inexhauſta Rhetii charitas, vix dici poteſt.

Ejuſmodi erant deductio quotidiana diſcipulorum ad divinum ſacrificium celebrandum ordine compoſito in vicino Templo San-Maximinianæo, quia Auguſtia Sacelli domeſtici eos non capiebat. Examen veſpertinum actorum diurnorum, Exomologeſis & Euchariſtiæ uſus octavo ferè die. Exomologeſis generalis adultis ſuaſa & perſuaſa plurimis.

Quot & quantos viros Eccleſiæ & Reipublicæ ſchola noſtra pepererit, non eſt hujus loci enumerare: Scriptores non paucos domeſticos hæc Bibliotheca recenſet: extraneos quoſdam recenſebimus, velut ſtellas primæ magnitudinis ex Horizonte Tricoronato ortos & inſertos cœlo literario, quorum encomia alii Biographi & Lexicographi ampliſſima jam dederunt.

Anno 1564. Nonis Martii Jodocus Lips, Jobſt Lips, ſeu Juſtus Lipſius Baccalaureus promotus ab Arnoldo Havenſio, Philoſophiæ Profeſſore Tricoronato.

Anno 1573. Nicolaus Serarius Lotharingus ex Gymn. Tricor. Societati datus.

Anno 1582. Carolus Scribani Bruxellenſis inter XXVII. Magiſtros è Gymnaſio Tricoronato hoc anno creatos primus Univerſitatis Magiſter renuntiatur ad diem VI. Martii à Joanne Eynatten Boulandio S. J. Promotore. Tirocinium Societatis aditæ Trevitis hoc anno orſus eſt, unde à Franciſco Coſtero, tum Rhenanæ Provinciæ Præpoſito, patriæ redditus cum duodecim ſociis, quos duodecim Apoſtolos Belgicæ Provinciæ donatos vocitat honoris causâ Provincia Rhenana in ſuis Annalibus MSs.

Anno 1580. 3. Martii à Petro Staleno Societatis Jesu Magiſtro Tricoronato promovetur Magiſter artium Chriſtophorus Brovverus Arnheimenſis.

Anno 1584. Cornelius Cornelii à Lapide Bucholdiæ in Diœceſi Leodienſi natus erat, qui humaniori & ſeveriori literaturâ imbutus eſt in Gymnaſio Tricoronato, cujus Magiſter creatus fuit 7. Martii, Promotore Conrado Hoengenio Soc. Jesu inter XXXI. Magiſtros S. J. S. J. quos Pallas Tricor. eo anno dedit Univerſitati Colonienſi.

Anno 1592. Joannes Roberti Nobilis Arduennas ab Andagio primus Univerſitatis Magiſter in Facultate artium creatus fuit à Patre Henrico Werhaen ab Orcken, Philoſophiæ Doctore Tricoronato 1592. ineunte Februario.

Anno 1595. Erycus Puteanus Venlonenſis Gerardum Arnheimienſem Præceptorem habuit, Magiſter artium promulgatus 1595. 28. Februar. Promotore Henrico Coneſio S. J.

Anno 1597. Henricus Philippi Arduennas ex S. Huberti, ſubinde Societatem Jesu amplexus, Doctor Theologiæ, quam Pragæ, Viennæ, Græcii docuit, Præpoſitus domui profeſſ. Viennenſi, Ferdinandi II. à confeſſionibus, obiit Ratisbonæ in Comitiis 30. Novembr. 1636.

Hi ex primi ſæculi Gymnaſii Tricoronati decem primis luſtris ad alias Univerſitates abiêre Scriptores præcipui.

Ex hiſtoria & faſtis Gymnaſii Tricoronati.

Pag. 314. inſerendus

VICTOR GELENIUS ex erudita Geleniorum apud Colonienſes familia oriundus, Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum Scriptor aſceticus, ex operibus B. Joannis à Cruce à ſe ſæpiùs perlectis evulgavit Latinè

Summam practicam Theologiæ myſticæ. Coloniæ in 4to 1646. & 1652.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 316. inſerendus

WERNERUS TITIANUS patriâ Juliacenſis, natus in pago Titz, adoleſcens Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini inſtitutum in Noveſienſi ſanctæ Mariæ Monaſterio ad Rhenum apud Duſſeldorpium ſuſcepit, in eóque ſic profecit, ut Marbacenſi in Alſatia Cœnobio præfectus ſit Prior; illúdque laudabiliter adminiſtrabat, cùm ſuum à Noveſienſibus ſolo æquatum accepit. Monaſterii everſionem ſui non magis doluit, quàm ejus ad Colonienſe Corporis Chriſti factam conjunctionem à Priore Generali Congregationis Windeſemenſis: tametſi Wernerus Conventûs utriuſque creatus Prior fuerit. Demum poſt multa præclarè geſta Congregationis Windeſemenſis

semensis creatus anno 1608. PRIOR GENERALIS, eidem dignitati immortuus est anno 1615. Edidit prolixos *Annales Novesienses, quos hactenus MSs. evulgarunt Patres Benedictini Congreg. S. Mauri anno 1729. in collectione novissima veterum monumentorum Tom. IV. pag. 526.*

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. . inserendus

WIBALDUS è Monacho Walchodorensi Ordinis sancti Benedicti in Comitatu Namurcensi electus anno 1130. Abbas Stabulensis (quod est in Diœcesi Leodiensi) & Malmundariensis (quod est in Archi-Diœcesi Colonienſi) Cœnobiorum Benedictinorum perpetuò unitorum, dein anno 1137. Abbas Cassinensis in Italia, ac demum Corbiensis in Saxonia, ac S. R. I. Princeps; vir ob summum ingenii prudentiæque talentum ad primaria sui ævi negotia adhibitus, Romanis Pontificibus æquè ac Imperatoribus gratissimus. Scripsit

Volumen 441. Epistolarum, è quibus varia Anecdota historiam sæculi XII. illustrantia erui possunt. E codicibus MSs. Stabulensibus editæ fuerunt anno 1724. per Domnos MARTENE & DURAND Monachos Benedictinos in Gallia Tom. II. *amplissimæ suæ collectionis veterum scriptorum ac monumentorum.* Virum hunc, Galliæ Germaniæque decus, Butelliæ in Paphlagonia, uti tradunt *Stabulensium Annales*, Græcorum perfidia sustulit XIV. Kalend. Augusti anno 1158. Ossa ejus anno sequente è Græcia Stabuletum translata sunt, agente ERLEBOLDO, Wibaldi fratre ac successore in Abbatia Stabulensi, exequias celebrante Henrico Leodiensi Episcopo, apponitoque hoc Epitaphio;

DEO & Ecclesiæ.
WIBALDUS,
Qui vixit, dum vixit,
Inter mortales omnium Abbatum
Felicissimus,
Summo Pontifici, Imperatori
Et Principibus charissimus,
Exuvias corporis hîc deposuit,
Universæ posteritati
Ob pietatem, diligentiam,
Et singularem zelum
Maximè & perpetuò commendandus,
Tu, qui post eum sedebis,
Fac idem, & vives.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 919. WILHELMI NAKATENI *libris adde*

Compendium precum & piarum aspirationum, concinnatum à R. P. Wilhelmo Nakateno S. J. Coloniæ apud Joannem Engelert & hæredes Odendall 1731. in 18vo.

Hertz-Opffer der Christlichen Seelen, sive Compendium devotionis toto die obeundæ, à R. P. Wilhelmo Nakateno S. J. Coloniæ recusum anno 1743. in 16to à Joanne Engelert & hæredibus Odendall.

Pag. 320. inserendus

WINOLDUS COSTERUS Daventriensis, Carthusianum Ordinem Coloniæ ingressus anno 1620, & die sancto Bernardo sacro habitu religioso est investitus. Colonienſi in Carthusia professionem fecit anno 1621. 20. Augusti in festo sancti Bernardi Abbatis. Anno 1626. migravit ex Cella Novitiorum ad Cellam V. in qua 48. annis vixit. Anno 1666. factus cæcus, vixit adhuc octo annis. Mortuus anno 1674. 2. Aprilis ante primam matutinam, ætatis suæ 79, professionis 53. Igitur natus est anno 1595. Hæc ex meis adversariis. Plura illum scripsisse nullum est dubium. Est in Bibliotheca nostra

Libellus de Romanis Pontificibus, ejus manu conscriptus. Cætera, quò devenerint, nescio. Scripsit

Tractatum Eucharisticum, hoc est, de Eucharistiæ Sacramento & sacrificio libri duo, in quibus textus Evangelistarum & Divi Pauli de Eucharistia tractantes elucidantur, ut verus eorum orthodoxus & literalis sensus proponitur, & ab Hæreticorum sacris explicationibus vindicatur, per F. Winoldum Costerum. Colon. a typis & expensis Petri Metternich anno 1646. in duodecimo pp. 408.

Ex Commentariis D. Mörckenſii Carthusiani.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SUPPLEMENTUM SECUNDUM BIBLIOTHECÆ COLONIENSIS.

Pag. 16. inserendus

ANDREAS ESCHENBRENDER naſcitur Unckelii, quæ civitas eſt municipalis Archi-Diœceſeos Colonienſis, Rheno incubans quinque leucis ſupra Bonnam, Patre Joanne Adamo, Matre Mariâ, filiâ Joannis Nobis, & Gertrudis von der Arck. Humanioribus & Philoſophicis ſtudiis in Gymnaſio Tricoronato abſolutis, Juriſprudentiæ ſe dedit, cujus doctoralem lauream merito ſuo conſecutus, luſtravit Academias Europæ varias. Coloniam redux, Canonicam Præbendam & Decanatum Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Georgii nactus eſt. Increbreſcente paulatim famâ, exquiſitiſſimæ ſcientiæ ac prudentiæ Adminiſtrator Nuntiaturæ Colonienſis à ſummo Pontifice conſtituitur; creatur dein Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ, & à Sereniſſimo Electore Colonienſi Officialis Judex Curiæ Archi Epiſcopalis, & Præſes Electoralis Aulici Conſiſtorii Bonnenſis. Verùm cùm inter Cancellarium Electoris & hunc virum, hunc pro patria, illum pro Principe, ùt ſibi videbantur decertantes, gravis diſſenſio orta fuiſſet, ab utroque Magiſtratu Officialis & Præſidis amatus fuit. Interim Sereniſſimus Elector in Franciam ſeceſſit: quo abſente à Capitulo & Statibus Archi-Diœceſis Colonienſis Eſchenbrenderus deligitur Caput & Præſes Concilii Regiminis Interregno durante; enimverò non in hac Provincia duntaxat, ſed Romæ & Viennæ, & apud Europæ Aulas penè omnes ſumma de virtute ac ſapientia viri hujus exiſtimatio, ut ejuſdem verba ac ſcripta veluti oracula exciperentur, & in graviſſimis ac intricatiſſimis cauſis publicæ rei unus ille conſuleretur & audiretur. Par morum ſanctitas & integritas: contemptor omnis faſtûs ac luxûs adeò modeſto habitu & vultu prodibat in publicum, ut ſuâ demiſſione ædificaret omnes, quaſi unus de vulgo aut Clericorum minimus. Legationes varias pro patria obiit: fortunæ vices eâdem fronte ſerenâ vidit & riſit, honores certatim oblatos ipſe primus ornabat: horas ſubſecivas, ſi quas nanciſcebatur, ſuæ Bibliothecæ ditiſſimæ & Muſæo mathematico luſtrando dabat, & inſtrumentis ac machinis, quarum elegantiâ ac copiâ inſtructiſſimus erat, nunc hujus, nunc illius artis ſpecimen conficiebat. Utì enim ſcientias omnes vaſto ingenio complexus erat, ſic ars nulla ex liberalibus, imò & mechanicis politioribus erat, quam ignorabat: & quam Dædaleâ manu ſuâ exercere non ſciret. Obiit in Domino anno 1717, in Eccleſia Metropolitana ſepultus; vir etiam æmulorum ſuorum confeſſione maximus, patriæ Pater, & *Speculum* omnium Eccleſiaſticorum.

Icon viri eſt apud Reverendiſſimum Dominum Decanum à Stoesberg, ex ſorore nepotem & hæredem Bibliothecæ optimorum Juriſconſultorum, Canoniſtarum, Publiciſtarum, & aliarum Facultatum libris plenæ, ac demum Muſæi mathematicis inſtrumentis omnigenis referti.

Scripſit tacito nomine pro juribus Archi-Diœceſeos Colonienſis contra excellentiſſimum Cancellarium Baronem de Karg anno 1695. vulgantem *Diarium* ſeu *Protocollum*

1. *An die Römiſch-Käyſerliche, auch zu Ungarn und Böheimb, &c. Königliche Majeſtät vom Capitul und hohen Thumb-Stiffts Cöllen allerunterthänigſt abgegebene Remonſtration pro legitima juris & honoris defenſione loco reſervata ſpecialis refutationis auff das vom Chur-Cölniſchen Miniſtro J. F. Karg von Bebenburg in duplici typo divulgirtes Diarium.* 1696. *in quarto pp.* 65.

2. *Error, cui non reſiſtitur, approbatur &c. Wardurch dieſe unvermeidliche an die Römiſch-Käyſerliche Majeſtät vom Capitul des Ertz- und hohen Thumb-Stiffts Cöllen pro maturatione juſtitiæ allerunterthänigſt geſuchte Vorſtellung.* 1697. *in 4to pp.* 45.

3. *Vera deductio facti in everſionem jurium & antiquiſſimi ſtatûs, Eccleſiæ totiúsque Archidiœceſis Colonienſis noviter intentati.* 1696. *in 4to pp.* 74.

4. *Gründliche und wahrhaffte Vorſtellung deren von Zeit angefangenen gegenwärtigen Kriegs denen Ertzſtifftlichen und Chur-Cölniſchen Landen*

ſo

ſo wohl in profan, als Religions-Sachen zugefügten harten Beſchwerden. Videtur ſcriptus anno 1707. in 4to pp. 88. ſine conſule & die.

Hac mihi nota ſunt.

Pag. 16. 17. corrige:

ANDREAS de CONFLUENTIA, & ANDREAS KETWIG errore diviſi ſunt, cùm idem & unus Scriptor ſit.

Pag. 22. inſerendus

ARCHANGELUS à MATRE DEI, aliàs ERMERS Gravienſis Carmel. Alemanniæ inferioris & multorum Conventuum Sub-Prior, vir integerrimæ vitæ, Poëta inſignis, & ob muſas multò illuſtriſſimis viris charus. Scripſit

Poëſes varias, præſertim compendioſam duarum ſororum Columbæ & Claudiæ ad Sponſum in Jeruſalem peregrinationem, verſu heroico, variásque nitidiſſimas poëſes, quarum compendium MS. aſſervamus.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tewis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 23. inſerendus

ARNOLDUS FREITHAGIUS Embricenſis, medicinæ Doctor, & in Academia Groningana Profeſſor, ex Italico *Balthaſaris Piſanelli*, Medici Bononienſis, ſcripſit Latinè

De Eſculentorum Poculentorúmque facultatibus librum 1. Genevæ in 12mo 1620.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 26. inſerendus

ARNOLDUS POSSENBRUCHIUS Embricenſis Clivius, edidit

Panopliam Militis Chriſtiani, è ſacris ſcripturis depromptam. Coloniæ 1573. in 16to apud Petrum Horſtium.

Tractatum de oratione. De vi & præſtantia ejuſdem. ibidem.

Foppens Bibliotheca Belgica.

Pag. 26. inſerendus

BALTHASAR CONRADUS ZAHN Juriſconſultus, Unnenſis, vixit ſæculo XVII, reliquit

Hiſtoricum Commentarium de origine & nomine Comitum de Ardeia, quem D. von Steinen obtinuit à Præpoſito Canoniæ Scheidenſis.

Joan. Theod. von Steinen in originibus hiſtoriæ Weſtphalicæ.

Pag. 27. inſerendus

BALTHASAR ROMAYA Germanus, patriâ Colonienſis, ejuſdémque Carmeli Prior, inferioris Germaniæ Provinciæ Doctor Colonienſis, vir non tantùm in Theologicis & Philoſophicis celeberrimus, ſed & ſtudii Provinciæ ſuæ Fautor ac Promotor indefeſſus. Româ in Germaniam reverſus, morbo contagioſo extinguitur Boppardiæ anno 1620. Scripſit

Carmen gratulatorium copioſum verſu heroico, impreſſum in folio Coloniæ.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tewis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 40. inſerendus

BROCARDUS à S. NICOLAO Sittardienſis, Carmelita Conv. Colon. multis annis quà Philoſophus, quà Theologiæ Rector tum in hac Provincia, tum extra Trevitis in Abbatia S. Matthiæ, Ord. S. Benedicti. Scripſit

Diſſertationem polemicam de primatu, jurisdictione, infallibilitate, & ſuperioritate tam in, quàm extra Concilium generale Romanorum Pontificum.

De Bulla UNIGENITUS, & nullitate appellationis ad futurum Conc. Trev. apud Jacobum Reuland 1719.

Diſſertationem Theologico-polemicam de controverſiis occaſione ſchiſmatis Queſnelliani exortis. apud eundem 1726.

Theologiam moralem, fundamentalem. Coloniæ apud Servatium Noethen 1735.

Alphabetum morale, ſeu Theologiam moralem caſibus conſcientiæ ordine alphabetico elucidatam. apud eundem 1739.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Tewis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 48. inserendus

CASPARUS à BARENSTEIN, Carmelita Colonienſis, ſacroſanctæ Theologiæ in Univerſitate Colonienſi Licentiatus, vir vitâ & converſatione devotus, Theologus præclarus, ſcripſit contra Fridericum Electorem Palatinum, & Philibertum Marchionem Badenſem, Conventûs Crucenacenſis invaſores, Senatum item Francofurtenſem, Religioſos Conventûs Francofurtenſis graviter vexantem & moleſtantem: mittitur à Provincia anno 1544. ad ſacram Cæſaream Majeſtatem, legatione feliciter peractâ, ac Monaſteriis priſtinæ libertati reſtituris, eligitur Prior Colonienſis, ſed officio brevi reſignato, manet ibidem ſtudii Regens, & moritur circa annum Domini 1576. Scripſit

Commentarium in ſententias Petri Lombardi.

Ex Commentariis Eximii Brunonis Invvis Carmelitarum Provincialis.

Pag. 68. inserendus

CYRILLUS à S. MATTHÆO, vocatus in ſæculo JACOBUS MATTHIAS KNOPF, natus Confluentiæ anno 1688, fecit in Conventu Colonienſi Carmelitarum Diſcalceatorum profeſſionem anno 1708. die 23riâ Septembris quondam Herbipoli Concionator Dominicalis & Feſtivalis, Conventûs Heidelbergenſis per ſexennium Prior, Germaniæ Provinciæ Definitor Provincialis, Vicarius Manheimenſis, & actualis Prior hujus noſtri Conventûs Colonienſis. Scripſit

Thereſianiſcher treuer Wegweiſer in Verehrung des H. Vatters Joſephi, das zeitliche und ewige Seelen-Heyl zu finden, impreſſus Herbipoli anno 1738. apud Typographum Marcum Antonium Engman.

Ex Commentariis domeſticis Conventûs Colonienſis Carmelitarum Diſcalceatorum.

Pag. 118. inserendus

HENRICUS FOPPIUS natus fuit Herfordiæ in Comitatu Ravensbergico anno 1643. Abſolutis Gieſſæ ſtudiis humanioribus, Domino cuidam de Münchhauſen Moderator datus, cum eodem Bremam ſe contulit. Inde haud multò poſt linguæ Hebraicæ addiſcendæ ergo Hamburgum profectus, atque Edzardo tempore bene longo operam dedit. Demum ad natale oppidum revocatus, Conrector renuntiatur, ac ibidem diem ſuum ultimum obit anno 1716. Scripſit

Programmata varia.

Philelphi Epiſtolas elegantiores.

Diſſertationes tres de Theologia naturali.

Ex Commentariis clariſſimi D. Dulman JCti & Senatoris Colon.

Pag. 124. inserendus

HENRICUS LOLGEN natus eſt Bonnæ anno 1677. . Maji Patre clariſſimo viro Georgio Henrico Lölgen, alti Judicii Bonnenſis Scabino, Matre Mariâ Catharinâ Joſephâ Dierath. Humaniores & Philoſophicas diſciplinas hauſit & docuit octennio in Gymnaſio Tricoronato, jam Magiſter artium renuntiatus, & Societati Jesu anno 1696, profeſſus quatuor vota . Varia officia in diverſis Collegiis obivit. Scripſit hactenus

Etwas für alle, das iſt, menſchliches Unglück in unterſchiedenen Ständen wehmüthig beklaget, Chriſtlich getröſtet, aus Italiäniſcher Sprach in die Teutſche überſetzt von einem der Geſellſchafft JEſu Prieſtern. Gedruckt zu Cölln bey Caſpar Drimborn 17 . in 12mo.

Lehr-Sätz ewiger Wahrheiten zum Leſen und fleiſſigen Erwegen fürgeſtellet allen ihres Heyls lieb tragenden, beſonders denen, ſo die geiſtliche Übungen des H. Ignatii von Lojola verrichten, für die Nachmittags Bedenck-Stunden auff alle jedes Tags Betrachtungen eingerichtet, in Italiäniſcher Sprach beſchrieben von dem Ehrwürdigen Patre Carolo Ambroſio Cattaneo aus der Geſellſchafft JEſu in das Teutſche überſetzt von einem andern ſelbiger Societät JEſu Prieſtern. Cölln in 8vo 1731. typo Petri Pütz.

Exercitium honæ mortis, ſive diſcurſus predicabiles in Congregationibus pro impetranda morte felici inſtitutis, primùm Authore R. P. Carolo Cattaneo S. J. idiomate Italico conſcripti, & ingenti cum fructu in urbe Mediolanenſi dicti, nunc Latinitate donati ab alio ejuſdem Societatis Jeſu Presbytero. MS. prælo paratum.

Novem conciones dictæ in miſſionibus habitis anno 1710. à R. P. Fulvio Fontana S. J. Miſſionario Apoſtolico in Tyroli & Auſtria ex Italico in Latinum translatæ ab alio ejuſdem Soc. Jeſu Sacerdote. MS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pag. 191. inserendus

JOANNES PETRUS FISCHER Kempenæ, inferioris Archi-Diœcesis oppido natus, emenſo ibidem curriculo literario, ad medicam artem appulit animum, ejúsque magìs excolendæ gratiâ Germaniam, Italiam, Galliam multis itineribus luſtravit; maximam ferè partem Taurini in Pedemontio moratus. Inde in patriam redux, Vierſenæ in Ducatûs Geldriæ oppidulo domicilium fixit, ubi etiamnum non obſcura cum fama Chirurgum & Medicum profitetur. Meditabatur jam tum anno 1741. *novum quoddam opuſculum de morbis literatorum*, quod, an prodierit, non ſatìs conſtat. Scripſit

Arthritis obſcurata, das iſt, *die vorlängſt im Schatten unterſchiedlicher Authorum vervvirreter Meynungen verborgener allgemeiner Gicht, erſten Anfang im Geblüth, vvie auch deſſen Fermenti vvahre Eigenſchafft Curirung; operâ J. P. Fiſcher Chirurgi & Medici practici in Vierſen. Colon. typo J. C. Guſſen 1740. in 8vo pp. 144.*

Ex ſchedis Domini Petri Ackers, in Gymnaſio Montano Profeſſoris.

Pag. 244. inserendus

MAURITIUS à S. ANGELO natione Italus, quem Florentia genuit, Roma aluit, virtus excoluit, literæ ornârunt, Colonia, poſtquam diu habuit, tandem ſepelivit, & cælum (ùt piè credimus) coronavit die 12. Julii anno 1649. Reliquit MS.

I. *Favus diſtillans in ore ſanctorum Patrum inventus, &c.*

II. *Dilectum ex dilecto, à ſponſa animæ amanti & quærenti demonſtratum.* Seu ùt aliàs, *Delitiæ meditantium*, quibus anima devota quotidie epulatur ſplendidè, & ſunt Meditationes de Deipara, Sanctis, & feſtis de tempore, paſſione Domini, & quatuor noviſſimis.

III *Hymnologium de ſanctiſſima Virgine Maria, Sanctis, ac præcipuis anni feſtis.*

IV. *Proſæ rythmicæ*, vulgò *Sequentiæ de DEI Parente ſanctiſſima, Sanctis ac feſtis.*

V. *Litaniæ variæ è ſacris literis ſanctisque Patribus collectæ.* Quæ ſuperſunt in Conventûs Colonienſis Bibliotheca.

Ex Commentariis Conventûs Colonienſis Carmelitarum Diſcalceatorum.

Pag. 263. inserendus

PAULUS AB OMNIBUS SANCTIS, vocatus in ſæculo HUBERTUS BOHR, natus Coloniæ anno 1611, factus Carmelita Diſcalceatus Pragæ, & ibidem profeſſus anno 1629. 5. Auguſti, quondam Germaniæ Provinciæ pluries Definitor Provincialis, quem *Lezana in appendice ad Tom. 4. Annalium Ord. Carmelit. pag. 1042.* appellat diligentem valde in Ordinis hiſtoriis Scriptorem, & *Joannes Nadaſi Soc. JEſu Author in opere inſcripto: VITA & MORS PRÆDESTINATORUM* pag. 108. eruditum Vindicem Mariani Scapularis, & pag. 566. perbene meritum de inclito Carmelitarum Ordine. Hic edidit teſte *Patre Daniele in Vinea Carmel. num. 1296.* Viennæ ſuppreſſo nomine opuſculum inſcriptum:

Theſaurus Partheno-Carmeliticus, quod pluries ibidem & alibi recuſum fuit.

Item aliud, cui titulus: *Funiculus triplex 24. beneficiorum, Carmelitas obligans ad Feſtum Commemorationis ſolennis beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo 16. Julii celebrandum. Coloniæ anno 1643.* quod deinde pluries recuſum eſt Latinè & Germanicè Viennæ, Pragæ, & alibi.

Præter alia, quæ ſuppreſſo proprio nomine edidit opus prænotatum: *Clavis aurea Theſauri Partheno-Carmelitici*, ſive: *Diſſertatio hiſtorica, Theologica, referans atque exponens antiquitatem & originem, confirmationem ac propagationem, beneficia ac privilegia, gratias & indulgentias, munera & obligationes celeberrimæ Archi-Confraternitatis Scapularis Deiparæ Virginis de Monte Carmelo.* Viennæ Auſtriæ anno 1669. in 8. partes diſtinctum.

Carmelum Thavmaturgum anno 1664. Monachii prælo commiſit. Sive *Hiſtoriam miraculorum interceſſione beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo & ſacro ejus Scapulari mediante patratorum. 4tâ vice recuſus fuit.*

Promiſit etiam 1. P. C. 3. *Clavis aurea Epiphaniam Deiparæ in Monte Carmelo*, ſive *Apparitiones ac favores à Deipara Carmelitis exhibitos, & alia referans;* ſed, quia morte præventus eſt, ad lucem non pervenerunt. Hic ergo vir magnus, & ſcriptis à ſe editis, & aliorum lucubrationibus è tenebris eruendis de Ordine ſuo & orbe Chriſtiano optimè meritus, tandem vivere deſiit in Conventu Colonienſi 1683. 17. Decembris.

Ex Commentariis Conventûs Colon. Carmelitarum Diſcalceatorum.

Pag. 285. inserendus

PETRUS VERHAGH fuit ab Sereniſſimo Wolffgango Wilhelmo Cliviæ, Juliæ, Montium Duce donatus beneficio Canonicæ Præbendæ, dein Scholaſtici, demum Decani Collegiatæ Clivenſis Eccleſiæ, cui, utî & Sereniſſimo Friderico Wilhelmo Electori Brandenburgico dicat ſequens opuſculum elegiaco ſtilo ſcriptum hoc titulo:

Clio Menapia, ſive Elogia & res geſtæ Principum Cliviæ levi elego comprehenſæ à P. Verhagh Decano Clivenſi. Acceſſit ejuſdem *Carmen Cappicum connubio Ch. Copperi Clivenſis Conſiliarii conſecratum.* Lugduni Batavorum apud Joan. Janſonium à Dorp CIↃICCXLI. in 8vo.

Pag. 287. inserendus

PHILIPPUS à S. ELISÆO, vocatus in ſæculo THEODORUS BREWER, natus Coloniæ anno 1671, fecit ſuam ſacram profeſſionem in Diſcalceatorum Conventu Colonienſi anno 1692. 23. Julii. Erat quondam ſacræ Theologiæ Lector, binis vicibus noſtræ Provinciæ Provincialis, ſicut & per tres annos Romæ fuit ùt Definitor Generalis, etiam iteratis vicibus Definitor Provincialis, & hujus noſtri Conventûs Prior, & Provinciæ Auſtriacæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſtriacæ Viſitator Generalis. Hic vir magni ingenii, qui adhuc vivit, & de facto moratur Neoburgi ad Danubium, ùt Vicarius & Confeſſarius Monialium noſtratum ibidem tranſtulit ex Italico diomate in Germanicum librum, cujus titulus:

Geiſt-reiche Lehr-Spruch der glorvvürdigen und heiligen Mutter Thereſiæ von JEſu, mit Auslegungen und Gedancken erkläret von dem Wohl-Ehrvv. Patre Alphonſo de Andrada aus der Geſellſchafft JEſu, Rath und Beyſitzer der general Inquiſition oder Ketzer-Gericht in Madrit. Hic Pater Alphonſus ſcripſit ediditque hunc librum nativo, id eſt, Hiſpanico idiomate, & ex illo tranſtulit quidam Carmelita Diſcalceatus Provinciæ Genuenſis in Italicum; ex illo verò memoratus P. Philippus tranſtulit in Germanicum. Hic liber impreſſus fuit Monachii in folio anno 1734. apud Bibliopolam de Colonia.

Ex Commentariis Conventûs Colonienſis Patrum Diſcalceatorum.

Pag. 308. inſerendus

THOMAS REINEN Marcoduranus origine, profeſſione Canonicus Steinfeldenſis, Paſtor in Kirchdaun, qui, dum raro obedientiæ & ſubmiſſionis exemplo Confratribus ſuis præluxiſſet, anno 2690. 7. Septemb. ab iiſdem abreptus eſt, ob amabilem, pacificam, & ædificatoriam converſationem omnibus gratiſſimus. Scripſit plurima ſolutâ & vinctâ oratione, quæ adhuc inedita aſſervantur Sseinfeldiæ MSs.

Philomela choralis, ſeu de cantu chorali Tom. 2. in 4to.
In Canticum: BENEDICTUS. Tom. 2. in 4to.
Miſcellanea. Tom. 2. in 8vo.
Corax. in 8vo.
De artificio corporis humani. in 4to.
Polemica. in 8vo.
Varia examina. in 4to.
Ex Commentariis Eximii Joſephi Prickartz Canonici Steinfeldenſis, S. Theol. Doctoris, Præſidis Seminarii Norbertini.

Pag. 308. inſerendus

THOMAS REUSSEN Parentibus Lutheranis Suſati natus, adoleſcens & penè virilis ætatis apud Heterodoxos aliquamdiu Pædagogum egit: divinâ aſſiſtente gratiâ, tandem ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ confugit, quo etiam deinde fratres & ſorores convertit, & anno 1677. Huxariæ Ordinem Fratrum Minorum Conventualium ingreſſus, literis egregiam navavit operam, unde poſt plures lecturæ annos primùm in Ordine magiſtralem, deinde doctoralem in Ubiorum Univerſitate conſecutus eſt lauream, Sereniſſimo Joſepho Clemente Electore & Archi-Epiſcopo Colonienſi (cui ob ſingularem indolem gratiſſimus erat) neceſſarios ſumptus tribuente. Scripſit

Seraphiſcher Gnaden-Schatz deren Apoſtoliſchen Gnaden, heiligen Ablaſſen &c. der Ertz-Bruderſchafft der allerheiligſten fünff Wunden. Cöllen bey Franz Metternich 1694.

Ex Commentariis Eximii Adami Fütz Conventualium Provincialis.

Pag. 314. inſerendus

VINCENTIUS à S. MELCHIORE, vocatus in ſæculo JOANNES HERMANNUS LINNICH, natus hîc Coloniæ anno 1642, & fecit in Conventu Carmelitarum Diſcalceatorum Colonienſi profeſſionem anno 1662, quondam ſacroſanctæ Theologiæ Lector, & noſtræ Provinciæ Provincialis, & Definitor Provincialis; hic edidit Pragæ anno 1672.

Relationem Thavmaturgæ Imaginis beatæ Mariæ de Victoria, quæ anno 1620. à venerabili P. Dominico a JESU MARIA in bellum Pragenſe delata, miraculoſam Catholicis contra Hæreticos præbuit victoriam, cui in calce ſubjungit: *Compendium prodigiorum ac beneficiorum hujus imaginis.*

Adducit quoque Diploma CLEMENTIS Papæ X. per quod conceditur Carmelitis Diſcalceatis die 8. Novembris in memoriam hujus victoriæ ac beneficii Feſtum celebrare, atque Officium recitare divinum ſub ritu 2. claſſis. Quod antè conceſſerat ALEXANDER VII. pro Eccleſia S. Mariæ de Victoria Romæ, in qua dicta Imago mirifica aſſervatur. Obiit hic Pater Viennæ in Auſtria anno 1692. 7. Septembris.

Ex Commentariis domeſticis Conventûs Colon. Patrum Diſcalceatorum Carmelitarum.

FINIS BIBLIOTHECÆ COLONIENSIS.

AD MAJOREM DEI GLORIAM.

INDEX I. COGNOMINUM.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX I.

COGNOMINUM BIBLIOTHECÆ COLONIENSIS.

A

AAron Abbas
Adami Adamus
Adrian Godefridus
Adrichomius Chriſtophorus
Ædicollius Servatius
Afhakerus Ægidius
Affelmannus Antonius
Affelmannus Joannes
Agricius Matthias
Agricola Franciſcus
Agrippa Henricus Cornelius
Agrippina Auguſta
Alberti Philippus
Aldegraeff Adelbertus
Aldegraeff Henricus
Aldenbergenſis Anonymus
Ab Aldendorp Conradus
Aler Paulus
Aleydis O. S. Bened.
Alfredus Epiſ. Hildes
Alcket Jacobus
Alſtorff Guillelmus
De alto lapide Tilmannus
Ambroſius Æmilius
De Amersfordia Everhardus
Amoris de Zuttphania Helmicus
Ananienſis Benedictus
Andernacenſis Adalbertus
Andernaco Henricus de
Andernaco Joannes de
Antonianus Joannes
Appeldorn Joannes
Aquila Henricus de
Aquis Guillelmus de
Aquenſis Sebaſtianus
Aquis Theodoricus de
Aquenſis Præpoſitus Godeſcalcus
Aquenſis Tilmannus
Arnoldi Arnoldus
Arensberg Conradus Comes de
Aubell Thomas
Averhauſen Joſephus
Autberti Nicolaus

B.

BAchoven Reinerus Echtius à
Bagen Wendelinus
Ballandt Albertus Baro de
Barbanſonius Conſtantinus.
Burgis Hilgerus à
Barſierier Conradus.
Bauch Heribertus.
Bauſſeumer Georgius.
Baumeiſter Joannes.
Bebber Joannes Baptiſta.
Becanus Martinus.
Beck Swicardus.
Becker Jacobus.
Beckers Wilhelmus.
Beeck Arnoldus de
Beeck Petrus à
Beetz Joannes.
Beiſelius Jodocus.
Beka Sibertus à.
Benedictus aliàs Chryſant O. S. B.
Benedixius Dominicus.
Bercka Arnoldus de.
Berg Hermannus.
Bersworde Joannes à.
Beſſalis Arnoldus de.
Bey Joannes Thomas.
Betzdorpius Conradus.
Bieſman Caſparus.
Billick Brocardus.
Billick Everhardus de.
Bilſtein Joannes.
Bingen Adolphus von
Binius Severinus.
Biſterfeld Bruno Eques de
Blanckenberg Joannes
Bliſſenius Henricus
Blockhovius Gisbertus.
Blomevenna Petrus.
Blumendahl Joannes de
Bœcop Arnoldus nobilis à
Bock Honnius
Bocken Joannes Chriſt.
Bœlen Franciſcus.
Bochius Ambroſius.
Bödeken Henricus.
Boick Henricus.
Boickman Patroclus
Bolthe Joannes.
Boltzbachius Joannes.
Bomelius Henricus.
Bommelius Joannes.
Bongardus Renerus.
Bongart Petrus.
Bonna Tilmannus de.
Bonn Petrus.
Boſco Ducis Henricus de
Bon Vicinus Ratzo.
Boelard Theodoricus.
Boucquetius Joannes.
Boſſes Bartholomæus de

Boyman Jacobus.
Boys Guillelmus.
Boys Matthæus.
Brachel Adolphus.
Brammart Joannes
Brandis Caſparus.
Brandis Chriſtianus.
Brando Joannes
Braun Georgius
Braun Melchior
Brauwilerenſis Abbas Wolphelmus.
Brauwilerenſis Anonymus
Brauwilerenſis Conradus
Bredenbachius Matthias
Bredenbachius Tilmannus
Bredenbachius Joannes
Breid Joannes
Brewer Adamus Lutzius
Brewer Henricus
Brœlmannus Stephanus
Broke Henricus van der
Broichauſen Petrus
Broick Petrus
Broſii Joannes Thomas
Brubaco Antonius de
Brugmannus Joannes
Brun Auguſtinus
Brutzo Chriſtianus à
Bucerus Martinus
Buchels Joannes
Buchlerus Joannes
Bucoldianus Gerardus
Budelius Reinerus
Burckhardt Franciſcus
Burger Joachimus
Burgis Hilgerus de
Buſæus Gerardus
Buſæus Joannes
Buſæus Petrus
Buſchius Herman.
Buſenbaum Herman.
Buxtorff Gerlacus
Buxtorff Joannes

C

Cæſarius Arnoldus.
Cæſar Joannes
Cæſar. Joannes Fabritius.
Cæſarius Joannes.
Cæſar. Philippus.
Calcarienſis Joannes.
Calcificis Gerardus.
Callenberg Caſparus
Camp Abraham,
Campo Heimericus de
Camphauſen Mathias
Candelarius Godefridus
Candidus Alexander.
Caniſius Jacobus.
Caniſius Petrus.
Carmelita Gobelinus
Carmelita Godeſchalcus
Carben Victor de
Cartuſianus Gobelinus
Cartuſianus Guernerus
Caſſander Georgius
Caſtris Gerardus de
Caſteel Gerardus
Cervicornus Eucharius.
Chateau Lambertus du
Charmans Bruno
Chimmoræus Paulus.
Ciſtercienſis Ordinis S. Faminanus
Ciſtercienſis Hermannus
Clumparts Albertus.
Clapis Petrus de
Claus Michael
Clauberg Joannes
Cliſorius Theodoricus.
Cliſorſus Paulus Theodoricus
Clivis Everhardus de
Clodh Stephanus L. B. ex Hennen
Cnipius Joannes
Coccius Jodocus
Cocus Joannes
Coisfeld Theodorus
Colendal Henricus
Colonia Abraham de
Colonienſis Adam
Colonienſis Bartholomæus
Colonienſis Gerardus
Colonia Joannes de
Colonienſis Joannes
Colonia Joannes de
Colonia Matthias de
Colonienſis Renatus
Colonia Simeon de
Colonienſis Stephanus
Coloniens Guillelmus O. P.
Comanus Jacobus
Confluentia Andreas de
Contzen Adamus
Contzen Henricus
Corn Ludovicus
Cornæus Melchior
Cornelius Antonius
Coſterus Franciſcus
Coſterus Winoldus
Couwerden Theodorus von
Cramer Matthias
Cratenpoil Petrus
Cremerius Matthias
Creſt Daniel
Creutz Matthæus
Crombach Hermannus
Cruikelius Jacobus
Cruſius Joannes
Cuperns Henricus
Curvello Joannes
Curtius Ferdinandus
Cutſem Petrus à
Cuvelier Michael

D.

DAcia Petrus de
Dalenſis Mathias
Daventria Joannes à
Deel Wilhelmus
Degen Theodoricus
Deuſing Antonius
Dieſſhaus Georgius
Dieſt Henricus à
Dingens Joannes
Diſſenius Bernardus
Diſſenius Henricus
Doccomienſis Joannes
Donner Caſimirus
Dœrgangus Henricus
Dollendorp Henricus
Donkers Laurentius
Dreſanus Philippus
Düding Jodocus
Duetz Nathanael
Duisberg Petrus de
Duisburgenſis Tackius
Dulckenius Antonius
Dulman Gabriel
Dulman Theodorus
Duncanus Martinus
Duns - Scotus Joannes
Duren Joannes de
Darsfeld Joannes
Durſten Joannes de
Duſſeldorpius Franciſcus
Duſſeldorpius Georgius
Duſſeldorp Joannes de
Dycks Wilhelmus Caſparus

E.

EChtius Joannes
Eckardt Joannes ab
Eckert Theodorus
Edingius Rutgerus
Egher Henricus
Eick Jacobus
Elffen Nicolaus
Elten Gerardus de
Elverich Henricus
Emich Matthias
Ens Caſparus
Eremita Alboinus
Ermel Joannes Franciſcus
Erkelens Gerardus de
Eyſchen Georgius ab
Eſchenbrender Andreas Officialis
Eſchenbrender Andreas
Eſchenbrender Pantaleon
Eſchius Nicolaus
Eſſendia Adolphus de
Eſſendia Joannes de
Eſſer Andreas
Eumenius
Exiguus Stephanus
Eyck Henricus ab
Eytzinger Michael

F.

FAbritius Adrianus Wilhelm
Fabritius Franciſcus Marcoduranus
Fabritius Franciſcus Ruræmundanus
Fabritius Guillelmus
Fabritius Henricus
Fabritius Joannes
Fabritius Laurentius
Fabritius Theodorus
Fabri Joannes Gabriel de
Falckenberg Andreas
Falckenſtein Cuno Comes à
Feilſticker Hermannus
Feinhals Albertus
Feiſt Chriſtophorus
Fibus Bartholomæus
Filenbach Jacobus
Fiſcher Antonius
Flans Nicolaus de
Flei Hermannus
Flittardia Joannes à
Fœnis Angelus de
Follinus Hermannus
Franciſco Adrianus à S.
Franciſci Michael
Franciſco Petrus Thomas à S.
Franck Franciſcus Thomas
Franck Joannes Antonius
Francofordia Petrus de
Freidel Bernardus
Freiliger Joannes
Freylinck Joannes
Freytagius Joannes
Freywilliger Carolus
Fridt Joannes Philippus
Frieſſem Michael
Frieſſem Wilhelmus
Frieſſem Henricus
Frohn Godefridus Chriſtianus
Fronem Petrus
Fuckeradt Bernard.
Fulles Jacobus
Funck Melchior
Fürſtenbergius Ferdinandus L. B. de

G.

GAil Andreas von
Gamans Joannes
Gangelt Theodoricus
Garnefeld Georgius
Gartzweiler Hilgerus
Geiſſelbrun Jeremias
Gelenius Joannes
Gelenius Ægidius

Gelenius Joannes Vicarius Generalis
Gelenius Joannes
Gelenius Victor
Gennepæus Jaſpar
Georgio Archangelus à S.
Georgio Conradus à S.
Gerlich Georgius
Gerresheim Henricus van
Gerresheim Petrus
Gerſon Chriſtianus.
Gigas Joannes Michael
Gippenbuſch Jacobus
Gladbacenſis Bruno
Gladbacenſis Monaſterii anonymus
Gluel Joannes de
Gobelinus Joannes
Goes Joannes
Goſſine Leonard
Goeſſemius Quirinus
Gohatzius Petrus
Goltzius Henricus
Goor Arnoldus à
Görgens Michael
Gorrichem Henricus de
Gradus Henricus Præpoſitus ad
Graes Ortwinus
Graff Gerardus
Graminæus Theodorus
Graſſus Cornelius
Grevenbroick Wilhelmus von
Greſelius Jacobus
Greſemundus Theodoricus de Meſchede Pater
Greſemundus Theodoricus de Meſchede filius
Grethus Hermannus
Grieffgens Hermannus
Grieffgens Caſparus
Groninga Laurentius à
Gropperus Joannes
Groote Gerardus Magnus de
Grothaus Joannes
Grunewald Albertus
Grutherus Conradus
Gryn Godefridus
Guinterius Joannes
Gummersbach Engelbertus
Gummersbach Joannes
Gymnicus Joannes

H.

HAbbius Gerardus
Hack Jacobus
Hagen Bertermannus de
Hagene Godefridus
Hagen Tidemannus ab
Haickſtein Joannes
Hamblock Anton.
Hamecher Joannes
Hamerus Guillelmus
Hamm Gerardus Erneſtus
Hammerlein Thomas
Hannius Helfricus Ulricus
Hanſen Gerardus
Hanſen Leonardus
Hardewicenſis Gerardus
Haldrenius Arnold
Harff Arnold L. B de Bredenbendt
Hargard Henricus
Harlemius Theodorus
Harrzheim Caſparus
Haſius Joannes
Havens Arnoldus
Haverland Gerwinus
Hecquet Adrianus
Heimbach Mathias
Heimbach Wilhelmus
Heim Joannes
Heinsberg Joannes
Heiſterbacenſis Cæſarius
Heiſterbacenſis Monachus
Helffenſtein Everwinus de
Helmigius Henricus
Henotus Everhardus
Henrico Cæleſtinus à S.
Henrici Goſwinus
Henſæus Renatus
Herbau Simon
Herborn Nicolaus
Herbrand Michael
Heriberto Albanus à S.
Hermes Hermannus
Hero Albertus
Herp Henricus de
Hertſuuorms Reinoldus
Heshuſius Tilmannus
Heymbach Bernard.
Heyl Joannes
Heymricius Arnoldus
Hieratus Antonius
Hilden Henricus
Hildeſienſis Capuc. Carolus
Hilleſemius Henricus
Hiltropius Fridericus
Himſelrath Michael ab
Hiltz Joannes
Hinſen Joannes
Hinsberg Henricus
Hisfeld Arnoldus
Hittorp Godefridus
Hittorp Melchior
Hobbuſch Heribertus
Hoen Matthæus
Hoffman Anſelmus
Hoffman Carolus
Hogenberg Joannes
Hohenberg Abraham
Hohenberg Franciſcus
Holhuiſſen Hubertus
Hollerhoff Engelbertus
Holt à Romberg Joannes
Holweg Rupertus
Holtzman Joannes

Honff Christianus van
Honsius Christianus
Hoogstrat Jacobus de
Hop Egbertus
Hoepingius Theodorus
Horn Jacobus
Horreo Gerardus ab
Horrion Joannes
Host Joannes von Romberch
Hudalrici Joannes
Hunnius Helfricus Ulricus
Hulsius Antonius
Hunkirchen Theodorus
Hutingius Gerardus

I.

Jacobo Christianus à S.
Jacobo Patritius à S.
Janssen Leonardus
Inghen Marsilius ab
Insulanus Guilielmus
Indam Lucas Abbas S. Cornelii ad
Joanne Albanus à S.
Joannes Ætho
Joannis Henricus
Joanne Philippus à S.
Jongen Henricus
Jordanus Gregorius
Jordanæus Joannes
Josepho Angelus à S.
Joseph S. Hermannus
Joseph Matthias à S.
Isaacus Joannes
Isaaci Stephanus Filius
Ischyrius Christianus
Iseren Huyffe Conradus
Isselt Michael ab
Juliacensis Petrus
Juliacensis Schola
Juliacus Stephanus
Junckersdorff Benedictus

K.

Kappenstein Franciscus
Karg Joannes Fridericus L. B. de
Kellen Ludovicus
Keill Joannes Bernardus
Kemmerich Petrus
Kempens Gotefridus
Kerckhorden Joannes
Kerckhorden Reinoldus
Kersman Petrus
Ketteler Joannes Jacobus
Ketten Joannes Gabriel von der
Ketten Joannes Michael von der
Ketwig Andreas de
Keul Matthias
Keutzæus Petrus
Khuenius Joannes
Kien Onesimus de
Kinckius Matthias
Kircher Henricus
Kirtzer Henricus
Kivet Albertus
Kispenninus Henricus
Klein Eliphius
Kleinsorge Gerardus
Klock Casparus
Kneutgen Augustinus
Knippenberg Sebastianus
Knipschildt Philippus
Knippenburg Joannes Conradus à
Knutgen Hilgerus
Koelin Conradus
Koelver Joannes
Konigsbachius Jacobus
Konigstein Antonius à
Krabben Wilhelmus Birckman
Kritzradt Jacobus
Krosch Godefridus
Krufft Krudener Arnoldus
Kuickana Domus
Kuckeisen Joseph
Kylman Reinerus
Kiriander Wilhelmus

L.

Lacroix Claudius
Laer Bruno
Lambertz Joannes
Lamberti Fridericus
Lametzan Adrianus
Lamtzwerde Joannes Baptiste de
Landasse Nicolaus
Landtspergius Joannes Justus
Langenberg Nicolaus
Lappe Hermannus
Laurens Bartholomæus
Laurentianum Gymnasium
Laurentio Brocardus à S.
Laurentio Joannes de S.
Laurus Guillelmus
Legipontius Oliverius
Lehner Carolus Josephus
Lennep Rolandus de
Leodiensis Lambertus
Leonardo Arnoldus à S.
Leichius Jacobus
Leurenius Joannes
Leurenius Petrus
Lidberg Henricus
Liebler Henricus
Lieberinus Petrus
Liel Thomas
Limpens Ferdinandus
Lingen Burchardus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lingius Bernardus
Linnichius Jacobus
Lintz Hubertus
Lippia Henricus à
Locher Theodoricus
Lohrer Guillelmus Maria
Lölgen Henricus
Lommeſſen Godefridus
Lommeſſen Hubertus
Longolius Gisbertus
Loricus Henricus
Lottley Wernerus
Loy Petrus
Ludovicus Petrus
Luckenradh Joannes
Lull Caſparus Petrus
Lumnius Petrus Andreas
Luteke ſeu Parvus Arnoldus de
Luxemburgo Beranrdus de
Luydius Arnoldus
Luydius Joannes
Lyskirchen Joannes Conradus à

M.

MAes Bonifacius
Maes Cornelius
Maes Joannes
Magdalius Jacobus
Marck Petrus Ludovicus Comes de la
Mayer Adamus
Mayer Chriſtianus
Magirus Tobias
Magnus Albertus Ordinis Præd.
Malberg Albertus
Malmundarienſis Abbas Wibaldus
Malmundarienſis Monachus
Mameranus Henricus
Mameranus Nicolaus
Mandt Arnoldus
Mappius Adamus Michael
Marcæus Helias
Marcoduranum Gymnaſium
Maria Dyoniſius à S
Maria Fulgentius à S
Mariæ Naw Henricus
Marius Leonardus
Maſen Jacobus
Maſtrich Petrus à
Matare Joannes
Matenburgius Joannes
Mateneſius Joannes Fridericus
Matthiſius Gerardus
Maurus Hartmannus
Mechlinia Joannes à
Meer Matthias
Meermannus Thomas
Megerle Andreas
Menſinck Theodorus
Mercator Gerardus
Merlo Jacobus
Merman Thomas
Meſchedenſis Scholaſticus Franco
Meſdorpius Hermannus
Meshovius Arnoldus
Meſſen Leonardus
Michael Petrus
Michaelis Thomas
Michaelis Joannes
Middendorff Lubertus
Middendorpius Jacobus
Milendunck nobilis Cæſarius de
Milon Franciſcus
Mockel Petrus
Moers Petrus
Molitor Wilhelmus
Moll Lambertus
Mollenbeck Petrus de
Monaſterio - Effliacum Gymnaſium
Monaſterio Theodoricus à
Monheimius Joannes
Montanorum Gymnaſium
Monte Lambertus de
Monte Theodoricus de
Monte Gerardus de
Morelles Coſmas
Morckens Michael
Moritz Petrus
Moſander Jacobus
Mueleman Adrianus
Muller Detmarus
Mulman Hieronymus
Mulman Joannes
Mum Chriſtianus Leopoldus Joannes von
Munchendam Arnoldus
Munſterus Andreas
Munſterus Caſpar
Murmelius Joannes
Mylius Arnoldus

N.

NAboth Valentinus
Nae Joannes
Nakatenus Everhardus
Nakatenus Wilhelmus
Nathen Stephanus condictus Spormächer
Nederhoff Joannes
Neeſer Auguſtinus
Neesbach Arnoldus
Neevius Joannes
Negri Joſephus
Nehemius Hermannus
Neiſſen Nicolaus
Neiſſen Adolphus
Neowaldus Joannes
Nethenus Matthias
Neuville Gerardus de
Neuſer Bruno
Newenaar Hermannus Comes de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nickel Goſwinus
Nicolartz Petrus
Nicolao Dominicus à S.
Nieb Wolphelmus Comes de
Nieillius Joannes
Niviandts Fridericus
Nopelius Joannes
Northoff Levoldus nobilis à
Noveſianum Gymnaſium
Novimola Sebaſtianus
Noviomagus Joannes
Novo Foro Gregorius de
Numiſmatum Collectores
Nurtingen Joannes de
Nutten Jacobus

O.

OBladen Petrus
Offermans Leonardus
Oldendorpius Joannes
Olearius Joannes
Oliverius
Omphalius Jacobus
Oranus Joannes
Orſoye Henricus de
Oſterman Petrus
Oſwald Albertus
Othelgrimus
Othmarus
Otterburgenſis Philippus
Overbach Rutgerus
Overham Adolphus

P.

PAes Criſpinus von de
Packenius Joannes
Paffradius Caſparus
Panhauſen Jacobus à
Pantaleonita Chriſtianus Ordinis S. Benedicti
Pantaleonita Godefridus Ordinis S. Benedicti
Pantaleonita anonymus duplex
Pantaleonita Stephanus Ordinis S. Benedicti
Pantaleonem Rodulphus Abbas Colonienſis ad S.
Parochus Catholicus Montenſis
Paſſerat Franciſcus
Pauli Segerus
Pawels Segerus
Pelſius Joannes
Perlinus Joannes
Peſſelius Joannes
Petriſſa
Petri Cunerus
Petri Suffridus
Petreius Theodorus
Pfefferkorn Joannes
Pleumen Matthias
Philippus
Phriſſemius Joannes Matthæus
Pictorius Albertus
Pilckman Chriſtophorus
Pilgrum Gerardus à
Piro Henricus de
Plickius Petrus
Poelman Adamus
Polch Joannes
Polius Jacobus
Porceto Albertus de
Portz Wilhelmus
Potken Joannes
Præſul Lambertus
Pulman Theodorus
Pupper Joannes
Putzius Henricus
Putzius Matthias

Q.

QUadus Matthias
Queſtenberg Caſparus à

R.

RAganus Hermannus
Ramus Daniel
Rantzow Chriſtophorus Comes à
Raucourt Oneſimus
Reck Henricus von der
Redinghoven Joannes Godefridus von
Regina Gregorius à
Reidt Joannes von
Reineri Balthaſar
Reipkens Henricus
Renſinck Joannes
Reichman Godefridus
Reul Bonaventura
Reuter Fridericus Adolphus
Rham Richardus
Rhay Theodorus
Rhentferd Jacobus
Richardus Anglus
Rickius Jacobus
Rivius Joannes
Riphan Theodorus
Roberti Joannes
Roderique Ignatius
Roeſtius Petrus
Roetz Joannes
Rogier Philippus de
Roher Gerardus
Roingh Conradus
Rolandus Rutgerus
Rolevinck Wernerus
Rorich Joannes Fridericus
Roſendahl Henricus à
Roſendahl Joannes
Roſtius Petrus
Rovenius Philippus
Rubenus Leonardus

Rubens Petrus Paulus
Rubenius Philippus
Ruidius Stephanus
Rupæus Henricus
Rupilius Joannes
Rutgero Joannes à S.
Rynthelen Cornelius van

S.

SAdalerus Andreas
Salsman Wilhelmus
Saliceto Damianus à
Salvianus
Sandæus Maximilianus
Santensis S. Norbertus
Sarburg Matthias
Sartorius Jacobus Theodardus
Sasboult Adamus
Sasserath Reinerus
Scadland Joannes
Schopen Wolterus
Schævius Henricus
Schall à Bell Joannes Adamus L. B.
Schaumburg Rudolphus
Schawenbourg Adolphus Comes de
Scheffer Petrus
Scheibler Christophorus
Schetzer Joannes
Scheidanus Joannes
Schlosser Hermannus
Schmackert Gualterus
Schmittman Petrus
Schmitz Bruno
Schmitz Franciscus
Schmitz Reinerus
Schmitz Thomas
Schneidt Hubertus
Schrick Matthæus
Schnitzel Joannes
Schnorrenberg Anna
Schoepen Jacobus
Schoffer Benedictus
Schomacker Georgius
Schonebeck Gerardus Henricus von
Schorn Bernardus
Schrembgen Mauritius
Schucking Joannes
Schulkenius Adolphus
Schultheis Henricus
Schultingius Cornelius
Schurmans Anna Maria von
Schwartz Caspar
Schweitzer Fridericus von
Schweitzer Joannes
Scotus Marianus
Sculpinus Christianus
Sedulius Henricus
Seiler Joannes
Seinerus Joannes
Servita in Monte S. Crucis prope Bonnam
Sibelius Caspar
Sibenius Martinus
Sibenius Petrus
Sifanus Laurentius
Sittartz Godefridus
Sigebergensis Albertus
Sigebergensis Ordinis S. Benedicti
Sigebergensis Tilmannus
Simonius Henricus
Slotanus Joannes
Smelingus Tilmannus
Sobius Jacobus
Solenander Reinerus
Sommalius Henricus
Sonsbeckius Petrus
Spe Fridericus nobilis von
Spilberg Joannes
Spira Simon de
Spoermacker Georgius
Sprenger Jacobus
Sprucker Laurentius
Staden Guillelmus
Staden Wilhelmus
Stalenus Joannes
Stalen Wilhelmus
Stapelius Henricus
Sturmius Joannes
Stauber Hieronymus
Steinfeldensis Albertus
Steinhawer Antonius
Steinen Sifridus von
Steinen Joannes Theodoricus von
Steinsick Hermannus
Stevartius Petrus
Stockius Martinus
Stralen Jacobus de
Streithagen Petrus à
Streithagen Andreas
Streveldorff Wolterus Henriquetz à
Strobelius Ferdinandus
Suls Petrus
Sultz Joannes Moir
Surius Laurentius
Susato Conradus de
Susato Nicolaus de
Susteren Theodoricus de
Sutholdt Bernardus
Sweyve Jacobus de
Synnama Haringus Siffridus

T.

TAisnerius Joannes
Tangerius Gualterus
Tappius Eberhardus
Taulerus Joannes
Teschenmacher Engelbertus
Teschenmacher Wernerus
Teutonicus Laurentius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Textoris Guillelmus
Thenen Henricus
Thomasius Winandus
Thomæ Nicolaus
Thour Joannes
Thuldenus Christianus Adolphus
Thummermuth Wernerus
Thyræus Petrus
Thyræus Hermannus
Tinctor Joannes
Titianus Wernerus
Tuitiensis Abbas Rupertus
Titz Joannes
Tollius Jacobus
Trajectensis Simon
Tremoniensis Annalista
Tremonia Conradus de
Tricoronatum Gymnasium
Triest Jacobus à
Trips Franciscus Xaverius
Troistorff Libertus de
Turck Henricus
Tybius Joannes
Tymæus Jacobus

V.

Valckenier Joannes
Vaux Remaclus de
Veken Franciscus van der
Vellius Justus
Venedien Henricus
Verhaven humilis
Verhorst Joannes Petrus
Verlor Joannes
Veslingius Joannes
Vetweys Bernardus
Victor Joannes
Villicensis Monialis Bertha
Vinandus Stephanus
Vinitoris Gerlacus
Vipsanius Marcus Agrippa
Visling Antonius
Vitting Albertus
Vivienus Georgius
Vlenberg Casparus
Vlenberg Joachimus Fridericus
Voerda Nicasius de
Voetz Melchior
Vochs Joannes
Vodromo Adamus de
Vogolon Joannes
Volsius Joannes
Vondel Jodocus van den
Vopelius Casparus
Vorstius Balthasar
Vorstius Conradus
Vos Joannes
Vossius Gerardus Joannes
Voswinckel Fridericus
Vranius Henricus
Vrese Ægidius de
Ursinus Joannes
Ursula Ægidius à S.
Utenhovius Carolus
Vuchten Eliphius

W.

Wachtendunck Petrus
Wagener Petrus
Walbott à Bassenheim Joannes Adolphus Baro
Wallendorpius Joannes
Walenburch de Adrianus
Walenburch de Petrus
Wallenburg de Petrus
Walrami Laurentius
Walterus Collarodus
Wartenberg Franciscus Wilhelmus Comes de
Wassenbergius Everhardus
Weber Melchior
Wegerstrass Christianus
Weinckens Joannes
Weiss Joannes
Weissweiler Henricus
Well Petrus à
Werlis Henricus de
Werdena Joannes de
Werdinensis Mon. Uffingus
Werlensis Dionysius
Werlius Hermannus
Werthinensis S. Ludgerus
Westenberg Gerardus
Westphalia Thomas de
Westhoven Aurelius
Westhoven Conradus
Westhoff Theodorus
Weyer Godefridus
Wetzlaria Matthias de
Wichterich Daniel Nobilis à
Wickede Lambertus à
Wickius Henricus
Widenbach Hermannus de
Wierus Joannes
Willingen Aloysius van
Wilmius Joannes
Wilmius Joannes
Winterus Joannes
Wintrich Victor
Wintzler Christophorus von
Wirtz Melchior
Witlich Joannes
Wolbeto Abbas ad S. Pantaleonem
Wolff Metternich von der Gracht Guillelmus
Wyelius Alardus
Wynninghen Joannes à
Wyrich Joannes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

X.

XYlander Lambertus Henricus

Z.

ZAcharias Lippelloo
Zahn Baltaſſar Conrad
Zephenius Winandus
Zierixenſis Amandus
Zimmerman Carolus Paulus von
Zimmerman Henricus
Zittardus Conradus
Zittardus Hermannus
Zittardns Matthias
Zonsbeckius Henricus
Zumbach Lotharius van Coisfeld
Zutphanenſis Gerardus

SUPPLE

Aken Hans von
Aquenſis Cuſtos Albertus
Aquenſis Leonardus
Boeclerus Joannes Wolffgang
Bonna Meinradt von
Colonienſis Geldrop
Colonienſis Moricius
Colonienſis Witkindus
Fiſcher Joannes Petrus
Foppius Henricus
Gippenbuſch Theodorus Henoicus
Girken Nicolaus
Strevesdorff Martinus Henriquez von
Verhagh Petrus

FINIS
INDICIS PRIMI
COGNOMINUM
Quotquot hactenus detegi potuerunt.

INDEX

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX II.

NATIONUM BIBLIOTHECÆ COLONIENSIS.

COLONIENSES ex METROPOLI

ABrahamus Camp
Abraham Colonienſis
Abraham Hohenberg
Adam Colonienſis
Adolphus de Bingen
Adolphus Brachel
Ægidius à S. Urſula, Roprecht
Agrippina Mater Neroni Auguſti
Albanus à S. Heriberto
Albanus à S Joanne Baptiſta, Brauweiler
Alfridus
Andreas Eſſer
Andreas Falckenberg
Andreas von Gail
Andreas Munſterus
Anna Maria à Schurman
Anno Schnorrenberg
Antonius Dulckenius
Antonius Hieratus
Arnoldus Birckmannus
Arnoldus Kruff Dictus Crudener
Arnoldus Neelsbach
Auguſtinus Brun
Balthaſar Vorſtius
Bartholomæus Colonienſis
Benedictus Junckerſtorff
Brocardus Billick
S. Bruno Patriarcha Carthuſianorum
Cæſarius Heiſterbacenſis
Caſpar Gennep
Caſpar Hartzheim
Caſpar à Queſtenberg
Chriſtophorus Feiſt
Conradus Vorſtius
Criſpinus van de Paes
Daniel à Wichtrich
Eucharius Cervicornus
Everhardus Hennottus
S. Famianus Guardus
Franciſcus Conſtantinus Marx
Franciſcus Schmitz
Franciſcus Xaverius Trips
Fulgentius à S. Maria aliàs
Joannes Arnoldus Dulman
Gabriel Dulman
Georgius Braun
Gerardus Caſteel
Gerardus Colonienſis
Gerardus Weſtenberg
Gerlacus Vinitoris
Gobelinus Carmelita Colonienſis
Gobelinus Cartuſianus
Godefridus Candelarius
Godefridus Chriſtianus Frohn
Godefridus Hugene Scriba Urbis
Godefridus Hittorp
Godefridus Kempens
Godefridus Monachus Pantaleonita
Godeſcalcus de Grüe
Gregorius de novo Foro
Guillielmus Boys
Guillielmus Colonienſis
Guillelmus Staden
Hans van Aken
Henricus præpoſitus in Gradibus & Scholaſticus S. Gereonis.
Henricus Blyſſemius
Henricus Bock
Henricus Colendall
Henricus Cornelius Agrippa
Henricus Doergang
Henricus Frieſſem
Henricus Hilden
Henricus Hinsberg
Henricus Jonghen
Henricus Lieblerus
Henricus à Monte Carmelo
Henricus de Piro
Henricus de S. Virginibus
Henricus Stapedius
Henricus Zoonsbeckius
Heribertus Hobbuſch
Hermannus Appeldorn
Hermannus Auſſemius
Hermannus Cappenbergenſis
Hermannus Crombach
Hermannus Hermes
S. Hermannus Joſeph
Hermannus de Widenbach
Hubertus Lintz
Jacobus Emans
Jacobus Haick
Jacobus Horn
Jacobus Sobius
Jeremias Griſſelbrun
Joannes Adamus Schall L. B. à Bell.
Joannes Baptiſta Bebber,
Joannes Baumeiſter
Joannes Billicus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannes Blanckenberg
Joannes Xtianus Bocken
Joannes Colonienſis Ordinis Prædicatorum
Joannes de Colonia
Joannes de Colonia Ordinis Minorum
Joannes Conradus à Liskirchen
Joannes Curvello
Joannes Echtius
Joannes Fridericus Rörigh
Joannes Gabriel Fabri
Joannes Gabriel von der Ketten
Joannes Gummersbach
Joannes Gymnicus
Joannes Haickſtein
Joannes Heyl - Soter
Joannes Hiltz
Joannes Hohenberg
Joannes Hulſman
Joannes Horn cognomento Goldſchmidt
Joannes Ketteler
Joannes Maes
Joannes Matthæus Phriſſemius
Joannes Michael von der Ketten
Joannes Moirs
Joannes Petrus Verhorſt
Joannes von Rheidt
Joannes Titz
Joannes Valckenier
Joannes Vochs
Joannes Wallendorpius
Joannes Weinckens
Joannes Weis
Joannes Wilhelmus Thour
Joannes Witlich
Joannes à wynningen
Jodocus van den Vondel
Lambertus Colonienſis
Laurentius Teutonicus Colonienſis
Leonardus Goffinet
Matthæus Agritius
Matthias de Colonia
Matthias Cramer
Matthias Kinckius
Melchior Braun
Melchior Funck
Melchior Hittorp
Melchior Wirtz
Michael Frieſſem
Michael Mörckens
Pantaleonita Colonienſis
Pantaleonita Colonienſis alter
Petriſſa
Petrus Bonn
Petrus Broich
Petrus Gerresheim
Petrus Gummersbach
Petrus Kerſman dictus Sintzig
Petrus Leurenius
Petrus Lieberich
Petrus Liphauſen
Petrus Maſtricht
Petrus Michael cognomento Brilmaker
Petrus Moers
Petrus Moritz
Petrus Obladen
Petrus Oſterman
Petrus Paulus Rubens
Petrus Wachtendunck
Philippus Cox
Philippus Colonienſis
Philippus Rubenius
Reinerus Bachovius ab Echt
Reiuerus Schmitz
Renatus Colonienſis
Rutgerus Edingius
Salvianus
Servatius Ædicollius
Simeon de Colonia
Simon Derckum
Simon Herbau
Stephanus Broelmannus
Stephanus Colonienſis
Stephanus exiguus
Stephanus Pantaleonita
Theodorus Dulman
Theodorus Hunkirch
Thomas Mermannus
Thomas Steinhaus
Valentinus Naibote
Victor Gelenius
Wilhelmus Beckers
Wilhelmus Birchman aliàs Krabben
wilhelmus Frieſſem
wilhelmus van Grevenbroich
wilhelmus Salſman
wilhelmus Staden
witekindus
wolbero

EX ARCHIDIOECESI COLONIENSI

ANDERNACENSES.

Adamus Andernacenſis
Albertus Jacobus Omphalius
Henricus de Andernaco
Joannes de Andernaco
Joannes Guinterus
Ludowicus Helleſemius
Matthæus Creutz
Matthias Emich
Petrus Plickius
Stephanus Ruidius

AR-

ARWEILERENSES.

JAcobus Rickius
Franciſcus Boelen

BONNENSES.

FErdinandus Strobelius
Chriſtophorus Pilckman
Cornelius Maes
Henricus ab Eick
Henricus Lölgen
Joannes Gobelinus
Meinradt von Bonna
Tilmannus de Bonna
Wendelinus Bagen

KEMPENSES.

ÆGidius Gelenius
Godefridus Sittartz
Henricus Balthaſar Blum
Joannes Brugmannus
Joannes Gelenius
Joannes Gelenius
Joannes Petrus Fiſcher.
Joannes Wilmius
Joſeph Averhauſen
Martinus Duncanus
Thomas Hämmerlein de Kempis

LINTZENSES.

ADolphus Neiſſen
Carolus Paulus von Zimmermann
Jacobus Filenbach

NOVESIENSES.

CHriſtianus Weyerſtras
Gualterus Schmackert
Guillelmus Hamerus
Hermannus Tyræus
Joannes wyrich
Martinus Henriquez à Strevesdorff.
Matthæus Hoen
Petrus Tyræus
Woltherus Henriquez von Streversdorff

EX AGRO ARCHIDIOECESIS COLONIENSIS.

ALbertus Grunewaldt
Albertus Steinfeldenſis
Albuinus Eremita
Andreas Eſchenbrender Unckelenſis
Andreas Eſchenbrender Breitbacenſis
Pantaleon Eſchenbrender Breitbacenſis
Antonius Hambloch Tolpiacenſis
Antonius Steinhauer ex Heimertheim
Arnoldus Arnoldi de Unckelbach
Arnoldus Mandt ex Linn
Bernardus Heimbach Tolpiacenſis
Bertha
Bruno Eques de Bieſterfeldt
Conradus de Betzdorff
Conradus Brauweilerenſis
Guillelmus Maria Lohrer ex Poppelsdorff
Herebertus Bauch ex Sechtem
Joannes Khuen ex Breitbach
Joannes Luckenrath ex Heiſteren
Joannes Pollich Rheinbacenſis
Joannes Schetzer ex Broichhauſen
Joannes Scleidanus
Joannes Seiler ex Scleiden
Joannes Sturm Scleidanus
Lambertus Tuitienſis
Laurentius Fabritius Urdingenſis
Laurentius Siffanius Brunsfeldius
Laurentius Walrami
Leonardus Offermans ex Elffgen
Malmundarienſis Monachus
Matthias à S. Joſeph aliàs Bender ex Erpel
Matthias Reul Tulpetenſis
Norbertus Horichem ex Erp
Reinerus Saſſerat ex Holtzheim
Sibertus de Troisdorff
Simon Hebræus ex Schantz prope Cæſaris Inſulam
Thomas Schmitz ex Brauweiler

EX DUCATU WESTPHALIÆ ET COMITATU ARNSBERGICO

CAſparus Brandis werlenſis
Caſpar Vopelius ex Medebach
Chriſtianus Adolphus Tuldenus ex Volckmarſen
Chriſtophorus Brandis Rudenſis
Conradus Comes ab Arnsberg
Conradus Roingh Rudenſis
Conradus Weſthoff ex Weſthoff
Dionyſius werlenſis
Everhardus Tappius
Ferdinandus liber Baro de Furſtenberg
Francko Meſchedenſis
Geruinus Haverlandt
Godefridus Richman
Godeſcalcus de Meſchede
Henricus Boick de wilſtein
Henricus à Schulteis
Henricus de werlis
Joannes Mattenborgius ex Munda
Joannes Michael Gigas Ludenſis
Joannes Rivius Attendorienſis
Joannes Seinerus ex Volckmarſen

Joannes Veslingius ex Menden
Melchior Cornæus Brilonienſis
Petrus Schmidtman Mendenſis
Philippus Knipſchild ex Medebach
Theodoricus Greſemund de Meſchede
Richardus Rham wedinghuſanus

EX AQUISGRANI LIBERA IMPERII CIVITATE.

ÆMilius Antonius
Albertus Cuſtos Aquenſis
Albertus Pictorius
Albertus de Porceto
Bartholomæus Fibus
Godefridus Candelarius
Godeſcalcus Præpoſitus Aquenſis
Guillelmus Textoris ſive Tzewer
Henricus Fabritius
Henricus Thenen
Jacobus Nutten
Joannes Brammart
Jounnes Brando
Joannes Gluel
Jodocus Beiſſel
Leonardus Aquenſis
Leonardus Meſſen
Matthæus Schrick
Matthias Cremerius
Matthias Zittardus
Petrus Bongart
Petrus Keuzæus
Petrus à Streithagen
Rutgerus Rolandus
Sebaſtianus Aquenſis
Theodoricus de Aquis
Tilmannus Aquenſis

MARCANI.

BErnardus Balduinus Fleien condictus Stangefelt Swertenſis.
Caſparus Callenberg ex Caſtrup
Fridericus Voſwinckel
Gerlacus Buxtorff Camenas
Georgius Gerlich Lunenſis
Georgius Schomaker Lnnenſis
Georgius Spormaker Lunenſis
Gerardus Habbius Lunenſis
Godefridus Adrian ex Unnâ
Henricus von der Reck zu Kemna
Hermannus Fley Swertenſis
Hermannus Fley condictus Stangefelt Swertenſis.
Joannes Buxtorff Camenas
Joannes Hoſt à Romberg ex Kirſpen
Juſtus Volſius Lunenſis
Levoldus à Northoff
Martinus Faſtardus à Brakel
Stephanus L. B. de Clodh ex Hennen

EX VESTA RECKLINGHUSANA

CHriſtianus Gerſon.
Ckriſtophorus von Wintzler Cancellarius
Joannes de Durſten.
Ludolphus Schaumburg

ASSENDIENSES.

ADolphus de Aſſendia.
Fridericus Hiltrop.
Joannes de Eſſendia
Joannes Urſinus Heresbachius
Leonardus Rubenus

WERTHENSES.

ADolphus Overham Werthenſis.
Joannes de Werdina

TREMONIENSES.

ANnaliſta Tremonienſis.
Bertramus de Hagen
Caſpar Schwartz.
Conradus Tremonienſis.
Ditmarus Mullher
Franco.
Georgius Dieffhaus.
Henricus von dem Broke.
Hermannus Nehemius.
Jacobus Schoeper.
Joannes Kerckhorde.
Joannes Nederhoff.
Joannes von Bers-Wordt.
Joannes Voos.
Lambertus à Wickede.
Reinoldus Kerckhorde.
Rutgerus Overbach.
Sifridus von Steinen
Theodoricus de Monte.
Theodoricus Weſthoffen.
Tilmannus ab Hagen.

SUSATENSES.

ALbertus Aldegreff.
Antonius Affelmannus.
Arnoldus de Lutteke.
Caſpar Klock.
Conradus de Suſato.
Henricus Aldegreff.
Hermannus Lappe ex Dincker.
Jacobus de Schweive.

Joan-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannes Affelmannus
Joannes Gropper
Joannes Michaelis
Nicolaus de Susato.
Patroclus Boickman.
Theodorus Hoepingius
Thomas Michaelis.
Thomas Reussen.

JULIACENSES.

Adamus Burvenich Marcoduranus.
Adamus Contzen Monjavius.
Adamus Lutzius conditus Brewer.
Adrianus Lamezan ex Wassenberg.
Andreas à Streithagen ex Mezenhausen
Antonius Cornelius ex Linnich.
Arnoldus Harff L. B. de Drimborn.
Arnoldus Hertsworm ex Weisweiler.
Benedictus alias Chrysanthus de Munstereiffel.
Bernardinus Vetweis Marcoduranus.
Brocardus à S. Laurentio Sittardiensis.
Brocardus à S. Nicolao Sittardius.
Bruno Chamans Gladbacensis.
Bruno Schmitz ex Nidecken.
Cæsarius de Milendunck.
Caspar à Barenstein.
Caspar Munster ex Munster Eiffel.
Christianus Ischyrius Juliacensis.
Christianus Sculponius Gangeltensis.
Christina de Bruzo Stommulensis.
Conradus Sittardus de Zittardiâ.
Everhardus Nakatenus ex Gladbach.
Everwinus nobilis de Helffenstein
Fabritius Cæsar Gladbacensis.
Franciscus Agricola ex Loch.
Franciscus Fabritius Marcoduri.
Fridericus Baro de Spe
Gerardus de Selen.
Gerardus de Erkelens.
Gerardus Greff ex Munstereiffel.
Gerardus Joannes Vossius Wassenbergius.
Gerardus Mercator parentibus Juliacensis.
Gerardus Roen von der Lanch.
Gladbacensis.
Godefridus Gryn de Aldenhoven
Goswinus Nickel ex Cossélar.
Guillelmus Insulanus ex Grevenbroich.
Helias Marcæus Julias.
Henricus Brewer Juliacensis.
Henricus Cuperus Juliacensis ex Urbe.
Henricus Goltzius ex Mulbracht.
Henricus Putzius Marcoduranus.
Henricus Weisweiler ex Weisweiler.
Henricus wickius ex wassenberg.
Henricus Zimmerman ex Broich.
Heribertus Juliacensis.
Hermannus Berg.
Hermannus Schlösser ex Lövenich.
Hermannus Vollhauer.
Hermannus Zittardus.
Hilgerus Gartzweiler ex Münstereiffel
Hubertus à Caster ex Münstereiffel.
Hubertus Lommessem ex Munstereiffel.
Jacobus Boyman ex Odweiler.
Jacobus Cruckelius ex waldradt.
Jacobus Kritzrath ex Gangelt.
Jacobus Masen ex Dahlen.
Jacobus Millendunck Carmelita.
Jacobus Polius Marcoduranus.
Joannes Bucheis Juliacensis.
Joannes Buchlerus ex Munchen Gladbach.
Joannes Cæsarius ex Juliaco.
Joannes Conradus à Knippenburg ex Emichhoven
Joannes de Duren.
Joannes Dursfelt ex Oberembt.
Joannes Fabritius Cæsar ex Gladbach.
Joannes Gamans ex Nuenar.
Joannes Godefridus Roetz ex Baasem in Eifflia.
Joannes Dominus de Heinsberg.
Joannes Lambertz ex Vlatten.
Joannes Laurentius ex Randerath.
Joannes Packenius ex Bosselaer.
Joannes Rosenthal ex Hertzogenrath.
Joannes Schweitzer Juliacensis.
Joannes Thomas Bey ex Baestvveiler.
Joannes Wagener ex Gusten.
Israel von Meckenich Eiffliacus.
Laurentius Sprunckel Pastor in Aremberg.
Leonardus Hansen Juliacensis.
Leonardus Jansen ex Vrelenberg.
Lucas Abbas Comes ad Indam.
Ludovicus Cornelius Marcoduranus.
Martinus Sibenius ex Dalen.
Matthæus Boys Munstereiffliacus.
Matthias Dalensis.
Matthias Heimbach Euskirchius.
Matthias Meer ex Holtzweiler.
Matthias Pfleumer.
Matthias Nethenus ex Suchtelen.
Matthias Putz Marcoduranus
Michael Herbrandt de Düren.
Michael ab Himselrath aus den Pölen.
Paulus Chimorræus ex Beck Juliacensi.
Petrus à Beck.
Petrus Frohnen ex Froitzen.
Petrus Juliacensis.
Petrus Matzenradius.
Petrus Sibenius ex Dalen.
Petrus à Streithagen Hinsbergensis.
Philippus Dresanus ex Marcoduro.
Quirinus Goesselins.
Renatus Henæus ex Scherpensell.
Reinerus Bongartius Gangeltensis.
Sebastianus Knippenberg ex Helden.
Severinus Binius ex Randerath.
Stephanus Juliacus.
Theodoricus Gangelt.
Theodoricus de Susteren.
Thomas Reinen Marcoduranus.

Wernerus Titianus Sive ex Titz.
Wilhelmus Heimbach Euskirchius.
Wilhelmus Kyriander.
Wilhelmus Molitoris ex Paffendorff.
Wilhelmus Nakatenus ex Gladbach.

MONTENSES.

ADamus Adami ex Mulheim am Rhein.
Albertus Siegebergenſis.
Albertus Vitting Duſſeldorpius.
Aldenbergenſis Monachus & alter Anonymi.
Aleydis Sicambra.
Antonius Wiſſing Sigburgenſis.
Antonius Hulſius ex Hilden.
Aurelius Wetthoven Duſſeldorpius.
Bernardus Schorn Duſſeldorpius.
Caſparus Bieſman Duſſeldorpius.
Caſparus Sibelius ex Elverfeld.
Caſpar Paffradius ex Lennep.
Chriſtianus von Honff.
Conradus ex Herresbach.
Conradus Iſerenhuyſt de Ratingen.
Cornelius à Rynthelen Duſſeldorpius.
Engelbertus Holterhoff Montenſis.
Engelbertus Teſchenmacher Elverfeldius.
Fridericus Niviandts Duſſelanus.
Georgius Duſſeldorpienſis.
Gerardus de Schonebeck.
Godefridus Weyer ex Paffrath.
Henricus von Gerresheim.
Henricus Litberg ex Mulheim am Rhein.
Henricus à Roſenthal Montenſis.
Henricus Simonis ex Mulheim am Rhein.
Hermannus Pfeilſtiker Duſſeldorpienſis.
Hilgerus Kneutgenius Siegeburgenſis.
Jacobus Rhentferd ex Mulheim am Rhein.
Joachimus Steinhawer Duſſeldorpienſis.
Joannes Bernardus Antonius Keyl Duſſeldorpius.
Joannes Bertramus Breidt ex Mulheim am Rhein.
Joannes Bredenbachius Duſſeldorp.
Joannes Clauberg Solingenſis.
Joannes à Flittardia.
Joannes Freytag de Duſſeldorpio.
Joannes Lycaulas Montanus.
Joannes Monhemius ex Elverfeldt.
Joannes Schmitz ex Wipperfurdt.
Joannes Spilberg Duſſelanus.
Joannes Thomas Broſii Montenſis.
Jodocus Stimpelius
Matthias Bredenbachius ex Kerſpen.
Matthias Camphauſen Duſſeldorp.
Melchior Voets Duſſelanus.
Nicolaus Nieſſen Paſtor in Burg.
Petrus Broichhauſen ex Medman.
Petrus Scheffer Paſtor in Ober Caſſel.
Reinerus Kylman Solingenſis.
Rolandus de Lennep.
Sigebergenſis Monachus I. II. III.
Tobias Magirus ex Angermand.
Tilmannus Sigebergus.
Tilmannus Smelingus Sigebergenſis.
Wernerus Teſchenmacher ex Elverfeld.
Wilhelmus Caſparus Dycks Duſſeldorp.
Wilhelmus Thammerus.

RAVENSBERGENSES.

JOdocus Coccius ex Bilefeld.
Henricus Foppius Herfordenſis.
Lubertus Middendorp ex Bilefeld.

RAVENSTEINII.

ALoyſius van Willigen.

CLIVENSES.

ARnoldus Freithagius Embricenſis.
Archangelus à Matre Dei aliàs Ermens Gravienſis.
Arnoldus Haldrenius Veſalienſis
Arnoldus Heimricius Clivus.
Arnoldus Poſſembruchius Embricenſis.
Auguſtinus Neeſer Furſtenbergius
Cæleſtinus à S. Henrico aliàs Ewig Gravien.
Egbertus Hop Clivius.
Everhardus de Ghvis.
Eumenius Cliv.
Fridericus Lamberti Embricus.
Gerardus Hanſen Xantenſis.
Gerardus de Neufville Veſalienſis.
Gerardus von Schewren Xantenſis.
Henricus Eger de Calcar.
Henricus Elverich Embricenſis.
Henricus Sedulius.
Henricus Turck ex Goch.
Henricus à Venedien ex Calcar.
Henricus Uranius Reſenſis.
Hermannus Gretus Xantenſis.
Hermannus de Weſalia.
Humilis Verhaven Clivenſis.
Jacobus Caniſius ex Calcar.
Joannes Calcarienſis.
Joannes Freithag Clivus.
Joannes Hinſen Veſalio-Clivus.
Joannes Melas Clivenſis.
Joannes Niellius Veſalio-Clivus.
Joannes Olearius Veſalius.
Joannes Pupper ex Goch.
Joannes Stalenus Civis Reſenſis.
Joannes Tybius Duisburgius.
Joannes Wintherus Xantenſis.
Jodocus à Dudinck Reſenſis.
S. Norbertus prope Xanten.
Petrus à Cutſem Veſalienſis.
Petrus de Duisburgo.
Petrus à Well Veſalius.
Reinerus Solenander ex Buderich.
Sebaſtianus Novimola Duisburg.

Ste-

Tackius Duisburg.
Theodoricus Boelart Calcarienſis.
Theodorus van Couwerden ex Goch.
Theodorus Pulmannus Cranenburg.
Theodorus Rhay Reſenſis.
Tilmannus Bredenbachius Embricenſis
Tilmannus Heshuſius Veſalienſis.
Wilhelmus de Werdt.

MOERSENSES.

Antonius Deuſing Moerſenſis.
Arnoldus Goor Moerſenſis.
Arnoldus Mylius ex Vriemersheim.
Petrus Cratepoil.

EXTERNI GERMANI.

Adamus Aniol Moguntinus.
Adamus Villicus Trevirenſis.
Adamus de Vodromo.
Adolphus Comes de Schauemburg.
Ætho Joannes à Freudenberg.
Albertus Magnus Thuringus.
Albertus Oſwaldt Moguntinus.
Andreas Ketwig de Confluentia.
Andreas Megerle Bavarus.
Antonius de Brubaco Boppardenſis.
Antonius Fiſcher ex Kirchberg Comes Hackenburg
Antonius de Wormatia.
Archangelus à S. Georgio Monachienſis
Arnoldus de Beſſalis Germanus.
Arnoldus Luydius Tungrenſis.
Arnoldus Meshovius Lippienſis.
Arnoldus Munchendam Germanus.
Benedictus Schoeffer ex Oſterreich Moguntinus.
Bernardus Fuggerad Thuringus.
Bernardus Lingius ex Lingen.
Bruno Saxoniæ Dux.
Caſpar Ens ex Lorch Wurtemburgius.
Caſpar Ulenberg Lippienſis.
Chriſtianus Saxo.
Chriſtianus Meyer ex Mengelrod Eisfeldius.
Chriſtophorus Leopoldus Joannes von Mum ex Schwartzenſtein.
Chriſtophorus Comes de Rantzow Holſata.
Chriſtophorus Müller Waldeckius.
Conradus Barſierier de Rodenberg.
Conradus Koellin Suevus ex Ulm.
Cuno Dominus de Falckenſtein.
Dionyſius à S. Maria Trevirenſis.
Everhardus Billick ex Billick Diœceſ. Monaſt.
Franciſcus Burckhard Bojus.
Franciſcus Wilhelm Comes de Wartenberg Barum.
Franciſcus Kappenſtein Sigenenſis.
Georgius Garnefelt Paderbornenſis.
Gerardus Bucoldianus
Gerardus de Caſtris Moguntinus.
Gerardus Erneſtus Hamm Hackenburgius.
Gerardus Kleinſorg Lemgovius.
Henricus Bodeker ex Dringenberg Paderanus.
Henricus Diſſenius Oſnabrugenſis.
Henricus Helmeſius Germopolitanus.
Henricus à Lippia.
Henricus de Marienaw Hildeſius.
Henricus de Monte Thabor.
Henricus Rupæus Monaſterienſis.
Henricus Schevæus Schachterlandinus.
S. Heribertus Suevus
Hermannus Buſchius Diœceſis Monaſterienſis.
Hermannus Buſembaum ex Nottelen Diœceſ. (Monaſt.
Hermannus Rayanus Welſtadius.
Hermannus Schotenius Heſſus.
Hermannus Steinſieck Hervordienſis.
Hermannus Montenſis.
Hieronymus Mulman Lipſienſis.
Hubertus Holthuiſſen ex Stralen Gelderenſis.
Jacobus Leichius ex Cocheim Trevirenſis.
Jacobus Sprenger Germanus.
Joachimus Burgers Lipſienſis.
Joachimus Fridericus Ulenberg Lippienſis.
Joannes Bolthe Diœceſis Monaſterienſis.
Joannes Boltzbachius Spirenſis.
Joannes de Cronenberg Moguntinus.
Joannes Cruſius Bremenſis.
Joannes Fridericus L. B. de Karg Franco.
Joannes Fuiſt ex Creutznach.
Joannes Georgius ab Eckart Germanus.
Joannes Grothaus ex Bechem Weſtphalus.
Joannes Heim ex Biſchoffheim Fuldenſis.
Joannes Hudalrici Baſileenſis.
Joannes Juſtus Landsbergus Bojus.
Joannes Kaldenhuſen Moſellanus.
Joannes Koelver de Wankom Germanus.
Joannes Lottley ex Cocheim Trevirenſis.
Joannes Mulman Lipſius Saxo.
Joannes Nopelius Lipſtadius.
Joannes de Nurtingen Suevus.
Joannes Oldendorpius Hamburgus.
Joannes Pfefferkorn Germanus.
Joannes Philippus Fridt Teutonius.
Joannes Potken.
Joannes Reckſchenckel Trevirenſis.
Joannes Roberti Arduennas.
Joannes Schadlandt Germanus.
Joannes Schucking Darubienſis Weſtphalus
Joannes Sonnemanne Haſſus.
Joannes de Spore Trevirenſis.
Joannes Taulerus Germanus.
Joannes Vietor Spirenſis.
Joannes Wolffgang Boeclerus Germanus.
Laurentius Surius Lubecenſis.
Lotharius Zumbach von Coesfeld Trevirenſis.
Martinus Bucerus Argentoratenſis.
Matthias Quadus ex Kinckelbach.
Matthias de Wetzlaria Palatinus.
Martinus Sarburg.
Melchior Weber.
Michael Aitzinger Auſtriacus.

 Mi-

Michael Urſinus.
Nicolaus Elffen ex Traben Trevirenſis.
Nicolaus Landaſſe Francus.
Nicolaus Langenberg Germanus.
Oliverius Paderbornenſis.
Ortwinus Graes prope Coesfeldiam
Petrus de Francofordia.
Petrus Ludowicus Comes de la Marck Sleidenſis.
Philippus Cæſar.
Rupertus.
Scoicardus Beck Moguntinus.
Simon Antweiler de Spira.
Stephanus Saacif. Wetzlarienſis.
Theodoricus de Monaſterio.
Theodorus Henricus Gippenbuſch Spirenſis.
Victor de Carben.
Wernerus Lotley Boppardienſis.
Wernerus Rolevinck Diœceſis Monaſterienſis.

EXTRANEI BELGÆ.

ADolphus Schulkenius Gelder ex Geldriâ Urbe.
Adrianus Muelman Flander.
Adrianus de Walenburch Roterodamenſis.
Ægidius Afhaker Ultrajectinus ex Ureeſwick.
Albertus Kivet Aruheimius.
Albertus Herofriſius ex Sneka.
Albertus Clumparts Gelder.
Alexander Candidus Blanckart Gandavenſis.
Amandus Zierixenſis Zelandus.
Ambroſius Bockius.
Arnoldus à Bœcop Zutphanienſis.
Arnoldus Havens Baſcoducenſis.
Bartholomæus des Boſſes Hervius Limburgenſis.
Bartholomæus Laurentius Noviomagus.
Bernardus Deſſenius Cronemburg Amſtelodamus.
Bernardus de Lutzemburgo.
Bonaventura Reul ex Aſtenat Limburgenſis.
Bruno Loer Brabantinus.
Burchardus Lingen Swollenſis.
Carolus Uytenhoven Gandavenſis.
Chriſtianus Adrichomius Delphius.
Chriſtianus à S. Jacobo Gelder.
Claudius Lacroix ex Dahlen Limburgenſis.
Conſtantinus Barbanſonius Brabantinus.
Cornelius Graſſus Antwerpienſis.
Cornelius Schultingius ex Steinwick Gelderenſis.
Cunerus Petri à Brovvershaven.
Dominicus Benedixius Snecanus Friſius.
Dominicus à S. Nicolao Geldrienſis.
Everhardus de Amorsfortia.
Ferdinandus Limpens ex Bongard Limburgenſis.
Franciſcus Coſterus Mechlinius.
Franciſcus Duſſeldorpius Lugduno Batavus.
Franciſcus Fabritius Ruremundanus.
Franciſcus Hohenberg Mechlinius.
Franciſcus van der Veken Antvverpienſis.
Geldrop Lovanienſis.
Georgius Caſſander Brugenſis.
Georgius ab Eiſchen Arælunenſis.
Georgius Vivienus Antvverpienſis.
Gerardus Buſæus Noviomagus.
Gerardus Hammontanus Brabantinus.
Gerardus Falcoburg Noviomagus.
Gerardus Harderwick Gelderenſis.
Gerardus Huttinghius Dottinchemenſis.
Gerardus Matthiſius Gelderenſis.
Gerardus à Pilgrum Amſtelodamenſis.
Gerardus Ter Stegen ex Heerenberg.
Gerardus Vivier Gandavus.
Gerardus Zutphanius.
Gisbertus Blochovius Trajectenſis.
Gisbertus Longolius Ultrajectenſis.
Goſwinus Henrici Venlonenſis.
Guillelmus Tungerius Silvæducenſis.
Haringus Siffridus Synnama Friſius.
Heimericus de Camp ex Agro Sylvæducenſi.
Helmicus Amoris de Zutphania.
Henricus de Bommel Gelderenſis.
Henricus de Boſco Ducis.
Henricus à Gorrichem.
Henricus Joannes Batavus.
Henricus Hargard Luxemburgenſis.
Henricus Harphius Limburgenſis.
Henricus Kiſpenning Venlonius.
Henricus de Orſoy Gelderenſis.
Henricus Reipkens ex Wachtendunck.
Henricus Sommalius Dionantenſis.
Hermannus Follinus Friſius.
Jacobus Coemans ab Horſt Pelandus.
Jacobus Merlo ex Horſt Gelderenſis.
Jacobus Middendorp Otmerſenſis Oldenſalius.
Jacobus Moſander Flanderenſis.
Jacobus Panhauſen Oppoteranus Leodius.
Jacob Settigaſt ex Chaſtelet.
Jacobus de Stralen Gelderenſis.
Jacobus Tymæus Amorsfortius.
Joannes Antonianus Neomagus.
Joannes Beetz Brabantius.
Joannes Bilſtein Vervienſis Limburgus.
Joannes Buſæus Neomagus.
Joannes à Daventria Tranſiſalanus.
Joannes Dingens Middelburgius.
Joannes Doccomienſis Friſius.
Joannes Fabritius Bolandus Leodius.
Joannes Haſius Sylvæducenſis.
Joannes Horrion Leodius.
Joannes Luydius Tungrenſis.
Joannes Magnus à Gele Thenenſis.
Joannes à Mechlinia.
Joannes Murmelius Ruremundanus.
Joannes Neevius Machlinius.
Joannes Noviomagus.
Joannes Oranus Leodius.
Joannes Ruyſchius Trajectenſis.
Joannes Slotanus ex Geffen.
Joannes Theodardus Sartorius Bolſwardus.
Joannes Taiſnerius Athenſis Hanno.
Joannes à Trieſt Noviomagus.
Joannes de Vianda.

Joannes Wierus Zelandus.
Judas Velſis Haganus.
Lambertus du Chateau Leodius.
Lambertus Leodiens Monach.
Lambertus de Monte Domini Zutphanius
Laurentius Donckers Sylvæducenſis.
Laurentius à Dript Venlonius.
Laurentius à Groninga.
Leonardus Marius ex Goes Zelandus.
Lollardus Walterus Hollandinus.
S. Lutgerus Friſius.
Magdalius Jacobus von Gauda.
Martinus à Beka Brabantinus.
Maximilianus Sandæus Amſtelodamus.
Michael Cuvellier Leodius.
Michael ab Iſſelt Doccomius Friſius.
Nicaſius de Voerda Machlinius.
Nicolaus Eſchius Oſtervikanus Brabantus.
Nicolaus Girken ex Eyberdingen Luxemburgius.
Nicolaus Thomæ ex Areſtorff Luxemburgius.
Oliverius Legipont Limburgenſis.
Otmarus Trajectenſis.
Paulus Aler ex S. Vito Luxemburgius
Petrus Blomevenna Leydenſis.
Petrus Buſæus Noviomagus.
Petrus Caniſius Noviomagus.
Petrus Holtzemius Daventrienſis.
Petrus Roeſtius Noviomagus.
Petrus Stevartius Leodius.
Petrus de Walenburch Roterodamus.
Razo Bonvicinus Gandenſis.
Reinerus Budelius Ruremundanus.
Reinoldus de Vaulx Boſtonienſis.
Segerus Pauli Flander.
Sibertus de Beka Geldrienſis.
Simon Trajectenſis.
Stephanus Vinandus Pighus Tranſiſalanus.
Suffridus Petri Leovardus Friſius.
Theodoricus à Gouda.
Theodoricus Loer de Stratis Brabantus.
Theodorus Graminæus Ruremundanus.
Theodorus Harlemius Batavus.
Theodorus Petreius Campenſis.
Theodorus Straitman Gelderenſis.
Wilhelmus Dalen à S Vito Luxemburgenſis.
Winandus Thomaſius Stralenſis Gelderenſis.
Winoldus Coſterus Daventrienſis.
Zacharias Lippeloo Antwerpienſis.

EXTERNI VARII EXTRA GERMANIAM ET BELGIUM.

Aaron Scotus
Andreas Sadalerus Anglus.
Benedictus Abbas ad Indam S. Cornelii Tholoſanus
S. Bonifacius Anglus Arch. Colon.
Coſmas Morelles Hiſpanus Catalanus.
Daniel Ramus Norwegus.
Gerardus Wirote Gallus.
Gregorius Jordanus Venetus.
Guillelmus Laurus Anglus.
Henricus Loricus Helvetus.
Joannes Duns - Scotus
Joannes Perlinus Madritenſis.
Joſeph Negri.
Marcus Vipſanius Agrippa Romanus.
Marianus Scotus.
Nicolaus Autberti Lotharingus.
Nicolaus de Flans.
Nicolaus Herborn Gallus.
Oneſimus Raucourt Campanus
Petrus de Clapis Novarienſis Italus.
Petrus de Dacia.
Petrus Ravennas.
Philippus de Roger.
Richardus Anglus.
Thomas Liel de Scotia.

FINIS
INDICIS SECUNDI
NATIONUM

Quæ hactenus detegi potuerunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX III.

DIGNITATUM ET STATUUM.

C. I. Dignitates & Status Ecclesiæ.

§. I. *Cardinales Archi - Episcopi Electores Episcopi.*

ADamus Adami Episcopus Hierapolitanus Suffraganeus Hildesiensis.
Adolphus de Schauenburg Archi - Episcopus & Elector Colonienſis.
Adrianus de Walenburch Episcopus Adrianopolitanus Suffraganeus Colonienſis.
Ægidius Gelenius Episcopus Aureopolitanus Suffraganeus Osnabrugenſis.
Albertus Magnus Episcopus Ratisbonenſis.
Alfredus Episcopus Hildesheimenſis.
S. Bonifacius Archi - Episcopus Colonienſis post Moguntinus.
Bruno primus Archi - Episcopus Colonienſis.
Caspar Munsterus Episcopus Aureopolitanus Suffraganeus Osnabrugenſis.
Conradus Episcopus Venecomponenſis Suffraganeus Colonienſis.
Cunerus Petri Episcopus Leowardienſis.
Cuno à Falckenstein Archi - Episcopus Colonienſis & Trevirenſis.
Daniel Episcopus Verdenſis.
Ferdinandus Episcopus Paderbornenſis & Monasterienſis.
Franciscus Guillelmus Cardinalis Episcopus Mindenſis, Ferdenſis, Osnabrugenſis.
Henricus Episcopus Myrenſis Suffraganeus Spirenſis.
Henricus Fabritius Episcopus Davalienſis Suffraganeus Spirenſis.
Henricus Episcopus Rhedestonenſis Suffraganeus Colonienſis.
Henricus Episcopus Bornaxeugenſis.
S. Heribertus Elector & Archi - Episcopus Colonienſis.
Hilgerus de Burgis Episcopus Buduanenſis Suffraganeus Colonienſis.
Joannes Nopelius Episcopus Cyrenenſis Suffraganeus Colonienſis.
Joannes Petrus Verhorst Episcopus Arbenſis Suffraganeus Trevirenſis
Joannes Schadland de Colonia Episcopus Ecclesiarum Culmenſis Hildesheimenſis Wormatienſis & Auguſtenſis.
Laurentius Fabritius Episcopus Cyrenenſis Suffraganeus Colonienſis.
S. Lutgerus Episcopus Monasterienſis.
Matthias de Colonia Carmelita Ignotæ Sedis Episcopus.
Matthias Emich Carmelita Episcopus Cyrenenſis Suffraganeus Moguntinus,
Michaël Franciſci Episcopus Salubrienſis.
S. Norbertus Archi - Episcopus Magdeburgenſis.
Oliverius Cardinalis Episcopns Paderbornenſis.
Petrus de Walenburch Episcopus Myſienſis Suffraganeus Moguntinus tum Colonienſis Electorum.
Petrus de Francofordia Episcopus Myrenſis Suffraganeus Spirenſis.
Philippus Archi - Episcopus Colonienſis.
Sibertus de Troistorff Episcopus Marſilienſis Suffraganeus Trevirenſist
Stephanus L. B. de Clodh Episcopus Derbenſis.
Wolterus Henriquez à Strevesdorff Episcopus Aſcalonenſis Suffraganeus Moguntinus.
Wolterus Schopen Episcopus Macarienſis Suffraganeus Wratislavienſis.

§. II. *Abbates Præpoſiti Decani.*

AAron Abbas S. Martini & S. Pantaleonis.
Adamus Villicus Abbas S. Martini.
Albertus Andernacenſis Abbas Mediolacenſis.
Andreas Eſchenbrender Decanus Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Georgium, Officialis, Præſes Concilii Electoralis Bonnenſis, & Subin Regiminis.
Adolphus de Bingen Decanus S. Cuniberti.
Adolphus Schulkenius Præpoſitus B. M. V. in Gradibus, Vicarius in Spiritualibus.
Ægidius Gelenius Præpoſitus Craneburgenſis.
Albertus Baro de Palant Præpoſitus Embricenſis Decanus Clivenſis.
Albertus Abbas Steinfeldenſis.
Andreas Munſter Abbas Brauweilerenſis.
Arnoldus Münchdam Abbas Ciſtercienſis de veteri Monte, olim Abbas de Leynin in Marca Brandeburgenſi.
Balthaſar Reiner à Bree Abbas Martinianus.
Benedictus Abbas Anianenſis & S. Cornelii ad Indam.
S. Bruno Patriarcha Cartuſianorum.
Bruno Charmans Abbas Gladbacenſis.
Cæſarius Abbas Prumienſis.

Caſ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Caſpar à Queſtemberg Abbas Strahovienſis.
Chriſtianus Abbas Pantaleonis.
Chriſtianus Pilckman Abbas Steinfeldenſis.
Egbertus Abbas Schönaugienſis Ord. S. Benedicti.
Evervinus Præpoſitus in Steinfeldt.
Georgius Braun Decanus B. M. V. in Gradibus
Godefridus Gryn Præpoſitus de Vrelenberg.
Godeſcalcus Præpoſitus Aquenſis.
Goſwinus Nickel Præpoſitus Generalis Societatis JESU.
Guillelmus Inſulanus Præpoſitus ad S. Adalberti Aquisgrani.
Helmicus Amoris Præpoſitus Generalis Crucigerorum.
Henricus Præpoſitus B. M. V. in Gradibus.
Henricus Liebler Abbas S. Martini primus cum Mitra & pedo.
Henricus à Lippia Ordinis S. Benedicti Abbas Martini.
Henricus von der Reck zu Kemna Præpoſitus ſummæ Ædis Colonienſis.
Hermannus Præpoſitus Cappenbergenſis.
Hermannus Fley Decanus S. Cuniberti.
Hermannus Comes de Neuenar Præpoſitus Metropoliticus & Regalis Aquenſis, Cancellarius Univerſitatis Colonienſis.
Hilgerus Gartzweiler Decanus Collegiatæ Monaſterii Eiffliæ.
Hubertus de Caſter Canonicus & Decanus ibidem.
Hubertus Lommeſſem Canonicus & Decanus Monaſterii Eiffliæ.
Jacobus Horn Abbas in Sponheimb.
Jacobus Konigsbach Abbas Trajectenſis in S. Pauli.
Jacobus Middendorpius Decanus B. M. V. ad Gradus, Scholaſticus S. Gereonis, Præpoſitus Suſatenſis.
Jacobus à Panhauſen Abbas Steinfeldenſis.
Joannes Blanckenberg Abbas Ciſtercienſis Cœnobii de vetere Monte.
Joannes Conradus à Lyskirchen Canonicus S Gereonis & Camerarius, Præpoſitus S. Cuniberti.
Joannes Adolphus ex Liberis Baronibus de Wallbott Baſſenheim Præpoſitus Sigebergenſis.
Joannes Gelenius Decanus SS. Apoſtolorum & in Spiritualibus Colonienſis Vicarius Generalis.
Joannes Horn conditus Goldſchmidt Decanus B. M. V. ad Gradus
Joannes Luckenrath Abbas Steinfeldenſis.
Joannes Maës Decanus ad S. Cunibertum.
Joannes Potken Præpoſitus ad S. Georgium.
Lambertus Akbas S Laurentii in Monte Leodii.
Leonardus Janſen Abbas Knechſtedenſis.
Levoldus à Northoff Præpoſitus Boppardienſis & Chori-Epiſcopus Colonienſis.
Lucas Abbas Monaſterii S. Cornelii ad Indam.
S. Lutgerus Abbas Werthinenſis ad Ruram amnem.
Matthæus Hoen Decanus S Andreæ.
S. Norbertus Patriarcha Præmonſtratenſium.
Norbertus ab Horrichem Abbas Steinfeldenſis.
Petrus à Beeck Juliacenſis Præpoſitus ad D. Adelberti Aquisgrani.
Petrus Sibenius Abbas Gladbacenſis.
Petrus Stevartius Præpoſitus ad S. Dionyſii Leodii & Vicarius Epiſcopi, Præpoſitus ad SS. Apoſtolos Coloniæ.
Petrus Verhagh Decanus Clivenſis.
Philippus Otterburgenſis Abbas Ciſtercienſis.
Rudolphus Abbas ad S. Pantaleonem.
Rupertus Abbas Tuitienſis.
Theodorus van Couwerden Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Duaci
Tilmannus Breidenbachius Conſiſtorii Eccleſiaſtici Præſes.
Wolbero Abbas S. Pantaleonis.
Wibaldus Abbas Malmundarienſis & Stabulenſis Ordinis S. Benedicti.
Wernerus Titianus Prior Generalis Congregationis Canonicorum Regularium S. Auguſtini.

C. II. SÆCULARES.

Viri Equeſtres.

ADolphus Comes de Schawemburg.
Agrippina Auguſta Claudii Auguſti Uxor, Mater Neronis Auguſti, Proneptis Divi Auguſti, & Scriboniæ.
Albertus L. B. de Ballant de Bredenbend.
Arnoldus L. B. Harff Dominus in Bredenbend.
Bruno Dux Saxoniæ Filius Henrici Aucupis.
Bruno de Bieſtervelt Eques Hieroſolymitanus.
Cæſarius Dominus de Milendunck.
Chriſtophorus Comes de Rantzow in Smoll & Henfeld.
Conradus Comes ab Arnsberg.
Daniel nobilis de Wichterich.
Everwinus nobilis de Helffenſtein.
Ferdinandus L. B. de Fürſtenberg.
Fridericus L. B. von Spe ex Langenfeld.
Guillelmus L. B. Wolff von Metternich zur Gracht
Henricus Cornelius Agrippa nobilis de Nettesheim.
Henricus von der Reck zu Kemna.
S. Heribertus Comes Rottenburgicus ad Tubarum.
Hermannus Comes de Newenaer & Moers.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannes Adamus L. B. Schall à Bell.
Joannes Adamus L. B. de Wallbott Baſſenheim in Ollbruggen.
Joannes à Berſworde.
Joannes Fridericus Karg Liber Baro de Bebenburg.
Levoldus à Northoff nobilis Marcanus.
Petrus Ludovicus Comes de La Marck & Schleiden &c.
Wolphelmus ex Ripuariis Comitibus de Nieb.

Miniſtri Conſiliarii Principum & Statuum Imperii.

ADrianus Lametzan Conſiliarius intimus Statûs Electoris Palatini.
Andreas von Gail Aſſeſſor Spirenſis.
Carolus Paulus V. Zimmerman Cancellarius Hildeſienſis.
Caſpar Klock Cancellarius Stolbergenſis.
Chriſtophorus Wintzler Cancellarius Electoris Colonienſis.
Conradus de Betzdorp Procancellarius Univerſitatis Colonienſis.
Cornelius de Rynthelen Conſiliarius Ducis Juliacenſis & Montenſis.
Erancíſcus Burckard Cancellarius Electoris Colonienſis.
Franciſcus Hiltrop Ictus Syndicus Eſſendienſis.
Gerardus Erneſtus Hamm Syndicus Reipublicæ Colonienſis.
Gerardus Harderwick Rector Magnificus Univerſitatis Colonienſis.
Gerardus Henricus V. Schonebeck Conſiliarius Ducis Juliacenſis.
Gerardus Kleinſorgius Conſiliarius ſeptem Electorum Colonienſium, Officialis Werlenſis.
Gerardus Matthiſius Rector Magnificus Univerſitatis Colonienſis.
Gerardus Terſtegen Procancellarius Univerſitatis Colonienſis.
Hartmannus Maurus Conſiliarius Electoris Colonienſis.
Henricus de Gorrichem Procancellarius Univerſitatis Colonienſis.
Henricus à Schultheis Conſiliarius Electorum Moguntini & Colonienſis.
Henricus von der Reck zu Kamna Cancellarius Univerſitatis Colonienſis.
Jacobus Middendorpius Rector Magnificus & Procancellarius.
Jacobus Omphalius Conſiliarius Electoris Colonienſis.
Jacobut Rickius quatuor Electorum Colonienſium Conſiliarius.
Joachimus Burger Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Commiſſarius, Auditor Circuli Weſtphalici Conſiliarius Principum.
Joannes Adamus Schall à Bell Mandarinus Sinenſis.
Joannes Chriſtianus Bocken Conſiliarius Principis Salmienſis.
Joannes Doccomienſis Aſſeſſor Cameræ Spirenſis & Conſiliarius Ducis Cliviæ.
Joannes Fridericus Karg L. B. de Bebemburg Supremus Cancellarius & Miniſter Statûs Joſephi Clementis Archi - Epiſcopi Colonienſis.
Joannes G. von Redinghoven Aulæ Clivenſis Conſiliarius & Commiſſarius.
Joannes Oldendorpius Conſiliarius Principis Haſſiæ.
Joannes Thomas Broſii Conſiliarius Electoris Palatini intimus & Vice - Cancellarius.
Jodocus Beiſſelius Illuſtriſſimi Auſtriæ Ducis Conſiliarius.
Lambertus de Monte Domini von Herrenberg Rector Magnificus Univerſitatis Colonienſis.
Matthias Cremerius Rector Magnificus Univerſitatis Colonienſis.
Melchior Voets Comes Palatinus Conſiliarius intimus, & Aulici Judicii Commiſſarius.
Petrus Clapis aliàs Breidtſtein Rector Magnificus.
Petrus Cutſem Conſiliarius Cæſareus.
Petrus Holtzemius Conſiliarius Comes Palatinus & Archiater.
Petrus Ludovicus Comes de La Marck Locumtenens Generalis Exerciticum Chriſtianiſſimi Regis, Gubernator Civitatis & Arcis Cameracenſis, Eques Ordinum Regiorum Magnas Hiſpaniæ primæ daſſis, Eques Aurei Velleni.
Petrus Nicolartz Electoris Colonienſis in ſacris Conſiliarius.
Petrus Oſterman Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Imperialis Aulicus Electoris Moguntinus Secretior Conſiliarius.
Rutgerus Overbach Rector Magnificus.
Sebaſtianus Novimola Rector Magnificus.
Severinus Binius Rector Magnificus & Conſiliarius intimus Electoris Colonienſis & in Spiritualibus Vicarius Generalis.
Thomas Aubell Rector Magnificus tertiùm.
Thomas Liel Rector Magnificus.
Thomas Michaelis Aſſeſſor Cameræ Imperialis Spirenſis.

Canonici Sæculares Collegiatarum Eccleſiarum.

ADolphus Schulkenius Canonicus Metropoliticus.
Adrianus de Walenburch Canonicus Metropolicus.
Adrianus Wilhelmus Fabritius Canonicus ad Gradus.
Ægidius Gelenius Canonicus Andreaticus.
Arnoldus de Beck Canonicus S. Severini.

Ar-

Arnoldus Haldrenius Canonicus Metropolitanus.
Arnoldus Hisfeld B. M. V. ad Gradus.
Arnoldus Luydius Canonicus Metropolitanus.
Arnoldus Meshovius Canonicus S. Cæciliæ.
Bernardus Balduinus Stangenfelt Canonicus ad S. Apoſtolos.
Caſpar Ulenbergius Canonicus primum Cæſaris Inſulanus tum Cunibertinus, ſubin Gereoniticus & Cæcilianus.
Chriſtianus Adolphus Thuldenus Canonicus ad Gradus.
Chriſtophorus Leopoldus Joannes von Mum ad S. Apoſtolos.
Conradus ab Herresbach Xantenſis.
Cornelius Schultingius ad S. Andream.
Dominicus Benedixius primum Archidiaconalis Leovardienſis poſt Canonicus Duſſeldorpii.
Egbertus Bonnenſis Canonicus.
Ferdinandus Strobelius primum Bonnenſis dein Metropoliticus Colonienſis.
Franciſcus Agricola Canonicus Zittardienſis.
Franciſcus Scholaſticus Meſchedenſis.
Georgius Braun B. M. V. in Gradibus.
Georgius ab Eiſchen Canonicus ad Gradus tum Metropoliticus dein Canonicus Victoris Moguntiæ & in Selingenſtat.
Gerardus Buſæus Canonicus Sanctenſis.
Gerardus Matthiſius Canonicus ad S. Apoſtolos dein Metropoliticus.
Gerardus à Pilgrum Canonicus Gereoniticus.
Gerardus Terſtegen Canonicus Andreaticus & Urſulanus.
Guilielmus Textoris Regalis Collegiatæ Aquenſis.
Henricus Scholaſticus S. Gereonis.
Henricus de Gorrichem Canonicus Urſulanus.
Henricus Kiſpenning Canonicus Sanctenſis.
Henricus Litberg Canonicus Cunibertinus.
Henricus Rupæus Canonicus in Hinsberg
Hermannus Fley Canonicus S. Georgii dein S. Urſulæ.
Hermannus Fley conditus Stangenfeldt Canonicus S Patrocli Suſati dein ad S. Apoſtolos Colonienſis.
Hermannus Grethus Scholaſticus Sanctenſis.
Hermannus de Weſalia Canonicus Regalis Aquenſis & S. Severini Colonienſis.
Hubertus Lommeſſem Collegiatæ Münſtereiffliæ.
Hilgerus Gartzweiler Canonicus Collegiatæ Münſtereiffliæ.
Hubertus Caſter Collegiatæ Münſtereiffliæ.
Jacobus Coomans primum Gereoniticus dein S. Bavonis Gandavenſis.
Jacobus Greſelius Canonicus Reſenſis.
Jacobus Leichius B. M. V. ad Gradus.
Jacobus Linnichius S. Andreæ Colonienſis & S. Gangulphi Hinsbergæ.
Jacobus Middendorpius Canonicus Metropolitanæ & S. Andreæ.
Joannes Breidt Canonicus Duſſeldorpii.
Joannes Conradus à Lyskirchen Canonicus Cunibertinus.
Joannes Fridericus Matheneſius Canonicus S. Cuniberti.
Joannes Gabriel de Fabri Canonicus ad S. Severinum.
Joannes Gelenius Canonicus Metropolitanus.
Joannes Gropperus Canonicus Metropolitanus Scholaſticus S Gereonis.
Joannes Horn conditus Goldſchmidt Canonicus B. M. V. ad Gradus.
Joannes Jordanæus Collegiatæ Eccleſiæ.
SS. Caſſii & Florentii Canonicus Bonnæ.
Joannes Morenus Canonicus Colonienſis.
Joannes Nopelius Canonicus Metropolitanus.
Joannes Polch Canonicus S. Cuniberti.
Joannes Stalenus Canonicus Reſenſis in Cliviâ.
Joannes Thomas Bey Canonicus ad S Severinum.
Joannes Titz Canonicus Metropolitanus, & S. Andreæ.
Joannes Wilmius Canonicus Noveſienſis.
Joannes Winterus Canonicus & Officialis Xantenſis in Cliviâ.
Joannes Wolffgangus Boeclerus Canonicus ad S. Apoſtolos.
Jodocus Coccius Canonicus Juliacenſis.
Jodocus à Dudinck Canonicus Reſenſis
Joſephus Negri Canonicus SS. Caſſii & Florentii Bonnæ.
Lambertus de Monte Domini von Herrenberg Canonicus ad S Andream.
Laurentius Fabritius Canonicus Metropolitanus.
Matthæus Hoen Canonicus ad SS. Apoſtolos.
Matthias Cremerius Canonicus ad S. Andream.
Matthias Kinckius Canonicus S. Crucis Hildeſii.
Melchior Braun Canonicus SS. Apoſtolorum.
Paulus Theodorici Cliſorius Canonicus S. Severini.
Petrus à Beck Juliacenſis Imperialis Eccleſiæ in aquis B M. Canonicus.
Petrus Cutſem Canonicus S. Gereonis, Chori-Epiſcopus, Canonicus item S. Georgii, & B. V. in Capitolio.
Petrus Keutzæus Canonicus S. Andreæ.
Petrus Moritz Canonicus ad SS. Apoſtolos.
Petrus Nicolartz Canonicus S. Gereonis.
Petrus Stevartius Canonicus ad S. Lambertum Leodii.
Petrus à Streithagen Canonicus Heinsbergenſis & Craneburgenſis.
Petrus Suls Scholaſticus S. Gereonis Canonicus S. Severini.
Petrus de Walenburch Canonicus Metropolitanus.
Remaclus de Vaulx Collegiatæ Eccleſiæ Foſſenſis Canonicus.
Rutgerus Overbach Canonicus S. Gereonis.
Severinus Binius Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ, S. Gereonis, & B. V. ad Gradus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Stephanus Vinandus Pighius Canonicus & Scholasticus Xantensis.
Tilmannus Bredenbachius Antwerpiæ tum Bonnæ, & S. Gereonis Canonicus.
Wilhelmus Molitoris Canonicus ad S. Andream.

Pastores.

ADamus Lutzius condictus Brewer Pastor in Kreil.
Adamus Poelman Pastor in Hallenberg.
Adolphus Schulkenius Pastor S. Martini Minoris Colonienſis.
Albertus Hero Pastor in Gerresheim.
Arnoldus Meshovius Pastor S. Petri.
Carolus Hoffman Pastor in Lissendorff.
Caspar Ulenbergius Pastor Columbæ, ante Cunibertinus & Insulanus.
Conradus Grutherus Pastor in Gladbach Duc. Mont., dein in Swelheim.
Conradus Westhoven Pastor in Kevelaer.
Eliphius Klein Pastor S. Brigidæ Colonienſis.
Everhardus Nakatenus Pastor Kempensis.
Ferdinandus Strobelius Pastor Remigii Bonnæ & Decanus Capituli Burgensis.
Franciscus Agricola Pastor Rodingensis, tum Sittardiensis & Canonicus dein Susterensis Capituli Decanus.
Franciscus Boelen Pastor in Vetweis.
Franciscus Xaverius Trips Pastor in Honnef.
Fridericus Adolphus Reuter Pastor Orsavienſis dein Sittardienſis, demum Susterensis Decanus.
Georgius ab Eischen Pastor S. Joannis in Curiâ.
Gerardus Harderwick Pastor Columbæ
Godefridus Krosch Pastor in Nivenheim.
Guillelmus Staden Pastor in Sponheim & Buckenaw.
Henricus Kispenning Pastor Santenſis.
Henricus Lidberg Pastor Cuniberti.
Henricus Rupæus Pastor primo in Bileveldt dein in Hinsberg.
Heribertus Bauch Pastor S. Martini Bonnæ.
Hermannus Schlösser Pastor in Orsoy dein in Norff.
Hubertus à Caster Pastor in Marmagen.
Hubertus Lommessen Pastor Monasterii Eiffliæ-Urbis.
Jacobus Horn S. Brigidæ Colonienſis.
Jacobus Merlo Horst Pasculi Coloniæ.
Joannes Antonius Franck Pastor in Barweiler.
Joannes Bernardus Antonius Keyll Pastor in Greurat.
Joannes Fridericus Mathenesius Pastor S. Cuniberti
Joannes Godefridus Roetz Pastor in Mullheim.
Joannes Jordanæus Pastor S. Remigii Bonnæ.
Joannes Polch Pastor S. Cuniberti.
Joannes Schnitzel Pastor in Wipperfurt.
Joannes Stalenus Pastor Resensis.
Jodocus à Dudinck Pastor Vinensis ad Rhenum.
Lambertus Henricus Xylander Pastor in Hinsbeck.
Laurentius Spruncker Pastor in Arenberg.
Laurentius Walrami Pastor in Lechenich.
Martinus Duncanus Pastor Ambstelodamensis.
Matthæus Hoen Pastor S. Pauli & Camerarius Parochorum Colonienſium.
Melchior Braun Pastor SS. Apostolorum dein S. Martini Minoris.
Michael Clauss Pastor in Blanckenheim.
Michael Gorges Pastor in Höchsten, & Camerarius Capituli Novesienſis.
Nicolaus Neissen Pastor in Burg.
Paulus Theodorici Clisorius Parochus S. Severini.
Petrus Chimorræus Pastor Sittardii & Decanus Concilii Susterensis.
Petrus Matzenradius Pastor Haverdensis.
Petrus Mockel Parochus Marmagensis.
Petrus Moritz Pastor ad SS. Apostolos
Petrus Scheffer Pastor in Ober Cassel Ducatûs Montensis.
Petrus Suls Pastor S. Laurentii.
Petrus Holwegh Pastor Tuitiensis.
Sebastianus Novimola Pastor ad S. Paulum.
Tilemannus ab Hagen Pastor Hammensis.
Wendilinus Bagen Pastor in Bergerhoven.
Wilhelmus Birckman cognomento Krabben Pastor in Ronsdorff.
Wilhelmus Molitor Pastor S. Marrini Coloniæ.
Wilhelmus Saltzman Pastor S. Albani.
Wilhelmus Staden Pastor in Flittard.

S. *Theologiæ Doctores Coloniæ vel Promoti vel Professores.*

ADamus Adami
Adolphus Schenkenius.
Adrianus Hecquetius.
Albertus Grunewaldt.
Albertus Oswaldt.
Alexander Candidus.
Ambrosius Bochius.
Andreas Esser.
Andreas Ketwig de Confluentia.
Anno Schnorrenberg.
Antonius Hambloch.
Arnoldus Haldrenius.
Arnoldus Luydius.
Augustinus Kneutgen.
Bartholomæus Desbosses.
Bartholomæus Fibus.
Bernardus de Lutzemburg.
Bruno Schmitz.
Burchardus Lingen.
Caspar Munsterus.
Claudius Lacroix.
Conradus Koellin.
Daniel Ramus.
Everhardus Billicus.
Ferdinandns Strobelius.
Franciscus Costerus.
Franciscus van der Veken.
Georgius à Regina Angelorum.
Gerardus de Elten.
Gerardus Terstegen.
Henricus Cuperus.
Henricus Hilden.
Henricus Hargardt.
Hermannus Fleyen.
Jacobus Emans.
Jacobus Hogstratanus.
Jacobus Horn.
Jacobus de Sweire vel de Susato.
Joannes de Bedburg.
Joannes Blanckenberg.
Joannes Brammart.
Joannes Cæsar.
Joannes de Düren.
Joannes Freytag.
Joannes Fridericus Mathenesius.
Joannes Gelenius.
Joannes Guldener sive Guldenerus Doctor Parisiensis.
Joannes Majerus â Gele.
Joannes à Mechlinia.
Joannes Nopelius.
Joannes Perlinus.
Joannes Pesselius.
Joannes Philippus Fridt.
Joannes von Rheidt.
Joannes Roberti.
Joannes Schad seu Schadland.
Joannes Schweitzer.
Joannes Seinerus.
Joannes Tinctor.
Joannes Titz.
Joannes Vogolon Doctor Parisinus.
Joannes Wallendorpius.
Joannes Wyrich de Nussia.
Laurentius Fabritius.
Leonardus Marius.
Leonardus Messen.
Matthæus Hoen.
Matthias de Colonia Doctor Parisiensis.
Matthias Cremerius.
Matthias Zittardus.
Nicolaus Gircken.
Nicolaus de Susato.
Petrus Moers.
Petrus Rœstius.
Petrus Sonsbeckius.
Petrus Stevartius.
Petrus Suls.
Philippus Alberti de Nussia.
Reinerus Sasserath.
Rutgerus Overbach.
Sebastianus Knippenberg.
Sebastianus Novimola.
Severinus Binius.
Sibertus de Becka Doctor Parisiensis.
Simon de Spira Doctor Parisiensis.
Stephanus Juliacus Doctor Parisiensis.
Theodoricus de Aquis.
Theodoricus de Gouda.
Thomas Schmitz.
Wilhelmus Saltzman.

J. V. Doctores, Medicinæ Doctores Coloniæ vel alibi Promoti vel Professores Coloniæ.

ANdreas Gail J. U. D. Colonienſis.
Arnoldus Krufft J. U. D. Colonienſis.
Gerardus Ernestus Hamm J. U. D. Colonienſis.
Haringus Siffridus Synnama Professor Colonienſis.
Hermannus Hermes J. U. D.
Joachimus Burger J. U. D.
Joannes Doccomienſis J. U. D.
Joannes Echtius Medicinæ Doctor.
Joannes Godefridus von Redinghoven J. U. D.
Joannes Gropperus Doctor Juris Canonici.

††††††† Joan-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannes Horn condictus Goldschmidt J U. D. Colonienſis.
Joannes Michael Gigas Doctor Medicinæ.
Joannes Oldendorpius Doctor Juris Profeſſor Coloniæ.
Joannes Petrus Verhorſt Doctor Juris Colonienſis.
Joannes Thomas Broſii J. U. D.
Joannes Wierus Doctor Medicinæ.
Joannes Wilhelmus Thour Doctor Medicinæ Colonienſis.
Matthæus Boys Doctor Juris Coloniæ.
Nicaſius de Voerda Doctor Juris Canonici Coloniæ.
Petrus Clapis aliàs Breidtſtein Doctor Juris.
Petrus Broichhauſen J. U. D. Pragenſis.
Petrus Holtzemius Doctor Medicinæ Coloniæ.
Petrus Oſterman J. U. D. Coloniæ.
Petrus Ravennas Doctor Juris, Papienſis, Profeſſor Coloniæ.
Theodoricus Greſemundus de Meſchede Medicinæ Doctor.
Thomas Aubell Medicinæ Doctor Colonienſis.
Thomas Steinhauſen Medicinæ Doctor Colonienſis.
Wilhelmus Beckers Doctor Juris.
Wilhelmus Kyriander J. U. D.

Auguſtiniani Canonici.

ADamus Jacobs Corporis Chriſti.
Hermannus Schloeſſer Corporis Chriſti Coloniæ.
Thomas Hammerlein von Kempen.
Wernerus Titianus.

Auguſtiniani Eremitæ.

AMbroſius Bochius.
Arnoldus Neelsbach.
Auguſtinus Kneurgen.
Aurelius Weſthoven.
Henricus Hargardt.
Jacobus Fulles.
Joannes Cæſar.
Joannes de Dorſten.
Joannes Neevius.
Joannes Schweitzer.
Laurentius Teutonicus.
Nicolaus Gircken.
Petrus Loy.
Petrus Sonsbeckius
Wolterus Henrici à Streveſdorff.

Benedictini.

AAron S. Martini.
Adamus Adami Brauweilerenſis.
Adamus Villicus vulgo Mäyer S. Martini.
Albertus Mediolacenſis.
Adolphus Overham Wertinenſis.
Albertus Feinhals Pantaleonita.
Albertus Sigebergenſis.
Aleydis Benedictina in Inſulâ Rolandi.
S. Alphredus Corbejenſis.
Andreas Munſterus Brauweilerenſis.
Balthaſar Reiner à Bree S. Martini.
Benedictus aliàs Chryſanthus de Monaſterio Eiffliæ S. Martini
Benedictus Anianenſis dein ad Indam S. Cornelii.
Benedictus Junckerſtorff ad S. Martinum.
Bertha Monialis Vilicenſis Ordinis S. Benedicti.
Brauweilerenſis Scriptor.
Bruno Charmans Gladbacenſis.
Bruno alius Gladbacenſis Scriptor.
Carolus Joſephus Lehner Pantaleonita.
Conradus Barſierier S. Martini.
Conradus Brauweilerenſis.
Eliphius Klein S. Martini.
Eliphius Vuchten S. Martini.
Everhardus Nakatenus Gladbaci.
Franciſcus Boelen S. Martini.
Gladbacenſis Scriptor Anonymus.
Godefridus Kempens Gladbacenſis.
Godefridus Pantaleonita.
Henricus Libbeler Martini.
Henricus à Lippia Martini.
Henricus Zonsbeckius S. Martini.
Hubertus Holthuiſen S. Martini.
Jacobus Horn S. Martini.
Jacobus Konigsbachius S. Martini.
Joannes Adolphus de Wallbott Baſſenheim Sigebergæ.
Joannes de Andernaco Lacenſis.
Joannes Curvello. S. Joannis in Rhingau.
Joannes à Flittardia S. Martini.
Joannes Ruyſchius S. Martini.
Joannes Weinckens in Selingenſtadt Prior.
Lambertus Leodienſis.
Lambertus Moll S. Martini.
Lambertus Abbas Leodienſis.
Lambertus Tuitienſis.
Laurentius à Dript Gladbacenſis.
Lucas Abbas S. Cornelii ad Indam.
Monachus Malmundarienſis Author vitæ S. Agilolphi Anonymus.

Maria-

Marianus Scotus S. Martini Colonienſis.
Martinus Stockius S. Martini Colonienſis.
Matthias Dahlenſis.
Oliverius Legipontius S. Martini.
Pantaleonitæ duo Hiſtoriographi Anonymi.
Pantaleonita Anonymus Author Vitæ S. Mathildis.
Petrus Gohatzius S. Martini.
Petrus Kemmerich S. Martini.
Petrus Sibenius Gladbacenſis.
Rudulphus S. Pantaleonis.
Rupertus Tuitienſis.
Rupertus Holwegh Tuitienſis.
Siburgenſes Monachi duo Anonymi.
Stephanus Pantaleonita.
Theodoricus Gangelt.
Thomas Schmitz Brauweilerii.
Tilmannus de Bonnâ S. Martini.
Uffingus Werthenenſis.
Wilhelmus Birckman cognomento Krabben S. Martini.
Wilhelm Staden B. M. V. Luxemburgi.
Wilhelmus Staden S. Martini Colonienſis.
Wolbero Pantaleonita.

Birgittani.

ANdreas Megerle.
Guillelmus Alſtorff.
Joannes Michael von der Ketten.
Petrus Wachtendunck.
Theodorus Henricus Gippenbuſch.

Cartuſiani.

S. BRUNO PATRIARCHA.

ADolphus de Eſſendia.
Antonius Dulckenius.
Arnoldus Havenſius.
Bruno Loer de Stratis.
Cornelius Graſſus.
Georgius Garneveldt.
Gerardus Calcificis Hammontanus.
Gisbertus Blochovius.
Guernerus.
Henricus Diſſenius.
Henricus Egher Calcarienſis.
Henricus de Piro.
Hermannus Appeldorn.
Hermannus Grieffgens.
Jacobus Moſander.
Joannes Dingens.
Joannes Haickſtein.
Joannes Juſtus Landſpergius.
Joannes Lottley.
Joannes Reckſchenckel.
Joannes Wagener.
Laurentius Surius.
Michael Moerckens.
Petrus Blomevenna de Leydis.
Petrus Juliacenſis.
Petrus Lipphauſen.
Quirinus Goeſſemius Cantavienſis.
Renatus Henſæus.
Simon Trajectenſis.
Theodoricus Locherius à Stratis.
Theodorus Harlemius.
Theodorus Petreius.
Wernerus Rolevinck.
Zacharias Lippeloo.
Omnes ex Cartuſia Colonienſi præter S. Patriarcham & Quirinum.

S. Crucis Canonici.

ADamus Sasbouth.
Ægidius de Vreſe.
Arnoldus Hertzworm.
Franciſcus Thomas Franck.
Gerardus Caſteel.
Helmicus Amoris de Zutphania.
Henricus de Boſco Ducis.
Henricus von Gerresheim.
Joannes Blumendahl.
Joannes Buſæus.
Joanes Coquus.
Wilhelmus Portz.

Servitæ.

GUillelmus Maria Lohrer.
Hieronymus Maria Stauber.
Servita Anonymus.

Carmelitæ.

ADamus de Vodromo.
Adrianus à S. Franciſco.
Adrianus Hecquetius.
Albertus Clumparts.
Albertus de Porceto.
Alexander Candidus.
Andreas de Confluentia.
Antonius de Brubaco.
Archangelus à Matre Dei aliàs Ermers.
Arnoldus de Beſſalis.
Arnoldus à S. Leonardo.
Balthaſar Romaya Colonienſis.
Brocardus Billick.
Brocardus à S. Laurentio.
Brocardus à S. Nicolao.
Caſparus à Barenſtein.
Cœlestinus à S. Henrico.
Carolus Freywilliger.
Caſpar Munſterus.
Chriſtianus à S. Jacobo.
Conradus ab Aldendorp.
Conradus Comes ab Arensberg.
Conradus à S. Georgio.
Conradus de Tremonia.
Daniel à Wichterich.
Everhardus Billicus.
Georgius à Regina Angelorum.
Gerardus de Caſtris.
Gerardus de Erkelentz.
Gobelinus.
Godefridus Candelarius.
Godeſcalcus de Grüe.
Gregorius de novo Foro.
Henricus ab Aquila.
Henricus de Andernaco.
Henricus nobilis de Bock.
Henricus Boick de Wilſtein.
Henricus Dollendorpius.
Henricus de Coloniâ cognomento Jonghen.
Henricus Anonymus.
Henricus de Marienau.
Henricus à Monte Carmeli.
Henricus de Monte Thabor.
Hermannus de Mesdorp.
Hilgerus de Burgis.
Jacobus Emans.
Jacobus Millendunck.
Joannes Betz.
Joannes de Betburg.
Joannes Billicus.
Joannes Boltzbachius.
Joannes Brammart.
Joannes Campenius.
Joannes de Cronberg.
Joannes Freytag.
Joannes Fuisgen.
Joannes Gluel.
Joannes Guldener.
Joannes de Hildeſio.
Joannes Kaldenhuſen.
Joannes Majerus à Gele.
Joannes à Mechlinia.
Joannes à S. Rutgero.
Joannes Seinerus.
Joannes Sonnemannus.
Joannes de Sporre.
Joannes Vogolonus.
Joannes Weis.
Joannes Wyrich.
Matthias Emich.
Matthias á S. Joſepho.
Matthias de Wetzlaria.
Matthias de Colonia.
Michael Herbrandt de Düren.
Patritius à S. Jacobo.
Petrus de Francofordia.
Petrus Obladen.
Petrus Thomas à S. Franciſco.
Philippus á S. Eliſæo.
Philippus Alberti de Nuſſia.
Philippus à S. Joanne.
Rolandus de Linnip.
Segerus Pauli.
Sibertus de Becka.
Sibertus de Troiſtorff.
Simon de Spirâ.
Theodoricus de Aquis.
Theodoricus de Gouda.
Tilmannus Aquenſis.
Vincentius à S. Melchiore.
Wilhelmus Schultingius.
Wilhelmus de Werdt.

Carmelitæ Diſcalceati.

ÆGidius à S. Urſula.
Albanus à S. Heriberto.
Albanus à S. Joanne Baptiſta.
Angelus à S. Joſepho.
Archangelus à S. Georgio.
Cyrillus à S. Matthæo.
Dionyſius à S. Maria.
Dominicus à S. Nicolao.
Fulgentius à S. Maria aliàs Dulman.
Mauritius à S. Angelo.
Michael Urſinus.
Paulus ab omnibus Sanctis.

Ciſter-

Ciſtercienſes.

ADrianus Muelman.
Aldenbergenſis Scriptor Anonymus unus & alter.
Bernardus Freidel in Grevenbroich.
Cæſarius Heiſterbacenſis, antea Prumienſis.
Cæſarius Heiſterbacenſis.
Hermannus veteris Montis.
Joannes Blanckenberg ex veteri Monte.
Matthias Agricius Hemmenrodenſis.
Reinerus Schmitz Heiſterbacenſis.

Minoritæ Franciſcani.
Conventuales, Recollecti, Capucini.

ADamus Aniol.
Adamus Burvinck.
Albertus Vitting Conventualis.
Amandus Zyerixenſis.
Anſelmus Hoffman.
Antonius Hambloch Conventualis.
Antonius à Konigſtein Recollecta.
Arnoldus de Luteke Conventualis.
Antonius Wiſſing Conventualis.
Arnoldus Cæſareus Recollecta.
Benedictus Schoeffer Recollecta.
Bernardus Verweis Recollecta.
Bruno Schmitz Conventualis.
Carolus Hildeſienſis Capucinus.
Caſimirus Donner Recollecta.
Chriſtianus van Honff Conventualis.
Chriſtianus Honſius.
Chriſtianus Feiſt.
Conſtantinus Barbanſonius Capucinus.
Cornelius Maes Conventualis.
Dionyſius Werlenſis Capucinus.
Franciſcus Mylon Recollecta.
Georgius Bauſſumer.
Georgius Duſſeldorpienſis Capucinus.
Geruinus Haverlandt Conventualis.
Henricus Harffius Recollecta.
Henricus Helmeſius Recollecta.
Henricus de Werlis Conventualis.
Heribertus Hobbuſch Conventualis.
Heribertus Juliacenſis Capucinus.
Hermannus Berg.
Hermannus Lappe Conventualis.
Hilgerus Knutgenius Conventualis.
Hubertus Schneidt Recollecta.
Humilis Verhaven Capucinus.
Jacobus Alket Recollecta.
Jacobus Polius Recollecta.
Joannes de Blomendahl Conventualis.
Joannes Brando Recollecta.
Joannes de Colonia Conventualis.
Joannes à Daventria.
Joannes Duns - Scotus.
Joannes de S. Laurentio Conventualis.
Joannes Leyerdam Recollecta.
Joannes Matare Recollecta.
Joannes de Verdena Fratrum Minorum.
Joannes Wallendorpius Conventualis.
Leonardus Aquenſis Capucinus.
Ludovicus Kellen Recollecta.
Matthias Keul Recollecta.
Matthias Sarburg.
Mauritius Schremgen Recollecta.
Melchior Weber Recollecta.
Mauritius Conventualis.
Nicolaus Herborn Recollecta.
Oneſimus de Kien Capucinus.
Othmarus Trajectenſis Capucinus.
Patroclus Boickman Conventualis.
Petrus Cratepoil Conventualis.
Petrus de Mollenbeck Conventualis.
Philippus Otterburgenſis.
Reinerus Saſſerath Conventualis.
Renatus Colonienſis Capucinus.
Scoicardus Beck Conventualis.
Sebaſtianus Aquenſis Capucinus.
Stephanus Juliacus Conventualis.
Theodoricus à Monaſterio Recollecta.
Thomas Reuſſen Conventualis.
Victor Wintrich Recollecta.
Victor Gelenius Capucinus.
Wolterus Schopen Conventualis.

NB. *Cùm Wadingus ſæpè omittat Familiam ad quam pertineat Scriptor ex Ordine Minorum; hinc hæ Lacunæ.*

Prædicatores.

ADam Colonienſis.
Albertus Grünewaldt.
Bernardus de Lutzenburgo.
Conradus Koellin.
Conradus Sittardus.
Coſmas Morelles.
Everhardus de Clivis.
Gerardus Colonienſis.
Gerardus de Elten.
Goſwinus Henrici.
Guillelmus Colonienſis.
Guillelmus Hamerus.

†††††††† Hen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Henricus Hilden.
Hermannus Zittardus.
Jacobus de Hoogſtraten.
Jacobus Sprenger.
Jacobus de Schweyve vel de Suſato.
Joannes Antonianus.
Joannes Boucquetius.
Joannes Colonienſis.
Joannes de Eſſendia.
Joannes Freyling.
Joannes Udalricus.
Joannes Niederhoff.
Joannes Peſſelius.
Joannes Philippus Fridt.
Joannes Schad ſeu Schadland.
Joannes Slotanus.
Joannes Taulerus.
Leonardus Meſſen.
Magdalius Jacobus Goudanus.
Matthias Zittardus.
Michaël Franciſci.
Petrus de Daciâ.
Sebaſtianus Knippenberg.
Theodoricus de Suſteren.
Tilmannus Sigebergenſis.

Præmonſtratenſes.

S. NORBERTUS PATRIARCHA.

Albertus Steinfeldenſis.
Anno Schnorrenberg Steinfeldenſis.
Caſpar Queſtenberg Strahovienſis.
Chriſtophorus Pilckman Steinfeldenſis.
Everwinus Steinfeldenſis.
Gerardus Rohen Knechſtedenſis.
Godefridus Chriſtianus Frohn Knechſtedenſis.
Godefridus Richman Wedinghuſanus.
Henricus Frieſſem Steinfeldenſis.
Hermannus Cappenbergenſis.
S Hermannus Joſephus Steinfeldenſis.
Jacobus à Panhauſen Steinfeldenſis.
Joannes Bernardus Antonius Keyll Knechſtedenſis.
Joannes Fabritius Cæſar Knechſtedenſis.
Joannes Luckenrath Steinfeldenſis.
Leonardus Goſſine Steinfeldenſis.
Leonardus Janſen Knechſtedenſis.
Melchior Wirtz Steinfeldenſis.
Michael ab Himſelrath Knechſteidenſis.
Michael Frieſſem Steinfeldenſis.
Norbertus ab Horrichem Steinfeldenſis.
Petrus Bongart Knechſtedenſis.
Petrus Fronem Steinfeldenſis.
Petrus Mockel Steinfeldenſis.
Petrus Roſtius Steinfeldenſis.
Razo Bonvicinus Steinfeldenſis.
Richardus Anglus Wedinghuſanus.
Richardus Rham Wedinghuſanus.
Thomas Reinen Steinfeldenſis.
Wendelinus Bagen Steinfeldenſis.
Wilhelmus Caſparus Dycks Knechſtedenſis.
Wilhelmus Heimbach Steinfeldenſis.

Clerici è Societate JESU.

Abraham Camp.
Adamus Contzen.
Adolphus Neiſſen.
Andreas Eſchenbrender.
Andreas Eſſer.
Antonius Fiſcher.
Arnoldus à Boecop.
Bartholomæus Des Boſſes.
Bartholomæus Fibus.
Bernardus Schorn.
Burchardus Lingen.
Caſparus Bieſman.
Caſparus Brandis.
Caſpar Callenberg.
Caſpar Hartzheim.
Chriſtianus Meyer.
Claudius Lacroix.
Daniel Creiſt.
Daniel Ramus.
Franciſcus Coſterus.
Franciſcus Kappenſtein.
Franciſcus Schmitz.
Franciſcus van der Veken.
Fridericus Lamberti.
Fridericus von Spe.
Gabriel Dulman.
Gerardus Graaff.
Gerardus Hanſen.
Godefridus Sittartz.
Godefridus Weyer.
Goſwinus Nickel.
Guillelmus Boys.
Guillelmus Wolff von Metternich zur Gracht.
Henricus Blyſſenius.
Henricus Bodeken.
Henricus Colendall.
Henricus Cuperus.
Henricus Elverich.
Henricus Hinsberg.
Henricus Kirtzer.
Henricus Lölgen.
Henricus Reipkens.
Henricus Sommalius.
Henricus Thenen.
Henricus Turck.
Henricus à Venedien.
Henricus à Weiſweiler.
Henricus Zimmerman.

Her-

Hermannus Buſenbaum.
Hermannus Crombach.
Hermannus Pfeilſticker.
Hermannus Steinſeck.
Hermannus Thyræus.
Hieronymus Mulman.
Hubertus Lintz.
Hermannus Steinſieck.
Jacobus Boyman.
Jacobus Caniſius.
Jacobus Cruckelius.
Jacobus Filenbach.
Jacobus Gippenbuſch.
Jacobus Haick.
Jacobus Kritzradt.
Jacobus Maſen.
Jacobus Settegaſt.
Joannes Adamus Schall à Bell.
Joannes Bilſtein.
Joannes Bolthe.
Joannes Cruſius.
Joannes Dürsfeld.
Joannes Fabritius.
Joannes Fridericus Rorig.
Joannes Gamans.
Joannes Grothaus.
Joannes Gommersbach.
Joannes Haſius.
Joannes Heim.
Joannes Horrion.
Joannes Lambertz.
Joannes Leurenius.
Joannes Mulman.
Joannes Oranus.
Joannes Packenius.
Joannes Perlinus.
Joannes von Rheidt.
Joannes Roberti.
Joannes Roſendall.
Joannes Schucking.
Joannes Seiler.
Joannes Vietor.
Joſephus Averhauſen.
Lambertus du Chateau.
Leonardus Offermans.
Lubertus Middendorff.
Ludolphus Schauenburg.
Ludovicus Corn.
Martinus Becanus.
Martinus Sibenius.
Matthæus Schrick.
Matthias Camphauſen.
Matthias Heimbach.
Matthias Meer.
Matthias Putzius.
Maximilianus Sandæus.
Melchior Cornæus.
Michael Cuvellier.
Nicolaus Autberti.
Nicolaus Elffen.
Pantaleon Eſchenbrender.
Paulus Aler.
Petrus Buſæus.
Petrus Caniſius.
Petrus Gommersbach.
Petrus Leurenius.
Petrus Michael cognomento Brilmacker.
Petrus Moers.
Petrus Rœſtius.
Petrus Schmittman.
Petrus Thyræus.
Philippus Bebius.
Philippus Cox.
Reinerus Kylman.
Simon Derckum.
Stephanus Ruidius.
Theodorus Dülman.
Theodorus Rhay.
Wernerus Lotley.
Wilhelmus Nakatenus.

FINIS
INDICIS TERTII.
DIGNITATUM ET STATUUM.

†††††††† 2 INDEX

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX IV.
MATERIARUM.

Aſceta.

AAron Abbas ad S Pantaleonem.
Adamus Burvinck.
Adamus Jacobus.
Adamus Lutzius.
Adamus Villicus.
Adolphus de Eſſendia.
Adolphus Neiſſen.
Adrianus Wilhelmus Fabritius.
Albanus à S. Joanne Baptiſta.
Albertus Hero.
Albertus Kivet.
Albertus Malberg.
Albertus Pictorius.
Albertus de Porceto
Albertus Abbas Steinfeldiæ.
Albuinus.
Aldenbergenſis Monachus.
Andreas Eſchenbrender.
Andreas Megerle.
Angelus à S. Joſepho.
Antonius Dulckenius.
Antonius Hambloch.
Antonius Steinhauer.
Antonius Wiſſing.
Arnoldus de Beeck.
Arnoldus Cæſarius.
Arnoldus Haldrenius Veſalienſis.
Arnoldus Hertzworms.
Arnoldus Hisfeld.
Arnoldus Krufft.
Arnoldus Neelsbach.
Aurelius Weſthoven.
Balthaſar Reiner à Bree.
Benedictus.
Benedictus I. Anianenſis.
Bernardus Freidel.
Bonaventura Reul.
Bonifacius Maes.
S. Bruno Ordinis Carthuſiani Author.
Bruno Biſterfeld.
Bruno Charmans.
Bruno Loer.
Bruno Schmitz.
Cæleſtinus à S. Henrico.
Carolus Freywilliger.
Carolus Hildeſienſis.
Carolus Joſephus Lehner.
Caſparus Brandis.
Caſparus Hartzheim.
Caſparus Munſterus.
Caſparus Petrus Lull.
Caſparus Schwartz.
Chriſtianus Abbas ad S Pantaleonem.
Chriſtianus von Honeff.
Chriſtianus Honſius.
Chriſtianus Iſchyrius.
Chriſtianus Mayer.
Chriſtina de Bruzo Stommelenſis.
Chriſtophorus Feiſt.
Conradus de Arnsberg.
Conradus Barſierier.
Conradus à S. Georgio.
Conſtantinus Barbanſonus.
Cornelius Graſſus.
Cornelius Maes.
Daniel Creſt.
Daniel à Wichterich.
Dionyſius à S. Maria.
Dominicus Benedixius.
Dominicus à S. Nicolao.
Egbertus Canonicus Bonnenſis.
Eliphius Klein.
Everhardus Nakatenus.
Ferdinandus Limpens.
Ferdinandus Strobelius.
Franciſcus Coſterus.
Franciſcus Kappenſtein.
Fridericus Adolphus Reuter.
Fridericus Lamberti.
Fridericus à Spe.
Fulgentius à S. Maria.
Gabriel Dulman.
Georgius Braun.
Georgius ab Eiſchen.
Georgius Galliard.
Gerardus Calcificis.
Gerardus de Caſtris.
Gerardus Colonienſis.
Gerardus Hutinghius.
Gerardus à Pilgrum.
Gerardus Zutphanienſis.
Gerlacus Vinitoris.
Gisbertus Blochovius.
Gobelinus Carmelita.
Gobelinus Cartuſianus Colonienſis.
Godefridus Chriſtianus Frohn.
Godefridus Kempens.
Godefridus Kroſch.
Godefridus Richman.
Godeſcalcus Præpoſitus Aquenſis.
Goſwinus Henrici.
Goſwinus Nickel.
Gregorius de novo Foro.
Guernerus Cartuſianus.
Guilielmus Colonienſis.
Guilielmus Maria Lohrer.
Guilielmus Textoris.
Guilielmus Wolff Metternich de Gracht.

Hen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Henricus Præpositus ad Gradus B. V. Coloniensis.
Henricus Bodeker.
Henricus Cuperus.
Henricus Dissenius.
Henricus Egher.
Henricus Friessem.
Henricus Hinsberg.
Henricus Harphius.
Henricus Kispenning.
Henricus Lidtberg.
Henricus à Lippia.
Henricus Lölgen.
Henricus à Monte Carmelo.
Henricus von dem Birbaum.
Henricus Sedulius.
Henricus Simonis.
Henricus Sommalius.
Henricus Weisweiler.
Henricus Zonsbeckius.
S. Heribertus Archi-Episcopus Colon.
Heribertus Bauch.
Heribertus Hobbusch.
Hermannus Appeldorn.
Hermannus Aussemius.
Hermannus Pfeilsticker.
Hermannus Grethus.
S. Hermannus Joseph.
Hermannus Steinseck.
Hermannus de Widenbach.
Hieronymus Maria Stauber.
Jacobus Boyman.
Jacobus Canisius.
Jacobus Emans.
Jacobus Gippenbusch.
Jacobus Linnichius.
Jacobus Merlo.
Jacobus à Panhausen.
Jacobus Schieffer.
Joannes Antonianus.
Joannes Antonius Franck.
Joannes Bernardus Antonius Keyll.
Joannes Bertramus Breidt.
Joannes de Blumendahl.
Joannes Blumendahl.
Joannes Bolthe.
Joannes Boltzbachius.
Joannes Boucquetius.
Joannes Brando.
Joannes Cæsar.
Joannes Dingens.
Joannes de Duren.
Joannes Dursfeld.
Joannes Fabritius.
Joannes Fenger.
Joannes à Flittardia.
Joannes Freylinck.
Joannes Godefridus Roetz.
Joannes Grothaus.
Joannes Gummersbach.
Joannes Hasins.
Joannes Horn.
Joannes Justus Landspergius.
Joannes Lambertz.
Joannes Leyerdam.
Joannes Maes.
Joannes Moirs.
Joannes Perlinus.
Joannes Pellelius.
Joannes Reckschenckel.
Joannes Rensinck.
Joannes Schad.
Joannes Thaulerus.
Joannes Thomas Bey.
Joannes Vietor.
Joannes Wallendorpius.
Joannes Wolffgangus Boeclerus.
Jodocus Beisselius.
Josephus Negri.
Lambertus Moll.
Leonardus Goffine.
Leonardus Offermans.
Ludovicus Hilliessemius.
Ludovicus Kellen.
Martinus Sibenius.
Matthæus Schrick.
Matthias Dalentis.
Matthias à S. Josepho.
Matthias Keul.
Matthias Kinckius.
Matthias Meer.
Matthias Putzius.
Matthias Zittardus.
Mauritius Schrembgen
Meinradt von Bonna.
Michael Claus.
Michael Cuvellier.
Michael Franciſci.
Michael Friellem.
Nicolaus Elfen.
Nicolaus Eschius.
Nicolaus Langenberg.
S. Norbertus.
Onesimus de Kien.
Othmarus Trajectensis.
Petrissa Ancilla Dei.
Petrus Blomevenna.
Petrus Bongart.
Petrus Busæus.
Petrus Gummersbach.
Petrus Kemmerich.
Petrus Kersman.
Petrus Liphausen.
Petrus Moers.
Petrus Nicolartz.
Petrus Plickius.
Petrus Schmittman.
Petrus Suls.
Philippus Bebius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Remaclus de Vaulx.
Renatus Colonienſis.
Renatus Henſæus.
Richardus Rham.
Rupertus Holwegh.
Rutgerus Edingius.
Salvianus.
Sebaſtianus Aquenſis.
Servita in Monte S. Crucis prope Bonnam.
Sigebergenſis Monachus.
Theodoricus à Monaſterio.
Theodorus Dulman.
Theodorus Harlemius.
Thomas Hämmerlein.
Tilmannus de Bonna.
Tilmannus Bredenbachius.
Victor Wintrich.
Wernerus Rolevinck.
Wilhelmus Frieſſem.
Wilhelmus Molitoris.
Wilhelmus Nakatenus.
Wilhelmus Portz.
Wilhelmus Staden.
Wilhelmus de Weerdt.
Winandus Thomaſius.
Wolterus Henrici à Strevesdorff.

Artifices in pictoria, Chalcographia, Typographia.

ABraham Hohenberg.
Albertus Aldegraff.
Anna Maria von Schurman.
Antonius Hieratus.
Antonius de Wormatia.
Auguſtinus Brun.
Bartholomæus Laurens.
Bernardus Fuckeradt.
Caſparus Vopelius.
Criſpinus van de Paes.
Eliphius Vuchten.
Franciſcus Hohenberg.
Gelldrop Gualdropius Gortzius.
Godefridus Hittorp.
Henricus Aldegreve.
Henricus Goltzius.
Jeremias Geiſſelbrun.
Joannes ex Aquisgrani vulgo Hans von Aken.
Joannes Calcarienſis.
Joannes Franciſcus Ermel.
Joannes Gymnicus.
Joannes Heyl.
Joannes Hiltz.
Joannes Hogenberch.
Joannes Holtzman.
Iſrael von Meckenich.
Matthias Quadus.
Petrus Paulus Rubens.
Petrus Coex.

Biographi.

ÆGidius Gelenius *Vitarum XII. SS. Archi-Epiſcoporum Colonienſium & aliorum.*
Agrippina Auguſta *ſuæ Vitæ.*
Ambroſius Bochius *Thomæ de Villâ novâ.*
Anſelmus Hoffman *B. Henrici Suſonis Ordinis Prædicatorum.*
Arnoldus L. B. ab Haiff *ſui itineris.*
Arnoldus Havens 12 *Martyrum Carthuſianorum.*
Arnoldus à Luttecke *Sanctorum in Germaniâ celebriorum.*
Arnoldus Mandt. *Martyrii Translationis, & Cultûs S. Quirini.*
Arnoldus Meshovius *Caſpari Ulenbergii.*
Bertha Monialis Ordinis S. Benedicti. *Vitæ S. Adelheidis.*
Caſparus Petrus Lull *Chriſtina von Stommelen.*
Conradus ab Aldendorp *S. Cyrilli Ordinis ſui Doctoris, & Prioris Generalis.*
Conradus Brauweilerenſis *Wolffhelmi Præceptoris*
Conradus Weſthoven *ſcripſit ſelectiora Exempla Sanctorum, & Piorum Conjugum.*
Famianus Quardus. *Vitæ ſuæ Author.*
Franciſcus Conſtantinus I. Marx *S. Margarethæ Martyris.*
Gerardus Graff Compendii *Vitæ P. Franciſci de Hieronymo Societatis JESU.*
Georgius Garnefelt *S. Nicolai Albergatt.*
Helias Marcæus *Machabæorum Martyrum.*
Henricus von Gerresheim *S. Svviberti.*
Henricus Loricus *D. Bernardi de Monte Jovis Archidiac.*
Hermannus Cappenbergenſis *S. Godefridi Cappenbergenſis Com.*
Hermannus Crombach *SS. Regum S. Urſulæ, S. Geroldi, Merlohorſtii.*
Hermannus Fleyen ſcripſit *Martyria S. Urſulæ & Sociarum Virginum.*
Hermannus Greffgens Author præcipuus *Ampliati Martyrologii Usuard.*
Hilgerus Gartzweiler *SS. Chyſanthi & Dariæ.*
Jacobus Moſander *ſeptimi Tomi SS. poſt obitum Surii.*
Jacobus Polius *S. Alderici Subulei converſi Ordinis Præmonſtratenſis : Exegetici Hiſtorici S. Annæ.*
Joannes Brugmannus *S. Ludvvinæ, ſeu Ludvvigis.*

Joan-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannes Gamans *de S. Thiatilde Virgine Abbatiſſâ Freckenſtorſtenſi & de B. Godefrido Cappenbergenſi.*
Joannes Gelenius *Vitæ S. Engelberti.*
Joannes Leurenius *S. Servatii Epiſcopi Trajectenſis.*
Joannes Michael von der Ketten *Caſimiri Sarbievii Societatis JESU.*
Joannes Melas *Luthardi decimi Comitis Clivia.*
Joannes Neevius *S. Monicæ.*
Joannes Roberti *SS. Huberti primi Leodii Epiſcopi, Lamberti, & Theophridi Epternacenſis Abbatis.*
Joannes à S. Rutgero *S. Joſephi.*
Joannes Seinerus *S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.*
Joannes Winterus *Stephani Winandi Pighii.*
Lambertus Leodienſis *S. Heriberti Archi-Epiſcopi Colonienſis.*
Lambertus Tuitienſis *Ejuſdem S. Heriberti.*
Laurentius Surius *Omnium Sanctorum quæ extabant apud Probatos AA.*
Leonardus Hanſen *Ven. Sororis Roſæ de S. Maria ex tertio Ordine S. Dominici.*
S. Ludgerus *ſcripſit Gregorii & Alberici Trajectenſis ad Moſam. Ep., & primordia Adventus & nationis S. Bonifacii*
Malmundarienſis Monachus *S. Agilulphi Archi-Epiſcopi Colonienſis & Martyris.*
Marcus Vipſanius Agrippa *Vitæ ſuæ.*
Matthias Emich *S. Genovefæ Ducissæ Brabantiæ.*
Melchior Wirtz *S. Palentini Martyris.*
Michael Moerckens *S. Brunonis & Priorum magnæ Cartuſiæ.*
Nicolaus Autberti *Vitam & Miracula S. Noitburgis.*
Pantaleonita Monachus *Mathildu Reginæ Germaniæ.*
Paulus Theodorici Cliſorius *SS. Joſephi & Annæ.*
Petrus Mockel *Omnium Sanctorum.*
Petrus Roſtius *B. Hildedegundis Antiſtitæ Cœnobii Marenſis prope Noveſium.*
Philippus Cæſar *S. Wilhebaldi primi Epiſcopi Bremenſis & SS. Anſcharii & Remberti.*
Razo Bonvicinus *S. Hermanni Joſephi.*
Richardus Anglus *S. Urſulæ.*
Rotgerus *S. Brunonis Archi-Epiſcopi Colonienſis.*
Stephanus Juliacus *S. Coletæ.*
Theodoricus de Aquis *S. Alberti Drepanenſis.*
Theodoricus Gangelt *S. Benedicti.*
Theodoricus Locherius *Dionyſii Cartuſiani.*
Theodorus Hunkirchen *S. Franciſci de Paula*
Uffingus Werthinenſis *SS. Ludgeri & Lucii Britanniæ Regis, & S. Idæ viduæ.*
Wilhelmus Schultingius *S. Andreæ Corſini.*
Zacharias Lippelous *Sanctorum ad Chronolog. Baronii.*

Concionatores.

Abrahamus Camp.
Adolphus Schulkenius.
Adrianus à S. Franciſco.
Adrianus Hecquetius.
Albertus Grünewaldt.
Antonius de Brubaco.
Antonius Cornelius.
Archangelus à S. Gregorio.
Arnoldus de Beſſâlis.
Bernardus Schorn.
Caſparus à Queſtenberg.
Franciſcus Schmitz.
Gerardus de Erkelens.
Henricus Kircher.
Henricus de Monſe Tabor.
Henricus à Venedien.
Henricus Schloſſer.
Hubertus Lommeſſem.
Hubertus Schneidt.
Jacobus Maſen.
Joannes Blanckenberg.
Joannes Goldener.
Joannes à S. Laurentio.
Joannes Petrus Verhorſt.
Joannes Roſenthal.
Joannes de Werdena.
Joſephus Averhauſen.
Leonardus Aquenſis.
Matthias Camphauſen.
Matthias de Colonia.
Matthias Heimbach.
Matthias Pfleumer.
Petrus Bonn.
Wilhelmus Molitor.

Grammatici

Balthasar Vorstius.
Bernardus Lingius.
Bruno Monachus Gladbacensis.
Eberhardus Tappius.
Franciscus Fabritius.
Georgius Wirote.
Gerardus Bucoldianns.
Gerardus de Vivier.
Henricus Vranius.
Jacobus Filenbach.
Joannes Buchlerus.
Joannes Buxtorfius.
Joannes Isaacus.
Matthias Cramer.
Nicolaus de Flans.
Nicolaus Landasse.
Onesimus Raucourt.
Petrus Andreas Lumnius.
Petrus Moritz
Renerus Bongardius.
Simon Derckum.
Simon Herbau
Stephanus Isaaci filius.
Theodorus Fabritius.

Historici.

Sacri & Profani

Adamus Adami.
Adamus Michael Mappius.
Adelbertus Andernacensis.
Adolphus Brachell.
Ægidius Athakerus.
Ægidius Gelenius.
Agrippina.
Alardus Wyelius.
Albanus à S. Heriberto.
Albertus Sigebergensis.
Albertus Vitting.
Aldenbergensis Monachus.
Angelus de Fœnis.
Annalista Tremonensis.
Arnoldus Harff Baro de Bredenbendt.
Arnoldus Meshovius.
Arnoldus Mylius.
Bertramus de Hagen.
S. Bonifacius.
Brauwillerensis Historicus.
Cæsarius Monachus Prumiensis.
Cæsarius Heisterbacensis.
Casparus Ens
Casparus Gennep.
Casparus Zephyrinus.
Christianus Adolphus Thuldenus.
Christianus Adrichomius.
Christianus à S. Jacobo.
Christianus Weyerstrass.
Christophorus Brandis.
ChronicographiArchi-EpiscoporumColonienſium
Chronici Magni Belgici Auctor.
Chronicæ Regiæ Authores Monachi.
Conradus Iserenhuyfft.
Conradus Rhoingh.
Conradus Zittardus.
Cuno à Falckenstein.
Egbertus Hopp.
Franciscus Dusseldorpius.
Franciscus Thomas Franck.
Georgius Garnefelt.
Georgius Gerlich.
Georgius Spoermaker.
Gerardus ab Horreo.
Gerardus Kleinsorgius.
Gerwinus Haverland.
Gladbacensis Monasterii Anonymus.
Godefridus Adrian.
Godefridus Hagene.
Godefridus Pantaleonita Colonienſis.
Henricus Brewer.
Henricus van der Broke.
Henricus Fabritius.
Henricus von der Reck.
Henricus Funck.
Hermannus Fley.
Hermannus de Wesalia.
Hubertus Holthuissenius.
Jacobus Millendunck.
Joannes de Bersworde.
Joannes Fabritius Cæsar.
Joannes Gabriel de Fabri.
Joannes Gelenius.
Joannes Gluel.
Joannes Gobelinus.
Joannes Hinsen.
Joannes Jacobus Ketteler.
Joannes Kerckhorde.
Joannes Lottley.
Joannes Matare.
Joannes Nederhoff.
Joannes Schleidanus.
Joannes Vos.
Joannes Ursinus.
Joannes Weinckens.
Joannes Wilmius.
Lambertus du Chateau.
Lambertus à Wickede.
Levoldus à Northoff.
Marianus Scotus.
Martinus Henriquez Strevesdorff.
Michael Eitzinger.
Michael ab Effelt.
Michael Mörckens.
Oliverius Scholasticus.
Pantaleonita Chorographus.
Petrus à Beeck.
Petrus Broich.
Petrus Broichhausen.
Petrus Cratepolius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Petrus de Dacia.
Petrus de Duisberg.
Petrus Loy.
Reinoldus Kerckhoerde.
Robertus de Monte.
Severinus Binius.
Stefridus von Steinen.
Stephanus Broelmannus. Stephanus Exiguus.
Stephanus ad S. Pantaleonem Monachus.
Stephanus Vinandus Pighius.
Suffridus Petri.
Tackius Duisburgenſis.
Theodoricus Boelaert.
Theodoricus Greſemundus.
Theodorus Rhay.
Theodorus Weſthoff.
Tidemannus ab Hagen.
Tilmannus Heshuſius.
Tremonienſium Dominicanorum Chronicon.
Wernerus Rolevinck.
Wernerus Teſchenmacher.
Wilhelmus Kyriander.
Wittikindus Colonienſis.

HISTORICI SPECIALES Archi-Diœceſeos Colonienſis in fine addantur.

Interpretes Ss. Scripturæ.

Adamus Contzen.
Albertus Magnus.
Albertus Sigebergenſis.
Alexander Candidus.
Amandus Zierixenſis.
Andreas de Confluentia.
Antonius à Kônigſtein.
Antonius Wiſſing.
Arnoldus de Bercka.
Bartholomæus Fibas.
Bruno primus Archi-Epiſcopus Colonienſis.
S. Bruno Carruſ. Patriarcha.
Cæleſtinus à S. Henrico.
Cæſarius Heiſterbacenſis.
Caſpar Ulenbergius.
Gerardus Habbius.
Gerardus Matthiſius.
Guilielmus Hamerus.
Guilielmus Textoris.
Helmicus Amoris de Zutphania.
Henricus ab Aquila.
Henricus de Boſco-Ducis.
Henricus Helmeſius.
Henricus Kalteiſen.
Henricus Kircher.
Henricus Reipkens.
Hermannus Colonienſis.
S. Hermannus Joſephus.
Hilgerus de Burgis. Jacobus Schœpper.
Jacobus Stralenſis.
Jacobus de Suſato.
Jacobus de Sweyve.
Joannes Beetz.
Joannes Blomendael.
Joannes Buxtorff.
Joannes Colonienſis Ordinis Minorum.
Joannes Conradus à Lyskirchen.
Joannes Gewer.
Joannes Hudalrici.
Joannes Iſaac.
Joannes Majerus.
Joannes Morenus.
Joannes Moſenus.
Joannes Petrus Verhorſt.
Joannes Potkens.
Joannes Sloranus.
Joannes Wagener.
Joannes à Winninghen.
Joannes Wittlich.
Leonardus Marius.
Leonardus Meſſen.
Lucas ex Monaſterio S. Cornelii ad Indam.
Ludovicus Hilleſſemius.
Magdalius Jacobus Gaudanus.
Marianus Scotus.
Matthæus Hoen.
Matthias Bredenbachius.
Matthias de Colonia. Matthias Emich.
Nicolaus Serarius. Petrus Caniſius.
Petrus de Mollenbeck. Petrus Moritz.
Petrus Stevartius. Petrus Thyræus.
Philippus Otterburgenſis.
Rupertus Tuitienſis.
Rutgerus Overbach.
Salvianus.
Theologi Colonienſes Bibliorum Editores,
Qui verterunt Biblia in linguas exteras,
Qui coordinârunt Concordantias Bibliorum.
Tilmannus Aquenſis.
Thomas Reinen.
Wernerus Rovelinck.
Wilhelmus Molitoris.
Wolbero Abbas Pantal. Ord. S. Benedicti.

Juriſtæ in Jus Civile vel Canonicum.

Albertus Feinhaltz.
S. Alfredus.
Andreas Eſchenbrender Officialis.
Andreas Gailius.
Anno Schnorrenberg.
Antonius Affelmannus.
Arnoldus Arnoldi.
Carolus Paulus von Zimmerman.
Caſparus Klock.
Chriſtophorus Wintzler.
Franciſcus Burckhard.
Franciſcus Guilielmus Comes de Wattenberg.
Fridericus Hiltropius.
Fridericus von Spee.
Fridericus Voſwinckel.
Gerardus Erneſtus Hamm.
Gerlacus Buxtorff.
Guilielmus Boys.
Haringus Sifridus Synnama.
Henricus ab Eich.
Henricus Jonghen.
Henricus à Roſenthal.
Henricus à Schultheis.

†††††††††

Her-

Hermannus Hermes.
Jacobus Becker.
Joachimus Burger.
Joannes Christianus Bœcken.
Joannes de Colonia.
Joannes à Dart.
Joannes Doccomiensis.
Joannes Fridericus L. B. de Karg.
Joannes Jordanæus.
Joannes Koelver.
Joannes Niellius.
Joannes Oldendorpius.
Jodocus Stimpelius.
Laurentius à Dript.
Martinus Fastardus à Brackel.
Matthæus Boys.
Michael ab Himselrath.
Melchior Voets.
Nicasius à Vœrda. Norbertus ab Horrichem.
Petrus de Clapis.
Petrus Gerresheim.
Petrus Leurenius.
Petrus Osterman.
Petrus Ravennas. Philippus Knipschildt.
Stephanus Nathen. Theodorus Straitmannus.
Thomas Schmitz.
Wernerus Thummermuth, dictus Spormacher.
Wilhelmus Beckers.
Wilhelmus Heimbach.

Mathematici.

Andreas Falckenberg.
Antonius Fischer.
Christianus Sculpinus.
Gerardus Mercator.
Joannes Adamus Schall à Bell.
Joannes Gelenius.
Joannes Michael Gigas.
Joannes Monheimius.
Joannes Noviomagus.
Joannes Ruyschius.
Joannes Taisnierius.
Lotharius zum Bach van Wasfeldt.
Lubertus Middendorff.
Marcus Vipsanus Agrippa.
Melchior Funck.
Petrus Juliacensis.
Petrus Liebering.
Reinerus Kylman.
Theodorus Graminæus.
Valentinus Naiboda.
Wilhelmus Birckman.

Medici.

Ætho Joannes à Freudenberg.
Bernardus Dessenus, dictus de Cronenburg.
Engelbertus Holterhoff.
Franciscus Fabritius.
Hermannus Follinus.
Hermannus Raganus.
Hubertus Lintz.
Joannes Baptista de Lamzwerde.
Joannes Echtius.
Joannes Freytag.
Joannes Mattenburgius.
Joannes Guinterius.
Joannes Khuenius. Joannes Michaëlis.
Joannes Veslingius. Joannes Vochs.
Joannes Wierus.
Joannes Wilhelmus Thour.
Laurentius Donckers.
Petrus Holtzemius.
Philippus de Rogier.
Theodoricus Gresemundus.
Thomas Aubell.
Thomas Steinhaus.

Philologi.

Æmilius Antonius.
Adamus Poelman.
Aleydis Teutonica.
Anna Maria à Schurman.
Antonius Deusing.
Arnoldus Birckmannus.
Arnoldus de Boecop.
Arnoldus Havens.
Arnoldus Heymricius.
Arnoldus à S. Leonardo.
Arnoldus Luydius.
Bartholomæus des Bosses.
Bernardus Heimbach.
Carolus Uyttenhove.
Cartusiæ Colonienſis Scriptores.
Casparus Callenberg.
Casparus Sibelius.
Conradus Berzdorpius.
Conradus ex Heeresbach.
Ditmarus Mulherr.
Dusseldorpiense Collegium S. J.
Engelbertus Teschenmacher.
Eucharius Cervicornus.
Eumenius Clivensis.
Fridericus von Schweitzer.
Georgius Vivienus.
Gerardus Falcoburgius.
Gerardus Joannes Vossius.
Gisbertus Longolius.
Godefridus Gryn.
Gregorius Jordanus.
Guilielmus Insulanus.
Guilielmus Staden.
Hartmannus Maurus.
Henricus Bomelius.
Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus Doergangius.
Henricus Elverich.
Henricus Lieblerus.
Henricus de Mariænavv.
Henricus Stapedius.
Henricus Thenen.
Henricus Wickius.
Hermannus Berg.
Hermannus Buschius.
Hermannus Lappe.
Hermannus Comes de Nevvenaar.
Hermannus Nehemius.
Hermannus Schottenius.
Hubertus à Caster.
Jacobus Cruickelius.
Jacobus Kritzraedt.
Jacobus Leichius.

Jacobus

Jacobus Maſen.
Jacobus Middendorpius.
Jacobus Omphalius. Jacobus Rhentferd.
Jacobus Rickius. Jacobus Sobius.
Jacobus Tollius.
Ignatius Roderique.
Joannes Bilſtein.
Joannes Cæſarius.
Joannes Cocus.
Joannes Colonienſis.
Joannes Conradus à Knippenberg.
Joannes Cruſius.
Joannes à Dorſten.
Joannes de Eſſendia.
Joannes Fridericus Karg.
Joannes Fridericus Matheneſius.
Joannes Georgius ab Eckard.
Joannes Heinsbergius.
Joannes Horrion.
Joannes Lycaulas.
Joannes Michael von der Ketten.
Joannes Murmelius.
Joannes Oranus.
Joannes Packenius.
Joannes Pfefferkorn.
Joannes Potken.
Joannes von Reidt.
Joannes Rivius.
Joannes à S. Rutgero.
Joannes Seiler.
Joannes Sturmius.
Jodocus à Dudinck.
Juliacenſis Schola.
Laurentius Fabritius.
Matthias Kramer.
Michael Herebrandt.
Oliverius Legipontius.
Ortvvinus Graes.
Petrus Fronen.
Petrus Ludovicus Comes de la Marck.
Petrus à Streithagen.
Philippus à S. Joanne.
Reinerus Budelius.
Reinerus Schmitz.
Rodulfus Benedictinus ad S. Pantal. Colon.
Servatius Ædicollius.
Simon de Colonia.
Simon Judæus.
Simon de Spira.
Stephanus Ruidius.
Theodorus Hoepinghius.
Thomas Liel.
Wendelinus Bagen.
Wilhelmus van Grevenbroich.

Philoſophi.

Adrianus Lametzan.
Albertus Oſvvaldt.
Aloyſius van Willigen.
Antonius Deuſing.
Arnoldus à Goor.
Burchardus Lingen.
Conradus de Suſato.
Chriſtophorus Scheiblerus.
Daniel Ramus.
Everhardus de Amorsfordia.
Gerardus Harderyvick.
Gerardus Mathiſius.
Gerardus de Neufville.
Gerardus Terſtegen de Monte.
Gualterus Schmackert.
Heimericus de Campo.
Henricus de Gorrichem.
Henricus de Orſoye.
Hermannus Meſdorpius.
Hermannus Voelhaver. Jacobus Settegaſt.
Jacobus Timæus. Joannes Clauberg.
Joannes Verſor. Matthias Heimbach.
Montanorum Gymnaſium.
Paulus Aler. Petrus Leurenius.

Poëtæ.

Ægidius de Vreſe. Æmilius Antonius.
Andreas Munſterus.
Andreas à Streithagen.
Andreas Sadalerus.
Anna Maria à Schurman.
Auguſtinus Neeſer.
Bartholomæus Colonienſis.
Benedictus Junckersdorff.
Carolus Uyttenhove.
Caſparus Grieffgens.
Ferdinandus L. B. de Fürſtenberg.
Franciſcus Xaverius Trips.
Franciſcus Meſchedenſis Scholaſticus.
Gerardus Hanſen.
Gualterus Tangerius.
Guilielmus Laurus.
Henricus Balthaſar Blum.
Henricus Putzius. Henricus Scævius.
Henricus Zimmerman.
Jacobus Greſelius. Jacobus à Trieſt.
Joachimus Fridericus Ulenberg.
Joannes Baptiſta Bebber.
Joannes Bavvmeiſter.
Joannes Bredenbachius.
Joannes Curveillo.
Joannes Fabritius Bolandus.
Joannes Michael von der Ketten.
Joannes Tybius.
Joannes Wolfius.
Jodocus von Dael.
Lambertus Henricus Xylander.
Laurentius Walrami.
Martinus Stockens.
Matthæus Creutz.
Matthias Agricius.
Matthias Sarburg.
Nicolaus Thomæ.
Noveſianum Gymnaſium.
Paulus Aler.
Petrus Matzenradius.
Theodorus Eckert. Theodorus Pulmannus.
Wilhelmus Deel.
Wilhelmus Salsman.
Wolphelmus Comes.

Polemici.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Polemici.

Adamus Contzen. Adrianus de Walenburch.
Antonius Hulſius. Benedictus Schœffer.
Bernardus Balduinus Fley.
Bernardus Sutholt.
Bernardinus Vetvveis.
Brocardus à S. Laurentio
Caſpar Pfafradius. Caſparus Ulenbergius.
Chriſtophorus Gerſon.
Chriſtophorus Comes von Rantzovv.
Conradus Grutherus. Cornelius à Rynthelen.
Cornelius Schultingius. Cunerus Petri.
Damianus à Saliceto.
Dionyſius Werlenſis.
Everhardus Billicus.
Everhardus Henottus.
Everyvinus de Helffenſtein.
Franciſcus Agricola.
Franciſcus Schmitz.
Fridericus Niviandts.
Georgius Bauſſumer. Georgius Caſſander.
Gerardus Buſæus. Godefridus Sittartz.
Godefridus Weyer. Helfricus Ulricus Hunnius.
Henricus Elyſſenius. Henricus Colendal.
Henricus Rupæus. Hermannus Thyræus.
Hermannus Monachus de veteri Monte.
Hieronymus Mulman.
Hubertus Juliacenſis.
Humilis Verhaven.
Jacobus Alket. Jacobus Coemans.
Jacobus Hack. Jacobus de Hoogſtrath.
Jacobus Sprenger.
Joannes à Daventria.
Joannes Fridericus Rorich.
Joannes Gropperus. Joannes Heim.
Joannes Jacobus Rabus.
Joannes Matthias Cremerius.
Joannes Mulman. Joannes Nopelius.
Joannes Polch. Joannes Schnitzel.
Joannes Schucking. Joannes Slotanus.
Joannes Stalenus. Jodocus Coccius.
Leonardus Rubenus.
Ludolphus Schaumburg.
Ludovicus Corn. Martinus Beeanus.
Martinus Dunckanus.
Matthias Bredembachius. Melchior Braun.
Melchior Cornæus. Melchior Weber.
Nicolaus Herborn. Nicolaus Neiſſen.
Pantaleon Eſchenbrender.
Parochus Catholicus. Patroclus Boickman.
Petrus Caniſius. Petrus à Cutſem.
Petrus Michael Brillmaker.
Petrus Roeſtius. Petrus Scheffer.
Petrus Sibenius. Petrus Thyræus.
Petrus de Walenburch.
Quirinus Goeſſemius.
Reinerus Bachovius ab Echt.
Segerus Pauli.
Theodoricus de Gouda.
Theodorus Menſinck.
Theodorus Petreius.
Tilmannus Sigebergenſis.
Victor de Carben. Wernerus Lottley.
Wilhelmus Caſparus Deicks.
Wilhelmus Thamerus.
Winandus Zephenius.

Theologi ſpeculativi & morales.

Adam Colonienſis. Adamus Sasbout.
Adamus de Vodromo.
Albertus Clumpartz.
Alexander Candidus.
Amandus Zierixenſis.
Andreas Eſſer. Andreas Ketvvig.
Antonius Hulſius.
Antonius Konigſtein.
Auguſtinus Kneutgen.
Bonifacius Maes. Brocardus Billick.
S. Bruno Archi-Epiſcopus Colonienſis.
Bruno Neuſſer.
Cæleſtinus à S. Henrico.
Caſparus Fieſman.
Caſparus Ulenbergius.
Claudius Lacroix.
Conradus Koellin.
Conradus Tremonius.
Conradus Vorſtius.
Coſmas Morelles.
Everhardus de Clivis.
Franciſcus Boelen.
Franciſcus von der Veken.
Gerardus de Elten.
Gerardus Habbius.
Godefridus Candelarius.
Godeſchalcus de Grüe.
Godeſchalcus de Meſchede.
Guilielmus Textoris.
Henricus de Andernaco.
Henricus de Aquila.
Henricus Bock.
Henricus Boick.
Henricus Dollendorpius.
Henricus Hilden.
Henricus Kalteiſen.
Henricus Kircher.
Henricus de Werlis.
Hermannus Buſenbaum. Hermannus Colon.
Hermannus Zittardus. Joan. Hoſt à Romberch.
Joannes Weis. Marſilius de Inghen.
Petrus à Well.
Philippus Alberti.
Reinerus Saſſerath.
Sebaſtianus Knippenberg.
Sibertus de Becka.
Sibertus de Troiſtorff.
Theodoricus de Suſteren.
Thomas Schmitz.
Tilmannus Aquenſis.
Tilmannus Smelingus.
Wolterus Scopen.

INDEX

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX QUARTUS
MATERIARUM SPECIALIS,
SIVE
HISTORIÆ
PATRIÆ COLONIENSIS.

C. I.

Scriptores Historiæ universæ Archi-Diœceseos.

§. I. HISTORIOGRAPHI.

ANnales Ecclesiastici & civiles Metropolis Ubiorum & Sedium suffraganearum ab anno ante Christum 63. ad annum Æræ nostræ 1675. Tomi IV. in folio MSs. ab Hermanno Crombach S. J.

Inferior ad Rhenum Germania: sive Coloniensium, Juliacensium, Clivensium, Montensium ac Westphalorum res sacræ & profanæ ab anno ante Christum 278. ad annum post Christum natum 1660. annalium in morem digestæ. Tomi VI. in folio MSs. Authore Henrico Turckio Soc. JESU.

Historia Coloniensis ab initio urbis conditæ ad hunc diem (circa annum 1635.) admodùm Reverendi Domini Joannis Wilmii Decani Kempensis. Libri IV. in folio MSs.

§. II. CHRONOLOGI.

Conatus chronologicus ad catalogum Archi-Episcoporum Coloniensium Domini Mich. Môrckens Cartusiani. Coloniæ 1540. in 4to typo Simonis & Krakamp.

Chronica breviora impressa sunt hæc: Levoldi à Northoff editum à Meibomio: Petri Mersæi Cratepolii, omnium Archi-Episcoporum Coloniensium ac Trevirensium. Coloniæ typo Godefridi Kempensis 1578. in 12mo... Secunda editio duplo penè auctior 1580... Tertia editio facta fuit Francofurti 1622. à Gualtero in 8vo.

De MSs. Chronicis decem Archi-Episcoporum Coloniensium aliis brevioribus, aliis fusioribus, vide Bibliothecam nostram Coloniensem.

Chronicon MS. Cancellarii de Biesterfeldt asservat Bibliotheca Clarissimi D. J. C. de Lapp, Consiliarii intimi Electoris Colon.

§. III. CHOROGRAPHI.

Joannis Gigantis Prodromus geographicus Archi-Episcopatûs Coloniensis & annexarum regionum, in folio 1620. cum mappis extensis.

Georgii Brauni & Abrahami Hohenbergii Theatrum urbium æri incisarum, cum luculentis descriptionibus. 1621. in folio.

§. IV. HERALDOGRAPHI.

Insignia Archi-Episcopatûs Coloniensis & Archi-Episcoporum nostrorum explicat Hoeping. de jure insignium C. VI. P. I. §. 2. Spener historiæ insignium L. III. C. VIII.

Nobilitatis Coloniensis insignia æri incisa, cum historia, lege apud Ægidium Gelenium de Col. Agrip. magnitudine L. II. toto, & in descriptione historiæ Archidiœc. Colon. Strevesdorffii editionis ultimæ 1740. typo O. J. Steinhaus.

§. V. Matricula Statuum quatuor Archi-Diœcesis Coloniensis legitur in descriptione historiæ Archi-Episcopi Coloniensis Strevesdorffii editionis ultimæ jam citatæ.

In eadem sedes Nobilium extantes in Archi-Diœcesi, & earum ultimi possessores.

C. II.

Scriptores de jure publico sacro Archi-Episcopi & Archi-Diœcesis Coloniensis.

§. I. De Dignitate Archi-Episcopali.

De ejus initio. Cum Materno I. eam cœpisse docent Anonymus apud Gelenium in pretios. Hierotheca pag. 31... Adolphus de Bingen in Chronico Cunibertinæ Ecclesiæ MS. Illustrissimus de Marca de Primatibus n. 75. ex Epistola S. Athanasii ad Solitarios. Josephus Hartzheim Soc. JESU

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in Disquisitione I, II, III, de initio Metropoleos Coloniæ impressa 1731. 1732. Sub Agilolpho eam dignitatem natam vult Gelenius *loco citato*.... Sub Hildebaldo vel alio Episcopo eam ortam esse disputat Ignatius Roderique *in III. Disceptat. adversus Edmundum Martene Part. I. C. III.* & in *Traditione Ecclesiæ Colonensis vindicata* an. 1731. edita.

N. 2. De initio & numero SUFFRAGANEARUM ECCLESIARUM.

A. TUNGRENSIS, nunc Leodiensis, à primo sæculo Henschenius. *Ægidius Bucherius Belgii Romani L. VIII. C. IX. & X.*

B. ULTRAJECTINÆ à septimo sæculo (quæ usque ad annum 1559. IV. idus Maji subjecta, per Paulum IV. in Metropolim erecta fuit) *Epist. XCVII. inter Bonifacii: Thomassin de veteri & nova Discipl. Eccles. Tom. I. L. I. C. 24. Schaten Histor. Westphal. L. VI. pag. 386.*

C. OSSEMBRUGENSIS à sæculo octavo. Erdmannus. Chronicon Osnabrug. Chronographus Saxo & Author Saxonicarum fundat. apud Leibnitz Tom. I. rerum Brunswicens. Crantzius Saxoniæ L. II. C. XIV. XXIII. Metropolis L. I. C. II. Gobelinus Cosmodromii ætate VI. C. 38. Kleinsorg Histor. Eccles. Westph. C. II. Schaten. Histor. Westph. L. VII. ad annum 777. ex Turckio, Veldio, Grothusio Soc. Jesu scriptis ineditis. Stangefol L. II. Annalium Circuli Westphalici ad annum 788.

D. MIMIGARDEFORDENSIS, nunc Monasterienſis. Crantzius Metrop. L. I. C. V. Saxoniæ L. II. C. XVI. Altfridus. Acta S. Ludgeri. Leibnitz Tom. I. rerum Brunsvvicar. post editiones Brovveri & Bollandi. Schatenus L. VII. p. 470. L. X. Westphal. p. 632.

E. BREMENSIS à sæculo octavo. Crantzius Saxon. L. II. C. XIV. Metrop. L. I. C. VII. Adamus Bremensis L. I. S. Ansgarius in vita S. Willehadi à Philippo Cæsare, D'Acher. & Mabillon sæculo III. Act. SS. Ord. S. Benedicti parte 2dâ, pag. 409.

F. VERDENSIS à sæculo octavo. Crantz. Metropol. L. I. C. VI.

G. MINDENSIS. Crantz. Metrop. L. I. C. IX. Schaten. Histor. Westph. L. VII. p. 468.

H. HAMMABURGENSIS. Crantz. Metrop. L. II. C. 21. de jure publico Eccles. Jos. Hartzheim notæ in L. I. C. I. Titulo XVI.

§. II. De PRIMATU Ecclesiæ Colonienſis. Herm. Crombach Dissertatio MSs. de hoc argumento. Extat in Colleg. Colon. S. J. Serarius de rebus Mogunt. L. I. C. 21. Illmus de Marca de primatib. n. 76. 77.

§. III. De ELECTORIS jure in Ecclesia Colon.

A. De hujus initio. Ægid. Gelen. pretiosæ Hierothecæ p. 102. Hermes fascicul. jur. publ. Cap. XVI. Windeck de Princip. Elect. origine. Limnæus jur. publ. L. III. C. I. & VI.

B. De SESSIONE & VOTO in eligendo Imperatore. Aurea Bulla Caroli IV. C. IV. §. 3. & Commentatores. Hermes fascicul. jur. publ. Cap. XVI. q. 1. 2. 3.

C. De ARCHI-CAPELLANI sub Carolingis, CANCELLARII munere sub Germanis Regibus. Mabillon de re diplomat. L. II. C. XI. pag. 112. Mallinkrot de Cancellariis. Pfeffinger ad Vitriarii L. I. Tit. XIV. §. 6. 7. catalogum exhibet Cancellariorum ab 758. ad 1236.

D. De ARCHI-CANCELLARIATU Italiæ. Aurea Bulla C. 3. §. 2. Mallinkrot. Mabillon Tom. IV. Annal. Bened. L. III. n. 67. Beselius Chronici Gotwicensis Tom. I. L. II. p. 221. 240. Fabri Staats-Cantzeley Tom. XI. p. 621.

E. De JURE CORONANDI REGEM ROMANORUM antè & post auream Bullam.

Pro affirmante sententia jus illud competere soli Colonienſi hæc ùt plurimùm anonyma typo vulgata sunt:

1. *Kurtze Information und Beweiss, warumb Chur Cöllen den Actum Coronationis vor Chur Maintz zu verrichten gebühret. Bonnæ 1653. in 4to typo Henrici Jansenii, & Roma Latinè anno 1656. iterum Bonnæ 1656. in 4to. Confer. Lundorpii Acta publ. Tom. VII. p. 48.*

Grundfest Europæischer Potentzen Gerechtsamkeit Part. I. pag. 301.

2. *Instantia Colonienſis circa jus coronandi Regem Romanorum. in 4to.*

3. *Trutina circa jus coronandi Regem Romanorum æquo & candido Lectori ad discernendum, ruminandum & decernendum proposita pro Moguntino. 1656. in 4to.*

4. *Iterata vindicia juris coronandi Regem Romanorum pro Archi Diœcesi Colonienſi. Bonnæ 1657. typo Henrici Jansenii in 4to pp. 104. & Helmstadii 1664.*

5. *Anticonrigiana defensio juris Colonienſis in coronandis Regibus Rom. contra Hermanni Conringii assertionem juris coronandi primam & alteram auctiorem. Bonnæ 1656. in 4to.*

6. *Hermannus Conringius Elenchmenos, sive strictura in assertionem juris Moguntini in coronandis Regibus Romanorum, Authore Petro à Streithagen, Heinsbergæ ac Cranenburgi Canonico. Bonnæ typo Henrici Jansenii 1656. in 4to pp. 127.*

7. *Parallela sive amica & sincera collatio eorum argumentorum, quæ de jure coronandi Reges Rom. in utramque partem à Moguntinis & Colonienſibus Scriptoribus hactenus allata, & scripta fuerunt.*

Pro Moguntini Electoris jure in coronando Rege Rom. prodiêrunt typo publico:

1. *Chur-Maintzische Antwort auff die Chur-Côllnische Information, die Krönung des Römischen Königs betreffend. 1653.*

2. *Iterata dissertatio de jure coronandi pro Electore Moguntino contra Colonienſes vindicias. 1656. in 4to.*

3. *Assertio juris Moguntini in coronandis Roman. Regibus, Authore Hermanno Conringio. Francofurti typo Wilhelmi Sertin 1655.*

4. *Assertio ejusdem auctior prodiit typo Henrici Mülleri Helmstadii 1656.*

5. *Tertia editio ejusdem eodem typo & loco 1664. in 4to. Cui subjicitur Transactio inter Moguntinum & Colonienſem Electores super hujus juris exercitio de anno 1657. die 16. Junii.*

6. De

6. *Demonſtratio Moguntina inveterati circa Reges Romanorum coronandi uſus & jus ex privilegiis, documentis & Authoribus non factatis, ſed productis, & temporum teſte veritatiſque luce hiſtoria, in 4to impreſſa.*

7. *Caſtigatio libelli, cui titulus: Anticonvigiana defenſio. Francofurti apud Sertin 1656.*

8. *Examen vindiciarum Colonienſium, eodem anno, loco & typo.*

9. *Iteratarum vindiciarum juris coronandi pro Archi-Diœceſi Colonienſi examen, quo ad Colonienſium Advocatorum argumenta breviter reſpondetur. Helmſtadii 1664. in 4to.*

10. *Repetitio & quæſtionis Colonienſis, & eliſionis Moguntinæ pro demonſtratione, &c. in 4to.*

Rousset les interêts préſens des Puiſſances d'Europe Tom. I. Part. II. C. IV. §. 11. ſynopſin dat argumentorum utriuſque partis ex his libellis excerptam. Hermes Faſcicul. J. P. c. 16. q. 4. 5.

F. De QUATUOR TITULIS HÆREDITARIIS Archi-Epiſcoporum Colonienſium. 1. CANCELLARII perpetui S. Romanæ Eccleſiæ. 2. Cardinalis Presbyteri Eccleſiæ ſancti Joannis ante Portam Latinam. 3. Legati nati Romani Pontificis. 4. Legati nati de latere.

Clariſſimus Dominus Franciſcus Ignatius de Bullingen diſſertationem juris publici de Electore Colonienſi & ejus jure publico habuit, & luci dedit prælo Argentoratenſi 1716. in 4to typis Joannis Paſtorii.

Wibertus in vita Leonis XI. apud Surium 19. Aprilis. Ciaconius in vita Leonis IX. & X. Mallinkrot de Archi- & Cancellariis. Ægid. Gelen. de Col. Agrip. magnitud. p. 225. & ſpeciali tractatu edito 1731. à Lamberto Noell Canonico Eſſendienſi in 4to, & multis modis aucto, hoc titulo: *Gloria & Eminentia Archi-Epiſc. Colon.* Ægid. Gelen. in pretioſa Hierotheca pag. 114. & ſeqq. Pagi in Critica Baronii ad anuum 1049. n. XIII. & ad annum 1151. n. I. Baron. Annal. Eccleſ. ad annum 1051. n. IX.

C. III.

De Juriſdictione politica, & jure gladii apud Epiſcopos Colonienſes.

A. De initio juris hujus in Eccleſia Colon. Ægid. Gelen. in pretioſa Hierotheca p. 27. & 70. de Col. A. magnit. p. 370.

Fundatores & doratores, qui prædiis, regionibus, juriſdictionibus, Comitatibus, Ducatibus, &c. Eccleſiam Colonienſem ampliârunt, ſummatim recenſet ex plurimis quoſdam illuſtriores Ægidius Gelen. de Col. A. magnitud. L. I. Syntagm. VII. toto. Vide & noſtræ Chorographiæ C. I.

§. I. De jure Archiep. & Arch. Col. in Auſtraſiam univerſam vel Lotharingiam. Ægid. Gelen. pretioſ. Hieroth. in vita S. Brunonis pag. 57. ex regione ad annum 943. 954. Wittekindo L. II. Ex his Franckenberg Europ. Herold. I. Part. pag. 214. Schweder. Rouſſet L. cit.

§. II. In Altenwied, Lintz, Neuerburg, Imhoff. Notitia Procerum Imp. L. IV. C. XII. num. 20. ex quo Schwederus & Rouſſet L. cit. Gelen. in vita S. Engelb. pag. 156. & Bullam Urbani de 1262. ibid.

§. III. In Coloniam Urbem. Pagi Critica Baronii ad annum 988. n. I. II.

Pro hac jure tuendo impreſſa ſunt ſequentia:

D. *Concordata inter Sereniſſimum Hermannum IV. Haſſiæ Landgravium A. C. & Capitulum Metropoliticum ex una, ex altera inter Conſules & Senatum Colon. de anno 1506. qua confirmatur antiquior concordia pacta inter Archiep. Colon. & urbem de anno 1473. in Vigilia Pentecoſtes. Edita ab Oldenburger in Limnæo enucl. L. IV. C. X. extat impreſſa poſt ſtatuta & concordata der heiliger freyer Reichs-Stadt Cöllen.*

E. *Manifeſt, aus was vor erheb- und andringlichen Urſachen die Churfürſtl. Durchl. zu Cöllen Hertzog Maxim. Henrich in Bayern &c. unſer gnädigſter Herr zu Handhabung ihrer und ihres Ertz-Stiffts in der Stadt Cöllen von den Römiſchen Königen und Kayſeren zu Lehen tragender und competirender Gerechtig- und Herrlichkeit auff gemelter Stadt eingeſeſſenen zuſtändige Intraden unlängſt eine Prohibition anzulegen genöthiget worden. 1653. 22. Decembris Bonnæ in 4to. Recuſum 1729. Bonnæ in folio.*

F. *Ex parte urbis. Auff Ihro Churfürſtliche Durchl. von Cöllen Herrn Maximilian Henrichen, Hertzogen in Ober- und Nieder-Bayern &c. unterm dato Bonn den 22. December nechſt verfloſſenen 1653. Jahrs ſignirt, und folgends zu Ende des Monats Februarii nechſthin in offenen Druck ausgegebenen Manifeſti abgenöthiget, wohlgegründeter Gegen-Bericht Burgermeiſtern und Raths der Käyſerlicher und des H. Reichs freyer Stadt Cöllen. in 4to 1654. 30. Martii. Recuſum Bonnæ 1729.*

G. *Apologia des Ertz-Stiffts Cöllen, ſampt beygefügten mit N. 1. bis ad N. 134. ſignirten Beweiſs-Stücken wider Bürgermeiſtern und Rath deſſen Haupt-Stadt Cöllen auff das Churfürſtliche Manifeſt abgegangene vermeynte Gegen-Bericht.* Anno, qVo IVra propria ArChI-EpIsCopI CoLonIensIs In CoLonIa AgrIppIna à MaX. HenrICo BaVaro IVstIcIa InterVenIente propVgnata. *Typo Bonnenſi in folio.*

Idem liber recuſus ſecundò ſub hoc titulo: Juridica deductio pro Imperio mero & mixto Archi-Epiſcopi in Civitatem Coloniam.

H. *Proteſtatio Coſſ. & Magiſtratus Colon. vulgata typo 1659. 16. Julii. Apud Gaſtellum de ſtatu publ. C. 32.*

I. *Chur-Cöllniſche Declarations-Schrifft wider die Stadt Cöllen de 1669.*

Theatrum Europ. Tom. X. pag. 11.

K. *Abdruck des Namens Chur-Cöllniſcher Herren Statthalter, Cantzler und Räth am 13. Octobr. 1670. Burgermeiſter und Rath der Stadt Cöllen*

Cöllen wegen des vorgenohmenen neuen Festungs-Bau und anderer unverantwortlicher Eingriffen insinuirter Protestation: L. *wie auch der darwider von besagten* Burgermeister *und Rath eingewendeter anmaslicher Reprotestation*: M. *Und darauff nrfolgter Chur-Cöllnischer wohl-gegründeter* Beantwortung *und Widerlegung*: N. *So dann deren Seiner Excellentz dem Käyserlichen* Herrn Envoyé Marquis *de Grana und mehrerwehnten* Burgermeistern *und Rath der Stadt Cöllen gethaner Propositon und Vortrag. 1671. 4. Maji.*

Theatri Europæi Tom. X. pag. 106. Londorp. act. publ. Tom. IX. L. XVI.

O. *Erklär- und Beantwortung Burgermeister und Rath der Stadt Cöllen auff vorgedruckten, und an Seithen Ihro Churfürstlichen Durchl. 6. Maji 1671. beschehenen Vortrag 15. Maji anno 1671. impressum in folio.*

P. *Abdruck der Nahmens Ihro Churfürstl. Durchl. zu Cöllen denen Käyserlichen Subdelegirten durch Ihro Hochfürstl. Gnaden zu Strasburg und übrige Churfürstliche Deputirte am 8. Novembr. 1671. extradirter endlicher Erklärung, wie die zwischen Ihro Churf. Durchl. und der Stadt Cöllen obschwebende Differentien gütlich beyzulegen.*

Fritsch in notis ad Limn. L. 7. C. 10. pag. 206. Diarium Europæum continuatio XXII. XXIII.

Q. *Commissariorum Cæsareorum & Subdelegatorum Interims-Vergleich zwischen Ihro Churfürstl. Durchl. zu Cöllen und Burgermeister und Rath daselbst de 2. Januarii 1672. neben Recess de eodem dato, gedruckt zu Cöllen bey Peter Hilden.*

Gastel. de statu publ. Europæ C. XXXIII. p. 919.

R. *Securis ad radicem posita, oder gründlicher Bericht loco libelli, worin der Stadt Cöllen am Rhein Ursprung.... auch ferner angewiesen ist, was massen dieselbe bis ins fünffte Saeculum in der Römischen Käyseren Beherrschung gestanden, nachgehends vom Childerico I. denen Franckischen Königen unterthänig gemacht.... und endlich durch den Römischen Käyser Teutscher Nation Otton den Grossen genant seinem Bruder dem Cöllnischen Ertz-Bischoffen Brunoni mit Landes-Fürstlicher hoher Obrigkeit, sampt anklebender weltlicher Gerichtbarkeit, auch allen hohen und niederen Herrlichkeiten endlich überlassen, von denen Ertz-Bischoffen viele hundert Jahr ruhig beherrschet; in denen letzteren Zeiten aber für eine ungemittelte freye Reichs-Stadt irrig geachtet worden, und nunmehro dem Cöllnischen Ertz-Bischthumb als dessen Haupt-Stadt wiederum beyzufügen &c. Autore clarissimo Consiliario Aulico Petro Alexandro Bessart, cum adjunctis CLXXVII. in folio Bonnæ 1687. typo Georgii Friderici Franckenberg.....*

2da editio Bonnæ 1729. typo Leonardi Rommerskirchen in folio.

S. *Gründliche Widerlegung Capitis II. des so genanten Securis ad radicem posita, abgefasset von Joanne Georgio Eckart 1724. Colonia. MSs. extat apud Syndicatum Colon. Vide Diarium Europæum continuatio XXII. XXIII.*

Rousset les interêts présens de l'Europe Tom. I. Part. II. C. IV. §. 1. aliqua argumenta pro & contra jus Electoris Colon. in Civitatem Colon. refert Schwederus Theatro prætensionum L. cit. Cap. I.

§. IV. Jus Archiep. & Archid. in civitatem & Satrapiam Hackenbourg.

A. *Informativa deductio pro jure Archi-Diœc. Colon. in feudum Hackenbourg.*

B. *Kurtze, doch vvohl-gegründete Widerlegung deren vermeynten Cöllnischen informativa deductionis Hackenburg belangend, darin des Gräfflichen Hauses und deren Agnaten, insonderheit Graff Christians zu Sayn und Wittgenstein jus und gerechtsamb zu dem Schloß und Stadt Hackenburg mit dessen Pertinentien, und hierüber zustandiges utile dominium aus denen ergangenen actis ervviesen, und das vvidrige mit Bestand Rechtens abgelehnet vvird. 1646. gedruckt in 4to.*

C. *Kurtzer Bericht, daß die gantze Grafschafft Sayn von vielen hundert Jahren Chur-Pfältzisch Mann-lehen gevvesen, auch noch seye.*

Schweder. Theatr. prætens. L. III. sect. 5. c. 5. instrum. pac. Osnabr. art. IV. §. 36. Imhoff notit. Proc. L. III. c. 20. §. 5. L. VI. c. 14. n. 5. 16.

§. 5. Jus Archiep. & Archidiœc. Colon. in Kayserswärth.

A. *Justitia possessionis Palatinæ super Cæsaris-Insula & appertinentiis 1703. Dusseldorpii typis viduæ Caspari Beyer in folio pp. 47.*

B. *Justitia possessionis Electoralis Ecclesiæ Colonensis super Cæsaris-Insula. Das ist, in den Geschicht- und Rechten unvviderleglich gegründete Anvveisung, daß &c. in folio pp. 52. impressa.*

§. 6. J. A. & A. Col. in Ervvithe & Westerkotin. Ægid. Gelen. in pret. Hieroth. pag. 111. 112.

§. 6. Jus A. & A. C. in Lipstadt. Londorp. Tom. XI. act. publ. L. XII. c. 40. n. 18. Memoires des negotiations de la paix de Nimwegue Tom. IV. p. 349. Puffendorff Histor. Brandeburg. L. XVII. §. 58. Schvveder. Theat. præt. L. III. sect. 5. c. 3.

§. 7. J. A. & A. C. in districtum Mausepfadt. Sprenger Lucern. Stat. p. 1719. Schvveder. L. cit. c. 8.

§. 8. J. A. & Archid. Col. in Marsperg, Eresburg, Montem Martis. Monumenta Paderborn. Illustrissimi Fürstenbergii 2dæ editionis à pag. 105. ad 118.

§. 8. Jus Archiep. & Archidœc. Colon. in Neuenaar. Thummermuth Centur. I. Cölln. Kunckellehn n. 98. & 100. Centuria II. n. 39.

Lim-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Limnæus jur. publ. Tom. IV. addit. ad L. IV. c. 7. p. 540. Londorp act. publ. Tom. XI. L. XII. c. 40. n. 18. Puffendorff Hiſtor. Brandeburg. L. XVI. § 96.

§. 9. Jus Archiep. & Archidiœc. Col. in Saleveld. Ægid. Gelen. in vita B. Richezæ c. 10. p. 22. 34. & 35. & de C. A. magnit. p. 95. Tolner. Hiſtor. Palat. p. 28. 87. 238. & diplom. XXXIII. Lunig Spicileg. Eccleſiaſt. Cent. I. p. 319. ex quibus Rouſſet L. cit. §. 12.

§. 10. Advocatia Epiſcopi Colon. in Abbatiam Sigeberg. pro qua Henricus de Millenarck anno 1230. bellum geſſit contra Ducem Montium & Limburg.

§. 10. Jus A. & A. Col. in Suſatum. Ægid. Gelen. de C. A. magnit. p. 278. & 279. 258. in vita S. Cunibetti in pretioſa Hieroth. p. 26. 28. in vita S. Engelb. p. 130. & ſeq. Trithemius Chron. Sponh. ad annum 1444. Crantz. Saxoniæ L. XI. c. 31. Braun Theatr. urbium L. III. p. 57.

§. 11. Information des Dohm-Capituls zu Cöllen vvegen der Naſſau-Sigenſchen Sachen de anno 1708.

Monatlicher Staats-Spiegel Tom. X. menſe Aprili pag. 3. Ægid. Gelen. de C. A. magnit. L. I. Synt. 7. p. 75. Crantzius Saxoniæ L. VI. C. XLVI.

§. 12. J. A. & A. C. in Comitatum Hochſteden die Burch von Aldenae, die Burch zo Aare, dat Schloſs Nurberch, Woldenburch, dat Schloſs Wede mit ſynen Zogehoere.

Chronica der H. Stadt Cöllen p. 98.

§. 13. Des Churfürſtenthumbs Cöllen Lands-Fürſtliche Gerechtigkeit an dem Cloſter *Flechtorff* contra Comites in Waldeck. Volumine III. Farraginum Gelenianarum extare perhibetur.

§. 14. Acta zvviſchen Chur Cöllen und Waldeck vvegen Oſtinshauſen: ubi impreſſa ſint, nondum mihi conſtat.

§. 15. In Caſtrum & Baronatum *Dollendorff*, in Eifflia prætenſio juris Archi-Epiſcopi Colonienſis, quà feudi Domini, eò quòd Sifridus Arch. Colon. anno 1278. & Fridericus Arch. Colon. anno 1395. infeudârint Barones de Dollendorff.

Deductionem genealogico-hiſtorico-juridicam pro Illuſtriſſimo Duce Juliacenſi contra Colonienſem ſcripſit Chryſanthus Boys anno 1579.

§. 16. *In Bedbur.* Cùm anno 1578. Hermannus Comes Neuenaariæ & Mœrſæ Dominus in Bedbur moreretur, prætendit Gebhardus Archi-Epiſcopus Colonienſis pro ſe & Archi-Epiſcopatu jus in Bedbur: contra Wilhelmus Dux Juliæ ſibi ſupremum dominium in Bedbur competere affirmabat. Exrat deductio juridico-hiſtorica, cui inſeruntur documenta utriuſque partis: item documenta probantia poſſeſſorum Comitum Salmenſium, Neuenaariorum.

§. 17. Acta inter Conſiliarios regiminis Electoratûs Colonienſis, & Conſiliarios Regis Boruſſiæ ob hoſpitium militi Pruſſico datum.

Anno 1714. *Wahrhaffte Vorſtell- und Anweiſung, was die Ertz-Stifftiſch- und Churfürſtliche Cöllniſche Landen während dem gegenwärtigem Krieg (von anno* 1702. *ad* 1713.) *hindurch, zufolg deren ergangenen Reichs-Schlüſſen an baarem Geld und geſtellter Mannſchafft beygetragen: auch wie ſelbige durch die Frantzöſiſche Contributionen, Preuſſiſche jährliche Winter- fort andere vorgegangene viele Stand-Quartier, Durchmarſchen, und in vorbeſagten Reichs-Schlüſſen höchſt verbottene Preſſuren von anderen Reichs-Mitſtänden und Aſſociirten bis hiehin bitterlich ſeyen getruckt und zu ſchanden gerichtet worden; ſampt Beylagen à Num. I. bis Num. II. incluſivè, in folio ſinè loci, anni, typi nota ulla,* 30 *Seiten.*

Huic Colonienſi repoſuit Boruſſicum Regimen:

1714. *Verzeichnus deren von wegen Seiner Königlichen Majeſtät in Preuſſen an die Ertz-ſtifftiſche und Churfürſtliche Cöllniſche Landen wider den litterlichen Inhalt deren letzteren dreyen öffentlichen Friedens-Schlüſſen durch in gegenwärtigem Krieg von zeitlicher Kayſerlicher Majeſtät ergangener allerhöchſter Obrigkeitlicher Verordnungen, weniger nicht errichteter gemeinſamer Reichs-Schlüſſen machenden widerrechtlichen Anforderungen, und deren gründliche Widerlegung, ſampt Beylag à Num. 1. bis Num. 8. incluſivè in folio 30. Seiten ſinè conſule, die, loco, Typographo.*

C. IV.

De Curia feudali Archi-Epiſcopi Colonienſis.

Vom Chur-Cöllniſchen Lehen-Hoff.

A. Krumbſtab ſchleuſt niemand aus, das iſt: *Documenta Stifft-Cöllniſcher Erb- und Kunckel-Lehen ex actis publicis compromiſſi, und ſonſt an Seiten Stifft-Cöllniſcher Ritterſchafft und Lehen-Leut zur Nachricht der Poſteritât extrahirt und publicirt.* 1632. *in folio ſinè nomine loci, Typographi & Authoris.*

Secunda ejuſdem libri editio aucta Centuriâ documentorum feudalium prodiit Coloniæ 1738. *in folio typo Ottonis Joſephi Steinhaus, prodito nomine* Werneri Thummermuth. *Adjecta reſponſa Kreſſii, Boehmeri, Roſenthalii de feudis Eccleſiaſticis.*

B. *Cöllniſcher Krumbſtab ſchleuſt die Weiber aus, das iſt: Klare Vorſtellung, daſs die Ertz-Stifft-Cöllniſche Lehen regulariter auff den Mann-Stamm allein gewidmet, und nach deſſen Abgang dem Ertz-Stifft ipſo facto zuruck und anheim fallen. Hildesheim anno* 1725. *in folio pp.* 164. *Author Excellentiſſimus D. Carolus Paulus von Zimmerman Cancellarius Hildeſienſis. Tacito nomine hæc generatim de natura feudorum Colonienſium diſputata prodiêrunt typo.*

†††††††††††

C. Re-

C. *Responsum Facultatis Juridicæ de controverso Castro REINSHEYM inter Serenissimum D. Electorem Colon. & Edmundum van Metternich 1616. 16. Junii.*

D *Responsum Facultatis Juridicæ Lovan. 25 Aprilis de manutenenda filia in bonis feudalibus patris defuncti, ubi de possessorio agitur controversia orta inter Serenissimum D. Archi-Episcopum Colon. & Capitulum Metropolitanum ex una, ex altera parte illustriss. Vasallos sæculares Dition. Colon.*

E. *1637. 6. Maji Responsum Facultatis Juridicæ Colon. in causa ODENKIRCHEN, an feudum hoc promiscuum ac hæreditarium proinde ejus investitura hæredibus ab intestato proximis in legitima ac reali possessione inventis, atque etiamnum constitutis juxta jus commune & feudale, & maximè Diœcesis Colonienſis notoriam observantiam minimè deneganda sit? Impressum & reimpressum 1738.*

F. *De eadem controversia responsum Curiæ Geldrienſis & Zutphanienſis.*

G. *De eadem causa consultorum votum Curiæ Hollandiæ, Zeelandiæ in folio, utraque impressa circa 1637. & reimpressa 1738. Confer Ægid. Gelen. de Col. A. magnit. p. 95. in Arnoldo II. Archi-Episcopo Colon. & in vita S. Engelberti p. 374.*

H. *Vorläuffiger kurtzer Entwurff und Inhalt des in Appellations-Sachen der Gräfin von Kaunitz gebohrner Gräfinen von Rittberg und Ost-Friesland gegen die Chur-Cöllnische Lehen-Cammer, und weyland den Hochwohlgebohrnen Herrn Johan Adolph Freyherrn von Plettenberg zu Lehnhausen pro informatione Referentis die mannbare Herrlichkeit MELRICH mit den An- und Zubehörungen betreffend. 1715. in 4to sinè nomine loci, Typographi, Autoris.*

I. *Jura possessorii decisa Illustrissimorum Loewenhaupt, in feudum Colonienſe BRETZENHEIM, 1745. in folio, tacito nomine loci, Typographi & Autoris. Scriptor vult ostendere contra Cameram feudalem Colonienſium, quæ alios & alios de hoc feudo veluti aperto investivit, Loewenhaupticos & in possessorio & petitorio Bretzenheimenſis feudi superiores jure esse cæteris omnibus.*

K. Jus feudale Archi-Episcopi Colonienſis in partem Comitatûs Limburgenſis.

Ducatus Limburgenſis à Colonienſibus finibus longè latéque circa Rhenum extenditur, & multas habens munitiones & castra, ultra Mosam protenditur. Henricus Comes Luzelinburgenſis (mortuo ultimo Limburgi Comite) Ducem Brabantiæ pro Ducatu Limburgenſi sibi vendicando impetens, & IPSIUS partem à Colonienſi Archi-Episcopo in FEODUM recipiens (circa 1288.) Ducem Brabantiæ diffidavit, & cum Waltramo Germano suo, aliisque Ducibus Fratribus militibus, obscurè tamen natis, in Archi-Episcopi (Colonienſis) adjutorium properavit.

Gesta Balduini Archi-Episcopi Trevirenſis L. I. C. VI. edita à Reubero Francofurti anno 1726. p. 960.

Rousset les interêts présens des Puissances de l'Europe Tom. I. P. II. C. IV. §. 10. exhibet argumenta pro & contra Cameram feudalem Colonienſem & Vasallos hactenus vulgata, & ex variis collecta, præsertim ex Thummermuth, Imhoff, Lunig, Rosenthal.

C. V.

De Ducatu Westphaliæ, Angariæ, Comitatu Arnsbergæ, & Vesta Recklinghusana.

§. 1. Archi-Episcopus Colonienſis est DUX WESTPHALIÆ & ANGARIÆ.

Godefrid. Pantaleonit. ad 1180. inter Freheri Scriptores. Ægid. Gelen. de Col. A. magnitud. Diploma Friderici I. aureâ Bullâ signatum exhibet p. 73. 74. 75.

§. 2. Hermanni Hamelmanni de antiqua Westphalia, hoc est, de Ducatibus, Principatibus, Comitatibus & Dominiis Westphaliæ veteribus brevis relatio. 2. De populis olim in Westphalia habitantibus, hoc est, de Saxonibus veteribus. 3. Delineatio urbium & oppidorum Westphaliæ. 4. Genealogia Ducum, Principum, Comitum, Baronum Westphaliæ & confinium Cliviæ, Bergæ, Marcæ. 5. De Familiis illustribus emortuis. Omnia simul collecta prodière 2do typo Lemgoviæ 1711. in 4to.

§ 3. DE ANTIQUIS WESTPHALIÆ COLONIS Commentarius auctus editione secundâ, Authore Joanne Neuwaldo Lemgovienſi. Osnabrugæ typo Schwanderi 1674. in 4to.

§. 4. Westphalische Kirchen-Historie, beschrieben von Gerhardo Kleinsorg von Lemgoo: fangt an von anno Christi 700. bis 1583. Extat MS. in Coll. Colon. S. J.

§. 5. Ejusdem Diarium Truchsesiani tumultûs ab anno 1582. cum adjunctis. MS. in Colleg. Colon. Societatis Jesu, & in Abbatiis Wedinghusana & Knechtstedenſi Præmonstrat. Ord.

§ 6. De Westphalorum sive antiquorum Saxonum situ, moribus, virtutibus & laudibus. L. III. Authore Wernero Rolevinck, Lunense Cartusiæ Colonienſis Professo. Coloniæ 1602. in 12mo; sed ante & post sæpè recusum.

§. 7. Historia Westphaliæ Nicolai Schaten S. J. 1680. Neuhusii sumptu Joannis Todt excusa in folio.

§. 8. Opus chronologicum & historicum Circuli Westphalici: Hermanni Stangefol Swertensis ad sanctos Apostolos Canonici. Coloniæ in 4to 1654. typo viduæ Hartgeri Woringen.

§. 9. Annales Circuli Westphalici, continentes quinque prima sæcula Catholicæ Religionis antiquitate illustria, Authore Hermanno Fley, dicto Stangefol, sacræ Theologiæ Licentiato, Rectore Universitatis Colonienſis. Coloniæ 1640. typo Gisberti Clementis in 4to.

§. 10. Topographiam Ducatûs Westphaliæ delineavit P. Godefridus Sittartz S. J. quam Homannus & Seutterus in æs incidit & vulgavit Norimbergæ.

§. 11.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. 11. Insignia Ducatûs Westphaliæ & Angariæ explicat Hoepingius de jure insignium C. VI. n. 694. 7030. & seqq.

§. 12. Scriptores Westphaliæ recensuit Herm. Hamelmannus libris IV. recusis Lemgoviæ 1711. in 4to.

§. 13. Die Quellen der Westphâlischen Historie, oder historische Nachricht von mehr als hundert ungedruckten zur Westphâlischen Historie nôthigen Geschicht-Bücheren, und ihren Verfasseren, heraus gegeben durch Johan Diederich von Steinen. Dortmund 1741. in octavo typo Bâdekers.

§. 14. Archi-Episcopus Colonienſis est Comes Arnsbergæ, & Archistrategus inter Rhenum & Visurgim.

Ægid. Gelen. de Col. A. magnitud. p. 72. 73. 76. 243. 251. Vitæ Engelberti p. 245. 252. Diploma empti Comitatûs.

§. 15. Dominus Vestæ seu Toparchiæ Recklinghusanæ. Ægid. Gelen. de Col. A. magnit. p. 77.

§. 16. Arnsbergæ delineationem topographicam & historiam totius Comitatûs habet,

In Theatro urbium Braunius Lib. IV. n. 22.

C. VI.

Scriptores de Personis & personalibus factis Archi-Episcoporum Colonienſium.

§. 1. Vitas singulorum Archi-Episcoporum & Chronotaxin exhibent Chronica decem Latina supra memorata, præsertim ultima & recentiora: nam prima vix differunt à catalogis Gigantis, Cratepolii, Bertii, Bucelini, aliisque vulgatis.

§. 2. Vitas sanctorum Archi-Episcoporum Materni, Severini, Evergisli, Cuniberti, Agilolphi, Hildegarii, Hildebaldi, Brunonis I. Geronis, Heriberti, Annonis I. Engelberti I. luci dedit Ægid. Gelen. in pretiosa Hierotheca anno 1634. in 4to typo Gisberti Clementis, & nonnullas in L. de Col. A. magn. sat prolixè enarravit. Deinde Surius in vitis Sanctorum. Demum pleniſſimo stilo omnium vitas habes in historiis MSs. Crombachii, Wilmii, Turckii.

An. 346. An Euphratas in Concilio Agrippinensi depositus idem sit cum eo, qui è Sardicensi Synodo legatus fuit ad Constantium Augustum? Negant Hagiographi Antverpienses in vita sancti Maximini die 29. Maji, & Mörckensius in Conatu chronologico. Affirmant plerique nostrates Binius, Gelenius, Cratepolius, &c.

An. 863. & seqq. Acta Nicolai I. Papæ contra Guntharium Archi-Episcopum Colonienſem ob causam Lotharii Regis Divortii Annal. Francorum Pithoeus ab anno 714. ad annum 883. Baronii Ecclesiastici Annal. ad h. a. Labbei Concilia Tom. VIII. Col. 767. Dumont Corps diplomatique Tom. I. N. XXI. XXII, Ex his Crombach, Turckius,

Annis 1543. 1544. Historia defectionis & schismatis Hermanni Comitis de Weda Archi-Episcopi Colonienſis, Authore Arnoldo Meshovio Lippienſi edit. 1. edit. 2da 1620. Coloniæ apud Gerhardum Grevenbroch in

1582. 1584. De Gebhardi Truchsesii Archi-Episcopi Colonienſis apostasia extat historia, hoc titulo:

Michaëlis ab Isselt de bello Colonienſi libri quatuor, editio prima anno 1586. typo Godefridi Kempensis, cum Commentario rerum gestarum ab 1582. ad 1586. Secunda auctior Supplemento vel libro quinto vulgata typo Gerardi Grevenbroich Coloniæ 1620.

Diarium Truchsesianum Gerhardi Kleinsorgii de motibus in Westphalia ab 1582. MS.

Literæ Gebhardi Archi-Episcopi Colonienſis & plurium Principum Protestantium pro libertate religionis in Archi-Diœcesi Colonienſi impressæ extant in Coll. Colon. S. J. in 4to 1583. pp. 194. zu Neustadt an der Hardt.

1583. Literæ Casimiri sacri Romani Imperii Principis Palatini pro eadem libertate. Item literæ variorum Statuum Protestantium ad Capitulum Metropolitanum, ad Status Electoratûs Colon. impressæ proditæ sunt gemino Tomo in quarto anno 1583. zu Neustadt an der Hardt.

His omnibus respondit Cancellarius Ernesti Electoris, Franciscus Burchardus incomparabili libro *de autonomia religionis* edito anno 1593. Monachii.

1595. Theatrum Bavaricæ gratulationis Ferdinando Bavaro Coadjutori electo h. a. Guilielmus Salsmannus Colonienſis epico hexametro carmine adornabat impressum Coloniæ typo in folio.

In hoc multa historiam Bavariæ & Patriæ Colonienſis concernentia invenies.

1688. Controversia mota de valore electionis vel postulationis Josephi Clementis Bavari & Principis Fürstenbergii Cardinalis habes plurimos Scriptores, quorum scripta pro utraque parte referunt

Londorp. Acta publica Tom. XIII. XIV. p. 88. 604. & seqq. Lunig Sylloge negotior. publicor. ad 1588. Pfeffinger ad Vitriarii I. P. German. L. I. Tit. XV.

1694. 1703. Acta inter Sereniſſimum Josephum Clementem Archi-Episcopum Colonienſem & Capitulum Metropolitanum apud Augustiſſimum Cæsarem super jure indicendi Comitia, exigendi tributa, conscribendi milites, & introducendi milites externos sinè consensu Statuum Archi-Diœcesis Colonienſis refert prolixè & minutiſſimè

Fabri Staats-Cantzeley Tomo VI. C. VIII. Tom. VII. C. XI. Tom. XI. C. XI.

* * * *
* * * *
*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. VII.

De Metropolis Coloniæ Scriptoribus ſub Romanis.

§. 1. De prima origine urbis cis Rhenum in littore Gallico ſuaſore Agrippâ locatæ.

Stephanus Broelmannus vaſto opere MS. Hiſtoriæ Ubio-Romanæ, cujus Epideigma vulgavit anno 1609. in folio. quo librorum partitio, & rerum, regionum, &c. icones tabulis in æs inciſis exponuntur MSs. apud Dom. Garzen. Præter Crombachium, Turckium, Wilmium, fusè hæc eadem tractantes, vide Cluverium, Lipſium, Bertium.

§. 2. Chorographiam Ubiorum & Coloniæ Agrippinenſis exhibent tabulis expanſis

Clariſſ. Broelmannus in Epidigmate. Crombach in hiſtoria S. Urſulæ. Bertius Geographiæ veteris, Europæ Tab. III. & IV. Ortelius in conatibus geographicis in veteris Germaniæ & Belgii tabulis.

§. 3. De fœdere Ubiorum cum Romanis. Ex Tacito laudati §. 1. agunt.

Chronica der heiligen Stadt Cöllen, impreſſa 1499. Ægid. Gelen. de Col. Agrip. magnitud. L. I. pag. 78.

§. 4. De religione, Diis, ſacris Ubio-Romanorum, prodiit de religione antiquorum Ubiorum diſſertatio, hiſtorico-mythologica inſtituta in Gymnaſio Tricoronato 1746. Kalendis Auguſti typo viduæ Nicolai Theodori Hilden in 4to.

§. 5. De Ara Ubiorum.

Libellum ſingularem edidit clariſſimus Dominus Joannes Eberhardus Rau Profeſſor, hoc titulo: Monumenta vetuſtatis Germanicæ L. duo. Trajecti ad Rhenum 1738. typo Herm. Beſſeling in 8vo.

§. 5. De Aquæductu Ubio-Romano.

Cl. Broelmannus in opere laudato §. 1. Fusè & minutim eum delineat & deſcribit. Gelen. de Col. Agripp. magnit. L. III. Syntag. I. §. VII. de Aquæductu Ubio-Romano Treverico.

§ 5. De Jure Italico Agrippinenſium.

In Germania inferiore Agrippinenſes Juris Italici ſunt Paulus L. II. de cenſibus relatus à Juſtiniano Dig. L. Lege VII. Sigonius de antiquo jure Italiæ L. I. C. 21.

§. 5. De ſtatu rei militaris Ubiorum ſub Romanis.

Libellus ſingularis editus anno 1745. Coloniæ typo Drimbornio, hoc titulo: Inſcriptionis Herſellenſis Ubio-Romanæ explanatio ad Excellent. Dom. L. B. Wallbott de Bornheim. Adde Gelen. de caſtris ſtativis & prætorio de Col. Agrip. magnit. p. 92. 93.

§. 6. De inſcriptionibus antiquis Ubio-Romanis. Crombachius eas collegit in Propylæo ad Metropolis Coloniæ Annales Politico-Eccleſiaſticos.

§. 7. De Ponte Julii Cæſaris & Conſtantiniano Rheno impoſito.

Broelmannus in Epideigmate Tabellâ II. parte II. Nazarius Panegyrico Conſtantini. Gelen. de Col. A. magnit. p. 83. 84. Maſcou Geſchichten der Teutſchen Erſter Theil VI. Buch §. 15.

Hæc ſcribentis, & typo ſubdentis manum ſiſtit fides publico data edendæ Bibliothecæ Colonienſis nundinis vernis anni hujus 1747, quam liberare GERMANUM decet. Cæterùm hiſtoriæ & juris patrii Scriptorum longè amplior & auctior catalogus ad prælum anhelat.

AD MAJOREM DEI GLORIAM, ECCLESIÆ CATHOLICÆ UTILITATEM, PATRIÆ INCLYTÆ NOTITIAM ET SPLENDOREM.

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf